

# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

**OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,**

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS, IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID, NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

## ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ Cleri universæ,**

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARE NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT, ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ SECUNDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

---

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XCV.*

---

S. JOANNES DAMASCENUS.

---

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1864

# AVIS IMPORTANT

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 24 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répeter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait quelle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une revision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle revision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur les imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*, Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très positifs et très pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la revision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux revisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Gerdil* de Naples, le *Saint-Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilége* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites et qui se feront encore.

TRADITIO CATHOLICA

*SÆCULUM VIII. ANNUS 730.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΙΩΑΝΝΟΥ,

## ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ,

**ΜΟΝΑΧΟΥ, ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ,**

## ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

# JOANNIS DAMASCENI,

**MONACHI ET PRESBYTERI HIEROSOLYMITANI,**

## OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

*ET EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,*

EX VARIIS EDITIONIBUS, ET CODICIBUS MANU EXARATIS, GALLICIS, ITALICIS ET ANGLICIS, COLLECTA, RECENSITA, LATINE VERSA, ATQUE ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATA, CUM PRÆVIIS DISSERTATIONIBUS ET COPIOSIS INDICIBUS,

CURA ET STUDIO

## P. MICHAELIS LEQUIEN,

MORINO-BOLONIENSIS, ORDINIS FF. PRÆDICATORUM :

variorum curis adaucta, nempe,

*ANDR. GALLANDII, ANG. MAII*, ETC.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS SECUNDUS.

VENEUNT 3 VOL., 35 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA

1864

TRADITIO CATHOLICA

*SÆCULUM VIII. ANNUS 756.*

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XCV CONTINENTUR

S. JOANNES DAMASCENUS.






Ex typis MIGNE

Joannes Vegelinus Augustanus opusculum quod subjungo, *De sancta Trinitate*, Joannis Damasceni nomine inscriptum, Augustæ Vindelicorum cum Cyrillianis quibusdam et Damascenicis, Græce et Latine adjectis adnotationibus edidit anno 1611. Hujus initium perinde Damasceno nostro attributum reperi in codicibus mss. Reg. 2909, et Colb. 6044, cum titulo Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, *De sancta Trinitate*, quem operi toti præmittendum existimavi; quia in primis est de hoc mysterio, quamlibet nonnulla passim de incarnatione interjecerit. Mihi dubium non est quin genuinus lucubrationis hujus parens sit Joannes Damascenus, aut saltem ex genuinis ejus libris excerpta sit. Vegelini translationem paucis in locis mutavi, ejusque notas una edendas censui.

---

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

# ΠΕΡΙ [a] ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΡΙΑΔΟΣ.

## S. JOANNIS DAMASCENI

# DE SANCTA TRINITATE.

A α'. Περὶ μὲν τῆς ἁγίας Τριάδος τῆς ὁμοουσίου, ζωοποιοῦ, μίαν φύσιν ὁμολόγει, μίαν θέλησιν, μίαν ἐνέργειαν, μίαν δύναμίν τε καὶ ἐξουσίαν, καὶ κυριότητα, ὅτι καὶ μία θεότης τρεῖς ὑποστάσεις, ἤτοι τρία πρόσωπα, φυλασσομένης ἑκάστῳ προσώπῳ τῆς ἰδιότητος. Ἐπὶ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, ἤτοι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, δύο θελήσεις ὡσαύτως καὶ ἐνεργείας, μίαν ὑπόστασιν, ἤγουν ἓν πρόσωπον, ὅτι εἷς καὶ αὐτός ἐστιν, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων γεννηθεὶς ἀῤῥεύστως καὶ ἀσωμάτως, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου Μαρίας τῆς Θεοτόκου κυηθεὶς ἀῤῥήτως καὶ ἀῤῥυπώτως· ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς καὶ Θεὸς, ἐν μιᾷ ὑποστάσει γνωριζόμενος ἀπαθὴς θεότητι, καὶ B παθητὸς τῷ προσλήμματι· σῶα μετὰ τόκον φυλάξας δηλαδὴ τῆς παρθενίας τὰ σήμαντρα, τουτέστι τὰς

A 1. In sancta quidem Trinitate (1) consubstantiali et vivifica unam naturam, unam voluntatem, unam actionem, unam et virtutem et potentiam et dominationem profitere: quia etiam una est deitas, tres hypostases, sive tres personæ; ut sua cuique personæ proprietas custodiatur. In unius autem ex Trinitate, hoc est Domini nostri Jesu Christi, dispensatione cum carne, duas naturas deitatis et humanitatis, duas voluntates itidem et actiones; sed unam hypostasin sive personam [confitere], quia unus et idem est, qui ante sæcula ex Patre sine fluxu et sine corpore genitus; et postremis temporibus ex sancta semperque virgine Maria Deipara, inenarrabiliter, [et citra inquinationem conceptus est: idem totus homo et Deus, qui in una persona B agnoscitur Deitate impassibilis (2), et passibilis assumpta natura: qui salvas post partum (3), virgi-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Vegelin. habet περὶ αὐτοῦ, *de eodem*, mysterio scilicet Trinitatis.

JOAN. VEGELINI NOTÆ.

(1) *In sancta quidem Trinitate*, etc. Vide etiam Damascenum lib. III *Orth. fid.*, c. 5 toto, ubi hoc ipsum docet in Trinitate unam naturam, sed tres hypostases: vicissim autem in Christo incarnato duas naturas et unam personam exsistere. Hinc etiam Leontius Byzantinus lib. *De sectis*, actione 1ª sub finem, p. 400: Καὶ ἔστι τὸ ἀνθρωπήσεως δόγμα ἀντίστροφον τῷ περὶ τῆς θεολογίας, ὥς φησιν ὁ θεῖος Γρηγόριος. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ ἓν παρέχομεν τῇ φύσει· τὸ δὲ διάφορον ταῖς ὑποστάσεσιν. Ἐνταῦθα δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τὸ μὲν ἓν, τῇ ὑποστάσει· τὸ δὲ διάφορον ταῖς φύσεσιν.

(2) *Deitate impassibilis*. Vide etiam Damascenum, lib. III, cap. 26, quod totum est de passione corporis et impassibili divinitate illius.

(3) *Qui salvas post partum*, etc. Sic Damascenus, lib. IV, cap. 15, Ὥσπερ (ὁ Δημιουργὸς) συλληφθεὶς παρθένον τὴν συλλαβοῦσαν ἐτήρησεν· οὕτω καὶ τεχθεὶς τὴν αὐτῆς παρθενίαν ἐφύλαξεν ἄτρωτον, μόνος διελθὼν δι' αὐτῆς καὶ κεκλεισμένην τηρήσας. Quem-

nitatis scilicet, notas, hoc est signacula conservavit. *Quæst.* Qua de causa Filius homo factus est (4), non Pater, nec Spiritus; et quid homo factus effecit? *Resp.* Pater est Pater, non Filius: Filius est Filius, et non Pater: Spiritus sanctus est Spiritus, et non Pater, **475** nec Filius. Proprietas enim dimoveri non potest: aut quomodo esset proprietas, si dimoveretur, vel recideret? Eapropter Filius Dei etiam Filius hominis fit, qui ex sancta Virgine incarnatus est, nec tamen a filiali proprietate discessit. Homo autem factus est Filius Dei (5), ut ad quod fecit hominem, hoc rursus ei concederet, immortalitatem et vitam æternam ad æternis bonis perfruendum. Amen: fiat, fiat.

2. Pater et Filius non sunt duo principii expertia (6), sed sine medio conjunctissima. Mistio corruptionem operatur, et sic miscetur, ut aqua et vinum. Unio est, quando conjunctio quædam fit, ut non minuatur, neque corrumpatur alterum, sed ut maneat in quo est: ut corpus et anima. Sic etiam Christus Deus Verbum perfectum, et homo perfectus; unitus quidem est, non tamen confusus. Unus Deus, Pater (7) Verbi viventis, sapientiæ subsistentis et virtutis et characteris æterni, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Et unus Dominus, solus ex solo, Deus, et Dei, character et imago divinitatis, Verbum efficax, sapientia quæ constitutas res universas continet, et virtus quæ omnem creaturam condidit: Filius verus veri Patris, invisibilis ex invisibili, incorruptibilis ex incorruptibili, et immortalis ex immortali, et æternus ex æterno. Et unus Spiritus sanctus, qui ex Deo habet exsistentiam et per Filium splenduit, videlicet hominibus: imago Filii perfecta et vita, viventium causa, fons sanctus, sanctitas, sanctificationis suppeditator: in quo manifestus redditur Pater, qui est super omnia et in omnibus, et Deus Filius, qui est per omnia; Trinitas perfecta, gloria et æternitate et

A σφραγῖδας. *Ἐρώτ.* Διὰ τί ὁ Υἱὸς ἐνηνθρώπησε, καὶ οὐχ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα; καὶ τί ἐνανθρωπήσας κατώρθωσε; *Ἀπόκρ.* Πατὴρ ὁ Πατὴρ, καὶ οὐχ Υἱός. Υἱὸς ὁ Υἱὸς, καὶ οὐ Πατήρ· Πνεῦμα ἅγιον τὸ Πνεῦμα, καὶ οὐ Πατὴρ, οὐδὲ Υἱός· ἡ γὰρ ἰδιότης ἀκίνητος. Ἢ πῶς ἂν ἰδιότης, κινουμένη, ἢ μεταπίπτουσα; Διὰ τοῦτο ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Υἱὸς γίνεται ἀνθρώπου, ὁ σαρκωθεὶς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ οὐκ ἐξέστη τῆς υἱϊκῆς ἰδιότητος. Ἐνηνθρώπησε δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵν᾽ ἐφ᾽ ᾧπερ ἐποίησεν τὸν ἄνθρωπον, πάλιν αὐτῷ χαρίσηται ἀθανασίαν, καὶ αἰώνιον ζωὴν εἰς ἀπόλαυσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. Ἀμήν· γένοιτο, γένοιτο.

βʹ. Πατὴρ καὶ Υἱὸς, οὐ δύο ἄναρχα, ἀλλὰ ἀμεσί-
B τευτα· μίξις φθορὰν ἐργάζεται, καὶ οὕτω μίγνυται, ὡς τὸ ὕδωρ καὶ ὁ οἶνος· ἕνωσις, ὅταν συνάφειά τις γένηται, μὴ ἐλαττουμένου ἑτέρου, μηδὲ φθειρομένου, ἀλλὰ μένοντος ἐν ᾧ ἐστιν· ὡς ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὁ Θεὸς Λόγος τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, ἥνωται μὲν, οὐ συγκέχυται δέ. Εἷς Θεὸς, Πατὴρ Λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου, τέλειος τελείου γεννήτωρ, Πατὴρ Υἱοῦ μονογενοῦς, καὶ εἷς Κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, Λόγος ἐνεργὸς, σοφία τῆς τῶν ὅλων στάσεως περιεκτικὴ, καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητικὴ, Υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρὸς, ἀόρατος ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου· καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον,
C ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ διὰ Υἱοῦ πεφηνὸς, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. Εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ τελεία καὶ ζωὴ, ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγὸς, ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι· καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς, ὁ διὰ πάντων· Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν Τριάδι, οὔτε ἐπείσακτον, ὡς

## JOAN. VEGELINI NOTÆ.

*admodum (omnium conditor) cum conceptus est virginem concipientem servavit; sic et natus virginitatem illius servavit illæsam: solus transivit per eam, et clausam servavit ipsam.* Et paulo post: Οὐ γὰρ ἀδύνατος ἦν καὶ διὰ τῆς πύλης διελθεῖν, καὶ ταύτης μὴ παραβλάψαι τὰ σήμαντρα. *Non impossibile illi erat per clausam portam transire et illius non lædere signacula.* Vide Ignat. Ep. ad Heronem I, 53; Athanas. tom. III; Nazianz. orat. 42; Basil. tom. I; Cyrill. *De Trinit.*; imo Damascenus ipse.

(4) *Qua de causa Filius homo est.* Vide de hac quæst. Aug. sermone 3, *De temp.* ubi pulchre eam explicat.

(5) *Homo factus est Filius Dei.* Vide Damasc. lib. III, c. 1, ubi ostendit quomodo in divina dispensatione demonstrata sit simul et bonitas, et sapientia, et justitia, et potentia Dei. Item, c. 12 contra Nestorianos.

(6) *Pater et Filius non sunt duo principii expertia.* Hoc mihi ideo dicere videtur, quia Filius non est sine principio, nempe Patre. Unde idem Damasc. Dialogo contra Manich. p. 235: Εἰ καὶ τρεῖς ὑποστάσεις λέγω, ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν φημι· ἀρχὴ γὰρ ὁ Πατὴρ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, οὐ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ
D κατ᾽ αἰτίαν. Hoc est: *Quanquam tres hypostases dico, tamen unum esse principium aio. Pater enim Filii Spiritusque principium, non ratione temporis, sed causæ.* Quæ ille. Nihilominus tamen et ipse Filius principium est, non tantum creaturarum, sed etiam Spiritus sancti respectu. Unde Cyrillus, lib. VIII in Joan. c. XXIV, super verba: *Principium qui et loquor vobis*, scribit: *Ipsum vero Dei Filium etiam principium dici, præsens Evangelii locus apertissime testatur: non tamen idcirco contendas duo esse principia, Patrem et Filium, sed unicum principium, quemadmodum et Pater est Deus, et Filius est Deus; non tamen duo dii, sed unus est Deus.*

(7) *Unus Deus Pater.* Sunt hæc per versus sequentes omnes usque ad οὔτε οὖν, *nec igitur*, desumpta ex confessione S. Greg. Neocæsariensis, quæ inter opera ejus anno 1604 a Gerardo Vossio edita reperitur, p. 11, et non ita dudum etiam a nobis cum alia quadam ejusdem Gregorii hactenus inedita Theologia Cyrillo de Trinitate subjecta fuit. [Liber iste de Trinitate Cyrilli non est, sed Damasceni, pars nimirum sat ampla libri De fide orthodoxa.]

πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δ' ἐπεισελθόν. A Οὔτε γὰρ ἐνέλιπέ ποτε Υἱὸς Πατρὶ, οὔτε Υἱῷ Πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί. Οὕτως γὰρ ἡμεῖς πιστεύομεν τὴν μακαρίαν καὶ ζωοποιὸν καὶ ἀδιαίρετον ἁγίαν Τριάδα. Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, τρία πρόσωπα, μία εἰκών· τρεῖς χαρακτῆρες, μία ἐκτύπωσις· τρεῖς ὑποστάσεις, μία θεότης· τρία ἰδιώματα, μία οὐσία· τρεῖς ἐνέργειαι, μία χάρις· τρεῖς ὑπάρξεις, μία ἰσότης· τρεῖς ἐπιγνώσεις, μία δόξα· τρία ὀνόματα, μία ὁμολογία· τρεῖς ὁμολογίαι, μία πίστις. Θεός ἐστιν, ἀΐδιος οὐσία καὶ ἀπαράλλακτος, δημιουργικὴ τῶν ὄντων. Θεός ἐστι φῶς ἀκρότατον καὶ ἀπρόσιτον, οὔτε νῷ καταληπτὸν, οὔτε λόγῳ ῥητόν.

regno : quæ non dividitur, nec abalienatur. Nec igitur aliquid creatum aut servile est in æternitate, nec adventitium, ut quod prius non exstabat, postea supervenerit. Neque enim unquam Patri defuit Filius, neque Filio Spiritus sanctus : sed commutationis et alterationis expers est eadem semper Trinitas. Sic enim nos beatam et vivificam et individuam Trinitatem credimus. Pater, Filius, et Spiritus sanctus, tres personæ, una imago : tres characteres, una expressio : tres hypostases, una deitas : tres proprietates, una essentia : tres actiones, una gratia : tres exsistentiæ, una æqualitas : tres cognitiones, una gloria : tria nomina, una confessio : tres confessiones, una fides. Deus est substantia (8) æterna et invariabilis, quæ res exsistentes condidit. Deus est lumen supremum et inaccessum quod nec mente comprehendi, nec oratione explicari potest.

γ'. *Ἐρώτ.* Ὁσαχῶς ὁ Θεός; *Ἀπόκρ.* Θεὸς B ὁ Πατήρ· Θεὸς ὁ Υἱός· Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἡ μακαρία φύσις, ἡ ἄφθονος ἀγαθότης· τὸ ἀγαπητὸν πᾶσι τοῖς τοῦ λόγου μετειληφόσι, τὸ πολυπόθητον κάλλος, ἡ ἀρχὴ τῶν ὄντων, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ἡ ἀπρόσιτος σοφία, ἡ ἄτρεπτος φύσις, ἡ ἀνενόχλητος ζωὴ, ἡ ἄλυπος διαγωγὴ, περὶ ἣν οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις, ἧς οὐχ ἅπτεται μεταβολή· ἡ βρύουσα πηγὴ, ἡ ἄφθονος χάρις, ὁ ἀδαπάνητος θησαυρός.

3. *Quæst.* Quot modis [dicitur] Deus? *Resp.* Deus Pater, Deus Filius Deus Spiritus **476** sanctus. Beata natura, invidentiæ expers bonitas, dilecta omnibus ratione præditis et multum desiderata pulchritudo, principium entium, fons vitæ, inaccessa sapientia, inconvertibilis natura, vita vacans molestiis, dolorum nescia conversatio, circa quam non est alteratio, quam non attingit mutatio, fons scaturiens, abundans gratia, thesaurus qui consumi nequit.

δ'. Ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Πατρὸς, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, σαρκωθῆναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Θεὸν τέλειον τὸν αὐτὸν, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, C ἕνα καὶ μόνον Υἱὸν, καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, χωρὶς ἁμαρτίας γενόμενον ἄνθρωπον· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, ἕνα καὶ μόνον Υἱὸν ἐν δυσὶ φύσεσιν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως γνωριζόμενον. Δύο γὰρ φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, ἀσύγχυτον, ἄτρεπτον. Ἡ γὰρ σὰρξ, σάρξ ἐστι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ· ὁμοίως καὶ ὁ Λόγος, Θεός ἐστι καὶ οὐ σὰρξ, εἰ καὶ D μίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα διὰ τῆς οἰκονομίας· δύο τοίνυν τὰς φύσεις εἶναί φαμεν, ἕνα δὲ Χριστὸν, καὶ Υἱὸν, καὶ Κύριον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον. Οὐ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν

4. Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum Filium et Verbum Patris, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum et hominem factum esse ex Spiritu sancto et ex sancta gloriosa Deipara et semper virgine Maria : eumdem Deum perfectum, et hominem perfectum, unum et solum Filium, tum ante incarnationem, tum post incarnationem : ejusdem essentiæ cum Patre quoad deitatem : quoad omnia similem nobis, ejusdemque essentiæ nobiscum quoad humanitatem sine peccato factum hominem : ante sæcula quidem ex Patre, postremis autem diebus eumdem propter nos et propter nostram salutem ex sancta Deipara et semper Virgine Maria natum, qui unus et solus Filius in duabus naturis citra confusionem, citra conversionem, citra divisionem agnoscitur. Duæ enim naturæ congressæ sunt inter se invicem per unionem indivulsam, inseparabilem, confusionis et conversionis expertem. Caro enim est caro, non deitas, etsi Dei caro facta est. Pari modo et Verbum Deus est (9), et non caro, tametsi unam effecerunt carnem per dispensationem. Duas igitur naturas esse dicimus (10), sed unum Christum et Filium et Dominum, Dei Verbum, quod homo

## JOAN. VEGELINI NOTÆ.

(8) ***Deus est substantia.*** Vide similem descriptionem Dei apud Cyrillum de Trinitate, p. 2; Damasc. lib. I, c. 2.

(9) ***Et Verbum Deus est; et non caro, tametsi unam effecerunt carnem per dispensationem.*** Puto pro vocabulo, *carnem*, esse legendum *hypostasin*; quod Deus Verbum et caro assumpta unam hypostasim fecerint. Quod enim unam carnem fecerint, dictu durum videtur, et auctoritate veterum quod sciam destituitur. Aliud est cum Cyrillus dixit unam esse Dei Verbi incarnatam naturam, quod ab ipso orthodoxe, et apud Damasc. lib. III, 11, explicatur.

(10) *Duas naturas esse dicimus, sed unum Christum,* etc. Vide etiam Damascenum lib. III, c. 7, quod est de composita Dei Verbi hypostasi.

factum et incarnatum est. Non enim suam gloriam imminuit Dominus; quia carnem assumpsit. Antequam enim carnem sumpsit, et humiliavit semetipsum (11), soli angeli cognoscebant eum. Posteaquam autem humiliavit seipsum, universa hominum natura cognovit eum. Vides quomodo humiliatio non operata sit imminutionem, sed magis gloriam fecerit elucescere. Quod si vero curiosorum aliquis quærat, an deitas in cruce fuerit, aut non fuerit (12), is illam non esse in omni loco, et circumscriptam in uno loco statuit: nos autem circumscriptionis et comprehensionis expertem esse dicimus.

5. *Quæst.* Unde dicitur vox Θεὸς, id est Deus (13) *Resp.* a θῶ, quod est, *compono* et *efficio*, quia omnium est effector et compositionis omnium auctor. Vel a θέω, quod significat *curro*. Deus enim ubique adest. Vel Θεὸς a θεᾶσθαι, hoc est *videre*: **477** ἐθεάσατο, hoc est, vidit enim omnia antequam facta essent. Κύριος, id est, *Dominus* dicitur a κῦρος, quod Dominum et potestatem significat. *Quæst.* Quid est unio? *Resp.* Res quæ secundum hypostasin et ex diversis naturis subsistit. *Quæst.* Communicat ne divina natura: an vero accipit? *Resp.* Communicat. *Quæst.* Quid est *synalœpha*? *Resp.* Confusio. *Quæst.* Qualibus nominibus honoratur Pater, et qua de causa Pater dicitur? *Resp.* Unus Pater, sanctus Deus, et omnipotens, principii expers, sempiternus, immortalis, invisibilis, inexplicabilis, fine carens, successorem non habens, a motu alienus, imperscrutabilis, qui muneribus non corrumpitur. Dictus est Πατὴρ, quod πάντα τηρεῖ, hoc est omnia conservat. *Quæst.* Quibus nominibus honoratur Filius, et quo respectu dictus est Filius? *Resp.* Unus Filius, Verbum sanctum, progenies ineffabilis, Verbum inenarrabile, mens invisibilis, lumen vitæ, sol justitiæ, pastor, via, agnus. Filius dictus est, quia ex Patre est. *Quæst.* Quibus nominibus honoratur Spiritus sanctus, et quo respectu dictus est Πνεῦμα, hoc est Spiritus? *Resp.* Unus Spiritus sanctus, vivificus, humanus, substantivus exsistentia atque subsistentia præditus, firmus, acutus, securus, virtus sanctificandi potestate prædita, ejusdem essentiæ cum Patre et Filio. Vapor enim est supernarum Dei virtutum. Πνεῦμα vero, hoc est Spiritus dictus est, quod quocunque voluerit, inclinetur et spiret.

A ἠλάττωσεν ὁ Δεσπότης, ὅτι σάρκα ἀνέλαβε· πρὶν μὲν γὰρ λαβεῖν αὐτὸν τὴν σάρκα, καὶ ταπεινῶσαι ἑαυτὸν, ἄγγελοι μόνον ἐγίνωσκον αὐτόν· ἐπειδὴ δὲ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ἅπασα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις ἐπέγνω αὐτόν. Ὁρᾷς, πῶς ἡ ταπείνωσις οὐκ ἐλάττωσιν εἰργάσατο, ἀλλὰ πλεῖον αὐτοῦ τὴν δόξαν διαλάμψαι ἐποίησεν. Εἰ δέ τις τῶν περιέργων λέγει, ὅτι ἡ θεότης ἐν τῷ σταυρῷ ἦν, ἢ οὐκ ἦν, ποιεῖ αὐτὴν μὴ ἐν παντὶ οὖσαν, καὶ περιγραπτὴν εἰς ἕνα τόπον· ἡμεῖς δὲ λέγομεν τὸν Θεὸν ἀπερίγραπτον καὶ ἀκατάληπτον.

ε'. Ἐρώτ. Πόθεν ἐτυμολογεῖται Θεός; Ἀπόκρ. Παρὰ τὸ, θῶ, τὸ κατασκευάζω, καὶ ποιῶ· ὡς πάντων ποιητὴς, καὶ τῆς τῶν πάντων κατασκευῆς αἴτιος, B ἢ παρὰ τὸ, θέω, τὸ τρέχω. Καὶ γὰρ Θεὸς πανταχοῦ πάρεστι. Ἢ Θεὸς, παρὰ τὸ θεᾶσθαι· ἐθεάσατο γὰρ ὁ Θεὸς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Κύριος δὲ παρὰ τὸ κῦρος, ὃ σημαίνει τὴν ἐξουσίαν. Ἐρώτ. Τί ἐστιν ἕνωσις; Ἀπόκρ. Τὸ καθ' ὑπόστασιν, καὶ τὸ ἐκ διαφόρων φύσεων ὑφεστὼς πρᾶγμα. Ἐρώτ. Μεταδοτική ἐστιν ἡ θεία φύσις, ἢ μεταληπτική; Ἀπόκρ. Μεταδοτική. Ἐρώτ. Τί ἐστι συναλοιφή; Ἀπόκρ. Ἡ σύγχυσις. Ἐρώτ. Ποίοις ὀνόμασι τιμᾶται ὁ Πατὴρ, καὶ κατὰ τί εἴρηται Πατήρ; Ἀπόκρ. Εἷς Πατὴρ, ὁ ἅγιος Θεὸς, καὶ παντοκράτωρ, ἄναρχος, ἀΐδιος, ἀθάνατος, ἀπερίβλεπτος, ἀνερμήνευτος, ἀτελεύτητος, ἀδιάδοχος, ἀκίνητος, ἀνεξερεύνητος. Εἴρηται Πατὴρ, διὰ τὸ πάντα τηρεῖν. C Ἐρώτ. Ποίοις ὀνόμασι τιμᾶται ὁ Υἱὸς, καὶ κατὰ τί εἴρηται Υἱός; Ἀπόκρ. Εἷς Υἱὸς, ὁ ἅγιος Λόγος, ἄῤῥητον γέννημα, ἀμύθητος Λόγος, ἀπερίβλεπτος νοῦς, φῶς ζωῆς, ἥλιος δικαιοσύνης, ποιμὴν, θύρα, ὁδὸς, ἀμνός. Υἱὸς δὲ εἴρηται, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρός. Ἐρώτ. Ποίοις ὀνόμασι τιμᾶται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; κατὰ τί εἴρηται Πνεῦμα; Ἀπόκρ. Ἓν Πνεῦμα ἅγιον, κύριον, ζωοποιὸν, φιλάνθρωπον, ἐνούσιον, ἐνύπαρκτον, ἐνυπόστατον, βέβαιον, ὀξὺ, ἀμέριμνον, δύναμις ἁγιαστικὴ, ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Ἀτμὶς γάρ ἐστι τῶν ἄνω δυνάμεων τοῦ Θεοῦ· Πνεῦμα δὲ εἴρηται, διὰ τὸ καθ' ὃ ἐὰν βουληθῇ νεύειν καὶ πνεῖν. Ἐρώτ. Τί ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός; Ἀπόκρ. Κύριος χωρὶς ἁμαρτίας ἐνανθρωπήσας. Ἐρώτ. Τί ἐστι Χριστός; Ἀπόκρ. Σύμβολον θεότητος D καὶ ἐμψύχου σαρκὸς, ἄτρεπτος ἕνωσις· Χριστὸς δὲ

NOTÆ.

(11) *Antequam enim carnem assumpsit, et humiliavit seipsum*, etc. Sic etiam de hac assumptione humanæ naturæ Damascenus loquitur lib. III Orth. fidei, cap. 1: *Benigna Dei et Patris voluntate unigenitus Filius, Deique Verbum ac Deus, qui in Dei et Patris sinu erat; ille, inquam, ejusdem cum Patre ac Spiritu substantiæ: ille ævo omni antiquior; ille principio carens, et qui in principio erat, et apud Deum et Patrem erat, et Deus erat; ille, inquam, qui in forma Dei erat, inclinatis cœlis descendit, nimirum sua depressionis omnis experte sublimitate citra demissionem ullam depressa; atque ad servos suos se dimisit, demissione plane hujusmodi, quæ nec verbis ullis exprimi, nec mente comprehendi queat (id enim descensus vocabulo significatur); quique Deus perfectus erat, perfectus homo fit, quodque novarum omnium rerum maxime novum est, imo quod unum sub sole novum est, infinitamque Dei potentiam perspicue declarat, efficitur*,

(12) *An deitas in cruce fuerit, aut non fuerit.* Confer ad hanc quæstionem quod etiam Damascenus lib. IV, c. 7, inquit: *Christus duplici natura constans, ea natura perpessus, crucique affixus est quæ perpetiendis doloribus obnoxia est. Carne enim in cruce pendebat, non divinitate.*

(13) *Unde dicitur* Θεοῦ, *id est Deus*. Etymologia Θεοῦ: Vide etiam Cyrillum, *De Trinitate*, p. 58 et 214; Athanasium *De definitionibus*. [Sed nec Athanasii sunt.]

λέγεται, ἐπειδὴ καθ' ἡμᾶς ἐχρήσατο σαρκί. Ἐρώτ. Τί ἐστιν ἅγιος; Ἀπόκρ. Ὁ ἁγιάζων καὶ ἁγιαζόμενος. Ἐρώτ. Τί ἐστιν, Λόγος; Ἀπόκρ. Λόγος ἐστὶν οὐσιώδης, ἀεὶ τῷ Πνεύματι συμπαρών· Ἐρώτ. Ἐν ποίᾳ ὑποστάσει προσκυνεῖς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ἀπόκρ. Ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑποστάσει μίαν φύσιν σεσαρκωμένην καὶ προσκυνουμένην, μίαν προσκύνησιν, ἐπεὶ ἐκ δύο συνελθουσῶν ἓν τὸ προσκυνούμενον πρόσωπον. Οὐσίαι δύο, ἐνέργειαι δύο, θελήματα δύο, αὐτεξούσια δύο· πενταχῶς δὲ ἡ ὑπόστασις· ὑπόστασις, καὶ πρόσωπον, καὶ χαρακτὴρ, καὶ ἴδιον, καὶ ἄτομον.

*Quæst.* Quid est Jesus Christus? *Resp.* Dominus sine peccato factus homo *Quæstio.* Quid est Christus *Resp.* Symbolum deitatis et animatæ carnis, unitio immutabilis. Christus autem dictus est, quia carne instar nostri usus est. *Quæstio.* Quid est sanctus *Resp.* Qui sanctificat et sanctificatur? *Quæstio.* Quid est Verbum? *Resp.* Verbum substantivum est (14), quod semper cum Spiritu præsto est. *Quæstio.* In quanam hypostasi adoras Filium Dei (15)? *Resp.* In Dei Verbi subsistentia unam naturam incarnatam, quæque adoratur una adoratione; quoniam ex duabus essentiis congressis una persona facta est, quæ adoratur. Duæ sunt essentiæ (16), actiones duæ, duæ voluntates, duo libera arbitria. Quinque autem modis dicta est hypostasis (17): hypostasis seu subsistentia, et persona, et character, et proprium, et individuum.

NOTÆ.

(14) *Verbum substantivum est*, etc. Damasc. lib. III, c. 18: Λόγος ἐστὶν ὁ οὐσιωδῶς τῷ Πατρὶ ἀεὶ συμπαρών· *Verbum est quod semper est cum Patre substantialiter.*

(15) *In qua hypostasi adoras Filium Dei*. Vide Damasc. lib. IV, c. 3. Ubi docet quomodo cum caro Christi in se et per se considerata non sit adorabilis, propter unionem tamen cum Verbo Filio Dei, adoranda sit: idque pulchris similitudinibus regis purpura induti declarat. Cum autem Cyrillus epistola ad Nestorium, inquit, *Christum et Dominum unum confitemur, non ut hominem cum Verbo coadorantes*, etc., negat hominem cum Verbo coadorandum, quatenus sensu Nestoriano homo ille alius et diversus esse a Verbo Filio Dei statuitur; quemadmodum ibi seipsum explicat. Nequaquam autem negat carnem Christi in persona Christi propter unionem personalem adorandam, quod multis testimoniis illius convinci posset.

(16) *Duæ sunt essentiæ*. Vide Damascen. lib. III, cap. 13, 14, 17, 18, quibus ostendit, ut in Christo sunt duæ naturæ, divina et humana, ita et in eodem esse duas naturales voluntates, duas naturales actiones, duas liberas voluntates, divinam et humanam.

(17) *Quinque autem modis dicta est hypostasis.* Vide Cyrillum *De Trinitate;* Damascen. in primis institutionibus, et Dialectica, cap. 11 et 30.

# 478 ADMONITIO.

Operæ pretium non esse puto, multis probare Epistolam ad Jordanem Archimandritam *De hymno Trisagio*, quæ multiplici jam editione prodiit, fuisse scriptam a Joanne Damasceno: quippe quam criticorum nemo ei eripere hactenus tentaverit; quin potius asserant ipsi certissimæ rerum, temporum, sententiarum, et locutionum, quæ in ea passim obviæ sunt, notæ. De illo hymno auctor disputat, qui apud Orientales celebratissimus est, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, *Sanctus Deus*, *sanctus fortis*, *sanctus immortalis*, *miserere nobis;* adductisque Ecclesiæ doctorum auctoritatibus non paucis, contendit quodvis canticum, quo Deus ter *Sanctus* inclametur, sive Seraphicum sit, desumptum ex cap. VI Isaiæ, sive ecclesiasticum, de tota Trinitate, non de Filio, seu Christo solo, debere accipi. Quocirca monumentum aliud non reperias, in quo disertius explicentur causæ, propter quas exosum adeo Catholicis fuerit additamentum, quo Petrus Cnapheus, seu Fullo, Antiochenæ Ecclesiæ tyrannus, sacram hanc oden labefactarat, interjecta voce, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, *qui crucifixus es pro nobis*.

Trisagium hoc Proclo CP. vetustius non esse astruerent Epistolæ ad Fullonem, quæ Felicis III papæ, Acacii, Quintiani, Justini, aliorumque episcoporum nominibus insignitæ sunt, si modo genuinas illas esse constaret. His enim perinde fertur, Theodosio Juniore, et Proclo CP. Præsule, cum ob terræ motum Byzantini cives in urbis pomœrio supplicationes ad Deum haberent, raptum in aerem puerum, ab angelis didicisse carmen istud, quod populus caneret. Verum epistolæ illæ Cl. Valesio, aliisque adulterinæ visæ sunt, quod etsi confutare nititur vir doctissimus Antonius Pagius post Guillelmum Cave, ad annum Baronii 483; attamen ad annum 478 fassus erat, utramque epistolam ad Fullonem, aliamque ad Zenonem, quæ Felicis nomen præferunt, Simplicio potius debere ascribi: quia Felix dudum ante quam Cnapheum in Antiochenam sedem jam tertio irrupisse didicisset, communione et episcopali gradu privaverat Acacium; qui tamen his in litteris tanquam legitimus, *dilectissimusque Deo*, θεοφιλέστατος, urbis regiæ pastor et patriarcha commendatur. Enimvero anno 484 anathema dictum Acacio fuit, et anno insequenti 485, Petrus, ejecto Calendione Catholico, Antiochenam sedem recuperavit. At vero in epistola quæ *Quintiani episcopi* esse dicitur, non Simplicius, sed Felix litteras ad Petrum scripsisse fertur. *Multis episcopis te præmonentibus*, inquit, μάλιστ

τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Φήλικος, *maxime sanctissimo archiepiscopo Felice*. Ad hæc non capio, impurum Fullonem a Romano Pontifice amantissima *Religiosissimi* voce compellari, ἡ σὴ θεοφιλία : Fullonem, inquam, qui Martyrio Antiochenum solium eripuerat, subindeque depositus fuerat a legitima synodo; qui paulo post indicta causa Basilisci hæretici tyranni auctoritate sedem repetierat. Quinimo Simplicio admodum displicuerat altera hæc tertii throni invasio ; ita ut Basilisco ad ordinem redacto, Acacio statim scripserit, ut a Zenone Augusto obtineret, Petrum ejusque socios procul amandari, *Mandaveram*, inquit in genuina ad Zenonem epistola, *ut, facta suggestione pietati tuæ, prædictus* (Petrus) *ut et cæteri, qui per occasionem tyrannicæ dominationis* (Basilisci) *invaserant Ecclesias Dei, extra metas pellerentur imperii*. Alia subjungit, quæ satis innuunt Petrum ejusque sequaces auctores fuisse necis Stephani Junioris Antiocheni. Præterea narrat Liberatus in Breviario cap. 18, post auctorem Breviculi historiæ Eutychianistarum, Acacium Simplicio una suggessisse, ut Petrum, et Joannem Apamenum, et Paulum Ephesinum perinde damnaret : imo Felix idem testatur in Epistola ad clericos et monachos Orientales : *Quos tunc hypocrita Acacius ita fecit ab apostolica sede damnari, ut his etiam vocabulum Christianorum tolleretur : quod gesta apud eum manifestant*. Atqui in illis epistolis nulla horum Petri sociorum fit mentio. Insuper **479** Hormisdas papa, ejusque apocrisiarii, monachis Scythis similem Cnapheanæ propositionem ingerentibus, scilicet, *unum de Trinitate crucifixum esse*, nusquam objecisse leguntur, Petrum Fullonem ob adjectam Trisagio crucifixionem a sede apostolica fuisse proscriptum. Jobius monachus apud Photium cod. 222, cum medio circiter sæculo sexto scriberet, Proclo ipsi, non puero, hymnum de quo nunc agitur, imo potius ejus compositionem ex Seraphico cantico et his verbis psal. XLI : Τὸν Θεὸν, ἰσχυρὸν, ζῶντα, *Deum, fortem, vivum*, angelos revelasse dixit, juxta atque didicerat a Judæo, qui Christianus ex animo factus, Catechistæ munere in Ecclesia fungebatur, ὡς τῷ μακαρίῳ Πρόκλῳ ἡ τοῦ εἰρημένου μελωδήματος δι' ἀποκαλύψεως ἐμυήθη σύνθεσις, ἀγγέλων μὲν τὴν ἱερολογίαν ταύτην ἀναμελπόντων, ἐκείνου δὲ τὴν μύησιν πρώτου ἐκεῖθεν ἐκδεξαμένου. Nicephorus Callistus, lib. XVIII, cap. 51, Trisagium istud censet ab apostolis ipsis Ecclesiæ per manus datum esse. In fine actionis I concilii Chalcedonensis, postquam Dioscorus depositione dignus est judicatus, Orientales, seu diœcesis Antiochenæ episcopi, præ cæteris ipsum cecinerunt. Quia vero id gestum fuit post aliquot annos ab obitu Procli, addam auctorem alium antiquiorem, scriptorem nempe vitæ sancti Basilii Magni, qui a multis Amphilochius Iconiensis fuisse putatus fuit : cæterum recentior non est Proclo, aut Chalcedonensi concilio ; quippe qui, contra ac ætatis istius usus tulit, tres Trinitatis divinæ personas esse docet, τρία ἐνυπόστατα, μιᾶς οὐσίας, μιᾶς δυνάμεως, μιᾶς ὑποστάσεως, nihil discernendo hypostasim ab essentia. Hic porro narrat Basilium, cum Nicææ in templo Sancti-Diomedis versaretur. Trisagium carmen istud pronuntiasse.

Quod ad ejus interpolationem attinet, Calendio præsul Antiochenus, ut turbas, quas Cnapheus concitabat, sedaret, ante voces istas, *qui crucifixus es pro nobis*, duas alias præmisit, Χριστὲ βασιλεῦ, *Christe Rex*, quæ veluti versiculi secundi initium forent, ita ut celebrata primum Trinitate, Christi deinde clementia invocaretur. Hoc vero additamentum cum suo auctore Fullo postmodum pessumdedit, cæterique deinceps synodi quartæ adversarii canticum retinuerunt, uti fuerat a Petro immutatum. Quocirca Severus horum antesignanus, Julianusque Halicarnassensis, Anastasio imperatori suggerunt, ut Macedonium Constantinopolitanum cogat Fullonis interpolationem admittere; quod cum pro votis non cessisset, Macedonio ejecto, Timotheus in ejus locum ordinatur, qui, cum illam denuo introducere tentasset, imo edicto decreto in Ecclesiis sanxisset, populo ob novitatem, Deipassianorumque hæresis suspicionem tumultuante, cœptis aliquantum desistere coactus fuit. Cæterum ex Chronico Alexandrino et ex Joannis Malalæ Annalibus apparet, paucis post annis Byzantinos non admodum illud additamentum exhorruisse. Anno quippe Justiniani VI, die 12 Novembris, cum tota civitas ob terræ motum in forum Constantini concurrisset, omnes in hunc modum precatos esse referunt : *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis*. Tunc deinde diluculo conclamasse : *Vince, fortuna Christianorum. Crucifixe, serva nos, et urbem nostram. Auguste Justiniane, vincas :* Ἆρον, καῦσον τὸν τόμον τὸν ἐκτεθέντα ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς συνόδου Χαλκηδόνος. *Tolle, exure tomum editum ab episcopis synodi Chalcedonensis*. Verum is furor diutinus non fuit, et imperatoris cura et edictis Trisagium canticum expurgatum fuit, firmataque fides Chalcedonensis. Interim vero Severus, arrepta sub Anastasio sede Antiochena, Orientalibus persuaserat, ut Trisagium hoc in Christi honorem cum additamento Fullonis recitare pergerent. Fragmenta quædam orationis ipsius de hoc argumento et in Annuntiationem, apud me habeo, in quibus fatetur Trisagium Seraphicum, quod Isaiæ cap. VI legitur, ad *Dominum Sabaoth*, tresque Trinitatis personas terminari, εἰς ἕνα Κύριον Σαβαὼθ καταλήγουσα, τὴν μίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι κυριότητα καὶ θεότητα · at Trisagium ecclesiasticum ad Christum Filiumve proprie referri, qui ejusdem ac Pater et Spiritus sanctus gloriæ consors hoc pacto declaretur; adeoque extremæ impietatis esse nolle vocem hanc addere, *Qui crucifixus es pro nobis :* Ἤδη τινὲς εἰς τοῦτο ἦλθον ἀσεβείας, ὡς τῇ Τρισαγίῳ ᾠδῇ, ἣν ἀναφέρομεν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, λέγοντες· Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, μὴ ἀναπέμπειν τὸ, ὁ σταυρωθείς. Eos enim qui sibi repugnarent, ceu **480** Nestorianos traducebat. Cum itaque Severus Orientalibus persuasisset Trisagium totum Christo potius cani debere, quam Trinitati, Ephræmius qui paulo post ipsum Antiochenam Ecclesiam rexit, etsi catholicæ fidei studiosissimus erat, ne turbis seditionibusve occasionem præberet, satius duxit concedere, ut Trisagium ab Orientalibus secundum interpretamentum istud cum inter-

polatione caneretur. Ejus verba recitabo, ut habentur apud Photium, cod. 228, ex epistola ad Zenobium Monophysitam. *Illi quidem qui Orientis partes incolunt, quia hymnum istum ad Dominum Jesum Christum referunt*, διὰ τοῦτο μηδὲν ἁμαρτάνειν ἐπισυνάπτοντας τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, *idcirco nequaquam peccant apponendo, « qui crucifixus es pro nobis »* (hoc est Theopaschitarum erroris suspicione liberantur); *Byzantini vero et Occidentales* (Græci utique) *carmen istud sublimissimo et sacrosancto bonitatis fonti, consubstantiali Trinitati tribuentes, eam ob rem non sustinent ut ea vox, « qui crucifixus es pro nobis, » interseratur, ne passionem Trinitati affingant. Cæterum* ἐν πολλαῖς ταῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐπαρχίαις, ἀντὶ τοῦ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, τὸ, ἁγία Τριὰς, ἐλέησον ἡμᾶς, ἐπάγειν, *in multis Europæ regionibus, pro his verbis, « qui crucifixus es pro nobis, » istæc alia injiciunt, « Trinitas sancta, miserere nobis. »* Ephræmio tamen assentiri veretur Photius, propter auctoritatem Patrum, qui Petri Fullonis additamentum rejecerunt, eo quod Trinitas hoc hymno celebretur : τῆς γὰρ τριαδικῆς θεολογίας ὕμνον εἶναι τὸ δοξολόγημα. Et certe, cum Damascenus interpolationem hanc proscripserit, etiam in libris quos Damasci scripsit nomine metropolitæ et antistitis sui Petri, hinc collegero patriarchas Antiochenos, qui Ephræmio successerunt, cum catholicæ doctrinæ tenaces essent, Trisagium etiam hymnum expurgasse, ne quæ superessent Monophysitici veneni reliquiæ.

Epistolæ Damasceni in editione Basileensi 1575 contextus Græcus innumeris mendis et erratis typothetarum scatet, quæ omnia subnotare piguit. Eum vero contuli ac recensui ad tres codices Regios 1991, 2930 et 3441, nec non ad chartaceum alterum recentissimum, et fragmentum quod reperi in Reg. 3451.

---

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ

## ΠΡΟΣ ΙΟΡΔΑΝΗΝ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΗΝ

# ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΡΙΣΑΓΙΟΥ ΥΜΝΟΥ.

—

# EPISTOLA

## AD JORDANEM ARCHIMANDRITAM

# DE HYMNO TRISAGIO.

—

A *Τῷ θεοτιμήτῳ, καὶ ζήλῳ θείῳ κεκοσμημένῳ, κυρίῳ Ἰορδάνῃ ἀρχιμανδρίτῃ, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.*

α'. Τοῦ πρὸς σέ μου πόθου ἡ ἀκρότης, ὦ Πατρῶν ἄριστε, οὐκ ἐξ ἀστάτου προφάσεως τὰς ἀφορμὰς κέκτηται, ἀλλ' ἐκ θείας ἀγάπης, ἣ οὐδέποτε ἐκπίπτειν πέφυκεν. Ἴσμεν γάρ σου τῆς πίστεως τὸ ὀρθόδοξον, τὸ ὀρθότομον τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, τὸ τοῦ ζήλου διάπυρον [a], τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης τὸ ἀκραιφνὲς, ἐξ ἧς καὶ δι' ἣν πρὸς τὸν πέλας πέφυκας δέσμιος· ἡ μὲν ἐστιν ὥσπερ πηγῆς πρώτης σύμβολον. Χαρακτηρίζειν γὰρ οἶδεν ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα. Ἴσμεν σου τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων τὴν ἐπιπόθησίν τε καὶ κατατρύφησιν, ἣ σοι μέλιτος γλυκυτέρα λογίζεται· ἐφαντάσθης [b] γὰρ τὸ θεῖον κάλλος, καὶ πρὸς αὐτὸ ὑπόπτερος ἀνεφοίτησας, καὶ γέγονας B Θεοῦ καὶ τῶν θείων ἐμφάσεων ἀκηλίδωτον ἔσοπτρον, κάλλος ἔχων τὴν ἀρετὴν, καὶ ταῖς αὐτῆς ἀκριβεστάταις γραμμαῖς, ἀψευδὲς τοῦ θείου κάλλους, ὡς ἀρχετύπου παντὸς ἀγαθοῦ, ἐκμαγεῖον γενόμενος. Διὸ σὲ

*Venerando in Deo, ac divino zelo flagranti, Domino Jordani archimandritæ, Joannes Damascenus, in Domino salutem.*

1. Summum meum quo te prosequor studium, o Patrum optime, non ex instabili quadam occasione natum est; sed ex divina charitate, quæ ita comparata est, ut nunquam excidat. Novimus enim quam recte de fide sentias; quam recte tractes sermonem veritatis; quam ardenti æstues zelo; quam sincerus adversus Deum amor, ex quo, et propter quem proximo quoque naturali veluti nodo devinctus sis. Ille enim instar primi fontis est: hic vero secundi; imo prioris argumentum : quia dilectio proximi amorem erga Deum certissimis notis exprimit. Non nos fugit, quo divinorum eloquiorum desiderio tenearis, ut voluptatem 481 quam ex illis percipis, ipso quoque melle dulciorem experiaris. Divinam enim pulchritudinem animo concipiens, mentis pennis alisque subvectus, Dei divinorumque simulacrorum purissimum speculum eva-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Edita διάπειρον. [b] R. 1 ἐφαντάσθη σοι.

sisti, ut virtutis formositate niteas, per cujus accuratissima lineamenta divini decoris, qui boni totius exemplar est, in te referas imaginem. Quapropter cum tui amore flagramus, virtutem redamamus, ipsumque Deum, a quo eximiæ virtutis dotes accepisti. Sed, o rem miseram, Pater, o rem miseram! Qui fit ut Ecclesiæ hostis, hanc semper turbare contendat; quodque gravius est, per ipsosmet pietatis alumnos? Etenim frater noster religiosissimus abbas Sergius, gentilis meus, familiaris et amicus, per litteras quas ingenuus frater noster abbas Job attulit, me certiorem fecit, abbatem Anastasium, præclarum illum monasterii sancti Euthymii præpositum, nonnulla ex sanctorum Patrum libris loca protulisse, quibus scilicet Trisagium hymnum ad Filium duntaxat referatur. Quo quidem concesso, nihil erit quod prohibeat, quin lues illa, quam maligne Cnapheus invexit, omnes penitus inficiat. Cæterum miror, ac valde miror, si hæc ita sint: ac rursum demiror, si ita non sint. Nam et rectam venerabilis illius viri, Anastasium dico, fidem perspectam habemus; ejusque, tum in sermone, tum in virtute, quæ in actione sita est, præclaras dotes haud ignoramus. Ac rursum quam a mendacio accusator alienus sit, plane novimus. Cum enim Dei amantissimus sit, ipsique vivat, eum adduci potuisse non puto, ut mendacio suo, in insontem virum, eximiisque virtutibus ornatum calumniam strueret: quod utique animum nostrum non parum vexavit. Multis autem idem Sergius per venerabilem abbatem Job, germanum suum fratrem, eum condemnavit, ursitque ut absque mora, quid de hac re sentirem, sibi significarem. Illud vero etiam ascripsit, Anastasium hoc affirmare, nos quoque huicce sententiæ annuisse, eamque calculo ac suffragio nostro comprobasse. Id quod plane majori me stupore perculit. Protulerat nobis loca (nec enim mentiar) quæ sanctorum probatorumque Patrum esse pronuntiavimus: quod vero ex iis Trisagium hymnum ad Filium solum referri constaret, minime censimus. Quin et beatissimum quoque sanctæ Christi Dei nostri civitatis patriarcham, divinissimum Joannem, Deique hominem, ejusdem secum sententiæ fuisse, asserit, hocque in causa esse ut suam hac in re mentem aperuerit. Quamobrem operæ pretium duximus, ut colendæ propter Deum sanctitati tuæ hæc perspecta fierent, nec, quid sentiamus, nostrorum quispiam ignoraret. Id quippe usitatum nobis est ac familiare.

A ποθοῦντες, ἀρετὴν ποθοῦμεν, καὶ Θεὸν, ἐξ οὗ σοι τὰ τῆς ἀρετῆς προτερήματα. Ἀλλ', οἴμοι, ὦ Πάτερ, οἴμοι! Πῶς ὁ τῆς Ἐκκλησίας ἐχθρὸς ταύτην ἀεὶ κυκᾷν κατεπείγεται· καὶ τὸ δὴ χαλεπὸν, εἴγε διὰ τῶν τῆς εὐσεβείας τροφίμων. Γράμμασι γὰρ ἡμῖν κατεμήνυσεν ὁ θεοσεβέστατος ἡμῶν ἀδελφὸς ὁ ἀββᾶς Σέργιος, ὁ ἀστὸς, καὶ συνήθης, καὶ φίλος, διὰ τοῦ γνησίου ἀδελφοῦ τοῦ ἀββᾶ Ἰὼβ, ὡς ὁ ἱερώτατος ἡμῶν Πατὴρ ὁ ἀββᾶς Ἀναστάσιος, ὁ κλεινὸς τῆς εὐαγοῦς μονῆς Εὐθυμίου τοῦ μάκαρος καθηγεμὼν, χρήσεις τινὰς τῶν ἁγίων Πατέρων προκεκόμικε, δῆθεν εἰς τὸν Υἱὸν μόνον ἀναφερούσας τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Οὗ δοθέντος, οὐδὲν κωλύσει τὴν ἐκ τοῦ Κναφέως κακῶς ἐπεισφρήσασαν λύμην, πάντας ἄρδην καταλυμήνασθαι. Τεθαύμακα δὲ, λίαν τεθαύμακα, εἴγε ταῦτα B οὕτως ἔχει, καὶ πάλιν τεθαύμακα εἴγε μὴ ταῦτα οὕτως ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ σεβασμίου ἀνδρὸς ὀρθόδοξον ἐπιστάμεθα, καὶ τὸ εὐπρεπὲς τοῦ αὐτοῦ ἐν λόγῳ καὶ ἀρετῇ τῇ κατὰ πρᾶξιν οὐκ ἀγνοοῦμεν, τοῦ κυρίου ἀββᾶ Ἀναστασίου φημί· οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀψευδὲς τοῦ κατηγόρου σαφῶς γινώσκομεν. Θεὸν γὰρ ποθῶν, καὶ αὐτῷ ζῶν, οὐκ ἂν οἶμαι ὡς ψεύσαιτο, καὶ συκοφάντης ἔσται ἀθῴου ἀνδρὸς, κἂν τοῖς τῆς ἀρετῆς προτερήμασι διαπρέποντος· ὃ δὴ, οὐ μετρίως ἡμῶν τὸν λογισμὸν ἐβασάνισε. Κατέκρινε δὲ ὅτι πλεῖστα, διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἀββᾶ Ἰὼβ, τοῦ γνησίου αὐτοῦ ἀδελφοῦ [c], καὶ κατήπειξε, πάσης ἀναβολῆς ἄτερ καὶ ὑπερθέσεως, τὴν ἡμετέραν περὶ τούτου ἐπισημήνασθαι γνώμην· γέγραφε δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸν βεβαιώσασθαι, C ὅτιπερ καὶ ἡμεῖς τῇ γνώμῃ ταύτῃ καθυπεκύψαμεν, συναίνεται [d], καὶ σύμψηφοι αὐτῷ περὶ τούτου γενόμενοι, ὃ καὶ μᾶλλον τεθαύμακα· προκεκόμικε γὰρ ἡμῖν τὰς χρήσεις, οὐ ψεύσομαι, καὶ τῶν ἁγίων καὶ ἐγκρίτων εἶναι ταύτας Πατέρων ἀπεφηνάμεθα· οὐ μὴν, εἰς τὸν Υἱὸν μόνον δηλοῦν ἀναφέρεσθαι τὸν Τρισάγιον ὕμνον τὰς χρήσεις, συνῃνέσαμεν· καὶ τὸν τρισμακάριστον δὲ πατριάρχην τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, Ἰωάννην (1) τὸν θειότατον καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, τῆς αὐτῆς αὐτῷ γεγενῆσθαι [e] ἐννοίας· τούτου γε ἕνεκεν γέγραφεν αὐτὸν ἀποφήνασθαι. Δεῖν οὖν ᾠήθημεν τὰ περὶ τούτων ἀρίδηλα καταστῆσαι τῇ θεοτιμήτῳ ὑμῶν ἁγιότητι, καὶ ὅπως γνώμης ἔχομεν, τοῦ μηδὲν ἀγνοῆσαι [f] τῶν ἡμετέρων. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν D φίλον καὶ σύνηθες.

VARIÆ LECTIONES.

[c] Edit. αὐταδέλφου. [d] Sic. Reg. 2 edit. σύνναιοι. [e] Mss. γενέσθαι. [f] Reg. 2 ἀγνοεῖν.

NOTÆ.

(1) *Joannem.* Tabulæ chronologicæ Annalium Theophanis Joannem hunc 30 annos Ecclesiæ Hierosolymitanæ præfuisse, et tandem 19 Leonis Isauri obiisse testantur. Ipse est, quem Theophanes eidem Leoni ob bellum sacris imaginibus indictum, anathema dixisse refert. De ejus successore dicemus in observationibus ad vitam nostri auctoris. Joannes hic dicitur Patriarcha τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, *Sanctæ Christi Dei nostri civitatis*, quibus verbis urbs sancta Jerusalem vulgo significatur a Græcis sequioribus: v. gr. Sophronius epistolam suam ad Sergium CP. quæ lecta est in VI synodo, act. 12, hoc modo inscripsit: Σωφρόνιος ἀχρεῖος δοῦλος τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, *Sophronius servus inutilis sanctæ Christi Dei nostri civitatis*. Plura non addo, ne rem testatissimam velle comprobare videar.

β'. Φαμὲν τοίνυν ὡς οἱ ὅροι καὶ αἱ κληρώσεις, οἱ A λόγῳ γινόμενοι πρέποντι, βεβαιότατοι τυγχάνουσι. Φησὶ γὰρ ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι «Ἤγαγεν ὁ Θεὸς πάντα τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ τοῦ ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά. Καὶ πᾶν ὃ ἂν ἐκάλεσεν αὐτῷ Ἀδὰμ, ψυχὴν ζῶσαν, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ.» Ὁρῶμεν οὖν ὀνόματα χωρίζοντα εἶδος ἐξ εἴδους, καὶ ὀνόματα ἐπιτιθέμενα χωρίζοντα ὑπόστασιν ἐξ ὑποστάσεως, καὶ ὅρον δὲ καὶ νόμους τεθέντας, καὶ μέχρι νῦν κεκρατηκότας. Οὕτω φημὶ ὁριστικῶς, ἀποκεκαλύφθαι τῷ Ἡσαΐᾳ ἐκ Θεοῦ διὰ τῶν Σεραφὶμ, καὶ διὰ τοῦ Τρισαγίου ὕμνου, τὴν μίαν τρισυπόστατον θεότητά τε καὶ κυριότητα, ὡς διά τινος ἀριθμητικῆς ἐκφαντορίας. Διὰ τί γὰρ οὐ δὶς, ἢ τετράκις, ἢ μυριάκις, τὸ *Ἅγιος* ὕμνησαν; καὶ διὰ τί μὴ δὶς, ἢ τρὶς, ἢ τετράκις, ἢ μυριάκις, τὸ, *Κύριος Σαββαὼθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ* B *τῆς δόξης αὐτοῦ*, τὰ Σεραφὶμ ἐξεφώνησαν; ἀλλὰ τὸ μὲν *Ἅγιος* τρὶς, *ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*· τὸ δὲ *Κύριος* μοναδικῶς; Ἢ δεικνύντα τρεῖς μὲν τὰς ἁγίας ὑποστάσεις, μίαν δὲ κυριότητα τῶν τριῶν, καὶ μίαν ἀρχὴν καὶ δόξαν, οὐσίαν τε καὶ θεότητα, καὶ ἕνα τὰς τρεῖς εἶναι Θεὸν ἅγιον· ἅγιον μὲν τὸν Πατέρα, ἅγιον τὸν Υἱὸν, ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ἕνα ἅγιον, οὐ τρεῖς ἁγίους· καὶ ἕνα Κύριον, οὐ τρεῖς κυρίους. Αἱ μὲν γὰρ τρεῖς ὑποστάσεις, Θεὸς καὶ Θεὸς καὶ Θεὸς, ἀλλ' εἷς ἅγιος Θεὸς, καὶ οὐ τρεῖς θεοί· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀλλ' εἷς ἅγιος, καὶ οὐ τρεῖς ἅγιοι· Κύριος καὶ Κύριος καὶ Κύριος, ἀλλ' εἷς Κύριος, καὶ οὐ τρεῖς κύριοι. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· *Πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου*, καὶ οὐκ, *αὐτῶν*. C Ἡ μὲν οὖν θεότης, ἤτοι οὐσία, τριαδικῶς ἐξαπλοῦται, ἀδιαιρέτως ἐν τρισὶ γνωριζομένη ὑποστάσεσι, καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν, ἤτοι θειότητα, ἑνοῦνταί τε καὶ συνάπτονται. Καὶ ἡ μὲν θεότης, τριαδικῶς ἁγιάζεται καὶ δοξάζεται, *ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*· καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις μοναδικῶς δοξολογοῦνται, *Κύριος Σαββαὼθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*. Εἷς γὰρ Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, καὶ τὰ τρία ἕν, ἤτοι μία φύσις, οὐχ ὑπόστασις μία· οὐχ ἑκάστη δὲ τῶν ὑποστάσεων τρισσῶς δοξολογεῖται καὶ ἁγιάζεται. Ἡ μὲν γὰρ θεότης, τριὰς ὑποστάσεων οὖσα, οἰκείως καὶ προσηκόντως τριαδικῶς ἁγιάζεται· *ἅγιος* ὁ Πατὴρ, *ἅγιος* ὁ Υἱὸς, *ἅγιον* τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Κύριος Σαβαώθ. Εἷς γὰρ τὰ τρία Θεός τε καὶ Κύριος. Ἑκάστη δὲ τῶν ὑποστάσεων D μία οὖσα ὑπόστασις, καὶ οὐ τρεῖς, τίνος ἕνεκεν τρὶς [g] ἁγιασθήσεται, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἢ δὶς, ἢ τετράκις, ἢ μυριάκις; Οὐ γὰρ ἑκάστη τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, Τριάς· οὕτω γὰρ ἂν ἐννὰς ἔσται ἡ θεότης, καὶ οὐ Τριάς. Διὰ τί γὰρ μὴ δισάγιον, ἢ τετράγιον, ἢ μυριάγιον ὕμνον ὕμνησαν, ἀλλὰ τρισάγιον, κατὰ τὸν τῶν ὑποστάσεων ἀριθμόν; Ὥσπερ [h] γὰρ τὸν Πατέρα ὑπόστασιν φαμεν, καὶ τὸν Υἱὸν ὑπόστασιν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπόστασιν, καὶ τὴν θεότητα, ἤτοι οὐσίαν τρισυπόστατον, ὡς τὰς τρεῖς περιέχουσαν

482 2. Hoc igitur dicimus, terminos et nuncupationes, quæ congruenti ratione assignantur, certissima esse. Ait quippe Scriptura: «Adduxit Dominus omnia animantia ad Adam, ut videret, quid vocaret ea: et omne quodcunque vocavit ipse animam viventem, hoc est nomen ejus [1].» Videmus itaque vocabula, quæ speciem a specie distinguant, rursumque imposita nomina quæ hypostasim ab alia hypostasi secernant, ac demum regulas legesque statutas etiamnum vigentes. Ad hunc porro modum definite pronuntio, Deum per Seraphim ac per Trisagium hymnum unam in tribus hypostasibus divinitatem ac dominationem, tanquam per arithmeticam quamdam declarationem, Isaiæ revelasse. Cur enim non bis, aut quater, aut sexcenties vocem hanc *Sanctus* cecinerunt? quid item est, cur nec bis, aut ter, aut quater, aut sexcenties, hæc verba: *Dominus Sabaoth, pleni sunt cœli et terra gloria ejus* [2], pronuntiarunt, verum vocem *Sanctus* ter, vocabulum autem *Dominus* semel duntaxat Seraphim exclamarunt? Annon ut ostenderent tres quidem esse sanctas hypostases, unam vero trium dominationem, unum imperium, gloriam unam, essentiamque et Deitatem, ac unum tres illas esse sanctum Deum; sanctum nimirum Patrem, sanctum Filium, sanctum Spiritum sanctum: unum nihilominus sanctum, non tres; unum Dominum, non tres dominos. Nam tres hypostases, Deus et Deus et Deus sunt; cæterum unus Deus, et non tres dii. Item sanctus, sanctus, sanctus, sed unus sanctus, et non tres sancti: Dominus et Dominus et Dominus; sed unus Dominus, et non tres domini. Idcirco subjunxit: *Pleni sunt cœli et terra gloria tua*, non *eorum*. Ac deitas quidem, hoc est essentia, trine explicatur, ut quæ in tribus hypostasibus absque divisione agnoscatur: ac rursum tres hypostases in una essentia, deitate scilicet, uniuntur ac copulantur: sicque divinitas trine sanctificatur et glorificatur, *sanctus, sanctus, sanctus*, ac tres personæ una tantum gloria celebrantur, *Dominus Sabaoth: pleni sunt cœli et terra gloria ejus*. Unus quippe Deus est in tribus personis, et tres unum; hoc est una natura, non una persona. Non autem quæque persona triplici repetitione sanctificatur et celebratur. Deitas etenim, cum tres hypostases complectatur, propria convenientique ratione ter sancta prædicatur, *sanctus* Pater, *sanctus* Filius, *sanctus* Spiritus sanctus, *Dominus Deus Sabaoth*; cum hæc tria et Deus, et Dominus unus sint. Quælibet autem, cum una persona sit, non tres, cur tandem ter sancta prædicabitur, ac non semel, aut bis, aut quater, aut millies? Non enim quælibet deitatis persona Trinitas est. Nam ad hunc modum novennitas foret deitas, non Trinitas. Ecce cur enim non bis, non ter, non quater, aut millies

[1] Gen. II, 19. [2] Isa. VI, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[g] Edit. τρεῖς. [h] Contuli hanc partem cum prolixo fragmento quod reperi in Reg. 3451.

sanctum accinerunt; sed ter sanctum, secundum personarum numerum? Quemadmodum enim Patrem personam dicimus, et Filium personam, et Spiritum sanctum personam, deitatem quoque, sive essentiam, tersubstantem, utpote tres hypostases complectentem, ac neque Patrem in triplici persona subsistentem, nec item Filium et Spiritum sanctum dicere fas est: sic nec unam personam ter sanctam dicere licet. Quin potius sanctum Patrem, sanctum Filium, sanctum **483** Spiritum sanctum: ac ter sanctam deitatem tres personas amplectentem. Quocirca si tres personas non indicat Trisagius hymnus, bis duntaxat, *sanctus*, canamus, atque ita subnectamus, *Dominus Sabaoth*. At id non licet, nec ita Seraphim cecinerunt. Ne simus sapientes nimium, nec Seraphim doctiores nobis esse videamur.

A ὑποστάσεις, καὶ οὔτε τὸν Πατέρα τρισυπόστατον, οὔτε τὸν Υἱὸν τρισυπόστατον, οὔτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τρισυπόστατον, εἰπεῖν θεμιτὸν, οὕτως οὐδὲ τρισάγιον μίαν τῶν ὑποστάσεων· ἀλλ' ἅγιον τὸν Πατέρα, ἅγιον τὸν Υἱὸν, ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρισάγιον δὲ τὴν τρισυπόστατον θεότητα. Εἰ οὖν μὴ τῶν τριῶν ὑποστάσεών ἐστιν σημαντικὸς ὁ Τρισάγιος ὕμνος, ὑμνήσωμεν δὶς τὸ *ἅγιος*, καὶ ἐπαγάγωμεν τὸ, *Κύριος Σαββαώθ*· ἀλλ' οὐ θέμις, οὐδ' οὕτω τὰ Σεραφὶμ ὕμνησαν. Μὴ σοφισώμεθα περιττὰ, μηδὲ τῶν Σεραφὶμ σοφώτεροι εἶναι δόξωμεν.

3. Quod si Deo pleni Patres, quorum sermo vim legis habet, dicant, Seraphim Filium celebrando clamare, *sanctus, sanctus, sanctus*; si quidem dixissent ea Filium duntaxat canere, suspicari liceret de solo quoque Filio Trisagium hymnum recitatum esse. Cum autem Filius nec a Patre, nec a Spiritu sancto separari queat, profecto nec hymnus etiam dividi potest. Una enim cum Patre et Spiritu sancto Filius laudatur ac glorificatur. At vero tum de solo Filio hymnum dici concedimus, cum ea quæ ejus personam designant, canimus: qualia sunt ista, Dei Filius, Verbum, Dei sapientia et virtus, ex Patre natus, incarnatus, carne crucifixus, resurgens, in cœlos scandens, sedens ad dexteram Patris, et alia id genus. Quemadmodum igitur hæc unam personam indicant, nec alteri prorsus personæ, aut etiam communi deitati conveniunt, ita et Trisagius hymnus, quandoquidem tres personas indicat, uni duntaxat personæ nequaquam convenit. Nam, sicut quamlibet humanitatis hypostasim hominem appellamus; aliunde vero civitatem quæ multos homines contineat, πολυάνθρωπον; id est, hominibus frequentem, vocamus, non autem quemvis hominem πολυάνθρωπων: et sicut numerando et unum dicimus, nec de unoquoque ternum numerum dicere possumus, ita et in hymno Trisagio, quamlibet personam *sanctam* dicimus, ter sanctam item deitatem, quæ tres personas complectitur: unam autem personam ter sanctam dicere minime possumus. Ac rursum veluti lucem, et lucem, et lucem dicimus, iisque inter se copulatis, trilucidum splendorem dicimus, non autem trilucidam unamquamque lucem: sic in hymno Trisagio. Quamobrem ea omnia quæ unica dictione, simpliciter et absolute de tota divinitate dicuntur; de unaquaque etiam persona enuntiantur. At ternarius numerus in sancta Trinitate tres personas indicat. Præclare enim ac valde congruenter a divino Epiphanio dictum est: Quid causæ est, cur non bis, aut quater *sanctus* proclamant Seraphim, sed ter; nisi ut trium personarum in unam divinitatem ac domina-

B γ'. Εἰ δὲ λέγοιεν οἱ θεοφόροι [i] Πατέρες, ὧν νόμος [j] ὁ λόγος, ὅτι τὸν Υἱὸν ὑμνοῦντά φασιν, *ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*· εἰ μὲν ἔφησαν, ὅτι τὸν Υἱὸν [k] μονομερῶς ὕμνουν, εἶχεν ἂν ὑποψίαν, καὶ εἰς τὸν Υἱὸν μόνον εἰρῆσθαι τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Εἰ δὲ ἀχώριστος ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Πνεύματος, ἀχώριστος καὶ ὁ ὕμνος. Συμπροσκυνεῖται γὰρ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι ὁ Υἱὸς, καὶ συνυμνεῖται καὶ συνδοξάζεται. Τότε δὲ εἰς τὸν Υἱὸν μόνον φαμὲν τὸν ὕμνον λέγεσθαι, ὅτε τὰ ἐνδεικτικὰ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ λέγομεν· οἷον ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Λόγος, ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δύναμις, ὁ ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, ὁ σαρκωθεὶς, ὁ σταυρωθεὶς σαρκὶ, ὁ ἀναστὰς, ὁ ἀνελθὼν εἰς οὐρανοὺς, ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὥσπερ οὖν ταῦτα ἐνδεικτικὰ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως, C καὶ οὐδαμῶς ὑφ' ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ [l] ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς θεότητος χώραν ἔχει, οὕτω καὶ ὁ Τρισάγιος ὕμνος ἐνδεικτικὸς ὢν τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἐπὶ μιᾶς τῶν ὑποστάσεων χώραν οὐκ ἔχει. Ὥσπερ γὰρ ἑκάστην ὑπόστασιν τῆς ἀνθρωπότητος ἄνθρωπον λέγομεν, φαμὲν δὲ τὴν πολλοὺς ἀνθρώπους περιέχουσαν πόλιν, πολυάνθρωπον, οὐ δυνάμεθα δὲ εἰπεῖν ἕκαστον ἄνθρωπον πολυάνθρωπον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Τρισαγίου, ἑκάστην τῶν ὑποστάσεων ἅγιον λέγομεν, Τρισάγιον δὲ, τὴν τρισυπόστατον θεότητα· μίαν δὲ τῶν ὑποστάσεων Τρισάγιον, εἰπεῖν οὐ δυνάμεθα. Καὶ ὥσπερ ἀριθμοῦντες, ἕνα καὶ ἕνα καὶ ἕνα λέγομεν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἐφ' ἑκάστου λέγειν τρισάριθμον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Τρισαγίου· καὶ ὥσπερ φέγγος καὶ φέγγος καὶ φέγγος λέγομεν, καὶ συνD άψαντες δὲ, τριφεγγὲς σέλας φαμὲν, οὐ λέγομεν δὲ ἕκαστον τριφεγγὲς, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Τρισαγίου. Πάντα μὲν οὖν ἑνιαίως καὶ ἁπλῶς καὶ ἀπολύτως τὰ ἐφ' ὅλης τῆς θεότητος λεγόμενα, καὶ ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων λέγονται. Ὁ δὲ τρὶς ἀριθμὸς ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, τῶν τριῶν ὑποστάσεών ἐστιν δηλωτικός. Καλῶς γὰρ ἔφη καὶ λίαν καιρίως ὁ θεοφόρος Ἐπιφάνιος, ὅτι Διὰ τί μὴ δὶς, ἢ τετράκις τὸ, *ἅγιος*, λέγει τὰ Σεραφὶμ, ἀλλὰ τρὶς, εἰ μὴ ὅτι τὸν τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἀριθμὸν καταμηνύουσιν, εἰς μίαν θεότητά τε καὶ κυριότητα ἑνούμενον; *ἅγιος ὁ Θεὸς*

VARIÆ LECTIONES.

[i] Leg. οἱ θεῖοι. [j] Edit μόνος. [k] V. int. *Jesum*. Legebat per abbreviationem ῦν, ut in uno cod. reperi.
[l] Reg. 3451 hic addit λεχθείη.

A καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ Θεὸς ὁ Υἱὸς, καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· *ἅγιος ἰσχυρὸς* ὁ Υἱὸς ἡ ἐνυπόστατος Θεοῦ δύναμις· *ἅγιος ἀθάνατος* τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ζωοποιὸν, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· «Ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς.» Οὐχ ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸς ὁ Πατὴρ, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἀθάνατος ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ καθὼς ὁ Ἀπόστολος τὰς ὑποστάσεις δεῖξαι βουλόμενος, φησίν· «Ἡμῖν δὲ, εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα,» οὕτω κἀνταῦθα. Τοῦτο δὲ καὶ Δαβὶδ προανεφώνησεν εἰπών· «Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός.» Ἰδοὺ κοινῶς τὴν θεότητα εἰπὼν, ἐπήγαγε, καὶ τὰς ὑποστάσεις σημᾶναι βουλόμενος· «Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.» Ὁ γὰρ ἀεὶ ζῶν, ἀθάνατος. B Εἰπὼν τοίνυν, «Ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεὸς,» ἐσήμανεν τὴν μίαν θεότητα. Εἶτα εἰπὼν, «Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα,» τὸ τριαδικὸν τῶν ὑποστάσεων ἔδειξε. Καὶ πάλιν ἐπανῆλθεν εἰς τὸ ἑνιαῖον τῆς φύσεως· «Πότε ἥξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ;»

δ'. Εἰ δέ τις εἴποι ὅτι πολλάκις καὶ ἐπὶ μιᾶς ὑποστάσεως λέγεται τὸ τρισόλβιος, καὶ τριπόθητος, καὶ τρισμακάριστος, γινωσκέτω ὅτι τὸ *τρεῖς*, ὅτε μὲν διὰ τῆς, ει, διφθόγγου γράφεται, τὸν τριαδικὸν ἀριθμὸν σημαίνει, C ὅτε δὲ διὰ ψιλοῦ τοῦ ι, τάττεται ἀντὶ τοῦ, *πολλάκις*, ὡς φαμὲν *τρεῖς* ἄνθρωποι, καὶ «*Τρεῖς* εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ τὸ πνεῦμα,» καὶ *τρὶς* διὰ τοῦ *ἰῶτα* ἐπιῤῥηματικῶς, ἀντὶ τοῦ, *πολλάκις*, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, «Περὶ τούτου *τρὶς* τὸν Κύριον παρεκάλεσα,» ἀντὶ τοῦ, *πολλάκις*. Ἰστέον δ' ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ τριαδικοῦ ἀριθμοῦ, ὅταν ἐπιῤῥηματικῶς λέγηται, διὰ τοῦ *ἰῶτα* γράφεται. Οἷον ἅπαξ, καὶ *δὶς*, καὶ *τρὶς*, καὶ *τετράκις*, καὶ ἐν τῇ συνθέσει δὲ, εἴτε τὸν τριαδικὸν, εἴτε τὸν πολλὰ ἀριθμὸν σημαίνει, διὰ τὸ *ἰῶτα* γράφεται· *τριώνυμος* γὰρ ὁ τρία ὀνόματα ἔχων, καὶ *τριπόθητος* ὁ πολυπόθητος, *τρισμακάριστος* ὁ πολλάκις μακάριστος, *τρισόλβιος*, ὁ πολλάκις ὄλβιος. Καὶ ταῦτα

tionem coeuntium numerum declarent (2)? *sanctus Deus* (3) et Pater, ex quo Deus Filius, et Deus Spiritus sanctus: *sanctus fortis* Filius, Dei subsistens virtus: *sanctus immortalis* Spiritus sanctus, vivificans, quemadmodum ait Apostolus: «Lex spiritus vitæ [a].» **484** Non quod Deus non sit Filius, aut Spiritus sanctus; neque etiam quod fortis non sit Pater, aut Spiritus sanctus; nec demum quod Pater immortalis non sit, nec Spiritus sanctus: verum, sicut Apostolus personas indicare cupiens, ait: «Nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia: et unus Spiritus sanctus, in quo omnia [b];» ita etiam hoc in loco. Hoc autem David his quoque verbis astruxerat: «Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus [c].» Ecce postquam commune deitatis vocabulum assumpsit, ut personas deinde significaret, subjunxit: «Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum [d]» (nam qui semper vivit, immortalis est). Cum itaque dixit: «Desiderat anima mea ad te, Deus,» unam expressit divinitatem. Cum autem subjecit, «Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum,» personarum trinitatem commonstravit. Ac rursum ad unitatem naturæ regressus est, «quando veniam et apparebo ante faciem Dei [e].»

4. Quod si quis objiciat de una persona sæpe dici, ter felicem, ter charum, ter beatum: noverit, τρεῖς, cum per diphthongum ει, scribitur, ternarium numerum significare: cum autem per simplex ι, idem valere quod, *multoties*. Sic dicimus τρεῖς, tres homines, et τρεῖς: «Tres sunt, qui testimonium dant, aqua, et sanguis, et spiritus [f].» Τρὶς, vero per simplex ἰῶτα adverbialiter, pro *multoties*, quo sensu ait Apostolus: «Propter quod τρὶς, ter Dominum rogavi [g],» hoc est pluribus vicibus. Illud porro sciendum est numerum ternarium, dum per adverbium enuntiatur, per ἰῶτα scribi: v. gr. semel, et δὶς, *bis*, et τρὶς, *ter*, et τετράκις *quater*: in compositione item, sive ternarium numerum, sive plura simul denotet, per ἰῶτα, scribi ut τριώνυμος dicitur tria nomina habens, τριπόθητος, *maxime charus*, τρισμαχάρισος, *multipliciter beatus*, τρισόλβιος, *multis nominibus felix*. Quæ quidem in

[a] Rom. VIII, 2. [b] I Cor. VIII, 6. [c] Psal. XLI, 2. [d] ibid. 3. [e] ibid. [f] I Joan. V, 8. [g] I Cor. XII, 8.

## NOTÆ.

(2) Epiphan. in Ancorato; cujus verborum sensum duntaxat proposuit Damascenus: nec enim ὑπόστασιν pro persona sumendam concessit unquam Epiphanius.

(3) *Sanctus Deus*. Hymnum Trisagium ex hymno Cherubico, seu Seraphico, *sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth*, et his verbis psal. XLI: *Sitivit anima mea ad Deum, fortem, vivum*, conflatum esse dixerat ante Damascenum Jobius monachus, ut discimus ex Photio cod. 222, hancque interpretationem traditam sibi fuisse aiebat a Judæo, qui Christianam amplexus fidem sapientia et vitæ sanctimonia clarus evaserat: scilicet *Deum sanctumque* D *dici, ut differre significetur ab idolis, quæ terrena sunt, et manuum hominum opera, vereque abominanda; fortem, cum illa muta et infirma sint; immortalem denique, eo quod illa spiritu et actione, omnique vita careant.* Insuper sanctum hunce virum sibi narrasse, ὡς τῷ μακαρίῳ ἢ τοῦ εἰρημένου μελῳδήματος δι' ἀποκαλύψεως ἐμυήθη σύνθεσις· ἀγγέλων μὲν τὴν ἱερολογίαν ταύτην ἀναμελπόντων, ἐκείνου δὲ τὴν μύησιν πρώτου ἐκεῖθεν ἐκδεξαμένου· *Beato Proclo Constantinopolitano præsuli, prædicti carminis compositionem explicatam fuisse, angelis quidem divinas voces modulantibus, illo omnium primo ab eis expositionem earum excipiente.*

una persona perquam chara, beata et felice locum habent. At vero, dum ternarium numerum exprimit, nonnisi de ipsomet numero proprie enuntiari potest : v. gr. διώνυμος dici nequit, qui nomina duo non habet, nec τρίχροος, qui tribus coloribus præditus non est. Quare cum trinominem aliquem vocamus, indicamus ipsum tribus tantum nominibus insigniri. Dum autem τρισάγιον, *ter sanctum* dicimus, in sancta quidem Trinitate locum habet : quippe cum tres duntaxat personas complectatur, quarum quælibet et sancta est ac celebratur, jureque ac proprie τρισάγιος *ter sancta* prædicatur. Verum si de una persona caneretur, suspicari quis posset, eam vel tribus essentiis, vel tribus hypostasibus constare : quorum utrumque de unica divinitatis persona asserere nefarium et impium est. Quin potius hoc dicimus absurdum prorsus esse, ad unam ex divinitatis personis Trisagium hymnum referre ; ut qui tres divinitatis personas aperte declaret. Nam si communem essentiam significaret, de unaquaque persona pronuntiaretur. Cum autem trium personarum numerum designet, ab re prorsus fuerit illum 485 de una efferre, ne alioqui novies-sanctam esse Trinitatem effutiamus. Siquidem ternarius in se multiplicatus, novenarium numerum gignit.

5. Diximus eum qui duo nomina habeat, binominem dici, et qui tria nomina, nec plura, nec pauciora, trinominem. Cur ergo ter tantum sanctus Pater, aut Filius, aut Spiritus sanctus dicitur ? numquid solus Pater in tribus personis subsistit, aut solus Filius, aut solus Spiritus sanctus, ut quilibet ter sanctus prædicetur ? absit ! Imo infinities infinite sanctus. At sancta divinitas, in tribus personis exsistens, merito ter sancta proclamatur. Cum itaque Trisagius hymnus tres deitatis personas indicet, de una persona dicendus non est. Nam definitum numerum indefinitæ deitati assignare non possumus, præter essentiæ unitatem, et personarum Trinitatem. Enim vero si quis a nobis sciscitetur, cur baptizando triplicem immersionem facimus, quidnam aliud respondebimus, nisi quod pro qualibet persona semel immergamus, ac ter, quia tres personæ sunt, non autem ter pro qualibet persona ? nam alioqui novem immersiones adhibendæ forent, quod omnino nefas esset. Eaque etiam ratione ad unamquamque immersionem nomen unius e tribus personis pronuntiamus. Eodem modo si quæratur a nobis, cur hæc vox *sanctus* ter canitur, non bis aut quater ; propter Trinitatem in tribus personis subsistentem id fieri, vere dixerimus. Quanam itaque ratione Trisagium hymnum de una persona canere possemus ? sic etenim nos ipsos mendaces, verborumque nostrornm refractarios constitueremus. Unaquæque deitatis persona,

A μὲν ἐφ' ἑνὸς προσώπου, πολυποθήτου καὶ πολυολβίου καὶ πολυμάκαρος χώραν ἔχει. Τὸ δὲ σημαντικὸν τοῦ τριαδικοῦ ἀριθμοῦ οὐ δυνατὸν, εἰ μὴ ἐπ' αὐτοῦ κυρίως τοῦ ἀριθμοῦ λεχθῆναι· οἷον, ἀδύνατον μὴ δύο ὀνόματα ἔχοντα, *διώνυμον* εἰπεῖν, καὶ τὸν τρεῖς χροιὰς μὴ ἔχοντα, *τρίχροον*. Ὅταν οὖν λέγωμεν *τριώνυμον*, δηλοῦμεν, τρία μόνον ἔχειν ὀνόματα ὃν τριώνυμον προσαγορεύομεν[m]. Ἐὰν δὲ εἴπωμεν *τρισάγιον*, ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας Τριάδος χώραν ἔχει. Τρεῖς γὰρ μόνας ὑποστάσεις ἔχουσα, ἑκάστης ἁγίας οὔσης καὶ ὑμνουμένης, οἰκείως ἂν λεχθείη *τρισάγιος*. Εἰ δὲ ἐπὶ μιᾶς ὑποστάσεως ῥηθείη, ὑποτοπάσει τις, ἢ ὡς τρεῖς ἁγίας οὐσίας, ἢ τρεῖς ἁγίας ὑποστάσεις κέκτηται· ὧν ἑκάτερον ἀθέμιτόν τε καὶ ἀσεβὲς ἐπὶ μιᾶς τῶν τῆς θεότητος εἰπεῖν ὑποστάσεων. Καὶ τοῦτο B δὲ φαίημεν, ὡς τὸν Τρισάγιον ὕμνον ἐκφαντορικὸν ὄντα τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, ἄτοπον μιᾷ τῶν τῆς θειότητος ὑποστάσεων[n] ἀνατιθέναι. Εἰ μὲν γὰρ τοῦ κοινοῦ τῆς οὐσίας εἴη[o] σημαντικὸς, ἐλέγετο ἂν ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων· σημαντικὸν δὲ ὄντα τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, οὐκ εὔκαιρον ἐπὶ μιᾶς αὐτὸν λέγειν, ἵνα μὴ ἐννάγιον τὴν ἁγίαν Τριάδα ἀποφηνώμεθα. Ὁ γὰρ τρὶς ἀριθμὸς ἐφ' ἑαυτὸν πολυπλασιαζόμενος, τὸν ἐννέα ἀπογεννᾷν ἀριθμὸν πέφυκεν.

ε'. Εἴπομεν, ὡς ὁ δύο κεκτημένος ὀνόματα, διώνυμος λέγεται, καὶ τριώνυμός ἐστιν ὁ τρία ἔχων ὀνόματα, καὶ οὔτε πλείονα, οὔτε ἐλάττονα. Τί οὖν τρίτον μόνον ἅγιος ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ C ἅγιον ἢ τρισυπόστατος ὁ Πατὴρ μόνος, ἢ ὁ Υἱὸς μόνος, ἢ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵν' ἕκαστος λεχθείη τρισάγιος ; μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ καὶ ἀπειράκις ἀπείρως. Ἡ δ' ἁγία θεότης, ὡς τρεῖς μόνας ὑποστάσεις ἔχουσα ἁγίας, εἰκότως ἂν ῥηθείη τρισάγιος. Ὥστε οὐκ ἐπὶ μιᾶς τῶν ὑποστάσεων χρὴ λέγειν τὸν Τρισάγιον ὕμνον, ἐνδεικτικὸν ὑπάρχοντα τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων. Ὡρισμένον γὰρ ἀριθμὸν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ἀορίστου θεότητος, εἰ μὴ μονάδα μὲν οὐσίας, Τριάδα δὲ ὑποστάσεων. Εἰ γάρ τις ἡμᾶς ἔροιτο, ἀνθ' ὅτου βαπτίζοντες, τρίτον ποιούμεθα τὴν κατάδυσιν, τί ἂν ἄλλο φαίημεν, ἢ ὅτι καθ' ἑκάστην τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, μίαν κατάδυσιν, καὶ τρεῖς διὰ τὸ τρισσὸν τῶν ὑποστάσεων, καὶ D οὐ τρεῖς καταδύσεις καθ' ἑκάστην τῶν ὑποστάσεων ; ἢ οὕτω γε, ἐννέα τὰς καταδύσεις ἐποιούμεθα· ὅπερ ἀθέμιτον[p]. Διὸ καθ' ἑκάστην τῶν καταδύσεων, τὸ ὄνομα μιᾶς τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐπιλέγομεν. Οὕτω καὶ ἐὰν ἐρωτώμεθα, τίνος χάριν τρὶς[q] τὸ, *ἅγιος*, λέγεται, ἀλλ' οὐ δὶς ἢ τετράκις ; διὰ τὴν τρισυπόστατον θεότητα ἀληθεύοντες φαίημεν. Πῶς οὖν τὸν Τρισάγιον ὕμνον ἐπὶ μιᾶς τῶν ὑποστάσεων εἴποιμεν ; ψεύστας γὰρ ἑαυτοὺς καὶ παραβάτας τῶν ἡμετέρων συνιστάνομεν λόγων· ἑκάστη τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, ὥς φησιν ὁ θεῖος Βασίλειος

## VARIÆ LECTIONES.

[m] Edita προσαγορευόμενον. [n] Reg. 1 τῶν αὐτῶν ὑποστάσεων, deest τῆς θεότητος. [o] Duo codd. ἦν. [p] Sic Mss. Vet. interpr. *nefarium* : edit. ἀδύνατον. [q] Regii 2 τρίτον. Vet. interpr. *tertium*.

[illegible] ἐξαγγέλλεται. Εἷς Πατὴρ [a], ὁ Πατὴρ, καὶ εἷς ἅγιος, ὅτι μία ὑπόστασις, μία τρισάγιος φύσις ἡ θεότης, ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις· οὐ τρισάγιος ὁ Πατὴρ, ὅτι μία ὑπόστασις· οὐ τρισάγιος ὁ Υἱὸς, ὅτι μία ὑπόστασις· οὐ τρισάγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅτι μία ὑπόστασις· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ παν-[illegible], σύμπας ὁ τῶν θεοφόρων καὶ θεοπνεύστων Πατέρων χορὸς ἀεὶ σὺν ἀναπνοῇ πάσῃ συνεκφωνεῖ. [illegible]ιάγιον δὲ τοῦτο, οὔπω καὶ νῦν ἔν τινι λόγῳ τῶν ἱερῶν Πατέρων εὑρήκαμεν. Τοῦ Κναφέως τοῦτο τὸ [illegible] ἐξ ἀπονοίας, ὅτι πλείστης τολμήσαντο, γυμνῇ, τὸ δὴ λεγόμενον, κεφ[illegible]· ὃ τῶν ἀκολάστων γυναικῶν δεικνύει τὸ ἀναιδές· ὡς σοφωτέρου δῆθεν τῶν Σεραφὶμ καὶ ὑψηλοτέρου τὴν μύησιν, οἷόν τι [illegible]ον ὕφασμα κναφεῦσαι τὸν Τρισάγιον [illegible]. Εἰ γὰρ εἰς τὸν Υἱὸν μόνον τὸν Τρισάγιον [illegible]μεν ὕμνον, λέλυται τὸ ἀμφίβολον ἀνενδυάστως, [illegible] ἡμεῖς Μαρωνίσομεν (4), προστιθέμενοι τῷ Τρισ[illegible] τὴν σταύρωσιν. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο διὰ χειλέων [illegible] ἄγειν. Ἵλεῳ τυχόντι Θεῷ, θάνατος αἱρετώτε-[illegible]. Ἆρον ἀπ' ἐμοῦ τὸν θάνατον τοῦτον, θάνατος [illegible] τούτῳ τῷ λέβητι.

A ut divinus ait Basilius, per unitatem enuntiatur. Unus Pater, et unus Sanctus, eo quod una sit hypostasis: una ter sancta natura divinitas, quia tres hypostases sunt: non ter sanctus est Pater, quia unica persona; non item ter sanctus Filius, quia una quoque persona; non item ter sanctus Spiritus sanctus, quia unica persona. Sanctorum Patrum cunctus Spiritum sanctum et πανάγιον, id est, modis omnibus sanctum, ex imis præcordiis simul una voce proclamat; at ter sanctum illum concini, in nullo prorsus eorum libro hactenus invenimus. Cnaphei hoc deliramentum est, qui ingenti tumens arrogantia, aperto, ut dicitur, capite (quod quidem impudicarum mulierum impudentiam exprimit) ac si ipsismet Seraphim sapientior foret, ac mysteriorum intelligentior, Trisagium hymnum tanquam inelegantem pannum quemdam fullonum more expurgare veritus non est. Etenim si ter sanctum hymnum de Filio solo dicamus, omnis prorsus sublata est ambiguitas, atque cum Maronitis Trisagio crucifixionem adjicimus. Verum absit, ut vel labiis hoc usurpemus: propitius nobis sit Deus; [illegible] da potius mors est. Aufer a me mortem hanc: mors enim in hac olla est [18].

[18] IV Reg. IV, 40.

## VARIÆ LECTIONES.

[a] In R. 3451 εἷς τελειος Πατήρ.

## NOTÆ.

(4) Μαρωνίσομεν. [illegible] Regg. 1829 et 3442, ἀνενδοιάστως [illegible]μεν, καὶ ἡμεῖς προσθῶμεν. Edita Basil. C [illegible] καὶ ἡμεῖς παροινήσομεν, προσθῶμεν. [illegible] vero illos codices sequor, Reg. 2930, cum quibus con[illegible] [illegible] aiter et nos Maronizabimus, apponentes Trisagio crucifixionem. Jam ante vidimus Damascenum in libello De recta sententia Maronitas heterodoxis adnumerasse, καὶ μὴ κοινωνεῖν ἑτεροπίστῳ οὕτως [illegible] ὁμολογοῦντι, ἐξαιρέτως τοῖς Μαρωνίταις, nec [illegible] municaturum cum altero qui fidem istam non [illegible]atur, et præsertim cum Maronitis. Maronitas [Tr]isagio crucifixionem, perinde atque Jacobitas, apposuisse perhibent acta synodi quæ coram Hieronymo Dandino Clementis VIII ad eos nuntio in Libano monte celebrata est, in quibus legimus: [illegible]tissimum duobus modis in eorum libris usurpari. [illegible] ad totam Trinitatem refertur, nihil addi: cum [illegible] secundam personam, Verbi propter assumptam [illegible]n, nativitatem, crucifixionem, et mortem inter-[illegible]. Sic etiam vir Cl. Faustus Naironus, ipse Ma[ronita], in dissertatione De origine, nomine, ac religione Maronitarum, p. 132, testatur Trisagium, [illegible] crucifixione interpolatum a suis identidem [illegible]. Esto additamentum istud interpretentur ca[illegible]sensu, qui a sancto Ephræmio Antiocheno [patriar]cha approbatus reperiatur apud Photium [cod.] 228; attamen Damasceni ætate hæreticus ha[bebatu]r, qui ad solam Verbi personam hymnum [illegible] restringeret, adjecta in primis crucifixione, non solum quia ejusmodi cantica, quibus [illegible]us ter sanctus celebraretur, ad Trinitatem re[fer]ri debere Patres censuerant, sed etiam quia, [ut] can. 81 Trullano declaratur, interpolationis hujus [auctor] fuerat Petrus Fullo Monophysita, qui passiones carnis in divinam Christi naturam refunderet. Unde in synopsi operis Timothei CP. de receptione hæreticorum, quam Combefisius edidit II Auctarii Biblioth. PP. Græc. hæc de Maronitis traduntur: Μαρωνῖται, οἱ τὴν δ', καὶ τὴν ε', καὶ τὴν ς', ἀποβαλλόμενοι σύνοδον, καὶ τὴν σταύρωσιν τῷ Τρισαγίῳ προστιθέμενοι, καὶ μίαν θέλησιν, καὶ μίαν ἐνέργειαν τοῦ Χριστοῦ πρεσβεύοντες. Μαρωνῖται δὲ κέκληνται ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου αὐτῶν Μαρ[illegible] [illegible] Maronitæ, qui quartam, quintam et sextam synodum rejiciunt, adduntque Trisagio crucifixionem, et unam voluntatem, unamque operationem docent. Appellati sunt Maronitæ a monasterio suo quod Maro nuncupatur in Syria. Ad hæc quam proxime accedunt quæ Eutychius Alexandrinus de Monotheletarum primordiis narrat, tom. II Annal. p. 190: Fuit tempore Mauricii imperatoris Romanorum, monachus quidam nomine Maron, qui asseruit Domino nostro Christo duas naturas, et voluntatem unam, operationem et personam unam, fidemque hominum corrupit. Maxima autem qui doctrinam ejus amplexi sunt pars erant incolæ Hama et Kannesrim et Awasam, cum Romanorum nonnullis, appellatique sunt ipsius asseclæ, qui idem cum ipso assererent, Maronitæ, nomine ab ipso Marone D deducto: quo mortuo incolæ urbis Hama, monasterium ibi exstructum Der Maron (monasterium Maronis) appellarunt, ejusque fidem professi sunt. Orientales quidem haud alio quam Maronitarum nomine Monotheletas vocitarunt: at Maronitas illos duas naturas in Christo non agnovisse innuit epitomator Timotheanus, asserens eos, non sextam modo, verum et quartam, quintamque synodos exhorruisse; itemque Trisagii interpolationem admisisse quam Fullo Monophysita invexerat, ejusdemque factionis alii propugnabant. Nisi forte eam præ cæteris Syris Maronitæ servare voluerint, quam Ephræmius, aliique forsan Antiocheni patriarchæ orthodoxi absque detrimento fidei duarum naturarum aliquando approbarant. Insuper allucinatus est Eutychius, narrando monasterium Maronis Apameæ civitati vicinum, a Marone hæretico nomen accepisse. Nam ex actis synodi CP. sub Menna apparet monasterium juxta Apameam de sancti Maronis nomine dictum tunc floruisse, ac præterea ejus-

486 6. Nec quisquam dicat (quod quidem a multis audivi) quid probibeat, quominus, quemadmodum post, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto* subjungimus, *crucifixo voluntarie, atque a mortuis resurgenti*, aut aliud quid hujusmodi; sic etiam Trisagium hymnum canentes, addamus, qui *crucifixus est pro nobis*. Respondemus enim ritus et traditiones Ecclesiæ suum vigorem obtinere debere. « Ne transgrediaris terminos antiquos, inquit Scriptura [11], quos posuerunt patres tui. » Atque ut magnus monet Basilius [12], « quidquid antiquitate excellit, venerationem meretur. » Igitur hic ritus antiquitus Ecclesiæ traditus fuit, ut ad modum textus dicatur, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*. Sicut ergo cum textum aliquem, puta psalmi cujuspiam, aut cantici dicimus, sæpe subjungimus *troparium* (5), vel modulum, qui ad præcedentis textus sensum nequaquam accedit: sic postquam ad instar textus (6),

ς'. Εἰ δέ τις ἐρεῖ· Πολλῶν λεγόντων ἀκήκοα· ὅτι τίνος ἕνεκα, *Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι* λέγοντες, ἐπιλέγομεν πολλάκις, *τῷ σταυρωθέντι βουλήσει, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι*, ἢ τοιουτότροπον, ἕτερον· τὸ Τρισάγιον λέγοντες, μὴ ἐπενέγκωμεν τὸ, *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*; φήσωμεν πρὸς αὐτόν· ὅτι τὰ ἔθη καὶ αἱ παραδόσεις τῆς Ἐκκλησίας, κρατείτωσαν. « Μὴ μέταιρε γὰρ, φησὶν, ὅρια αἰώνια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. » Καὶ, « Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον, » ὁ μέγας Βασίλειος ἀπεφήνατο. Τῇ οὖν Ἐκκλησίᾳ ἔθος ἐστὶν ἄνωθεν παραδεδομένον, εἰς ῥητοῦ τάξιν λέγεσθαι τό· « Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. » Ὥσπερ οὖν ῥητὸν λέγοντες, ψαλμοῦ τυχὸν ἢ ᾠδῆς, ἐπιλέγομεν πολλάκις *τροπάριον* ἢ μελῴδημα, μὴ τῆς τοῦ ῥητοῦ διανοίας ἐχόμενον· οὕτως ὅταν ἐν ῥητοῦ τάξει, εἰς τὸ, « *Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι*, λέγομεν, ἐπιλέγομεν τροπάριον ἁρμόζον τῷ Υἱῷ μόνῳ, μὴ ἐχόμενον τῆς διανοίας, ἢ τῆς συντάξεως

[11] Prov. xxii, 28. [12] orat. 1 De jejunio.

NOTÆ.

dem cœnobii monachos catholicæ fidei studiosissimos fuisse, ita ut Petri Apamensis, socii Severi, depositionem persequerentur, tum apud episcopos secundæ Syriæ, tum etiam apud Hormisdam papam, ad quem etiam Latine exstat ea de causa epistola *Alexandri presbyteri et archimandritæ monasterii S. Maronis, aliorumque monachorum*. Quapropter, ut conjecturis tantisper indulgeam, existimavero horum successores, virus tandem Jacobiticæ hæresis ebibisse, eo tempore quo Athanasius nefandus Jacobitarum patriarcha, varia loca et regiones peragrando, complures dementavit, ac præ cæteris Heraclio imperatori, quem Hierapolim usque convenerat, persuasit, ut unam duntaxat voluntatem operationemque Christo tribueret. De hoc Athanasio sanctus Antiochus, hom. 130, scribit: *Audivimus venisse in Oriente præcursorem Antichristi, qui sedem Antiochenam ambiat obtinere. Is Athanasius* Ἀθανάσιος *quidem nominatur, melius vero dicendus foret* θάνατος ἀθάνατος, *mors immortalis, qui Apollinarii, Eutychis, Severi, Jacobique dogmata prædicat.* Ἐπεὶ οὖν, ὡς γέγραπταί μοι, πολλὰς χώρας καὶ τόπους καὶ νήσους ἐξ ἀνάγκης ἀμείβει, καὶ συμβαίνει πολλὰς αἱρέσεις εἰς διαφόρους τόπους εἶναι· *Quandoquidem igitur, ut mihi scriptum est, in regiones multas, locaque et insulas pergere cogitur, hinc contingit ut variæ variis in locis hæreses nascantur.* Cæterum multa jam sæcula præteriere, ex quo inclyta gens Maronitarum relicto errore ad Ecclesiam ea devotione rediit, ut alias religione vincere videatur. Hic obiter monebo in parochia, seu diœcesi Cyrensi exstitisse monasterium aliud sancti Maronis, cujus vitam Theodoretus in *Historia religiosa* scripsit. Ex quo certum videri possit, duos eadem circiter ætate, ejusdem nominis archimandritas in Syria floruisse. Anastasius Sinaita in Ὁδηγῷ, non semel meminit alterius Maronis; sed qui Nestorianus, non Monophysita, aut Monotheleta fuit.

(5) Vox τροπάριον, in officiis ecclesiasticis Græcorum communis est. Goarius *modulum* transtulit. *Versiculum* potius dixero. Cæterum μελῴδημα troparii synonymum esse innuit Damasceni contextus quod *modulum* interpretati sumus.

(6) *Sic postquam*, etc. Jacobus Sirmondus in epistolam 3 Aviti Viennensis, qui de hymno Trisagio dicendum susceperat, postquam ex Damasceno ostendit, Orientales Patres nunquam de Filio solo hymnum hunc accepisse, quem et τριαδικὸν ea de causa nuncuparent, subjungit: « Quanquam hæc, inquam, in Cnaphei additione, si pravum ejus consilium demas, incommodi nihil futurum: ita nimirum, ut post Trinitatis laudationem, converso ad Filium sermone, his ille verbis supplicetur: *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis.* Quod et Calandionem sensisse manifestum est, quando Cnaphei additioni τὸ, Χριστὲ βασιλεῦ, præmisit, et ab Ecclesiæ usu non abhorrere agnoscit Damascenus; cum post Trinitatis doxologiam, quæ his verbis continetur, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, subjungi sæpe soleat, τῷ σταυρωθέντι βουλήσει, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι, *et qui voluntate crucifixus est, et qui resurrexit a mortuis*, quæ ad Filium proprie spectant. » Imo vero latissimum discrimen ponit Damascenus, nec quidquam interjici patitur inter has voces *miserere nobis*; et ut tres personas indicando, has unum esse Deum significetur, conjunctim dici ait numero singulari *miserere nobis*. Cæterum una est Jacobitarum tam Syriæ, quam Ægypti sententia, hymno Trisagio de quo nunc agitur, Filium seorsim ut ita dicam celebrari, qui assumpta carne crucifixus est pro nobis, et resurrexit. Sic anonymus Jacobita satis antiquus, in tractatu *De hymno Trisagio*, cujus mihi fragmentum concessum fuit a doctissimo clarissimoque viro D. abbate Renaudot, « omnes fideles in eo quidem consentire ait, in sua sanctificatione Dei et Trinitatis sanctæ Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nempe potentis, vivi, et bonorum largitoris, sanctificationem (seu hymnum) angelorum ad eam pertinere quæ tribus sanctificationibus constat, dicentium, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth; pleni sunt cœli et terra gloria ejus sancta*; quæ est confessio de sancta Trinitate. Sed Græcos Melchitas sanctificare Patrem incorporeum seorsim: quamvis non abhorreant a sanctificatione Verbi incarnati, dicendo *ter* ante evangelium liturgiæ, *sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*. Verum Coptitæ Jacobitæ (idem de Syris dicendum) cum Evangelium Christum Dei Filium incarnatum præcipue spectet, qui est Verbum Dei Patris, et Psalmi Davidis prophetia de eo sint, non vero de Patre, dicunt ante illud: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, qui natus es ex Virgine, miserere nobis. Sanctus Deus*,

τοῦ, « Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. » A Καὶ γὰρ τὸ μὲν, « Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, » πρὸς δοτικὴν εἴρηται· τὸ δὲ μελῴδημα πολλάκις πρὸς γενικὴν, ἢ αἰτιατικὴν, ἢ εὐθεῖαν, ἢ κλητικήν. Κἀντεῦθεν δῆλον, ὡς οὐ τῆς ἐννοίας ἔχεται τὸ μελῴδημα τοῦ, « Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. » Οὕτως ἐν ῥητοῦ τάξει φαμὲν οὐδαμῶς τὸν σταυρὸν, ἤ τι τῶν ἀφοριστικῶν τῆς τοῦ Πατρὸς μόνης, ἢ τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποστάσεως ἐπιλέγομεν· *Ἅγιος ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἅγιος ἰσχυρὸς ὁ Υἱὸς ὁ σαρκωθεὶς σαρκὶ καὶ ἀναστὰς, ἅγιος ἀθάνατος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Τὰς ὑποστάσεις εἰπὼν, καὶ ἕνα Θεὸν εἶναι τὰς τρεῖς ὑποστάσεις δεῖξαι βουλόμενος, συνάπτω καὶ λέγω· *Ἐλέησον ἡμᾶς*, ὥς φησιν ὁ Θεὸς νομοθετῶν τῷ Μωσῇ· « Κύριος, ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι· » A καὶ τὰ Σεραφὶμ, *ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ.* Θεὸς ὁ Πατὴρ, Θεὸς ὁ Υἱὸς, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ', Εἷς Θεὸς, ἔφησαν οἱ θεηγόροι Πατέρες· καὶ ἅγιος ὁ Πατὴρ, καὶ ἅγιος ὁ Υἱὸς, καὶ ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' εἷς τὰ τρία ἅγιος· καὶ Κύριος, καὶ Κύριος, καὶ Κύριος, ἀλλ' εἷς δὲ Κύριος. Θεὸς δὲ, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς Πατὴρ, ἢ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἢ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἢ Κύριος, Κύριος, Κύριος, ἐπὶ μιᾶς τῶν ὑποστάσεων, οὐδείς που τῶν ἐγκρίτων Πατέρων ἡμῶν διηγόρευσεν. Ὥσπερ γὰρ τὴν Τριάδα ἀδύνατον λέγειν μίαν ὑπόστασιν, οὕτως οὐδεμίαν τῶν ὑποστάσεων, Τριάδα λέγειν ὅσιον. Οὕτω καὶ ἐπὶ Πρόκλου τοῦ τρισμακαρίου ἐξ ἀποκαλύψεως θείας τὸν Τρισάγιον ὕμνησαν C ὕμνον, *ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς*, ὅτε τὸ παιδίον ἐκ μέσης τῆς πληθύος τῶν λιτανευόντων ἡρπάχθαι φασὶ, καὶ μεμυῆσθαι τὸν ὕμνον, ἐν ἀέρι γενόμενον, ἔκ τινος ἀγγελικῆς δυνάμεως, καὶ μαρτυρίαν τῆς τοῦ ὕμνου θειότητος γεγενῆσθαι, τῆς ἐπαγωγῆς τὴν λώφησιν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ θείῳ βακχευόμενος[a] Πνεύματι τῶν χλ' θειότατος θίασος ὕμνησε. Καὶ τίς ἡ καινὴ διδαχὴ αὕτη ἡ νῦν κυκῶσα τὸν τοῦ Θεοῦ λεὼν, καὶ ἀτάκτως διαταράττουσα;

*Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, 487 recitavimus, troparium addimus soli Filio conveniens, nec cum horum verborum, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, sententia ac constructione cohærens. Etenim hæc verba, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, dandi casu dicta sunt, modulus autem, persæpe patrii, aut accusativi, aut nominativi, aut vocativi casus est. Ex quo perspicuum est, modulum minime ex horum verborum, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, sensu pendere, nec admodum textus dici. Sic nequaquam crucem, aut aliquid quod Patris duntaxat, aut Filii, aut Spiritus sancti personam secernat, subjungimus; puta, *Sanctus Deus Pater, sanctus fortis Filius, qui incarnatus est et resurrexit : sanctus immortalis Spiritus sanctus.* Postquam tres personas dixi, ut eas tres unum esse Deum demonstrem, conjunctim dico, *miserere nobis*. Quemadmodum Deus legem Moysi tradens ait : « Dominus Deus tuus, Dominus unus est[12]. » Et, Seraphim, *sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth.* Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus; verum Deus unus, inquiunt divini Patres. Sanctus Pater, sanctus Filius, sanctus Spiritus sanctus; verum hi tres unus sanctus sunt. Et Dominus, Dominus, Dominus, sed unus Dominus. At Deus et Deus et Deus Pater, aut Deus et Deus et Deus Filius, aut Deus et Deus et Deus Spiritus sanctus, aut sanctus, sanctus, sanctus, aut Dominus, Dominus, Dominus, de una duntaxat persona, nemo probatorum Patrum ad hunc usque diem pronuntiavit. Quia sicut Trinitatem personam unam dicere non possumus, ita nec personam ullam, Trinitatem dicere fas est. Ad hunc etiam modum sub beatissimi Procli pontificatum ex divina revelatione Trisagium hymnum cecinerunt, *sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*; nempe cum puerum ex media solennes supplicationes habentium turba raptum fuisse aiunt, subvectumque virtute quadam angelica in aerem, carmen istud didicisse, sedatamque tempestatem testimonio fuisse, quantum in hoc hymno divinitatis esset. Eadem etiam mente divinissimus sexcentorum et triginta Patrum chorus[13], Dei Spiritu plenus cum esset, illum cecinit. Quæ igitur hæc nova doctrina est, quo nunc Dei populus exagitatur, temereque perturbatur?

ζ'. Ἀλλ' ἐρεῖ τις αὖθις τυχόν· Διὰ τί ὑπόστασιν, D ὑπόστασιν, καὶ ὑπόστασιν λέγοντες, τρεῖς ὑποστάσεις φαμέν· Θεὸν δὲ, καὶ Θεὸν, καὶ Θεὸν λέγοντες οὐ τρεῖς θεοὺς λέγομεν; Πρὸς ὅπερ ἀποκρινούμεθα, ὅτι τὰ μερικὰ, οὐ κοινοποιοῦνται, τὰ δὲ κοινὰ, εἰ

7. Verum fortasse dicet rursus quispiam : qui fit, ut hypostasim, hypostasim, hypostasim fatentes, tres hypostases asserimus; cum autem Deum et Deum et Deum dicimus, tres deos non dicamus? Ad hoc respondemus, quæ particularia sunt, com-

[12] Deut. VI, 4. [13] *Chalced. synod.* act. 1.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Reg. 2 βεβακχευμένος.

NOTÆ.

*sanctus fortis, sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis : sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, qui surrexisti a mortuis et ascendisti in cælos, miserere nobis.* Istæc omnino conveniunt cum his quæ ex Severo Antiocheno recitavi in præfatione. Quia vero Severus episcopus Ashumin in opere *De exercitiis Christianorum*, quo magnam partem rituum Copticorum illustrat, ter sanctum hymnum recitat sine additione, hinc conjici potest additionem illam ante annum 970 Coptis incognitam fuisse; vel eos, quemadmodum Maronitæ, carmen istud identidem sine adjectione cecinisse. Atqui Maronitarum ritus nihil a Jacobiticis olim discrepabant.

munia non fieri; communia vero, tametsi ab unoquoque particulari participentur, ast una communique ratione: et quidem quælibet persona privatim consideratur; non autem ipsis communis est hypostasis. Deitas vero, sanctitas et dominatio, etsi in unaquaque personarum reperitur; communis tamen trium personarum est, quia una. Neque enim alia est Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti deitas, neque alia sanctitas aut dominatio; verum una et eadem in totum aut et indivise in unaquaque personarum exsistit; tota Patris, tota Filii, tota Spiritus sancti; una **488** Patris, una Filii, una Spiritus sancti. Personarum autem non eadem est ratio: verum alia Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti. Quamobrem quælibet persona secundum se Deus, et sanctus, et Dominus, et si qui aliud id generis est, dicitur. Dum vero simul numerantur, non tres dii, aut sancti, et Domini, sed hæc tria, unus Deus, unus Dominus, unus sanctus: quia Deus et ejus virtutes, Verbum nempe et Spiritus, unus Deus, unus sanctus, unus Dominus, et non tres; etsi Deus et Deus et Deus sunt: eo quod perfecta quælibet persona sit. Item sanctus et sanctus et sanctus: Dominus quoque et Dominus et Dominus, non vero tres dii, aut sancti, aut domini. Verbum enim et Spiritus, virtutes Patris sunt; virtutes, inquam, subsistentes, quæ proinde a Patre, ex quo, et in quo sunt, et ad quem uti ad causam referuntur, separari nequeunt. Neque enim loco, aut voluntate, aut actione, aut viribus, aut auctoritate, aut ulla alia re ex his quæ de Deo dicuntur, ab eo secernuntur: sed subsistentiis duntaxat ac proprietatibus, quibus unaquæque persona sigillatur. Nos etenim, cum gignimur, omnino a patribus scindimur ac disjungimur: quod Theologus Gregorius declarans [15], his verbis usus est, *dimittentes dimissi*. Non enim apud nos filius patris sui virtus est, aut verbum, aut sapientia. At in Deo hæc duo simul concurrunt, quod Filius et Spiritus Patris virtutes sint, veluti sermo et spiritus mentis virtutes sunt: item quod personæ perfectæ sint; quod quidem soli Deo qui supra essentiam est, convenit. Nos vero sententia et potestate et loco scindimur: quo etiam fit ut ille et ille, non homo, sed homines dicantur; id quod in Deo locum non habet, ut jam diximus.

Sed ea quoque loca, quæ ipsi proferunt, inspicere et accurate excutere juvat. Patrum enim sunt (neque id inficiabimur), at decet ut sanctos Patres ac magistros, quorum unam et ab omni varietate alienam de fide sententiam, una sancti Spiritus vis et illuminatio monstravit, concordes, non invicem contrarios, ac multo minus sibimetipsis adversantes secumque pugnantes ostendamus.

καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν μερικῶν μετέχεται, ἀλλ' ἑνιαίως καὶ κοινῶς· καὶ ἑκάστη μὲν ὑπόστασις, ἰδιαζόντως θεωρεῖται, οὐκ ἔστιν δὲ αὐτῶν κοινὴ μία ὑπόστασις. Ἡ δὲ θεότης, καὶ ὁ ἁγιασμὸς, καὶ ἡ κυριότης, εἰ καὶ ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων μετέχεται, ἀλλὰ κοινὴ τῶν τριῶν ἐστιν ὑποστάσεων, μία τυγχάνουσα. Οὐ γὰρ ἄλλη θεότης Πατρὸς, καὶ ἄλλη Υἱοῦ, καὶ ἄλλη ἁγίου Πνεύματος, οὐδὲ ἁγιασμὸς, ἢ κυριότης, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ ὁλικῶς, καὶ ἀδιαιρέτως ἐν ἑκάστῃ τῶν ὑποστάσεων οὖσα· πᾶσα Πατρὸς, πᾶσα Υἱοῦ, πᾶσα ἁγίου Πνεύματος, μία Πατρὸς, καὶ μία Υἱοῦ, καὶ μία ἁγίου Πνεύματος. Αἱ δὲ ὑποστάσεις, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἑτέρα Πατρὸς, ἑτέρα Υἱοῦ, καὶ ἑτέρα ἁγίου Πνεύματος. Ἑκάστη μὲν οὖν ὑπόστασις καθ' ἑαυτὴν Θεὸς, καὶ ἅγιος, καὶ Κύριος λέγεται, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, ὅτε δὲ συναριθμοῦνται, οὐ τρεῖς θεοὶ, ἢ ἅγιοι, ἢ κύριοι, λέγονται, ἀλλ' εἷς Θεὸς τὰ τρία, εἷς Κύριος, εἷς ἅγιος, ὅτι Θεὸς, καὶ αἱ αὐτοῦ δυνάμεις, Λόγος καὶ Πνεῦμα, εἷς Θεὸς, εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος, καὶ οὐ τρεῖς. Ἀλλὰ Θεὸς μὲν, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, διὰ τὸ τέλειον τῆς ἑκάστου [1] ὑποστάσεως, καὶ ἅγιος, καὶ ἅγιος, καὶ ἅγιος, καὶ Κύριος, καὶ Κύριος, καὶ Κύριος· οὐ τρεῖς δὲ θεοὶ, ἢ ἅγιοι, ἢ Κύριοι. Διότι ὁ Λόγος καὶ τὸ Πνεῦμα δυνάμεις εἰσὶ τοῦ Πατρός· δυνάμεις δὲ ἐνυπόστατοι ἀχώριστοι τοῦ Πατρὸς, τοῦ ἐξ οὗ, καὶ ἐν ᾧ εἰσι, καὶ πρὸς ὃν ὡς αἴτιον ἀναφέρονται. Οὔτε γὰρ τόπῳ ἢ βουλήσει, ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ ἰσχύϊ, ἢ ἐξουσίᾳ χωρίζονται, ἢ τινι τῶν ὅσα ἐπὶ Θεοῦ λέγεται· εἰ μὴ μόνον ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἑκάστης ὑποστάσεως ἰδιώμασιν. Ἡμεῖς γὰρ γεννώμενοι, τεμνόμεθα διάμπαξ τῶν Πατέρων, καὶ χωριζόμεθα, καὶ τοῦτο δηλῶν ἔφησεν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, *ἀφιέντες ἀφιέμενοι*. Οὐ γὰρ δύναμις τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐφ' ἡμῶν καθέστηκεν, οὐδὲ λόγος ἢ σοφία· ἐπὶ δὲ Θεοῦ, τὰ δύο συντρέχουσι, τὸ καὶ δυνάμεις εἶναι τοῦ Πατρὸς, τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς Λόγον νοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ ὑποστάσεις τελείας, ὅπερ [2] πρέπον μόνῳ τῷ ὑπερουσίῳ Θεῷ. Ἡμεῖς δὲ καὶ γνώμῃ τεμνόμεθα, καὶ δυνάμει, καὶ τόπῳ. Διὸ καὶ ἄνθρωποι, οὐκ ἄνθρωπος ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα λεγόμεθα· ἐπὶ δὲ Θεοῦ, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καθὼς προειρήκαμεν.

Ἀλλ' ἄγε καὶ δὴ καὶ ἃς προφέρουσι χρήσεις, ἐπισκεψώμεθα, καὶ τὴν ἀκριβῆ τούτων ἐξέτασιν ποιησώμεθα. Πατρικαὶ γὰρ αὗται, καὶ οὐδαμῶς ἀντεροῦμεν· ἀλλὰ χρὴ συμφώνους, καὶ μὴ ἀλλήλοις ἐναντίους, οὐδὲν δὲ ἔλαττον ἑαυτοῖς ἀντιλόγους καὶ μαχομένους ἀποδεικνύειν τοὺς ἁγίους Πατέρας καὶ διδασκάλους· ὧν τὸ περὶ πίστεως φρόνημα ἑνιαῖον καὶ ἀπαράλλακτον ἔδειξεν ἡ μία τοῦ Πνεύματος δύναμίς τε καὶ ἔλλαμψις.

[15] Orat. 36.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Reg. 1991 in fragm. ἑκάστης. [2] Reg. 2930 ὡς ὑποστάσεις τελείας, νοῦν λόγον, καὶ πνεῦμα, ὅπερ.

η'. Ὁ μὲν οὖν ἐν μακαρίᾳ τῇ [v] λήξει Ἀθανάσιος ὁ θεσπέσιος, ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ, τάδε φησί· « Θεὸς οὖν ἐστιν ὁ γεννηθεὶς καὶ γενόμενος ἄνθρωπος· καὶ ἡμεῖς φαμεν, ὅτι Θεός ἐστιν, ὅτι καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐ Θεὸς καὶ Θεὸς καὶ Θεὸς, ὁ εἷς τῆς Τριάδος, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ἅγιος· ἀλλ' οὐχ ἅγιος, καὶ ἅγιος, καὶ ἅγιος. Οὐδὲ τρὶς μόνον ἅγιος, ἀορίστως, καὶ ἀπειράκις ἅγιος καὶ ὑπεράγιος. » Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· « Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος. Ἦν γὰρ αὐτὸν πρὸ τούτου θεωρήσας ἐν τῇ θείκῇ καὶ ἐνδόξῳ μορφῇ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, ὅτε τὰ Χερουβὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν λέγοντα, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ. Καὶ μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. » Ταῦτα προφέρουσιν, ἃ καὶ ἡμεῖς ἀσπαζόμεθα· ἀλλ' εἰπάτωσαν· μόνον εἶδον [x] τὸν Υἱὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου, ἢ τῷ Πατρὶ συνεδρεύοντα; μόνον δοξολογούμενον, ἢ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι; Εἰ μὲν οὖν μόνον, εἰπάτωσαν τῷ Υἱῷ μόνῳ καὶ τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Εἰ δὲ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ἐπιγνώτωσαν τῆς Τριάδος εἶναι ἀχώριστον, τὸν ἐμφαντικὸν τῶν τριῶν ὑποστάσεων, καὶ τῆς μιᾶς οὐσίας καὶ κυριότητος ὕμνον. Ἅγιος γὰρ, ἅγιος, ἅγιος, ὑμνοῦντα τὰ Σεραφὶμ, καὶ τῇ Τριάδι τὸν ὕμνον προσάγοντα ὑμνοῦσιν τὸν Ἰησοῦν. Εἷς γὰρ τῆς Τριάδος ὁ Ἰησοῦς· οἱ δὲ τῷ Υἱῷ μόνῳ τὸν Τρισάγιον ἀνατιθέντες ὕμνον, ἀμέτοχον τοῦ ὕμνου τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τιθέασι. Τὰ μὲν γὰρ κοινὰ συμπεριλαμβάνει τὰ μερικά· τὰ δὲ μερικὰ, τὰ καθόλου οὐκέτι. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπον εἰπὼν, πάντας τοὺς κατὰ μέρος ἐσήμανεν· ὁ δὲ Πέτρον εἰπὼν, αὐτὸν μόνον ὑπέφηνεν, ἀφεὶς τὰς λοιπὰς ὑποστάσεις τῆς ἀνθρωπότητος.

8. Divinus itaque, beatæque memoriæ vir Athanasius [15] in oratione de Incarnatione ac Trinitate, hæc ait: « Itaque Deus est, qui genitus est, atque homo factus est: nosque profitemur eum esse Deum, qui propter nos factus est homo. Sed non Deum et Deum et Deum, qui ex Trinitate unus est, Dei Filius, ac Deus sanctus; verum non, sanctus et sanctus et sanctus; neque ter duntaxat sanctus, sed interminate atque infinite sanctus, omnique sanctitate sublimior. » Rursum alio loco ait: « Vidimus eum non habentem speciem, neque decorem. Siquidem ipsum prius in divina et illustri forma in solio excelso et elevato sedentem conspexerat. Cum Cherubim gloriam ipsius his verbis celebrarent, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth. Postea vero ipsum cernit, servi forma indutum, atque in similitudinem hominum factum. » Hæc illi proferunt, quæ nos etiam amplectimur. Verum (dicant ipsi) solumne Filium in throno sedentem viderit, an cum Patre **489** sedentem? solumne glorificatum, an vero cum Patre ac Spiritu? si solum; tersanctum hymnum Filio soli attribuant. Sin autem cum Patre ac Spiritu; agnoscant canticum istud a Trinitate separari non posse quoties personæ declarantur unaque essentia et una dominatio. Etenim cum Seraphim sanctus, sanctus, sanctus canunt, atque hunc hymnum Trinitati offerunt, Filium una prædicant, utpote qui ex Trinitate unus est. Qui autem ter sanctum hymnum ad Filium tantummodo referunt, ab hymno Patrem et Spiritum sanctum excludunt: quia sub communibus particularia comprehenduntur; sub particularibus autem communia non item. Nam qui hominem dixit, singulos omnes homines significavit: qui autem Petrum, ipsum solum designavit, omissis cæteris humanæ naturæ personis.

θ'. Πάλιν προβάλλονται τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου, ἐκ τοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον λόγου· « Ἡ μακαρία ἐν γυναιξὶν, ἡ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα, Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, Λόγον τὸν προαιώνιον Θεὸν, Λόγον τὸν ἄναρχον καὶ ἀΐδιον, Λόγον τὸν ὁμοούσιον τῆς ἀχωρίστου Τριάδος, Λόγον τὸν σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνούμενον, Λόγον τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενον, Λόγον, ὃν τετράμορφα ζῶα δοξολογοῦσι, λέγοντα, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου. » Εἰ μὲν ἑτέρα ἡ δόξα αὐτοῦ παρὰ τὴν τοῦ Πατρὸς, μόνου αὐτοῦ καὶ τὸν ὕμνον φήσομεν. Εἰ δὲ μία δοξολογία, καὶ κοινὴ τῆς ἁγίας Τριάδος, εἷς καὶ κοινὸς καὶ ὁ ὕμνος. Ἅγιος γὰρ, ἅγιος, ἅγιος λέγοντα, δοξολογοῦσι τὸν Υἱὸν, ἀλλ' οὐ τὸν Υἱὸν μόνον, ἀλλ' ὡς ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, μέσον Πατρός τε καὶ Πνεύματος.

9. At vero hoc rursum ex sancti Epiphanii oratione de sancta Dei Genitrice proferunt: « Beata tu inter mulieres, quæ Verbum ex te incarnatum peperisti; Verbum inquam Patris Filium, Verbum ab æterno Deum, Verbum initii expers et sempiternum, Verbum consubstantiale indivisæ Trinitatis, Verbum quod cum Patre et Spiritu sancto adoratur, Verbum Paterni solii socium, Verbum sedens super Cherubim, Verbum, cujus gloriam animalia quadriformia celebrant, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth: pleni sunt cœli et terra gloria ejus. » Si ipsius gloria a Patris gloria diversa est ad ipsum quoque solum hymnum pertinere dicemus. Sin autem una et communis sanctæ Trinitatis laus est, unus atque communis sit hymnus necesse est. Nam cum *sanctus, sanctus, sanctus* canunt, Filium laudant; verum non Filium modo, sed ut ex Trinitate unus est, inter Patrem et Spiritum sanctum medius.

[15] orat. *de salut. adv. Christi.*

VARIÆ LECTIONES.

[v] *Reg.* 2930 in marg. τῇ μνήμῃ. [x] Reg. 1991 εἶδεν, Isaias scilicet, nec male.

10. Deinde ex Chrysostomo in illud : *Benedictus*, cujus principium est, *Ex miraculis miracula*, hæc afferunt [17] : « Hodie Rex gloriæ in terra voce prophetica celebratur, atque cœlestis epuli terrigenas socios facit : ut ostendat utrorumque se Dominum esse ; quippe qui ab utrisque consona voce laudetur. Quamobrem superi quidem salutem illam, quæ in terra facta est, declarando canebant : *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth : pleni sunt cœli et terra gloria ejus*. Qui autem hic infra degebant, una cum cœlitibus festivitatem agentes clamabant : *Hosanna in excelsis, hosanna filio David*. » Ecquis tandem sanæ mentis Davidis filium ab hymni Trisagii laude secretum dixerit ? Siquidem unus de Trinitate simul cum Patre et Spiritu sancto collaudatur ; sed ad ipsum solum ter sanctus hymnus refertur. Neque enim cum Seraphim, *sanctus, sanctus, sanctus*, dicebant, solum Patrem, aut solum Filium, aut solum Spiritum sanctum significabant ; sed divinitatem in tribus personis exsistentem, velut ter sanctam dominationem Ejusdem itaque sursum cum Patre et Spiritu gloria celebratur ; Seraphim non ipsum solum, sed cum Patre ac Spiritu canentibus et clamantibus, *sanctus, sanctus, sanctus*. Atque idem rursus hunc in modum in terra laudatur *Hosanna in excelsis, Hosanna filio David* : cum tamen hoc hymno una tantum (etsi Davidis filius fuit) sublimium divinitatis personarum indicetur.

**490** 11. Quod si etiam divinus ille Pater dicat, quod superi partam in terra salutem nuntiantes canebant, optime prorsus et divinissimo afflatus instinctu hæc ait. Scimus enim cœlum et terram divina gloria semper plena fuisse : siquidem « omnia opera Domini Dominum benedicunt, ipsiusque gloriam enarrant [18]. » At quia in cœlis angeli veri Dei gloriam agnoscebant, humana autem natura, quæ terræ domicilium nacta est, eo exciderat, ut incorruptibilis Dei gloriam in corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum similitudinem mutaret : idcirco vir Deo plenus terram divina gloria impletam fuisse ait, quia terræ incolæ ad divinæ gloriæ cognitionem pervenerunt : id quod quidem, nec aliud quidquam præterea, iis, qui in terra erant, salutem attulit. Manifestum est autem divinam gloriam, quemadmodum Patris, ita et Filii et Spiritus sancti esse. Sic enim Dominus etiam, qui mentiri non potest, ad Patrem dixit : « Pater, opus consummavi, quod dedisti mihi : manifestavi nomen tuum [19]. » Et rursum : « Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum [20]. » Hoc modo, uti natura, ita etiam gloria trium divinitatis personarum communis est.

12. Ex sancti item Cyrilli Alexandrini libro *De*

A ι'. Εἶτα τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὸ, *Εὐλογημένος*, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Ἐκ τῶν θαυμάτων εἰς θαύματα*· « Σήμερον ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχίας τοὺς γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν· ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἑκατέρωθεν συμφώνως ἀνυμνούμενος. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω, τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν καταμηνύοντες ἔψαλλον, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*. Οἱ δὲ κάτω, τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνῃ συμπανηγυρίζοντες ἐκραύγαζον, *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, ὡσαννὰ τῷ Υἱῷ Δαβίδ*. » Καὶ τίς εἴποι εὐφρονῶν, τὸ Υἱὸν Δαβὶδ κεχωρίσθαι τῆς τοῦ τρισαγίου ὑμνολογίας ; Εἷς γὰρ τῆς ἁγίας Τριάδος συνδοξολογεῖται Πατρὶ καὶ Πνεύματι, ἀλλὰ οὐ τὸ Τρισάγιον εἰς αὐ- B τὸν μόνον ἀναφέρεται. Οὐ γὰρ *ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος* λέγοντα τὰ Σεραφὶμ, μόνον τὸν Πατέρα, ἢ μόνον τὸν Υἱὸν, ἢ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐσήμανεν, ἀλλὰ τὴν τρισυπόστατον θεότητα, ὡς μίαν Τρισάγιον κυριότητα. Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἄνω μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἐδοξολογεῖτο, τῶν Σεραφὶμ αὐτὸν, οὐ μόνον, ἀλλὰ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι, ὑμνούντων καὶ βοώντων, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*. Αὐτὸς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀνυμνεῖται, *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, ὡσαννὰ τῷ Υἱῷ Δαβίδ*, μονονουχὶ διὰ τοῦ ὕμνου μίαν τῶν τῆς θεότητος ὑψίστων, εἰ καὶ υἱὸς Δαβὶδ ἐχρημάτισεν, ἀποδεικνύμενος ὑποστάσεων.

C ια'. Εἰ δὲ καὶ λέγοι ὁ θεοφόρος Πατὴρ ἡμῶν, ὅτι οἱ μὲν ἄνω τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν καταμηνύοντες ἔψαλλον, λίαν ἄριστα καὶ ἐνθεαστικώτατά φησιν. Ἴσμεν γὰρ, ὡς ἀεὶ μὲν τῆς θείας δόξης, πεπλήρωτο [y] ὁ οὐρανός τε καὶ γῆ. « Πάντα γὰρ τὰ ἔργα Κυρίου εὐλογεῖται [z] τὸν Κύριον, καὶ διηγεῖται τὴν δόξαν αὐτοῦ. » Ἀλλ' ἐπεὶ ἐν οὐρανοῖς μὲν οἱ ἄγγελοι τὴν τοῦ ὄντος Θεοῦ ἐπεγίνωσκον δόξαν· ἐξώκειλε δὲ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἡ τῆς γῆς λαχοῦσα [a] τὴν οἴκησιν, καὶ ἠλλάξατο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων· πεπληρῶσθαί φησιν ὁ θεοφόρος ἀνὴρ τὴν γῆν, κατ' ἐπίγνωσιν τῶν τὴν γῆν κατοικούντων θείας δόξης· ὅπερ καὶ οὐκ ἄλλο τοῖς ἐπὶ γῆς σωτηρία γεγένηται. Ἡ δὲ θεία δόξα δῆλον, ὡς Πατρός D ἐστιν, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἀψευδὴς ἔφησε Κύριος πρὸς τὸν Πατέρα· « Πάτερ, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκάς μοι, ἐπλήρωσα· ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα. » Καὶ πάλιν· « Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. » Οὕτως, ὥσπερ ἡ φύσις, οὕτω καὶ ἡ δόξα κοινὴ τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων.

ιβ'. Ἔτι τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἀπὸ

[17] *Tom.* v. *Edit. Savil.* p. 882. [18] Dan. III, 57; Psal. XVIII, 1. [19] Joan. XVII, 4, 6. [20] ibid. 3.

VARIÆ LECTIONES.

[y] Cod. 1 πεπλήρωται. [z] Reg. 3442 εὐλογεῖται. [a] Reg. 2 εἴληχυῖα.

ἕκτου λόγου τοῦ *Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος*, οὗ ἡ ἀρχή, Ἰσότητος μὲν οὖν· « Ἡσαΐας μὲν οὖν ὁ θεσπέσιος οὐκ ἐν μείζονι δόξῃ τεθεᾶσθαί φησι τὸν Υἱόν, *Εἶδον γὰρ*, ἔφη, *τὸν Κύριον Σαβαὼθ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης δόξης ὁ οἶκος αὐτοῦ. Καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ, κατεκάλυπτον τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ ἐπέταντο, καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον*, τὸν ἐν τρίτῃ μὲν ἀρχῇ, καταλήγοντα δὲ εἰς ἑνάδα, καὶ εἰς κυριότητα μίαν, ἁγιασμόν. » Ἰδοὺ τρανῶς ἔφη, ὅτι τὸν Κύριον Σαβαὼθ ὑμνοῦντα, ὅς ἐστιν εἷς Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν γνωριζόμενος, ἔλεγον τὸν ὕμνον, τὸν ἐν τριττῇ μὲν ἀρχῇ, τουτέστι τὸν ἐν ἀρχῇ μὲν τριττόν, ὕμνον τῶν τριῶν ὑποστάσεων, καταλήγοντα δὲ εἰς ἑνάδα, καὶ εἰς κυριότητα μίαν, ἁγιασμόν· τουτέστιν, ὅτι ἑνὸς οὐσίας, καὶ μία κυριότης τῷ τρισσῷ ἁγιασμῷ δηλουμένη ἡ τριττὺς [b] τῶν ὑποστάσεων. Ὥστε τὸ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, τῶν τριῶν ὑποστάσεών ἐστιν ἐνδεικτικόν, οὐ μιᾶς· τὸ δὲ, *Κύριος Σαβαώθ*, τῆς μιᾶς θεότητος καὶ κυριότητος ἐμφαντικόν.

ιγ'. Ἔτι τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ θ' λόγου *Περὶ τῆς ἐν πνεύματι προσκυνήσεως*· « Τὸ δὲ τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων οἱονεί πως ἐντενές τε καὶ ἀκόρεστον, εἰς θεοπτίαν ὑποφαίνειν ἔοικεν, τὸ βλέπειν ἀεὶ τὰ Χερουβὶμ ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον ἐν τῷ τοιῷδε σχήματι. Γράφει καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγων· *Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ*. Καὶ ἓξ μὲν ἑκάστῳ πτέρυγας ἐκπεφυκέναι φησί· καλύπτειν δὲ αὐτὰ, ταῖς μὲν δυσὶ τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶ τὰ πρόσωπα, πετᾶσθαι δὲ ταῖς ἑτέραις. » Καὶ μετὰ βραχέα· « Τὸ ἱλαστήριον ἄρα Χριστὸς, ὃς καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνὼς, οὐδὲν ἧττόν ἐστι Θεὸς καὶ Κύριος φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ, περιεστώσας ἐν κύκλῳ δουλοπρεπῶς καὶ αὐτὸς ἔχων τὰς ἀνωτάτω δυνάμεις. » Εἴ γε μὴ πεπήρωταί τις τὰς τοῦ νοῦ αἰσθήσεις, εἰδέναι ἔχει τὸ, *καὶ αὐτὸς*, ἐνδεικτικὸν ὑπάρχειν τοῦ μὴ μόνον αὐτὸν ἔχειν κύκλῳ τὰς δυνάμεις ᾀδούσας, μηδὲ μόνῳ ἀναπέμπεσθαι τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Τὸ γὰρ λέγειν, *καὶ αὐτὸς*, διὰ τοῦ, *καὶ*, συνδέσμου δηλοῖ, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα. Τὸ γὰρ *καὶ*, προσθήκην δηλοῖ, συμπλεκτικὸς [c] ὢν σύνδεσμος. Ὁμολογουμένως οὖν τοῦ Πατρὸς ἔχοντος κύκλῳ τὰς δυνάμεις ᾀδούσας, ἔφη ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς σὺν Πατρὶ ἔχει τὰς αὐτὰς δυνάμεις κύκλῳ ᾀδούσας. Εἰ δὲ ὁ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κύκλῳ ἔχει δυνάμεις ᾀδούσας τὸ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, οὐ προσακτέον τῷ Υἱῷ μόνῳ τὸν Τρισάγιον ὕμνον, ἐμφαντικώτατον ὄντα τῶν τριῶν ὑποστάσεων. Εἰ μὲν γὰρ ἅπαξ, ἢ δὶς, ἢ τετράκις ὕμνησαν τὸ, Ἅγιος, τριῶν οὐσῶν τῶν ὑποστάσεων, καὶ ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων μόνης ἐλέγομεν ἀναφέρε-

sancta Trinitate [21], cujus initium est: *Æqualitatis quidem*, illud proferunt. « Divinus vates Isaias, non in ampliori gloria Filium se vidisse ait? *Vidi enim*, inquit, *Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum: et plena erat gloria domus ejus. Et Seraphim stabant circa illum, sex alæ uni et sex alæ alteri. Et duabus velabant pedes et duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum* [21*] sanctitatem, quæ a ternario quidem incipiens, in unitatem unamque dominationem desinebat. » En perspicue dixit, quod Dominum Sabaoth laudando (qui quidem Deus est in tribus personis exstans) hymnum canerent qui a ternario quidem incipiens, hoc est triplici cantu tres personas initio celebrans, ad unitatem unamque dominationem desinebat; quia Trinitas personarum, terna sanctitate declarata, substantiæ unitas est unaque dominatio. Atque adeo hæ voces, *sanctus, sanctus, sanctus*, tres personas, non unam, demonstrant: istæ vero, *Dominus Sabaoth*, divinitatem unam ac dominationem.

13. Præterea ex ejusdem libro IX, *De adoratione in spiritu*: « Supremarum autem virtutum velut defixam oculorum aciem, et inexplebile divini prospectus desiderium, illud videtur ostendere, quod Cherubim in propitiatorium semper intuerentur. Atque etiam Isaias propheta de ejusmodi habitu ita scribit: *Vidi Dominum Sabaoth sedentem super solium excelsum et elevatum. Seraphim stabant circa illud*: atque sex quidem alas utrique fuisse ait: velare autem ipsa, duabus quidem pedes, duabus vero faciem, ac denique duabus reliquis volare. » Ac paucis interjectis: « Propitiatorium itaque Christus est; qui etsi in carne apparuit, nihilominus natura et veritate Deus ac Dominus est; ipse quoque supremas virtutes sese undequaque circumstantes habens. » Si compos mentis est, 491 potest intelligere, his verbis, *ipse quoque*, indicari, non eum solum virtutes canentes circum se habere, neque ad ipsum duntaxat ter sanctum hymnum referri. Nam, cum dicit, *ipse quoque*, per hanc copulam, *quoque*, liquido demonstrat, Patrem etiam et Spiritum simul celebrari. Nam quia vox, *quoque*, copulans est, accessionem innuit. Cum igitur constet, Patrem virtutibus a quibus canatur, circumcingi, Christum quoque ipsum iisdem virtutibus circumcingi dixit. Quod si Pater et Filius et Spiritus sanctus, virtutibus, *sanctus, sanctus, sanctus*, concinentibus cingantur, profecto soli Filio trisagius hymnus ascribendus non est; quandoquidem tres personas declarat. Nam si semel, aut bis, aut quater *sanctus* cecinissent, cum tres personæ sint, ad unamquamque etiam personam singulatim hym-

[21] Dial. 6 *ad Herm*. [21*] Isa. VI, 1, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Sic Reg 3441. Edita τριττός. [c] R. 2930 συναπτικός.

num referendum esse fateremur: quia communia de singulis particularibus enuntiantur. Verum, quia consentaneo modo tersanctus hymnus tres personas indicat, absurdum est, ut qui tres ostendat, de uno duntaxat dicatur. Nam si de uno dicatur, tres personas nequaquam indicat: sin autem tres omnino indicat, non utique de uno dicetur.

14. Ejusdem rursum ex quarto ad Hermiam libro cujus initium est, *Deum igitur ex Deo*, hæc afferunt: « Etsi quis illum angelis æqualem statuat, qui tandem fit, ut, dum ille quidem paternis in sedibus splendet, simulque sedet cum Patre, illi in orbem astent, famulatus, quo ei adsunt, gradum non aspernantes: atque hic quidem Dominus Sabaoth et sit et dicatur; illi autem dominationis eum acclamationibus ornent, cœlumque et terram gloria ipsius plena esse dicant? Quocirca eum, quem illi etiam qui summum gloriæ apicem obtinent, demirantur, esse factum asserere, frigidæ sane ac rancidæ mentis morbus est. » Quisnam autem inficias iverit, Seraphim Filio astare, aut eum cum Patre et Spiritu collaudari, et cum Patre et Spiritu hymnum suscipere, sanctumque esse et Dominum Sabaoth dici; itemque plena esse cœlum et terram gloria ipsius? profecto qui hæc dicit, hymnum ter sanctum soli Filio non ascribit. Perinde ac si quis duodenarium divinorum apostolorum numerum, Spiritus sancti δωδεκάχορδον, id est, *duodecim fidibus constantem* lyram ipsum esse dicat; is neminem quidem apostolorum honoris expertem relinquit (nam quilibet illorum spiritus chorda dictus est) non tamen propterea ad unumquemque illorum hujusmodi laus refertur. Neque enim Petrus solus duodecim chordarum lyra spiritus est, nec item Andreas; verum universus apostolorum numerus. Quod si quis, Petrum fortasse laudans, hymnum hunc dicat, hujusmodi tamen hymnus non ipsum solum significabit, verum simul cum ipso universum apostolorum chorum celebrabit. Siquidem dixerit cum duodecim chordarum lyram esse, qui Bethsaida ortus, Joannæ filius fuit, ac Romæ sub Nerone martyrio functus est, mendacem se præbebit. Pari modo si quis dicat, *sanctus*, **492** *sanctus, sanctus, pro nobis crucifixus*, hic blasphemiæ reus erit: necnon ille qui dixerit: *Tersanctus qui pro nobis crucifixus est*.

15. Ejusdem rursum ex quinto cum Hermia dialogo, qui incipit, *Age, ex omni nobis*, hæc proferunt: « Atqui Seraphim thronum omni natura sublimiorem et excelsum, in orbem circumstant, glorificantes, sanctumque et Dominum virtutum appellantes, ac cœlum et terram ipsius gloria plena esse dicentes. Quibus sane rebus omnibus æque dominatur, hic Patri potentia et robore par est (plena siquidem omnia ejus gloria sunt) quo-

A σθαι τὸν ὕμνον. Τὰ γὰρ κοινὰ καθ' ἑκάστου τῶν μερικῶν φέρεται, ἀλλ' ἐπειδὴ κατάλληλος ὁ Τρισάγιος ὕμνος, καὶ ἐνδεικτικὸς τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἀπρεπὲς τὸ τῶν τριῶν ἐπιδεικτικὸν ἐφ' ἑνὸς λέγεσθαι. Εἰ γὰρ ἐφ' ἑνὸς λέγοιτο, οὐ τριῶν ὑποστάσεων ἐνδεικτικόν· εἰ δὲ τριῶν πάντως ἐνδεικτικὸν, οὐκ ἐφ' ἑνὸς λεχθήσεται.

ιδʹ. Ἔτι τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου, ἐκ τοῦ πρὸς Ἑρμείαν δʹ λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Τὸν δὴ Θεὸν ἐκ Θεοῦ*· « Κἂν γοῦν ἐν ἰσότητι τεθέντος τοῖς ἀγγέλοις ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν, ὁ μὲν πατρικοῖς ἐναγλαΐζεται θώκοις [d], καὶ συνεδρεύει τῷ Πατρί· οἱ δὲ οἷον παρεστᾶσιν ἐν κύκλῳ τῆς ἐπ' αὐτῷ δουλείας, οὐκ ἀτιμάζοντες τὸ μέτρον· καὶ ὁ μὲν ἔστι τε καὶ λέγεται Κύριος Σαβαὼθ, B οἱ δὲ, ταῖς εἰς κυριότητα καταγεραίρουσιν εὐφημίαις, πλήρη τε εἶναί φασι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ; Ἆρα οὖν [e] τὸ πεποιῆσθαι λέγειν τὸν ὧδε τεθαυμασμένον καὶ πρὸς τῶν ἐχόντων λῆξιν εὐκλείας τῆς ἀνωτάτω, ψυχρᾶς καὶ ἑώλου νόσημα φρενός. » Καὶ τί ἀντερεῖ, μὴ παρεστάναι τῷ Υἱῷ τὰ Σεραφὶμ, ἢ μὴ συνευφημεῖσθαι τοῦτον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι τὸν ὕμνον δέχεσθαι, καὶ ἅγιον εἶναι, καὶ Κύριον Σαβαὼθ, καὶ πλήρη εἶναι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ; Ἀλλ' οὐχ ὁ ταῦτα λέγων, μόνῳ τῷ Υἱῷ τὸν Τρισάγιον ἀνατίθησιν ὕμνον, ὥσπερ εἴ τις ὑμνήσοι τὴν δωδεκάδα τῶν θείων ἀποστόλων, λέγων αὐτὴν δωδεκάχορδον λύραν τοῦ Πνεύματος, οὐδένα μὲν τῶν ἀποστόλων ἀφῆκεν ἀγέραστον· ἕκα- C στος γὰρ μία χορδὴ τοῦ Πνεύματος εἴρηται, οὐκ εἰς ἕκαστον δὲ μόνον ὁ ὕμνος ἀναφέρεται. Οὐ γὰρ Πέτρος μόνος δωδεκάχορδος λύρα τοῦ Πνεύματος, οὐδὲ μὴν Ἀνδρέας, ἀλλ' ἡ δωδεκὰς ἅπασα. Κἂν τις ὑμνῶν τὸν Πέτρον τυχὸν, ἐρεῖ μὲν τὸν ὕμνον, ἀλλ' οὐκ αὐτὸν μόνον ὁ ὕμνος αἰνίξαιτο [f], ἀλλὰ συνανυμνήσοι σὺν αὐτῷ ἅπαντα τὸν ἀποστόλων χορόν· εἰ δέ γε εἴποι, Ἡ τῶν ἀποστόλων δωδεκάχορδος λύρα, ὁ ἐκ Βηθσαϊδὰ Ἰωάννα υἱὸς, ὁ ἐν Ῥώμῃ μαρτυρήσας ἐπὶ Νέρωνος, ψεύστην ἑαυτὸν ἀπέδειξεν. Οὕτως εἴ τις εἴποι Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, βλάσφημος ἀποφανθήσεται· ὁμοίως καὶ ὁ φάσκων [g], *Τρισάγιος ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*.

ιεʹ. Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ἀπὸ τοῦ πέμπτου λόγου τοῦ πρὸς Ἑρμείαν, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Εἶεν, ἐκ παντὸς ἡμῖν*. « Καὶ μὴν ἐν κύκλῳ τὸν ὑπερφυᾶ τε, καὶ ἐπηρμένον περιεστᾶσι θρόνον δοξολογοῦντα τὰ Σεραφὶμ, ἅγιόν τε αὐτὸν, καὶ μὴν ὅτι καὶ Κύριον τῶν δυνάμεων ὀνομάζοντα, πλήρη τε εἶναι λέγοντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ. Ὁ δὲ δὴ κατάρχων ἐν ἴσῳ τῶν ὅλων, ἰσόχειρ τε καὶ ἰσοσθενὴς τῷ Πατρὶ, καὶ οὐ μεῖον εὐκλεής. Ἔμπλεα γὰρ τὰ

## VARIÆ LECTIONES.

[d] Apud Cyrill. et in R. 1 θάκοις. [e] Apud Cyrillum ἆρα οὖν, et infra οὐ ψυχρᾶς, ut in cod. R. 3442. R. 2930 ἆρα τὸ μὴ οὕτω πεπεῖσθαι λέγειν. [f] Mss. 2 αἰνίξοιτο. [g] R, λόγων.

πάντα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ ταῦτα τῆς προτέρας ἐν- A νοίας ἔχεσθαί φαμεν, ἀληθῆ λέγοντες.

ιϛʹ. Ἔτι τοῦ αὐτοῦ [h], ἀπὸ τοῦ προγεγραμμένου λόγου· « Ἀλλ' εἴπερ ἦν ἀκλεὴς καὶ τοῦ προσκυνεῖσθαι μακρὰν, τί μαθόντα τὰ Σεραφὶμ, ἐν τῷ τῆς θεότητος θώκῳ καθιζάνοντα τὸν Υἱὸν κύκλῳ περιεστᾶσιν, ὕμνοις καὶ δοξολογίαις καταγεραίροντα, καὶ Κύριον Σαβαὼθ ὀνομάζοντα, πλήρη τε εἶναι λέγοντα τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῆς δόξης αὐτοῦ; » Ἴσμεν ταῦτα καὶ ἡμεῖς καὶ σύμφαμεν, ἀλλ' οὐ ταῦτα τὸν Υἱὸν τρισάγιον νομοθετεῖ.

ιζʹ. Τοῦ μακαρίου Πρόκλου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον· « Ἐπὶ B σταυροῦ ἐπήγνυτο [i], καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἐν οὐρανοῖς οὐκ ἐγυμνοῦτο, ἐν τάφῳ κατεκλείετο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέῤῥιν. Ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε. κάτω πλάνος ἐσυκοφαντεῖτο, καὶ ἄνω ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος ἐδοξολογεῖτο. » Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ἐν μιᾷ, καὶ ἐν δυσὶ, καὶ πλείοσι παλαιαῖς βίβλοις ἅπαξ τὸ, *ἅγιος*, ἀνέγνων τὸν ἱερώτατον Πρόκλον λέγοντα. Εἰ δὲ τρὶς αὐτὸν φάναι [j] τὸ, Ἅγιος, δώσομεν, τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἔχεται τοῖς προγεγραμμένοις. Ὅτιπερ ὡς εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος συνδοξολογεῖται Πατρὶ καὶ Πνεύματι, τῶν Σεραφὶμ βοώντων, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ.*

C ιηʹ. Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πρόκλου, ἐκ τοῦ ἐγκωμίου τοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Θεογενικὸν [k], οὗ ἡ ἀρχὴ, *Πᾶσαι μὲν αἱ μαρτυρίαι καὶ πανηγύρεις·* « Οὐδὲν τοίνυν ἐν βίῳ οἷον ἡ Θεογενικὸς Μαρία· περίελθε οὖν, ὦ ἄνθρωπε, πᾶσαν τὴν κτίσιν τῷ λογισμῷ, καὶ βλέπε, εἰ ἔστιν ἴσον ἢ μεῖζον τῆς ἁγίας Θεογενικοῦ. Περινόστησον τὴν γῆν, περίβλεπε τὴν θάλασσαν, πολυπραγμόνησον τὸν ἀέρα, τοὺς οὐρανοὺς [l] τῇ διανοίᾳ ἐρεύνησον, τὰς ἀοράτους πάσας δυνάμεις ἐνθυμήθητι, καὶ βλέπε, εἰ ἔστιν τοιοῦτον θαῦμα ἐν πάσῃ τῇ κτίσει· οἱ οὐρανοὶ μὲν γὰρ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ἄγγελοι λειτουργοῦσι μετὰ φόβου, ἀρχάγγελοι προσκυνοῦσι μετὰ τρόμου, τὰ Χερουβὶμ μὴ φέροντα τὴν δόξαν αὐτοῦ φρίττει, τὰ Σεραφὶμ οὐ πλησιάζουσι περιιπτάμενα, καὶ κεκραγότα τρόμῳ, *Ἅγιος, ἅγιος,* D *ἅγιος Κύριος· πλήρης ἡ γῆ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ.* » Καὶ τοῦτο δῆλον ὡς τῆς τῶν προτέρων ἐννοίας ἤρτηται. Ἀλλὰ ἀκουέτωσαν οἱ ταῦτα προφέροντες, καὶ ἐπιγινωσκέτωσαν· πέπεισμαι δὲ ὡς ἐπιγνώσονται, καὶ τὴν περὶ τούτων φωτισθήσονται πληροφορίαν, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν αὐτοῖς.

nam pacto eamdem gloriam non haberet? » At hæc quoque omnia ex priori explicatione pendere vere dicimus.

16. Ejusdem ex eodem dialogo : « Quod si gloriæ expers est, atque ab adoratione secernendus, a quonam, quæso, edocta Seraphim fuerunt, ut Filium in deitatis throno sedentem cingerent, hymnisque et laudibus afficientes, Dominum Sabaoth appellarent, ac hymnis et laudibus celebrantes, Dominum Sabaoth vocitarent, cœlum denique et terram gloria ipsius plena esse prædicarent? » Nos etiam isthæc novimus et assentimur : sed nec ea legem nobis statuunt, ut Filium ter sanctum appellemus.

17. Adhæc beati Procli Constantinopolitani archiepiscopi ex oratione de sancta Dei Genitrice, illud adducunt : « Cruci affigebatur; et thronus ejus in cœlis minime vacuus erat : sepulcro claudebatur, et cœlum sicut pellem extendebat : cum mortuis æstimabatur, et infernum spoliabat : impostor deorsum audiebat, ac sursum sanctus, sanctus, sanctus, prædicabatur. » Ego quidem in uno et altero ac in multis codicibus vetustis semel tantum *sanctus*, sacerrimum Proclum dixisse legi. Tametsi vero ipsum ter, *sanctus*, dixisse concedamus, hoc eodem sensu atque illa quæ præcedunt, accipiendum erit; nempe quod, cum unus ex Trinitate sit, simul cum Patre et Spiritu a Seraphim celebretur, clamantibus, *sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth.*

18. Ejusdem sancti Procli ex laudatione sanctæ Dei Genitricis, cujus initium est, *Omnia testimonia ac festivitates*, id etiam proferunt : « Nihil igitur in mundo cum Dei Genitrice Maria conferri potest : creaturam omnem, o homo, peragra, ac perspice, an quidquam sit, quod sanctam Deiparam exæquet, aut superet. Terram undique lustra, mare circumspice, aerem ac cœlos animo perscrutare, virtutes omnes invisibiles investiga, cogita et vide, an in omnibus conditis rebus ullum sit ejusmodi miraculum. Etenim cœli quidem enarrant gloriam Dei [22], Angeli cum metu famulantur, Archangeli cum tremore adorant, Cherubim gloriæ magnitudinem non ferentia, cohorrescunt, Seraphim circum volantia propius non accedunt, sed cum tremore clamant : *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus : plena est terra laudis ejus.* » Hunc quoque locum ex eorum quæ ante diximus sensu pendere perspicuum est. Ast audiant qui ista proferunt, et agnoscant. Mihi sane persuadeo fore, ut, si Spiritus Dei **493** habitat in illis, agnoscant tandem, inditaque animis luce certitudinem horum percipiant.

[22] Psal. XVIII, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[h] Hæc non habent edita, sed mss. [i] Cod. 1 in textu, ἐκρέματο, in marg. ἐπήγνυτο [j] Edit. τρεῖς αὐτὸν εἶναι. [k] R. 1 et alter cod. hic et infra Θεοτόκον. [l] Edit. ἀνθρώπους.

19. Athanasius oratione de incarnatione et Trinitate cujus initium : *Qui maligne*, hæc habet : « Et cum Seraphim gloriam canunt, tertio dicentes : *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth*, Patrem et Filium et Spiritum sanctum prædicant. »

20. Quia et Basilius libro de Spiritu sancto ad Amphilochium : « Quonam modo Seraphim dicerent, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus, nisi a Spiritu sancto, quot vicibus hujusmodi laudem proferre pium esset, didicissent? » Nimirum hic Pater longis verborum nugis nos liberavit, cum disertis verbis dixit, quot vicibus hujusmodi laudem proferre pium esset. Neque enim pium est bis, aut quater; verum ter et semel; ter *sanctus* ob personarum trinitatem; semel autem *Dominus* ob essentiæ et imperii unitatem. Si enim ad Filium solum referretur, cur non semel tantum *sanctus*, et semel *Dominus* dixerunt. cur non bis aut quater? non enim ternarius numerus uni personæ consecratus est, aut ei plusquam alii numeri familiaris est.

21. Idem etiam astruit ipse Basilius lib. IV, *Adversus Eunomium*, cujus initium : *Si natura Deus Filius*; [« Quod nec visio nec oraculum separatim Patris et Filii et Spiritus sancti sit.] Isaias propheta ait : *Vidi Dominum Sabaoth sedentem super solium excelsum et elevatum. Et Seraphim stabant circa illud; sex alæ uni et sex alæ alteri* [22]. Et paulo post inquit : *Et dixit Dominus ad me : Vade et dic populo huic* : *Auribus audietis, et non intelligetis, et videntes videbitis, et non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi ejus* [23], » etc. Quantum itaque ad propositum nostrum et propheticæ litteræ seriem attinet, Pater est, qui prophetæ apparuit, et oraculum edidit. » Cæterum tonitrui filius, qui stupenda et tonitru terribiliora locutus est, cujusque proprium fuit, non quod *non erat*; verum quod *erat Verbum* [24], hic Filium esse dixit, qui prophetæ apparuit, eique oraculum reddidit. Ait enim in suo volumine : « Propterea non poterant Judæi credere in Jesum, quia Isaias de ipsis dixit [25] : *Excæcati sunt oculi eorum, et induratum est cor eorum, ut non videant oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanem eos.* Hæc dixit Isaias, cum vidit gloriam ipsius. » Paulus autem visionem hanc et oraculum Spiritus sancti esse declaravit dicens : « Bene Spiritus sanctus per Isaiam prophetam ad patres vestros dixit : *Aure audietis, et non intelligetis : et videntes videbitis, et non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus* [27]. » Propheta personam inducit Patris, in quem credebant Judæi; evangelista, Filii; Paulus, Spiritus sancti : unum Dominum Sabaoth, qui se videndum præbebat, communiter appellantes. De persona autem sermo ipsis divisus fuit, indivisa manente in ipsis de uno

A ιθ'. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ περὶ σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγου, οὗ ἡ ἀρχή, Οἱ κακοτέχνως· Καὶ ὅτε δοξολογοῦσι τὰ Σεραφὶμ λέγοντα τρίτον, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον δοξολογοῦσι. »

κ'. Τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἐκ τοῦ πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· « Πῶς εἶπον τὰ Σεραφὶμ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος, μὴ διδαχθέντα παρὰ τοῦ Πνεύματος, ποσάκις ἐστὶν εὐσεβὲς τὴν δοξολογίαν ταύτην ἀναφέρειν; » Ἀπήλλαξεν ἡμᾶς ὁ Πατὴρ λογολεσχίας, ἀριδήλως εἰπὼν ποσάκις ἐστὶν εὐσεβὲς τὴν δοξολογίαν ταύτην ἀναφέρειν. Οὐ γὰρ εὐσεβὲς δὶς ἢ τετράκις, ἀλλὰ τρὶς καὶ ἅπαξ· τρὶς μὲν τὸ, [Ἅγιος, διὰ τὸ] τριαδικὸν τῶν ὑποστάσεων,
B ἅπαξ δὲ τὸ, *Κύριος*, διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς οὐσίας, καὶ τὴν μοναρχίαν. Εἰ γὰρ εἰς τὸν Υἱὸν μόνον, διὰ τί μὴ ἅπαξ τὸ, Ἅγιος, καὶ ἅπαξ τὸ, *Κύριος*; διὰ τί μὴ δὶς ἢ τετράκις; οὐ γὰρ ὁ τρὶς ἀριθμὸς τῇ μιᾷ ἀφιέρωται ὑποστάσει, ἢ πλέον τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ᾠκείωται.

κα'. Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ τετάρτου λόγου τοῦ *Κατ' Εὐνομίου*, οὗ ἡ ἀρχή, *Εἰ φύσει Θεὸς ὁ Υἱός* · « Ὅτι οὔτε ὀπτασία, οὔτε χρησμῳδία χωρισμένως Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, Ἡσαΐας ὁ προφήτης, *Εἶδον*, ἔφη, *Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. Καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί.* Καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· *Καὶ εἶπε Κύριος*
C *πρός με, Πορεύου, καὶ εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσητε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου,* » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅσον μὲν οὖν κατὰ ταύτην τὴν θέσιν καὶ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ προφητικοῦ γράμματος, ὁ ἐπὶ πάντων ἐστὶν Πατὴρ, ὁ ὀφθεὶς καὶ χρησμοδοτήσας τῷ προφήτῃ. Ὁ μέντοι τῆς βροντῆς υἱὸς, ἐξαίσια φθεγξάμενος, καὶ βροντῆς εἰρηκὼς φοβερώτερα, οὗ ἴδιον, οὐχὶ τὸ, *Οὐκ ἦν*, ἀλλὰ τὸ, *Ἦν ὁ Λόγος*, τὸν Υἱὸν ἔφησε τὸν ὀφθέντα καὶ χρησμοδοτήσαντα τῷ προφήτῃ. Λέγει γὰρ ἐν τῷ ἰδίῳ συγγράμματι· « Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο οἱ Ἰουδαῖοι πιστεύειν εἰς τὸν Ἰησοῦν, διότι εἶπεν Ἡσαΐας περὶ αὐτῶν· *Τετύφλωνται αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ πεπώρωται αὐτῶν ἡ καρδία, ὅπως μὴ ἴδωσι τοῖς*
D *ὀφθαλμοῖς καὶ συνῶσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ.* » Ὁ δὲ Παῦλος τοῦ Πνεύματος ἀπεφήνατο τὴν ὀπτασίαν, καὶ τὴν χρησμῳδίαν εἶπεν, λέγων· « Καλῶς ἔφη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν· *Ἀκοῇ μὲν ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ* [οὐ] *μὴ ἴδητε· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου.* » Ὁ προφήτης πατρὸς εἰσηγεῖται τὸ πρόσωπον, τοῦ παρὰ Ἰουδαίων πεπιστευμένου· ὁ εὐαγγελιστὴς τοῦ Υἱοῦ· ὁ Παῦλος, τοῦ Πνεύματος, ἕνα Κύριον Σαβαὼθ τὸν ὀφθέντα,

[22] Isa. VI, 1, 2. [23] ibid. 9, 10. [24] Joan. I, 2. [25] Joan. XII, 40. [27] Act. XXVIII, 25, 28.

κοινῶς ὀνομάζοντες· διῄρηται αὐτοῖς ὁ περὶ τῆς ὑποστάσεως λόγος, ἀδιαιρέτου μένοντος ἐν αὐτοῖς τοῦ περὶ ἑνὸς Θεοῦ φρονήματος. Διῄρηται γὰρ ἀδιαιρέτως ὁ περὶ τῆς ὑποστάσεως τρόπος καὶ λόγος, διὸ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, τριαδικῶς διὰ τὸ τρισσὸν τῶν ὑποστάσεων· *Κύριος* δὲ ἅπαξ, διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς θεότητος. Ζήτει καὶ ἐκ τοῦ Θεολόγου ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὰ γενέθλια· «Θεοῦ[a] δὲ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρὸς Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος·» ἕως τὸ, «Κάλλιστά τε καὶ ὑψηλότατα.»

κγ'. Ὁ ἅγιος Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, ἐν τῷ περὶ Πνεύματος λόγῳ πρὸς Ἑρμείαν, οὗ ἡ ἀρχὴ, *Πόνων ἀγαθῶν*· «Τί δὲ, οὐχὶ καὶ αὐτοὺς τοὺς Θεοῦ λόγους εἶναι Πνεύματός[b] φησιν ἡ Γραφή; Ἡσαΐας μὲν γὰρ ὁ θεσπέσιος τὴν ἐξαίσιον ἡμᾶς καὶ φρικωδεστάτην ἐκείνην θεοπτίαν ἀφηγούμενος, *Εἶδον*, φησὶν, *τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου*, καὶ τὰ διὰ μέσου τούτοις ἐπενεγκὼν, *Ἤκουσα*, φησὶν, *Κυρίου Σαβαὼθ λέγοντος· Τίνα ἀποστελῶ; καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπον· Ἰδοὺ ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. Καὶ εἶπε, Πορεύου, καὶ εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.* Ἀλλ' ὁ μὲν θεσπέσιος Ἰωάννης περὶ τοῦ Μονογενοῦς φησιν· *Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ἡνίκα εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.* Στέφανός γε μὴν ὁ σοφώτατος Ἰουδαίοις ἔφη προσλαλῶν· *Σκληροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν.* Ἆρα οὐκ ἐναργὲς ἤδη πως, ὡς ἑτερότητι μὲν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἰδικὴν, τί μέν ἐστιν Πατὴρ, τί δὲ καὶ Υἱὸς, τί δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα, εὖ μάλα διαγινώσκεται; συμβάσει γε μὴν τῇ πρὸς ἑνότητα φυσικὴν, πάντα δὴ πάντων παρουσία τε καὶ λόγοι, καὶ μέθεξις, ἐνέργειά τε καὶ δόξα, καὶ ὅσα τὴν θείαν καταχαλλύνει φύσιν.» Τί δὲ οὐχὶ ἄρα γε καὶ ὁ μικρὸν γοῦν δογματικῆς ἐπιστήμης γεγευσμένος, εἴσεται σαφῶς, ὡς ὁ Τρισάγιος ὕμνος, ἑτερότητι μὲν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἰδικὴν, ὡς καὶ ὁ θεοφόρος ἔφη Πατὴρ, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα δείκνυσι· συμβάσει δὲ τῇ πρὸς ἑνότητα φυσικὴν καὶ μοναρχίαν τὸ, *Κύριος*. Ὁ γὰρ τρὶς ἀριθμὸς, τριῶν ἐστι σημαντικὸς, ἑνὸς δὲ ἡ μονάς. Οὐκοῦν Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, καὶ τρισάγιος, ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις. *Κύριος*, ὅτι εἷς αἱ τρεῖς ὑποστάσεις· εἷς δὲ τὰ τρία Θεὸς, ὅτι μία θεότης, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, οὐκ ἐξισταμένων, οὔτε μὴν συντιθεμένων, ἢ συναλειφομένων τῶν ὑποστάσεων.

κδ'. Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, ἐκ τοῦ *Κατ' Εὐνομίου* πρώτου λόγου· «Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ Σεραφὶμ, παρ' ὧν ἐναργῶς τὸ τῆς Τριά-

Deo sententia. Divisus enim est sine ulla divisione de persona sermo. Quapropter, *sanctus*, *sanctus*, *sanctus*, ter ob personarum trinitatem dicitur: *Dominus* autem semel, ob deitatis unitatem. Consule etiam ex Theologi oratione in Christi nativitatem **494** hunc locum: «Deum autem cum dico, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum intelligo,» usque ad hæc verba: «Præstantissime ac sublimissime.»

23. Eadem mente Cyrillus Alexandrinus in libro de Spiritu sancto ad Hermiam, qui incipit, *Bonorum laborum*, ait: «Quid autem, nonne ipsos quoque Dei sermones Spiritus sancti esse Scriptura testatur? Etenim divinus Isaias, stupendam illam ac valde tremendam Dei visionem enarrans: *Vidi*, *inquit*, *Dominum Sabaoth, sedentem super solium excelsum et elevatum*. Et paucis interjectis subdit: *Audivi Dominum Sabaoth dicentem: Quem mittam, et quis ibit ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, et dic populo huic: Auribus audietis, et non intelligetis: videntes videbitis, et non perspicietis.* At vero divinus Joannes de Unigenito dixit: *Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de ipso*[28]. Sapientissimus porro Stephanus Judæos alloquens, dixit: *Dura cervice et incircumcisis cordibus, vos semper Spiritui sancto restitistis, quemadmodum et patres vestri*[29]. Annon jam quodam modo perspicuum est, quod ex personali diversitate, quidnam Pater, quidnam Filius, quidnam Spiritus sanctus sit dignoscitur: ex naturalis autem unitatis coitione, omnia quidem omnium sunt, hoc est præsentia, sermones, participatio, operatio, gloria, cæteraque omnia, quæ divinam naturam condecorant.» Quid igitur? annon is etiam, qui dogmatum fidei scientiam vel leviter delibarit, perspicue noscet, ter sanctum hymnum, quantum ad personæ particularis diversitatem attinet, velut Deo plenus hic Pater dixit, Patrem, Filium et Spiritum sanctum demonstrare: coitionem vero in unam naturam, unumque principatum, per vocabulum, *Dominus*, ostendi? Ternarius quippe numerus tria significat; unitas autem, unum. Quapropter, *sanctus*, *sanctus*, *sanctus*, et ter *sanctus*, quia tres personæ: *Dominus* autem, quia tres personæ unus Deus sunt. Unus porro Deus tres personæ; quia deitas una, atque ad unum ea quæ ex ipso sunt, referuntur.

24. Sancti Gregorii Nysseni lib. I. *Contra Eunomium*: «Eodem autem modo Seraphim illa apud Isaiam, a quibus Trinitatis mysterium aperte

[28] Joan. XII, 41 [29] Act. VII, 51.

VARIÆ LECTIONES.

[a] In Regiis duobus Nazianzeni locus habetur integer, contra propositum auctoris, qui hunc indicare satius duxit, quam ad longum recitare. [b] Reg. 2 τοῦ πνεύματος εἶναι.

prædicatum est, quando cujusque personæ Trinitatis pulchritudinem ad stuporem usque mirantes, vocem illam, *sanctus*, exclamarunt. » En quo pacto divinus Pater per trisagium hymnum Trinitatis mysterium prædicatum esse dixit; nempe ter, *sanctus*, proclamando, personarum trinitatem; semel vero, *Dominus*, naturæ ac dominationis unitatem.

25. Quinimo sanctus quoque et admirandus Epiphanius, in libro Ancorato hoc modo loquitur: « Per triplex autem testimonium Spiritum sanctum accipiant, ac Seraphim et Cherubim ter perspicue clamantium, *sanctus*, *sanctus*, *sanctus*, vocibus impleantur. Per duas enim voces glorificatio **495** in cœlo non perficitur, neque sancta, et invisibilia et spiritualia animalia rem eamdem quater accinunt; neque item quartam vocem aut unam, nec dicunt, sancti, sancti, sancti, ne quod singulare est, multiplicis esse nominis declarent, nec rursus ternarium trium numerum occultent. Verum ter quidem sanctitatem tribuunt, uno autem et singulari modo sermonem enuntiant, ne deorum multitudinem exprimant. » Negotio nos hic divinorum interpres Pater liberavit, cum nec per unam, aut quatuor, sed per tres, atque ipsas singulares gloriam in cœlo minime persolvi clare pronuntiat. Quorsum autem hoc? Quoniam hic hymnus non unam personam, sed tres indicat. Sicut igitur non per duas, aut quatuor voces; verum per tres, ob personarum Trinitatem hymnus penditur; ad eumdem modum cum trisagius hymnus tres personas indicet, de una persona minime dici potest. Quamobrem, ut superius dixi, certus numerus in Deo assignari non potest, nisi singularis et ternarius, propter naturæ unitatem et personarum Trinitatem. Ac singularis quidem numerus de personis dicitur: Deus et Deus et Deus; sed unus Deus, non tres dii, Pater, Filius et Spiritus sanctus; ne alioqui principatus unus, deorum multitudo potius esse censeatur, atque unus indivisusque Deus a subsistentibus suis virtutibus dirimatur. Deus enim etiam est ipsius Verbum et Spiritus sanctus, ac tria hæc unus Deus; etiamsi unumquodque horum, quia naturam divinitas superat, perfecta persona sit. At vero ternarius numerus ad unam personam minime pertinet: non enim quælibet persona ter per se subsistit, ut per ternarium numerum unamquamque personam per se constitui demonstretur. Absit, absit: hæc piæ cogitationis non sunt, sed a sano sensu aliena.

26. Hæc, divinissime Pater, columna et fundamentum veritatis, ut omnibus Patribus fratribusque et universo Ecclesiæ cœtui recitentur, obsecramus, verbisque placidis rogetur venerandus Pater noster

A δος ἐκηρύχθη μυστήριον, ὅτε τὴν, Ἅγιος [o], φωνὴν τῷ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐν Τριάδι κάλλει καταπλησσόμενα θαυμαστικῶς ἐξεβόησεν. » Ἰδοὺ δὴ σαφῶς ἔφη ὁ θεηγόρος Πατὴρ, Διὰ τοῦ Τρισαγίου ὕμνου ἐναργῶς τὸ τῆς Τριάδος ἐκηρύχθη μυστήριον· διὰ μὲν τοῦ τρὶς [p] βεβοῆσθαι τὸ, Ἅγιος, τὴν τῶν προσώπων Τριάδα. Διὰ δὲ τοῦ ἅπαξ κεκράχθαι τὸ, *Κύριος*, τὸ ἑνιαῖον τῆς φύσεώς τε καὶ κυριότητος.

κε'. Καὶ ὁ ἅγιος δὲ καὶ θαυμαστὸς Ἐπιφάνιος [q], ὧδέ πῃ φησιν ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ Ἀγκυρωτῷ λόγῳ· « Διὰ δὲ τῆς τριττῆς μαρτυρίας λάβωσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πληρωθῶσι φανερῶς τῶν φωνῶν τῶν Σεραφὶμ καὶ Χερουβὶμ, κραζόντων τριττὸν τὸ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· οὐ γὰρ διὰ δύο φωνῶν ἡ B δοξολογία ἐν οὐρανῷ τελεῖται. Οὐδὲ τέταρτον ἐπιφωνοῦσι τὰ αὐτὰ ἅγια, καὶ ἀόρατα, καὶ πνευματικὰ ζῶα, οὐδὲ τετάρτην φωνὴν ἀποδίδωσι τὰ αὐτὰ, οὐδὲ μίαν μόνην· ἀλλὰ τρεῖς φωνὰς ἑνικὰς τὸ, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· καὶ οὐ λέγουσιν, Ἅγιοι, ἅγιοι, ἅγιοι, ἵνα μὴ τὸ ἑνικὸν πολυώνυμον ἀποφήνωσι, μηδὲ τῶν τριῶν τὸ τρισάριθμον ἀποκρύψωσιν· ἀλλὰ τρὶς μὲν διδόασι τὴν ἁγιαστίαν, μονοειδῶς δὲ, ἑνικῶς ἀποφθέγγονται τὸν λόγον, ἵνα μὴ πολυθεΐαν ὀνομάσωσιν. » Ἀπήλλαξεν ἡμᾶς ὁ θεοφάντωρ οὗτος Πατὴρ, περὶ τῶν πραγμάτων ἀριδήλως ἀποφηνάμενος, ὡς οὐ διὰ δύο φωνῶν ἡ δοξολογία ἐν οὐρανῷ τελεῖται, οὐδὲ μιᾶς, ἢ τετάρτης φωνῆς, ἀλλὰ τριῶν [r] καὶ αὐτῶν ἑνικῶν. Τίνος ἕνεκα; Ὅτι οὐ μιᾶς ὑποστάσεως ἐνδεικτικὸς ὁ ὕμνος, ἀλλὰ τῶν τριῶν· ὥσπερ οὖν οὐ C διὰ δύο φωνῶν ἢ τεσσάρων ὁ ὕμνος ἐκτελεῖται, ἀλλὰ διὰ τριῶν διὰ τὸ τρισσὸν τῶν ὑποστάσεων, οὕτω τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐνδεικτικὸς ὢν ὁ Τρισάγιος ὕμνος, ἐπὶ μιᾶς τῶν ὑποστάσεων λέγεσθαι χώραν οὐκ ἔχει. Ἀδύνατον οὖν, ὡς ἔφην ἀνωτέρω, ὡρισμένον ἀριθμὸν ἐπὶ Θεοῦ λέγειν, εἰ μὴ τὸν ἑνικὸν καὶ τὸν τριαδικὸν διὰ τὸ ἑνιαῖον τῆς φύσεως, καὶ τὸ τριαδικὸν τῶν ὑποστάσεων. Καὶ ὁ μὲν ἑνικὸς ἀριθμὸς, κατὰ τῶν τριῶν ὑποστάσεων φέρεται, Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, ἀλλ' εἷς Θεὸς, καὶ οὐ τρεῖς θεοὶ, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ πολυθεΐα νομισθῇ ἡ μοναρχία, καὶ διαιρεθῇ ὁ εἷς καὶ ἀδιαίρετος Θεὸς τῶν ἑαυτοῦ ἐνυποστάτων δυνάμεων. Θεὸς γὰρ καὶ ὁ τούτου Λόγος καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὰ τρία, εἷς Θεὸς, εἰ καὶ ἕκαστον τελεία ὑπόστασις, διὰ τὸ ὑπερ- D φυὲς τῆς θεότητος. Ὁ δὲ τριαδικὸς ἀριθμὸς κατὰ μιᾶς ὑποστάσεως οὐκ ἔστιν. Οὐ γὰρ τρισυπόστατος ἑκάστη ὑπόστασις, ἵνα διὰ τοῦ τρισσοῦ ἀριθμοῦ τὸ τρισυπόστατον δειχθῇ ἑκάστης ὑποστάσεως. Ἄπαγε, ἄπαγε· οὐκ εὐσεβοῦς λογισμοῦ, ταῦτα, ἀλλ' ἔξω νοῦ τοῦ καθήκοντος.

κς'. Ταῦτα, ὦ Πάτερ θειότατε, στῦλε καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, πᾶσι τοῖς πατράσι καὶ ἀδελφοῖς καὶ παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι ἀναγνωσθῆναι ἐκλιπαροῦμεν, καὶ λόγων ἐπιεικείᾳ παρακλη-

VARIÆ LECTIONES.

[o] Edit. ἁγίαν. [p] Edita τρεῖς. [q] Vet. int. *Sed et sanctus et multis nominibus suspiciendus vir Epiphanius.* [r] Edita, τριττῶν.

θῆναι τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν κύριον ἀββᾶν Ἀναστάσιον, τὸν κλεινὸν καθηγεμόνα τῆς εὐαγοῦς μονῆς τοῦ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου, παύσασθαι μὲν τῆς τοιαύτης ἐνστάσεως, σὺν ἡμῖν δὲ, τοῖς θεολήπτοις Πατράσι κατ' ἴχνος ἀκολουθοῦντα, « Ἅγιος, λέγειν, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἅγιος ἰσχυρὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, σαρκωθεὶς καὶ σταυρωθεὶς σαρκὶ δι' ἡμᾶς, ἅγιος ἀθάνατος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ εἷς Κύριος, Σαβαὼθ, ἐλέησον ἡμᾶς. » Καὶ μήτε ἡμῶν κατηγορεῖν, μήτε τοῦ τρισμάκαρος Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου, ὡς πεπεισμένων ἐπὶ μιᾶς τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων λέγειν τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Πᾶς γὰρ ὅστις οὕτω φρονεῖ, ἢ λέγει, κοινωνός ἐστι τῆς τοῦ Κναφέως τοῦ βαναύσου σκαιότητος. Τίς γὰρ οἶδε τοῦ μακαριωτάτου Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου νόημα ἐμοῦ πλέον; Οὐδείς· ὃς, ἵνα τἀληθὲς εἴπω, οὐκ ἀνέπνευσε πνοὴν πνευματικήν πώποτε, ἣν ἐμοὶ ὡς μαθητῇ οὐκ ἀνέθετο· τί μὴ ζῶντος καὶ φθεγγομένου τοῦ ἱεροῦ ἀνδρὸς, ταῦτα περὶ αὐτοῦ λέλεκτο; Οὐκ ἔστι ταῦτα, ἀλλ' ἢ σκήψεις τινὲς, πλεῖστον ὅτι τὸ βέβαιον οὐκ ἔχουσαι. Μὴ δυσφημείτωσαν τὸν ζηλωτὴν, καὶ πῦρ ὀρθοδοξίας πνεύσαντα, μόσχον φημὶ, τὸν ἀοίδιμον Ἰωάννην, τὸν πάσης καινοφωνίας ἐξοριστὴν καὶ ἀναιρέτην, ὡς τῆς θεολογίας τοῖς ἱεροῖς κεκοινωνηκότα Πατράσιν. Ἀλλὰ τούτου τὸν ζῆλον ἀποδεχέσθωσαν, καὶ ὡς ἱερὸν καὶ ἀοίδιμον εὐφημείτωσαν. Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ Πατὴρ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν (αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν), ἐμπλήσει τὰς καρδίας ἡμῶν Πνεύματος ἁγίου, εἰς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα, καὶ ἀπελάσει πᾶσαν τὴν πονηρὰν ἔνστασιν ἀφ' ἡμῶν, εἰρηνοποιῶν τὴν ἁγίαν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν, ἣν ἐκτήσατο αὐτῷ ὁ ἀγαπητὸς αὐτοῦ Υἱὸς Ἰησοῦς ὁ ὑπέρθεος, τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι. Εὔχου ὑπὲρ ἡμῶν, θεοτίμητε, ὡς θεόληπτος.

κζ'. Προσθετέον δὲ τῷ λόγῳ καὶ τάδε, ἐν τῇ ἱερᾷ προσκομιδῇ τῆς τελετῆς τῶν θείων μυστηρίων, μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν λαὸν τὸν Τρισάγιον ὕμνον, ὁ ἱερεὺς ὥσπερ ἑρμηνεύων τὸν ὕμνον φησίν· *Ἅγιος εἶ βασιλεῦ τῶν αἰώνων, καὶ πάσης ἁγιωσύνης Κύριος καὶ δοτὴρ· ἅγιος καὶ ὁ μονογενής σου Υἱὸς, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησας· ἅγιον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμά σου τὸ πανάγιον, τὸ ἐρευνῶν τὰ πάντα, καὶ τὰ βάθη σοῦ τοῦ Θεοῦ.* Διὰ τί μὴ λέγει Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, *ὁ μονογενής σου Υἱὸς*, ἀλλὰ κοινῶς μὲν τῇ Τριάδι, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, καθ' ἑκάστην δὲ τῶν ὑποστάσεων τὸ, Ἅγιος, ἅπαξ; καὶ ἐν τῇ ὑψώσει δὲ τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, οὐ λέγομεν, Τρὶς ἅγιος, ἢ Τρὶς *Κύριος*, ἀλλ', *Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, ᾧ ἡ δόξα.*

κη'. Ἐπειδὴ δὲ τὸν Τρισάγιον ὕμνον ἐν ταῖς συνήθεσιν εὐχαῖς τρίτον φαμὲν, ἄξιον καὶ περὶ τούτου διαλαβεῖν, ὅτιπερ οὐχ ἅπαξ τῷ Πατρὶ, καὶ οὐχ ἅπαξ τῷ Υἱῷ, καὶ ἅπαξ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὸν Τρισάγιον ὕμνον προσάγομεν, ἀλλὰ κοινῶς τῇ ἁγίᾳ Τριάδι τρὶς τὸν τρισάγιον ὕμνον προσφέρομεν. Τὰ μὲν γὰρ Σεραφὶμ ἀεὶ τῷ Θεῷ παριστάμενα, ἀκαταπαύστως τὴν Τρισάγιον προσάγει

A ac dominus abbas Anastasius, inclytus sacri monasterii sancti Patris nostri Euthymii præpositus, ut ejusmodi contentioni finem imponat, Deique afflatu correptorum Patrum vestigia premens, nobiscum dicat : « Sanctus Deus, et Pater, sanctus fortis, Filius Dei incarnatus, et pro nobis crucifixus carne, sanctus immortalis Spiritus sanctus, non Dominus Sabaoth, miserere nobis. » Non nos deinceps accuset, nec beatum Patriarcham Joannem, quasi certum habeamus, de una duntaxat divina persona trisagium hymnum dicendum esse. Quisquis enim ita sentiat, sordidi Cnaphei, Fullonisve nequitiæ se socium præbet. Quis enim beatissimi Patriarchæ Joannis mentem me melius novit? Nullus : quippe qui, ut vera loquar, nullam unquam spiritualem B doctrinam efflavit quam mihi ceu discipulo suo non commendaverit? cur de viro jam mortuo, quique amplius loqui non valeat, talia divendunt? Nihil sane hæc sunt, nisi prætextus et colores quidam, nihil firmi habentes. Desinant obtrectare homini divino zelo ornato, quique rectæ doctrinæ ignem, moschumque spiravit; celebratissimo, inquam, Joanni, omnis vocum novitatis exterminatori et interemptori, **496** qui theologiam cum sanctis Patribus communem semper habuit. Quin zelum potius ipsius complectantur, cumque uti sacrum et illustrem virum, laudibus prosequantur. Deus pacis, Pater Domini nostri Jesu Christi, (ipse enim est pax nostra) repleat corda nostra C Spiritu sancto, ut probemus quæ sunt potiora : atque improbam omnem contentionem a nobis submoveat, sanctam Ecclesiam suam pacificando, quam ipsi dilectus Filius ejus Jesus, supremus Deus, pretioso suo cruore acquisivit. Ora pro nobis, honorate a Deo Pater, qui divino spiritu ageris.

27. Ad ea quæ diximus, hæc quoque sunt adjicienda. In sacra oblatione divinorum mysteriorum, postquam populus trisagium hymnum cecinit, sacerdos, velut hymnum interpretans, subjungit : *Sanctus es Rex sæculorum, atque sanctitatis omnis Dominus et largitor : sanctus etiam unigenitus Filius tuus, per quem omnia fecisti : sanctus item Spiritus unus sanctissimus, qui omnia scrutatur, etiam pro*D *funda tua Deus*. Quare non dicit, *sanctus, sanctus, sanctus, unigenitus Filius tuus*, sed communiter Trinitati *sanctus, sanctus, sanctus :* singulis autem personis semel *sanctus?* Atque etiam in elevatione panis Eucharistiæ, non dicimus ter *sanctus*, aut ter *Dominus*, sed, *Unus sanctus, unus Dominus Jesus Christus, in gloria Dei Patris, cum sancto Spiritu, cui gloria.*

28. Quoniam autem trisagium hymnum in consuetis precibus ter dicimus, operæ pretium est monere, cur non semel Patri, et semel Filio, et semel Spiritui sancto hymnum hunc tribuamus; quin potius illum communiter sanctæ Trinitati offeramus. Seraphim quippe Deo semper astantia, tersanctam laudem sine fine offerunt : nos autem,

quia certis horis præscriptum hymnum ad Deum transmittimus, apte et congruenter trisagium hymnum sanctæ Trinitati ter tribuimus: eamque ob causam ternarium numerum præ cæteris veneramur; quia sanctam Trinitatem declarat, a qua etiam perfectionem et plenitudinem accepit. Unitas enim quantitatis est expers: binarius numeri initium est: ternarius vero perfectus numerus. Nec propter ternarium numerum deitas in Trinitate est; sed quia deitas in Trinitate est, idcirco numerus ternarius perfectus est. Unitas quippe a principio in binarium progrediens, atque ad ternarium perveniens, in eo stetit. Principium enim et causa eorum quæ sunt, Deus est. Quare ex principio et causa eorum quæ sunt, hanc vim numerus accepit. Quia nimirum, sicut Pater Filii genitor, et Spiritus sancti productor est; sic etiam numerus ad binarium progrediens, et usque ad ternarium perveniens, in eo constitit: ac propterea singularis numerus est, qui unum significat, dualis, qui duos; pluralis, qui tres designat: neque alia certa nota est. ἄνθρωπος, enim dicitur de uno homine; τὼ ἀνθρώπω, de duobus; οἱ ἄνθρωποι de tribus. Item in Deo una est hypostasis Patris, duæ hypostases Patris et Filii; tres hypostases Patris et Filii et Spiritus sancti: quia ratione hypostasis differunt Pater et Filius et Spiritus sanctus. Eodem etiam modo tres hypostaticæ **497** proprietates. At in iis, in quibus hypostasis ab hypostasi non differt, hoc est in naturalibus, cum de Deo loquimur, plurali numero uti non licet: sed in qualibet hypostasi, ea quæ ad naturam pertinent, singulariter oportet enuntiare: eaque singulariter copulando, rursum communiter de tribus hypostasibus prædicare, quæ naturalia sunt; uti Deus et Deus et Deus, sed unus Deus, non autem tres dii: quoniam Deus, ejusque subsistentes per se virtutes Deus unus est. Quia quodlibet propriam hypostasim habet, perfectus Deus per se dicitur: quoniam autem simul numerantur, idcirco non tres dii, sed unus Deus; eo quod Verbum et Spiritus, Patris virtutes sint. Pater, Pater est, ac non Filius (non enim ex quoquam est) Filius, Filius est (ex Patre enim) ac non Pater; ut unus duntaxat sit Pater, Spiritus sanctus, Spiritus sanctus est (ex Patre siquidem per Filium et Verbum procedens, non tamen filiationis modo). Nam si Filius, Patris filius est, ac Spiritus item filius, alios quoque filios habebit, idque in infinitum. Rursum, si Spiritus, Filii filius est, habebit ipse quoque filium alterum, et sic in infinitum: eruntque adeo dii multi et domini multi, ac deorum caterva, non unus Deus. At nobis unus Deus est, Pater et Verbum ipsius et Spiritus ipsius. Verbum porro, genitum quiddam est, per se subsistens, ac proinde Filius. Spi-

A δοξολογίαν· ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ ἐν ὡρισμέναις ὥραις τεταγμένον τὸν ὕμνον τῷ Θεῷ ἀναπέμπομεν, οἰκείως καὶ προσφόρως τὸ Τρισάγιον ἐκ τρίτου κοινῶς τῇ ἁγίᾳ Τριάδι προσνέμομεν. Καὶ ἐν πᾶσι δὲ τούτου χάριν τὸν τρὶς [a] ἀριθμὸν τῶν λοιπῶν προτιμῶμεν, ὡς τῆς ἁγίας Τριάδος ὄντα δηλωτικὸν, καὶ ὡς ἐξ αὐτῆς τὴν τελειότητα καὶ πληρότητα κεκτημένον. Μονὰς γὰρ ἄποσος· δυὰς δὲ ἀρχὴ ἀριθμοῦ· τριὰς ἀριθμὸς τέλειος. Ἀλλ' οὐ διὰ τὸν ἀριθμὸν ἡ θεότης ἐν Τριάδι, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι τὴν θεότητα ἐν Τριάδι ὁ τρὶς ἀριθμὸς τέλειος. Μονὰς γὰρ ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα, μέχρι Τριάδος ἔστη· ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων καὶ αἰτία ὁ Θεός. Ἐκ τῆς ἀρχῆς οὖν καὶ τῆς τῶν ὄντων B αἰτίας ἔλαβεν ἀριθμὸς ταύτην τὴν δύναμιν· ὅτι ὥσπερ ὁ Πατὴρ γεννήτωρ Υἱοῦ, καὶ προβολεὺς Πνεύματος, οὕτως καὶ ὁ ἀριθμὸς, εἰς δυάδα ἀρχόμενος, καὶ καταντῶν μέχρι τριάδος ἵσταται· διὸ καὶ ὁ ἑνικὸς ἀριθμὸς, ὁ ἕνα σημαίνων· καὶ δυϊκὸς, ὁ δύο σημαίνων· καὶ πληθυντικὸς, ὁ τρία σημαίνων, καὶ οὐκ ἔστιν ἕτερος χαρακτήρ. Ὁ γὰρ *ἄνθρωπος*, λέγομεν ἐπὶ ἑνὸς ἀνθρώπου, καὶ τὼ *ἀνθρώπω* ἐπὶ δύο, καὶ *οἱ ἄνθρωποι* ἐπὶ τριῶν. Καὶ Θεοῦ μία ὑπόστασις Πατρὸς, δύο ὑποστάσεις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τρεῖς ὑποστάσεις Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἐπειδὴ ὑποστάσει διαφέρει ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὁμοίως καὶ τρεῖς ὑποστατικαὶ ἰδιότητες· ἐν οἷς δὲ οὐ διαφέρει ὑπόστασις ὑποστάσεως, τουτέστιν ἐν τοῖς φυσικοῖς, οὐκ ἔστιν ἐπὶ Θεοῦ πλη- C θυντικῶς ἀριθμῆσαι, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστης ὑποστάσεως μοναδικῶς τὰ φυσικὰ εἰπεῖν, καὶ συνάπτοντας δὲ μοναδικῶς πάλιν εἰπεῖν κοινῶς ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων [σέβειν [1]] τὰ φυσικὰ, καὶ Θεὸς καὶ Θεὸς καὶ Θεός· ἀλλ' εἷς Θεὸς, καὶ οὐ τρεῖς θεοί· διότι ὁ Θεὸς καὶ αἱ αὐτοῦ ἐνυπόστατοι δυνάμεις, εἷς Θεός· διὰ μὲν τὸ ἰδίαν ἔχειν ἕκαστον ὑπόστασιν, ἕκαστον τέλειον Θεὸν καθ' αὑτὸ λεγόμενον· ὅτι δὲ συναριθμοῦνται, οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἷς Θεὸς, διὰ τὸ δυνάμεις εἶναι τοῦ Πατρὸς τὸν Λόγον καὶ τὸ Πνεῦμα. Πατὴρ ὁ Πατὴρ, καὶ οὐχ Υἱός· οὐ γὰρ ἔκ τινος· Υἱὸς ὁ Υἱός· ἐκ τοῦ Πατρὸς γὰρ, καὶ οὐ Πατὴρ, ἵνα εἷς ᾖ ὁ Πατήρ· Πνεῦμα ἅγιον, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐκ τοῦ Πατρὸς γὰρ, διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου προϊὸν, οὐχ υἱικῶς δέ. D Εἰ γὰρ Πατρὸς Υἱὸς ὁ Υἱὸς, καὶ υἱὸς τὸ Πνεῦμα, ἕξει καὶ ἄλλους υἱοὺς, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. Εἰ δὲ υἱὸς τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ἕξει καὶ τοῦτο υἱὸν, κἀκεῖνο ἕτερον, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον, καὶ ἔσονται θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ, καὶ δῆμος θεῶν, καὶ οὐχ εἷς Θεός· ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Λόγος αὐτοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· Λόγος δὲ, ἐνυπόστατον γέννημα, διὸ Υἱός· καὶ τὸ Πνεῦμα, ἐνυπόστατον ἐκπόρευμα καὶ πρόβλημα· ἐκ Πατρὸς μὲν, Υἱοῦ δὲ, καὶ μὴ ἐξ Υἱοῦ, ὡς Πνεῦμα στόματος Θεοῦ, Λόγου ἐξαγγελτικόν. Πάντως δὲ καὶ στόμα οὐ μέλος σωματικὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα, οὐ πνοὴ λυομένη καὶ διαχεομένη· ἀλλὰ ταῦτα ἄλλης πραγματείας χρῄζει. Τὸ δὲ νῦν ἔχον διευκρι-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Edit. τριάγιον, absone prorsus. Quibus tamen concinit vet. interpr. [1] Edita hic interjiciunt, σέβειν.

νήσαντες ὅση δύναμις, καταπαύσωμεν τὸν λόγον. Οἶδα δὲ ὡς καὶ αὐτοὶ θείου πεπληρωμένοι Πνεύματος, τὰ λείποντα νόμῳ φιλίας πληρώσετε, ἀδιαλείπτως ἡμῶν ὑπερευχόμενοι.

A ritus item per se subsistens processio est ac emanatio; ex Patre quidem, Filii vero. sed non ex Filio, utpote Spiritus oris Dei Verbum enuntians. Quod quidem os membrum corporeum nullo modo est : nec Spiritus flatus est, qui dissolvatur ac diffundatur. Verum hæc aliam elucubrationem desiderant. Nunc autem explicato pro viribus quod propositum erat argumento, dicendi finem faciamus. Illud autem exploratum habeo, vos quoque, utpote Dei spiritu plenos, ea quæ desunt. amicorum more impleturos, nec finem pro nobis orandi facturos.

---

# 498 ADMONITIO.

In lucem prodit Joannis Damasceni ad Cometam monachum epistola *De Jejuniis*, cujus fragmenta aliquot cum Turrianus protulisset in libris quos pro defensione epistolarum pontificiarum edidit, et in adnotationibus ad Constitutiones apostolicas, David Blondellus non dubitavit affirmare, eam cum multis ecclesiasticorum scriptorum monumentis, quæ perinde a Turriano citata sunt, asservanturque in Europæ bibliothecis, *nec ad manus esse, nec esse posse*. Epistolæ hujus magnam partem acceperam ab eruditissimo clarissimoque viro D. Joanne Ernesto Grabe, ut jacet in cod. Barocciano n. 196; integram vero mihi tandem procuravit doctissimus reverendusque admodum P. D. Anselmus Bandurius ex bibliotheca Medicea descriptam. Hujus porro parentem esse Joannem Damascenum nihil repugnat : quin suadet inscriptio, quam mss. codd. varii præferunt. Suadet familiare nostro auctori adagium istud, οὐδὲ τὸ καλὸν καλὸν, εἰ μὴ καλῶς γίνηται· *Ne bonum quidem est bonum, nisi bene geratur*. Suadent isthæc alia quibus Hierosolymitanæ Ecclesiæ presbyter agnoscitur : *Hæc est regula lexque Ecclesiæ, quam in sancta Christi Dei nostri Resurrectionis Ecclesia novimus observari*. Quinimo exordium in primis Damascenicum prorsus est, ut epistolæ dictionem et stylum taceam. Auctoritates Patrum ob nimiam tabellarii festinationem, διὰ τὴν ἐπιστοληφόρου σπουδὴν, Noster omiserat; quæ vero subnexæ sunt, ætatem ipsius referunt, ipsique missas potius a Cometa putaverim, tanquam certa traditionis, cui refragatus dicebatur, testimonia, receptæque alterius apud hæreticos, præsertim Jacobitas, consuetudinis.

Narrat auctor sibi versum crimini fuisse, quod Quadragesimæ jejunium ad octo hebdomades prorogari posse, alicubi concessisset. Enimvero numerus hic hebdomadum, quibus hebdomas Paschæ, seu Passionis sancta succederet, apud hæreticos duntaxat in Oriente receptus erat, ut testatur auctor quæstionis inter Anastasianas 64, qui ritus hujus primordia arcessere videtur ab Arianis : Ἰστέον δὲ ὅτι, οὐ δεῖ νηστεύειν ἑβδομάδας ὀκτὼ ἐν τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ, ὡς οἱ Ἀρειανοί. *Sciendum est quod non oporteat jejunare octo hebdomades in magna Quadragesima, sicut Ariani, qui transcendunt numerum quadraginta dierum*, etc. Et paulo post : *Si enim jejunandum est octo hebdomades, non debet amplius nominari Quadragesima, sed Quadragesima septima*; ἥτις Τεσσαρακοστὴ πληροῦται εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Βαΐων, *quæ Quadragesima finitur ad festum Palmarum. Magnam enim hebdomadem jejunamus propter Domini passionem, et Pascha, et non propter Quadragesimam*. Αἱρετικὸν οὖν ἐστι τοῦτο τὸ δόγμα, καὶ οὐχ ὀρθόδοξον. *Hoc itaque decretum hæreticum est, non rectæ fidei*. Non abnuit Noster hanc fuisse consuetudinem hæreticorum, idque evincebatur ex Severi Antiocheni et Benjamini Alexandrini pseudo-patriarcharum testimoniis, quæ epistolæ adjecta sunt; id quod agnoscunt omnes qui de Jacobitis scripsere. Non ita pridem Joseph. Abudacnus, c. 19 *Historiæ Jacobitarum* narrabat nobis, Coptitas suos *a Septuagesima usque ad Pascha jejunium observare, tam laicos, quam religiosos*. Quocirca apud Anastasium pro *Arianis*, arbitror posse restitui *Severianos*. Alcuinus, Epist. de Septuagesima, Sexagesima, et Quinquagesima ad Carolum Magnum refert, *audivisse se, cum Romæ esset, quosdam magistros dicentes, quod Orientales populi octo hebdomadas* (emendo ex Epistola Caroli Magni ad ipsum, itemque ex Ænea Parisiensi, lib. *Cont. Græc.* et ex Rabano lib II *De instit. cleric.* novem hebdomadas), *Græci octo, Latini septem jejunare soleant, et inde ex consuetudine Romanam sumpsisse Ecclesiam, Septuagesimam et Sexagesimam, et Quinquagesimam, dies Dominicos nuncupare*. Ubi Orientalium nomine, non Antiochenos, aut Hierosolymitanos significatos puto sed Jacobitas, Armenos, imo et Nestorianos, quos Petrus a Valle ejusdem esse ritus tenaces testatur. Græcos autem magistri illi narrabant octo hebdomades jejunare, propter ambas hebdomades ἀπόκρεω et τυροφάγου, quæ magno Quadragesimæ jejunio præmittuntur, in quarum prima sic jejunare incipiunt, ut a carnibus primum duntaxat abstineant, in secunda deinde a piscibus, minime tamen demptis lacticiniis.

Ut porro prolixioris illius octo hebdomadum ante Dominicam Palmarum jejunii auctores fecerim Severianos potius quam Arianos, in causa fuit Sozomeni silentium, qui lib. VII *Hist.* cap. 19, ubi accuratius fusiusque, quam Socrates, diversas diversarum Ecclesiarum et sec-

tarum consuetudines explicat, nusquam vero refert Arianos numerum hunc hebdomadum jejunio Quadragesimali consignasse; quin nec genti ulli proprium fuisse. Hoc solum tradit, *Illyrios et Occidentales omnes, sex solemnium jejuniorum hebdomades numerare; itemque Libyam et Ægyptum cum Palæstinis: alios vero septem, uti Constantinopolitanos, circumvicinasque nationes ad Phœnices usque*; id est Asiam et Syriam. Quod de Occidentalibus narrat Sozomenus, hoc Latinorum scriptorum, Cassiani, Leonis Magni et Gregorii itidem Magni, aliorumque testimoniis constat. Perinde vero certum est morem, quem tenemus hodie, incundi jejunii solemnis a feria quarta Quinquagesimæ, Photiano schismate vetustiorem esse; quandoquidem ejus meminit Amalarius lib I *De Eccles. offic.*, cap. 7, quem cum aliis tribus Ludovico Pio imperatori ante annum 827 nuncupavit.

Ægyptios olim a Romanis hac in parte non dissensisse extra dubium fit ex epistolis homiliisque Paschalibus patriarcharum Alexandrinorum, Theophili et Cyrilli, **499** in quibus sex tantummodo hebdomades assignantur a capite jejunii usque ad festum Resurrectionis. Ex. gr. Theophilus Hieronymo scribens, in fine epistolæ ait: *Incipientes Quadragesimam a tricesima die mensis Mechir, et hebdomadam salutaris Paschæ quinta die Pharmuthi, finientesque jejunia secundum evangelicas traditiones decima die Pharmuthi, ut, illucescente statim Dominica, festa celebremus* XI *die ejusdem mensis*. Ita nempe ut illo anno jejunii initium, seu feria secunda primæ hebdomadis Quadragesimæ contigerit die 26 Februarii, et festum Resurrectionis sexta Aprilis. Plura non addo ex triginta Homiliis Cyrilli, ne fastidiosus fiam. Constantinopolitani vero et Asiatici sic septem hebdomades jejunabant, ut postrema ad Quadragesimam non pertineret, sed propter Domini passionem ageretur. Quem etiam morem Antiocheni sectabantur: hoc tamen excepto, ut cum Byzantini et Asiani secundum Laodiceni canonis 50 præscriptum Quadragesimam ξηροφαγοῦντες, *aridis cibis vescendo* transigerent, xerophagias sola hebdomade Passionis Orientales admitterent. Nam Epiphanius, hæres. 70 adversus Audianos, qui in Syria morabantur, contendit, ex traditione majorum *non posse neque a decima sexta luna, neque a nona incipi hebdomas Xerophagiæ et Paschatis sancta.* Hæresi 75 narrat, Aerianos, qui in Oriente et in Armenia innotuere, fideles irrisisse, qui in diebus Paschatis xerophagiis indulgerent. In fine Panarii eamdem esse Catholicæ Ecclesiæ consuetudinem audaciuscule asserit. *Cæterum ante septem Paschatis dies*, inquit, *Quadragesimam observare solet Ecclesia; et in jejuniis perseverare: Dominicis vero nullis, nec in ipsa Quadragesima;* τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ Πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί· *Præterea sex Paschatis dies cum xerophagiis, seu siccis eduliis agunt omnes populi.* Hierosolymitanis vero et Palæstinis eo ævo cum Ægyptiis Romanisque convenisse, consulto scripsit Sozomenus. Nam Cyrillus Hierosolymitanus, catech. XVIII, quam postremam habuit Sabbato sancto, *austeriori Paraceves jejunio, vigiliaque prolixiori transactis,* ἔκ τε τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας; cum proxime instaret sanctus Paschatis dies, in quo regenerandi per baptismum erant catechumeni: in hac, inquam, Catechesi diserte enuntiat, Sabbatum sanctum postremam fuisse diem Quadragesimæ, ἐν ταῖς διελθούσαις ταύταις τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέραις, *in hisce qui desinunt Quadragesimæ diebus.* Verum subsequenti ætate, Palæstinos Antiochenorum, Phœnicum, Cypriorum vicinorum suorum morem æmulatos esse deducitur, non solum ex hac quam damus epistola Damasceni, sed etiam ex testimonio, quod in fine epistolæ cum aliis subjicitur, Petri Hierosolymitani, qui sexto sæculo medio sub Justiniano I florebat; cui addi potest, Vita sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, in qua monachi feruntur Quadragesimam consuesse agere in deserto trans Jordanem, usque ad Dominicam Palmarum, seu hebdomadem sanctam Passionis. Hos porro Alexandrini Melchitæ, seu orthodoxi imitati sunt; Coptitæ vero, Jacobitas et Severianos.

---

## ΙΩΑΝΝΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

# ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

## JOANNIS PRESBYTERI DAMASCENI

# DE SACRIS JEJUNIIS.

*Benedicto sinceroque Christi servo, domino Cometæ, spirituali fratri, Joannes minimus.*

Ex multis infinitisque donis, quæ concessit

A Τῷ εὐλογημένῳ καὶ γνησίῳ δούλῳ Χριστοῦ, κυρίῳ Κομητᾷ, πνευματικῷ ἀδελφῷ, Ἰωάννης ἐλάχιστος.

Πολλῶν καὶ ἀπείρων δωρεῶν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀν-

θρώποις δεδωρημένων, ἐξαίρετον καὶ πρῶτον τὸ τῆς A φρονήσεως δῶρον καθέστηκεν. Διάκρισις γάρ ἐστιν ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ· ὁ δὲ ἄριστα διελὼν, ἄριστα καὶ τὸ συμφέρον ἐξελέξατο, τὸν λόγον ἔχων τῶν αὐτῷ κατηκόων ἡνίοχον. Ταύτης ἐστὶ τῆς φρονήσεως τόκος ὥριμος τὸ Σολομώντειον ἐκεῖνο ῥητὸν, « Καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι· » τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι τὸ πᾶν ἐστι τὸ ἀγαθόν· οὐχ ἐν τοῖς οὖσι γὰρ τὸ κακὸν, φυγὴ δὲ μᾶλλον τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀναίρεσις. Ὅτε τοίνυν ἕκαστον καλὸν κριθείη· φημὶ δὴ ὀρθῷ λόγῳ· ἀκρισία γὰρ μᾶλλον, ἤπερ κρίσις, τὸ κακῶς κεκριμένον· καιρὸς τοῦ σιωπᾷν, ὅτε τοῦτο καλόν· καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν, ὅταν ἐρωτῷτό τις. Πρὶν γὰρ ἐρωτηθῆναι λαλῆσαι, καὶ πρὶν ἀποσταλῆναι πορευθῆναι, μωρία τῷ λαλοῦντι καὶ βαίνοντι. Ἡ δὲ τῶν πραγμάτων περίστασις, ὅταν ἀνάγκη λαλεῖν, καὶ τὸ B μὴ λαλεῖν οὐκ ἀκίνδυνον. Ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸ πρέπον τοῦ δοκοῦντος καλοῦ προτιμητέον. Ἐμοὶ μὲν οὖν πᾶς καιρὸς τοῦ σιωπᾷν· τὸ γὰρ λαλεῖν ὑπὲρ τῆς [a] ἐμαυτοῦ ἀπροσεξίας ἀφῄρημαι, καὶ ἄλλως· κατὰ πρόσωπον σοφῶν καὶ ὑψηλῶν τὴν διάνοιαν, οἷς ἡ ἀρετὴ τὸ ἄρχειν ἐνδίκως [b] περιεποιήσατο, πῶς ὁ πένης τὴν ἀρετὴν φθέγγοιτο; Ταῦτα κατὰ νοῦν ἔχων, καὶ νῦν ἂν ἐσιώπησα, εἰ μὴ τὸ αἰδέσιμον τῆς σῆς, ὦ προσφιλέστατε, θεοφρουρήτου εὐκλείας πρὸς τὸ γράφειν ἐξεβιάσατο. Πολλὴν γὰρ τὴν τῶν τιμίων ἡμῶν γραμμάτων ἔπειξιν ἰδὼν, ἔκρινα μὴ ἄλλως καὶ μάτην ὑμᾶς πρὸς τὸ λέγειν προτρέπεσθαι, εἰ μή τις ἀνάγκη πρὸς τοῦτο κατήπειγε. Γράφω τοίνυν τῇ ἀρετῇ καὶ φιλίᾳ σου βιασθεὶς, καί μοι συγγνώτω πᾶς ὅστις C οἶδε τῶν βιασαμένων τὸ ἰσχυρόν· γράφω δὲ μηδὲν τῆς ἀληθείας, ὡς οἷόν τε προτιθεὶς, ἣν ἁπάντων προτιμητέον, καὶ τοῦ ζῆν, μεθ' ἧς τὸ ζῆν αἱρετὸν, καὶ δι' ἣν θάνατος τοῦ ζῆν αἱρετώτερος.

Deus hominibus, eximium præcipuumque munus est prudentia. Est enim boni malique discretio : qui autem optime distribuit, optima quoque et quidquid convenientius elegit, ductum sequens rationis, qua reguntur illi qui ipsi morem gerunt. Hujus prudentiæ genimen maturum est illud Salomonis **500** effatum : « Suum cuique rei tempus est [1]; » quo significatur, universum id quod est, hoc esse bonum. Non enim malum est ex illis quæ sunt, quin potius boni fuga et interemptio. Quando itaque unumquodque bonum (recta utique ratione, sine qua imprudentia magis erit, quam judicium, quod judicatum male fuerit) tum erit tacendi tempus, quando hoc bonum appositumque erit : tunc et suum loquendi tempus accidet, ubi quis rogatus fuerit. Nam quempiam ante loqui, quam quæsitus sit, aut ante proficisci, quam mittatur, hoc illi qui loquitur, et pergit, stultitiæ vertetur. Horum vero regula sunt circumstantiæ rerum; ut dum loquendi necessitas urget, periculo non vacet conticescere. At contingit aliquando, ut et illud quod convenientius est præferri debeat ei quod esse bonum existimatur. Cæterum nullo non tempore incumbit mihi ut taceam; idque mihi merita est inconsiderantia mea, ut mihi non sit fas loqui. Insuper vero coram sapientibus celsissimæque intelligentiæ viris, qui suapte virtute hoc nacti sunt ut aliis præficerentur, quonam pacto loqui audeat, qui virtute inops est? Hæc cum animo versarem, nunc quoque silentium tenuissem, nisi eximia tuæ, quam Deus tuetur, o amantissime, claritatis veneratio ad scribendum me compulisset. Cum enim pretiosis litteris vestris vos admodum instare viderem, omnino judicavi, me haud alia de causa, nec frustra prorsus ad loquendum excitari, nisi quia magna ad hoc necessitas urgeret. Scribo itaque, ea vi compulsus quam virtus amicitiaque tua inferat, mihique adeo veniam dare velim, quisquis apprime norit, quam potentes validique sint, qui mihi vim faciunt. Scribo autem, nihil quantum per me erit, anteponendo veritati, quæ cæteris omnibus, ipsique vitæ, præferenda sit, cum qua vivere, expetenda res est, et propter quam mors vita est optabilior.

β'. Γεγράφηκεν ἡ ὑμετέρα πάντιμος ἀρετὴ, ὥς τινες διεφήμισαν ἡμᾶς εἰρηκέναι [c] ὀκτὼ τὰς τῶν νηστειῶν ἑβδομάδας ὑπάρχειν· προὐτρέψατό τε γράφειν, εἰ οὕτως ἔχοι τὰ πράγματα· πρὸς τοῦτό φαμεν, ὅτι τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης οὐδὲν ὑψηλότερον, δι' ἣν νόμος καὶ προφῆται, δι' ἣν Θεὸς ἄνθρωπος γέ- D γονε· τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ ἀνεξιχνίαστον ὄντως μυστήριον· ἣν ἦλθε Χριστὸς εὐαγγελίσασθαι· ἣν αὐτὸς Χριστὸς τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς πρὸ τοῦ πάθους, καὶ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀνάστασιν ἐδωρήσατο· ἣν καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνιὼν μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅθεν κατεληλύθει ἄσαρκος, ὡς κλῆρον τοῖς ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ κατέλιπεν. Εἰρήνη δέ ἐστιν ἡ ἐν τῷ ἀγαθῷ συμφωνία. Τὸ γὰρ κακῶς συμ-

2. Scripsit vestra omnino mihi colenda virtus ejusmodi rumorem sparsisse quosdam, dixisse nos, hebdomadibus octo jejunandum esse, præcepitque ut rescriberemus, num ita res habeant. Ad hoc dicimus ecclesiastica pace nihil esse sublimius, propter quam lex et prophetæ, propter quam Deus factus est homo; quod plane magnum atque impervestigabile mysterium est : quam Christus annuntiatum venit : quam Christus discipulis suis, sive prius quam pateretur, sive postquam a passione resurrexit, pro summo munere largitus est : quam et ipse, cum ad cœlos ascenderet cum carne sua, unde sine carne descenderat, in partem sortemque apostolis, perque eos Ecclesiæ reliquit [2]. Pax

[1] Eccle. III, 1. [2] Joan. XX, 19-22.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Barroc. ὑπὸ τῆς. [b] Barroc. ἐκδίκως. [c] Barroc. εἰρημένους.

autem est consonantia in bono. In malum siquidem conspiratio, seditio potius quam pax dicenda est. Mihi itaque cæterorum minimo hic propositus est finis, in primis quæ ad pacem spectant procurare, et quidquid ad id conducit, rogantibus quantum in me erit, eloqui.

3. Igitur cum dissensionem de sanctis jejuniis, in aerem usque attolli cernerem, graviter lugebam, mœrebamque, quod peccatum mortem mihi per bonum operaretur. Ecquod enim jejuniorum emolumentum sit iis, qui ad jurgia contentionesque jejunant? quocirca illis quidem qui septem hebdomades **501** sacris jejuniis impendendas esse dicerent, consilium dabam ne litigarent, pulchrumque Christi corpus, Ecclesiam dico, dissidiis scinderent; quinimo morem potius gererent iis quibus præsulatus verbique dispensatio credita essent. In bono quippe abundare et proficere, atque ad majora et sublimiora ascendere, et adjicere super omnem laudem Domini [a], eorum esse qui belle se habeant; illis vero qui octo hebdomades statuunt, suggerebam, nec bonum ipsum esse bonum, nisi bene geratur. Etenim virginitas bonum est: at si nupseris, non peccasti [b]. Diem totam jejunando consumere bonum est: qui vero non manducat, manducantem non judicet [c]. In ejusmodi rebus neutiquam convenit sancire, aut cogere, aut necessitate imposita commissum gregem adigere, sed suasione magis, mansuetudine et sermone sale condito. Atque hæc sunt quæ istis suggerimus. Sin vero quæ nostra sententia sit palam facere oportet, hoc dicimus, quod, cum sanctus Pater noster Basilius, veritatis doctor in sermone *De ebriosis* septem esse jejuniorum sacrorum hebdomades dixerit, aliundeque Gregorius cognomento Theologus in sermone *De baptismo*, jejunia hæc quadraginta dierum quos Dominus jejunando transegit, figuram exprimere et imitari definierit, necessarium omnino sit ambo hæc mutuo conciliare, ne divinorum virorum documenta dissonare reperiantur. Nam hoc est quod turbas excitat, non expendere vim eorum quæ dicuntur. Non enim, ut quidam autumarunt, lege sancitum nobis fuit, ut decimas anni totius jejunando solveremus (1).

A φωνοῦν, στασιάζειν μᾶλλον ἢ εἰρηνεύειν λεχθήσεται. Κἀμοὶ τοίνυν τῷ ἐλαχίστῳ σκοπὸς ἦν προηγουμένως τὰ τῆς εἰρήνης βραβεύειν, καὶ ὅσα πρὸς τοῦτο φέρει, τοῖς ἐρωτῶσι λέγειν ὅση δύναμις.

γʹ. Ἑωρακὼς τοιγαροῦν τὴν περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν στάσιν μέχρις ἀέρος κορυφωθεῖσαν, δεινῶς ἐποτνιώμην καὶ ἠνιώμην, ὅτι καὶ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι ἡ ἁμαρτία τὸν θάνατον κατεργάζεται. Τί γὰρ ὄφελος τῆς νηστείας, τοῖς εἰς ἔριδας καὶ μάχας νηστεύουσι; διὸ τοῖς μὲν ἑπτὰ τὰς τῶν ἁγίων νηστειῶν ἑβδομάδας λέγουσι συνεβούλευον μὴ ζυγομαχεῖν, καὶ στασιάζειν τὸ καλὸν σῶμα Χριστοῦ, τουτέστιν τὴν Ἐκκλησίαν· πειθαρχεῖν δὲ μᾶλλον τοῖς τὴν προεδρίαν καὶ οἰκονο- B μίαν τοῦ λόγου πεπιστευμένοις. Τὸ γὰρ περισσεύειν ἐν τῷ ἀγαθῷ, καὶ προκόπτειν, καὶ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰ μείζονά τε καὶ ὑψηλότερα, καὶ προστιθέναι ἐπὶ πᾶσαν αἴνεσιν τοῦ Κυρίου, τῶν εὖ ἐχόντων ἐστί. Τοῖς δὲ τὰς ὀκτὼ ἑβδομάδας νομοθετοῦσιν ὑπετιθέμην, ὡς οὐδὲ τὸ καλὸν καλὸν, εἰ μὴ καλῶς γένηται. Καλὸν μὲν γὰρ παρθενία· ἀλλ' ἐὰν γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες· Καλὸν τὸ νηστεύειν πᾶσαν ἡμέραν· ἀλλ' ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. Ἐν τοῖς τοιούτοις οὐ νομοθετεῖν, οὐ βιάζεσθαι, οὐκ ἀναγκαστῶς ἄγειν τὸ ἐγχειρισθὲν προσήκει ποίμνιον, πειθοῖ δὲ μᾶλλον, καὶ ἠπιότητι, καὶ λόγῳ ἅλατι ἠρτυμένῳ, ταῦτα καὶ τούτοις ὑποτιθέμεθα. Εἰ δὲ τὸ ἡμῖν δοκοῦν δημοσιεύειν χρεὼν, τοῦτό φαμεν, ὅτι τοῦ μύστου τῆς ἀληθείας C ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἑπτὰ τὰς πάσας τῶν ἁγίων νηστειῶν ἑβδομάδας φήσαντος ἐν τῷ *Κατὰ μεθυόντων* λόγῳ, καὶ τοῦ τῆς θεολογίας ἐπωνύμου Γρηγορίου τῇ τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείᾳ τοῦ Κυρίου, τύπον καὶ μίμημα τὰς νηστείας ταύτας θεωρησαμένου ἐν τῷ *Περὶ βαπτίσματος* λόγῳ, ἀνάγκη ἀμφότερα συμβιβάζειν ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἀσύμφωνα τὰ τῶν θείων ἀνδρῶν φωραθείη δόγματα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τὴν στάσιν κινοῦν, τὸ μὴ διακρίνειν τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν· οὐ γὰρ, ὥς τινες ὑπενόησαν, δεκάτας τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ νηστεύειν νενομοθετήμεθα· κανὼν γάρ ἐστι διατετυπωμένος ἀριδήλως Τεσσαρακοστὴν νηστεύειν νομοτεθῶν· αἱ δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ δεκάδες [d], οὐ τεσσαράκοντα. Πῶς οὖν οἱ πέντε τῆς ἑβδομάδος νηστεύοντες, τὸν ἀριθμὸν περανοῦμεν τῶν

[a] Psal. LXX, 14. [b] I Cor. VII, 28. [c] Rom. XIV, 3,

VARIÆ LECTIONES.

[d] Lego, δεκάται.

NOTÆ.

(1) *Ut decimas anni jejunando solveremus.* Hoc tamen statuerat Cassianus collat. 21, cap. 25 et 27, cujus libros Noster abs se lectos alibi significat. Cassianum secuti sunt e Latinis, Gregorius Magnus hom. 16 in Evangelia, Albinus Flaccus et alii: e Græcis vero Dorotheus abbas doctrina 15, ubi postquam narravit, præter septem hebdomades, solemnium jejuniorum, alteram veluti præparatoriam indictam fuisse, quo quadragesimale, quod Dominus integrum jejunavit, honoratius redderetur, subjungit, septem hebdomadas absque Dominicis et D Sabbatis, numerum triginta quinque dierum conflare, quibus adjecto Sabbato sancto, et media parte illustris illius splendidissimæque noctis (Resurrectionis scil.) triginta sex cum dimidio computari dies, quæ decima pars sit trecentorum sexaginta quinque dierum anni, ut quadragesimali jejunio decimatio totius anni Deo veluti persolvatur per pœnitentiam. Florebat Dorotheus circa sæculi VI finem Tiberio, Mauritio, Phoca et Heraclio impp. E Græcis recentioribus Christophorus Angelus idem tradit.

τεσσαράκοντα, εἰ μὴ τῶν ὀκτὼ ἑβδομάδων τὰς πεντάδας νηστεύσαιμεν; Πρὸς ταῦτα τοίνυν φαμὲν, ὡς ἀνεγνωκότες τὰς τῶν ἁγίων ἀποστόλων διαταγὰς, ἐντεταγμένην εὕρομεν· Χρὴ νηστεύειν τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν, ἀρχομένους ἀπὸ δευτέρας, καὶ λήγοντας εἰς Παρασκευὴν, μεθ' ἣν τῆς ἑβδομάδος τοῦ πάθους ἀρχόμεθα. Εἰ τοίνυν δι' ὀκτὼ ἑβδομάδων ἡ Τεσσαρακοστὴ τελειοῦται, μετὰ δὲ ταύτας τῆς τοῦ πάθους ἀρχόμεθα, ἐννέα τὰς πάσας ἑβδομάδας νηστεύειν χρεών. Ὁ μέντοι πολὺς τὴν θείαν γνῶσιν καὶ ἀρετὴν Ἀθανάσιος, ἐν τοῖς ἑορταστικοῖς αὐτοῦ λόγοις ἓξ τὰς τῆς Τεσσαρακοστῆς ἑβδομάδας ἐκφανέστερον ἀπεφήνατο· μεθ' ἃς τῆς τοῦ πάθους ἑβδομάδος προστάττει ἀπάρχεσθαι. Ἐξ ὧν ἁπάντων εἰς τοιαύτην κατηντήσαμεν ἔννοιαν, ὅτι νηστεία ἐστὶν οὐ μόνον ἡ παντελὴς ἕωθεν μέχρις ἑσπέρας ἀσιτία, ἀλλὰ καὶ ἡ τινῶν βρωμάτων ἀποχή· νηστεύειν γὰρ οἴνου καὶ κρεῶν λεγόμεθα. Ἐπεὶ τοίνυν κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διατετύπωται, μὴ νηστεύειν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ, καὶ νηστεύειν τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν, τυχὸν τὰς μὲν πέντε τῆς ἑβδομάδος τὴν παντελῆ ἀσιτίαν νηστεύειν· τὰς δὲ δύο τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς Κυριακῆς ἡμέρας τὴν τινῶν βρωμάτων ἀποχὴν προστέταχεν. Ἰστέον γὰρ ὅτι ὡς δύο πόνων προκειμένων ἰσχυρότερος ἐκνικᾷ καὶ προκρίνεται· οἷον νενομοθέτηται περιτομὴ ὀκταήμερος, καὶ ἡ τοῦ Σαββάτου τήρησις. Τὸ τοίνυν Σαββάτῳ γεγεννημένον, τῷ Σαββάτῳ περιτμηθήσεται, καὶ λύει τὸν τοῦ Σαββάτου νόμον ἡ τῆς περιτομῆς νομοθεσία· οὕτω κἀνταῦθα ταῖς πέντε τῆς ἑβδομάδος τὴν μέχρι τῆς ἑσπέρας νηστείαν νομοθετήσαν διὰ τῶν ὑπηρετῶν τοῦ λόγου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Σαββάτῳ καὶ τῇ Κυριακῇ τὴν τινῶν βρωμάτων ἀποχὴν διωρίσατο, διὰ τὸ ἐπικρατὲς τῆς ἀναστάσεως, ἣν τὴν Κυριακὴν ἡμέραν οἴδαμεν, καὶ τὴν ὑπὲρ πάντων τῶν προκεκοιμημένων ἁγίων προσφορὰν, ἣν κατὰ πᾶν Σάββατον ἐπιτελεῖν προστετάγμεθα, διὰ τὸ πρὸ τοῦ Πάσχα Σάββατον, ἐν ᾧ τὸν ἰσχυρὸν Χριστὸς ἔδησε, καὶ τὰ τούτου σκεύη διήρπασεν, ὃ μόνον Σάββατον νηστεύειν χρεὼν τοὺς τὴν τῆς ἀναστάσεως χαρὰν ἀναμένοντας.

A Canon siquidem quo Quadragesimam jejunare statuitur omnibus palam manifestus est. Anni vero decimationes quadraginta non sunt. Qui fit igitur, inquiunt, ut quinque dies hebdomadis jejunando, quadragenarium numerum insumamus, nisi totis octo hebdomadibus quinquies jejunemus? Ad hæc itaque dicimus, legisse nos sanctorum apostolorum Constitutiones, et reperisse, oportere jejunare sanctam Quadragesimam incipiendo a secunda feria, et desinendo in parasceve, qua transacta passionis Domini hebdomadem auspicamur. Si itaque octo hebdomadibus Quadragesima completur, quibus exactis Passionis aliam auspicamur: Novem proinde hebdomades integras jejunare necessum est. At vero Athanasius, tam divinarum B rerum scientia, quam virtutibus eximius, in festivis suis orationibus, clarius pronuntiavit sex esse hebdomadas Quadragesimæ, quibus exactis, jubet hebdomadem passionis inchoare. Ex quibus omnibus in hanc sententiam venimus, jejunium esse, non modo a cibis a summo mane usque ad vesperam, verum et a quibusdam eduliis abstinere. A vino siquidem et carnibus jejunare dicimur. Quoniam igitur sanctorum apostolorum canon [a] sanxit, non jejunandum esse Sabbato et Dominica, sanctamque Quadragesimam jejunandum, ut omnigena abstinentia quinque dies singulis **502** hebdomadibus agamus; duobus vero, Sabbato puta et Dominica, ab aliquibus duntaxat cibis abstineamus. C Scire siquidem attinet, cum opera duo laboriosa proponuntur, illud quod fortius est, aliud superare, eique præferri. Ex. gr. lege præcepta circumcisio fuerat, necnon observantia Sabbati. Puer itaque Sabbato natus, Sabbato circumcidendus erat, circumcisionisque sanctio Sabbati solvit legem: eodem perinde modo, Spiritus sanctus, cum per eos qui ministri verbi fuerunt, quinque diebus hebdomadis ad vesperam usque producere jejunium instituerit, Sabbato quoque et Dominica, a quibusdam duntaxat abstinere cibis injunxit, propter auctoritatem resurrectionis, quam Dominicam esse diem scimus, et propter oblationem quam pro sanctis omnibus qui dormierunt quolibet Sabbato agere jussi sumus, quia Sabbato quod Pascha antecedit, Christus fortem alligavit, et vasa ejus diripuit: quod quidem Sabbatum jejunando transigere oportet eos qui resurrectionis lætitiam præstolantur.

ε'. Οὕτως τοίνυν καὶ τὴν συνήθειαν τῆς Ἐκκλησίας ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἐπιστάμεθα, μίαν προνήστιμον ἑβδομάδα, ἐν ᾗ μόνων τῶν κρεῶν ἀποχὴ καὶ ἡ μέχρις ἑσπέρας νηστεία ἐπετελεῖτο, μηδαμῶς τρίτης, ἢ ἕκτης, ἢ ἐννάτης, ἢ τῆς τῶν ἁγίων προηγιασμένων τελετῆς γενομένης. Ἓξ δὲ, ἐν αἷς αἱ τριτοεκτοεννάται καὶ προηγιασμέναι ἐπιτελοῦνται, ᾠῶν τε, καὶ τυροῦ, καὶ τῶν τοιούτων μετὰ τῶν κρεῶν ἀποχαί. Τῇ δὲ τοῦ πάθους ἑβδομάδι ξηροφαγία νενομοθέτητο, οὐ μέντοι προηγιασμένων τελετή· εἶτα τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ ἡ τῶν μυστηρίων τελετὴ, ἐν ᾗ καὶ ἀπήρξατο. Εἶτα τῇ Παρασκευῇ τῇ ἁγίᾳ καὶ φρικτῇ παντελὴς ἀσιτία μέχρι τῆς τοῦ Σαββάτου ἑσπέρας·

D 5. Sic igitur Ecclesiæ quoque consuetudinem ex traditione non scripta novimus, ut hebdomadem jejuniis præviam observaremus, in qua tantummodo a carnibus, et usque ad vesperam jejunando abstineretur, horæ tertiæ, aut sextæ, aut nonæ, aut præsanctificatorum officio neutiquam peracto: tum sex deinde, in quibus cum Tertiæ, Sextæ, Nonæ, et Præsanctificatorum officia agerentur, tum etiam ab ovis, caseoque, et aliis ejusmodi, simulque a carnibus abstinentia esset. Hebdomade vero passionis xerophagia, seu, ut ex siccis cibis constaret, lege cautum fuit. Ita tamen ut præsanctificatorum missa non fieret; feria vero quinta

[a] Canon. apost. 64.

sancta, mysteria celebrarentur, in qua sunt instituta: tum deinde in sancta tremendaque Parasceve, omnimoda abstinentia esset usque ad Sabbati vesperam: cæterum vespera Sabbati omnibus quidem eduliis vesci liceret, præterquam carnibus: demum Dominica sancta resurrectionis, ipsa prima Sabbati, carnes comederent, quibus placeret.

A καὶ τῇ μὲν ἑσπέρᾳ τοῦ Σαββάτου, τῶν μὲν λοιπῶν ἐσθιομένων, τῶν κρεῶν οὐ μετέχουσι· τῇ δὲ ἁγίᾳ τῆς ἀναστάσεως Κυριακῇ, τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, καὶ τῶν κρεῶν μετέχουσιν οἱ βουλόμενοι.

6. Atqui ordinem istum persecuti sumus, hæcque communis est Ecclesiæ lex et sanctio, quam in sancta Christi Dei nostri Resurrectionis Ecclesia observatam cernimus. In bono autem abundare, exuberantemque virtutem præferre vertendum crimini non est nec improbandum, sed Deo hominibusque, prudentibus utique, hoc prorsus, acceptum est; ita tamen ut nulla vis, nulla necessitas imponatur, sed suasio potius adhibeatur, nuncque præsertim propter temporum difficultatem, et rerum iniquitatem. Utrumque enim nunc utile et necessarium est, ad bonum adjicere, et a vi temperare. Quis hoc præstaret, ut omne vitæ nostræ tempus uno jejunio transigeremus? Verum aliud est adhortari, et aliud legem ferre. Sufficiant quæ a Spiritu sancita sunt. Suadeatur amplificatio boni.

ϛ'. Ταύτην τὴν ἀκολουθίαν ἐφθάσαμεν· οὗτος ὁ κοινὸς ὅρος καὶ νόμος τῆς Ἐκκλησίας, ὃν καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσει ἐπιτελούμενον οἴδαμεν· τὸ δὲ περισσεύειν ἐν τῷ καλῷ, καὶ ἐπιδαψιλεύσασθαι τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἀδόκιμον, οὐδὲ ἀπόβλητον, ἀλλὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις εὐάρεστον, τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν· οὐ μέντοι ἐκ βίας, ἢ ἐξ ἀνάγκης, πειθοῖ δὲ μᾶλλον, καὶ μάλιστα διὰ τὸ τοῦ καιροῦ B δυσχερὲς, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἀνωμαλίαν. Ἀμφότερα γὰρ νῦν μᾶλλον χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα, τό τε προστιθέναι τῷ καλῷ, καὶ τὸ τῆς βίας ἀπέχεσθαι. Τίς δοίη πάντα τὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν χρόνον μίαν ἐπιτελεῖσθαι νηστείαν; Ἀλλ' ἕτερος ὁ τῆς παραινέσεως, καὶ ἕτερος ὁ τῆς νομοθεσίας τρόπος. Ἀρκείτω τὰ νομοθετηθέντα ὑπὸ τοῦ Πνεύματος. Νουθετείσθω ἡ προσθήκη τοῦ ἀγαθοῦ.

7. Hæc quidem videntur nobis consentanea et apposita, de quibus hoc modo cum omnibus loquimur; auctoritates vero quibus isthæc muniantur, in præsenti omisimus, propter nimiam tabellarii festinationem; cum tamen haud difficulter haberi possint. Deus vero pacis, qui est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ dissolvit, inimicitiam scilicet, in cruce sua; qui Patri suo nos reconciliavit, pacem suam **503** quæ exsuperat omnem sensum [7], Ecclesiæ sanctæ suæ tribuat, scandala auferat, præstetque ut acceptabile jejunium quod elegit, expleamus; solvendo obligationes violentarum cautionum, frangendo esurientibus corporeum panem, nihiloque minus animi; sermonem utique salutis: faciatque ut spiritualiter jejunemus, edamusque et festa agamus, omnia in ejus gloriam faciendo, sentiendo et loquendo; ne propter nos nomen ejus blasphemetur in gentibus, quin gloriosum magis sit, quia ipsi gloria in sæcula. Amen.

ζ'. Ταῦτα μὲν ἡμῖν δοκοῦντα, καὶ πᾶσιν οὕτως περὶ τούτων διαλεγόμεθα· τὰς δὲ περὶ τούτων χρήσεις πρὸς τὸ παρὸν διὰ τὴν τοῦ ἐπιστοληφόρου σπουδὴν, εὐλήπτους οὔσας παρ' ἡμῖν, παρήκαμεν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, C καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας τὴν ἔχθραν ἐν τῷ σταυρῷ αὐτοῦ· ὁ καταλλάξας ἡμᾶς τῷ ἑαυτοῦ Πατρί· τὴν εἰρήνην αὐτοῦ τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν, βραβεύσει τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ, καὶ περιελεῖ τὰ σκάνδαλα, καὶ ἀξιώσει νηστεύειν νηστείαν δεκτὴν, ἣν οὗτος ἐξελέξατο, λύειν στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, καὶ διαθρύπτειν πεινῶσι τὸν ἄρτον, τόν τε τοῦ σώματος, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς οὐκ ἔλαττον, ὃν λόγον φημὶ σωτήριον, καὶ ποιήσει πνευματικῶς νηστεύειν, καὶ ἐσθίειν, καὶ ἑορτάζειν, πάντα εἰς δόξαν αὐτοῦ ποιοῦντας, καὶ φρονοῦντας, καὶ λέγοντας· ἵνα μὴ δι' ἡμᾶς βλασφημῆται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔθνεσι, δοξάζηται δὲ μᾶλλον· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

---

*Sancti martyris Ignatii, ex epistola ad Ephesios.*

Qui castus est et continens, non extollatur, ne perdat mercedem suam. Dies festos nolite inhonestare. Quadragesimam pro nihilo ne habeatis: imitationem enim continet Dominicæ conversationis. Hebdomadem Passionis nolite despicere. Quarta sextaque feria jejunantes, reliquias pauperibus erogate. Quicunque Dominicam aut Sabbatum jejunaverit, uno Sabbato excepto, hic Christi interfector est.

D *Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου, ἐκ τῆς πρὸς Φιλιππησίους Ἐπιστολῆς.*

Εἴ τις ἁγνεύει ἢ ἐγκρατεύεται, μὴ ἐπαιρέσθω, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθόν· τὰς ἑορτὰς μὴ ἀτιμάζετε. Τὴν Τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε· μίμησιν γὰρ περιέχει τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας. Τὴν τοῦ πάθους ἑβδομάδα μὴ παροράτε· Τετραδοπαρασκευὴν νηστεύοντες, πένησιν ἐπιχορηγεῖτε τὴν περισσείαν. Εἴ τις Κυριακὴν ἢ Σάββατον νηστεύει, πλὴν ἑνὸς Σαββάτου, οὗτος Χριστοκτόνος ἐστί.

[7] Philipp. IV, 7.

*Διάταξις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων* (2). A

Μεθ' ἧς ἡμῖν φυλακτέα ἡ νηστεία τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς, μνήμην περιέχουσα τῆς τοῦ Χριστοῦ πολιτείας τε καὶ νομοθεσίας. Ἐπιτελείσθω δὲ ἡ νηστεία αὕτη πρὸ τῆς νηστείας τοῦ Πάσχα, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρουμένη δὲ εἰς Παρασκευήν. Μεθ' ἃς ἀπονηστεύσαντες ἄρξασθε τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἑβδομάδος, νηστεύοντες αὐτὴν ἅπαντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου. Προσευχόμενοι ἐν αὐτῇ περὶ τῶν ἀπολλυμένων, [e] ἐν ᾗ ἤρξατο τὴν κατὰ τοῦ Κυρίου βουλὴν ποιεῖσθαι. Παρήγγειλε γὰρ ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν τὰς ἓξ ἡμέρας ταύτας διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων δυσσέβειαν.

*Τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἐκ τοῦ κατὰ μεθυόντων λόγου.* B

Εἰ γὰρ ἐπὶ τοσαύταις παραινέσεσιν, ἅς ἔν τε τῷ προλαβόντι χρόνῳ παρακαλοῦντες ὑμᾶς οὐ διελίπομεν, καὶ ἐφεξῆς τῶν ἑπτὰ τούτων τῆς νηστείας ἑβδομάδων νυκτὸς καὶ ἡμέρας διαμαρτυρόμενοι ὑμῖν τὸ Εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐπαυσάμεθα, οὐδὲν γέγονεν ὄφελος. Ἐπὶ ποίαις ἐλπίσι διαλεχθῶμεν, [f] γυναῖκες ἀκόλαστοι ἐπιλαθόμεναι τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, τοῦ πυρὸς αἰωνίου καταφρονήσασαι, ἐν ἡμέρᾳ τοιαύτῃ, ὅτε αὐτὰς ἐχρῆν διὰ τὴν ἀνάμνησιν τῆς ἀναστάσεως καθῆσθαι ἐν τοῖς οἴκοις.

*Τοῦ Χρυσοστόμου, ἐκ τοῦ Πρὸς τῷ τέλει τῆς νηστείας λόγου.*

Τεσσαράκοντα λοιπὸν ἡμέραι παρῆλθον· ἐὰν τοίνυν παρέλθῃ τὸ Πάσχα τὸ ἱερὸν, οὐδενὶ συγγνώσομαι λοιπὸν, οὐδὲ παραίνεσιν προσάξω. C

*Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου πατριάρχου, Κωνσταντινουπόλεως* [g], *ἐκ τῆς Ἐγκυκλίου.*

Τὸ μέντοι ἅγιον Πάσχα τῆς ἑνδεκάτης Ἰνδικτίωνος σὺν Θεῷ ἐπιτελοῦμεν· κατὰ μὲν Αἰγυπτίους, μηνὸς Φαρμουθὶ εἰκάδι πέμπτῃ· κατὰ δὲ Ῥωμαίους, μηνὸς Ἀπριλλίου εἰκάδι, πρὸ δεκαδύο καλανδῶν Μαΐων· ἀρχόμενοι τῆς νηστείας τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων ἐξ αὐτῆς δευτέρας ἡμέρας, κατὰ μὲν Αἰγυπτίους, ὀγδόῃ τοῦ Φανεμὼθ μηνός· κατὰ δὲ Ῥωμαίους Μαρτίου τρίτῃ.

*Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου Κύπρου, ἐκ τοῦ εἰς Μοναχούς.*

Τὴν Τεσσαρακοστὴν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, καὶ τὴν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου Πάσχα παρατετηρημένως D φυλάττετε.

*Constitutio apostolorum.*

Una nobis observandum est jejunium sanctæ Quadragesimæ, quod recordationem continet Christi conversationis et legis. Celebretur autem jejunium hoc ante jejunium Paschæ, ut incipiat quidem a secunda feria, inque Parasceven desinat. Quibus transactis, finito hoc jejunio, incipite sanctam hebdomadem Paschæ, jejunantes eam omnes cum timore et tremore: orantes in iis diebus pro pereuntibus, quo tempore cœperunt consilium contra Dominum inire. Nam et ipse præcepit nobis, sex dies istos jejunare propter Judæorum iniquitatem.

*Sancti Basilii, ex sermone contra ebriosos.*

Si enim post tot admonitiones, quibus et superiore tempore vos adhortari non cessavimus, et deinceps septem istis jejunii hebdomadibus noctu diuque per evangelicam doctrinam sine intermissione vos sumus obtestati, nihil prorsus profecimus: qua spe ad vos hodie verba faciamus . . . . . [mulieres lascivæ, Dei timoris oblitæ, ignem æternum nihili pendentes] ea die, qua domi illas honeste considere oporteret ob memoriam resurrectionis, etc.

*Sancti Joannis Chrysostomi, ex sermone de fine jejunii.*

Quadraginta jam dies præterierunt. Si igitur Pascha sanctum præterierit, nemini parcam deinceps, nec exhortationibus utar.

*Sancti Anastasii patriarchæ Constantinopolitani, ex Encyclica.*

Sanctum itaque Pascha undecima indictione Deo **504** dante agemus, secundum Ægyptios quidem vicesimo quinto die Pharmuthi mensis, secundum Romanos vero vicesimo Aprilis, duodecimo kalendas Maias: jejunium septem hebdomadum auspicati a feria ipsa secunda, quæ incidit secundum Ægyptios, in octavum mensis Phanemoth; secundum Romanos vero, in tertium Martii.

*Sancti Epiphanii Cypri, ex epistola ad monachos.*

Quadragesimam sanctæ Ecclesiæ, et hebdomadem sancti Paschatis districtim observate.

VARIÆ LECTIONES.

[e] Desunt hæc in editis: habentur vero quæst. 64 Anastasiana: ubi etiam post ἀπολλυμένων, additur Ἰουδαίων. [f] Multa hic desunt, quæ apud Basilium leguntur: ac nonnulla saltem supplenda sunt, quibus prætermissis, sensus mancus foret. [g] Quis sit iste Anastasius Constantinopolitanus qui *Indictione* 11 Pascha celebrandum annuntiaverit, *Pharmuthi secundum Ægyptios* 25, *et Aprilis* 20 *secundum Romanos*, nondum assecutus sum. Ante Anastasium Iconoclastam Damasceno æqualem ejusdem nominis patriarcha Constantinopolitanus non fuit. Sub utroque Anastasio Θεοπόλεως, seu Antiocheno Pascha non incidit in 20 Aprilis cum indictione 11, ubi nec sub Athanasio juniore Alexandrino, neque sub Anastasio Celite Monophysitis. Athanasii magni homiliam quam citavit auctor spuriam esse non dubito propter Theophili et Cyrilli ejus successorum testimonia.

NOTÆ.

(2) Constitutionis hujus Epiphanius meminit hæres. 70, n. 12.

*Joannis episcopi Athenarum.*

Ut per venerandum septenarium jejuniorum certam nec lubricam viam exitumque existimemus. Septenarius quippe perpetuo versatus et rediens, et velut ex eadem ad eamdem metam volutus et circumactus, sæculum septenariis constans absolvit.

A *Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀθηνῶν.*

Ἵνα διὰ τῆς σεπτῆς ἑπτάδος τῶν νηστειῶν ἀσφαλῆ τε καὶ ἀκατάπτωτον τὴν διέξοδον ὑποπτεύσωμεν. Ἡ ἑβδομὰς γὰρ ἀεὶ στρεφομένη τε καὶ συννεύουσα, καὶ οἷον ἐκ τ' αὐτοῦ περὶ ταυτὸ σημεῖον εἱλουμένη καὶ περιπολίζουσα, τὸν ἑβδοματικὸν ἡμῖν αἰῶνα συμπερατοῖ.

*Sancti Anastasii Patriarchæ Theopolis, sive Antiochiæ Syriæ.*

Deinceps itaque consideremus, qua de causa septem hebdomadibus quadraginta dierum jejunium agitur. Nequaquam plane Quadragesima esse desinit; sed arcanam quamdam insuper honestatem accipit. Perfectus quippe, sacrosanctusque septenarius numerus apparuit; quinimo sacrorum certaminum dies, nobis concessit septempliciter per septem hebdomades exactus.

*Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου πατριάρχου Θεουπόλεως, ἤγουν Ἀντιοχείας Συρίας.*

Δεῦρο δὴ κατανοήσωμεν, ὅτου χάριν ἑπτὰ ἑβδομάσιν ἡ τεσσαρακονθήμερος τελεῖται νηστεία. Οὐδαμῶς μὲν ἐξισταμένη τοῦ εἶναι Τεσσαρακοστή, προσλαμβάνουσα δὲ καὶ ἑτέραν μυστικὴν ἀστειότητα· ἄρτιος μὲν γάρ, καὶ πανίερος διαπέφηνεν ὁ ἑπτὰ B ἀριθμός, καὶ μᾶλλον κεχαρίτωκε τῶν ἱερῶν ἡμῖν ἀγώνων τὰς ἡμέρας, ἑπτάκις διὰ τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων τελούμενος.

*Sancti Petri patriarchæ Hierosolymitani.*

Jejunii porquam opportune facta mentione, hæc quoque vobis dixerimus, ut Dei beneficio constitutum jejunium septem hebdomadum exordiamur a septima die Februarii mensis; quo solemnitatem Passionis salutaris et Resurrectionis Christi celebremus vicesima septima mensis, qui Martius appellatur.

*Τοῦ ἁγίου Πέτρου πατριάρχου Ἱεροσολύμων.*

Νηστείας δὲ ἐπιμνησθέντες εὐκαιρότατα, κἀκεῖνα πρὸς ὑμᾶς εἴποιμεν ἄν, ὡς Θεοῦ χάριτι, τῆς νενομισμένης ἀπαρξώμεθα νηστείας, τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων, ἀπὸ τῆς ἑβδόμης τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, τὴν τοῦ σωτηρίου Πάθους, καὶ τῆς Χριστοῦ Ἀναστάσεως ἐπιτελοῦντες πανήγυριν, τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ τοῦ λεγομένου Μαρτίου μηνός.

---

*Evictio, quod hæretici omnes jejunia sancta octo hebdomadibus constare asserant, hoc modo delirantes.*

Testimonia Severi Acephali, hæresisque principis et Pagani, qui Antiochiæ Syriæ factus fuit archiepiscopus, ex ejus de sua inauguratione sermonibus in sanctam Quadragesimam. Hic autem pronuntiatus est in Parasceve, quæ eam præcedebat, in Cassiani Ecclesia, ejusque orationis hoc initium est: *Lex est quæ et in corporeis quoque certaminibus locum habet*, et in medio sermonis: « Qui præditi sunt quinque sensibus, inquit, per quos peccatum aditum habet (auditum dico, visumque, tactum, gustum, et odoratum) octuplici emundatione quadraginta dies jejunio impendunt, ut beatæ illius diei octavæ et primæ compotes evadant. Nam quinarius numerus octuplici revolutione versatus, quadraginta dierum numerum complet. »

*Ἀπόδειξις, ὅτι ὀκτὼ λέγουσιν ἑβδομάδας τῶν ἁγίων οἱ αἱρετικοὶ πάντες νηστειῶν, ληροῦντες οὕτως.*

Χρήσεις Σευήρου τοῦ Ἀκεφάλου καὶ αἱρεσιάρχου, καὶ Ἕλληνος, γενομένου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας C τῆς Συρίας, ἐκ τῶν ἐνθρονιαστικῶν αὐτοῦ λόγων, εἰς τὴν τῶν νηστειῶν Τεσσαρακοστήν· ἐλέχθη δὲ τῇ πρὸ αὐτῆς Παρασκευῇ, ἐν τῇ Κασιανοῦ Ἐκκλησίᾳ· οὗ ἡ ἀρχή· *Νόμος ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν παλαισμάτων*· καὶ ἐν τῷ μέσῳ τοῦ λόγου· « Οἱ γὰρ τὰς πέντε αἰσθήσεις, δι' ὧν ἡ ἁμαρτία λαμβάνει παρείσδυσιν· ἀκοήν, φημί, καὶ ὅρασιν, καὶ ἀφήν, καὶ γεῦσιν καὶ ὄσφρησιν· ὀκτάκις καθαίροντες, τεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεύουσιν, ἵνα τῆς μακαρίας ἐκείνης ἡμέρας τύχωσι τῆς ὀγδόης καὶ πρώτης. Ὁ γὰρ πέντε ἀριθμὸς ὀκτάκις ἐνελιττόμενος, τὸν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐκτελεῖ. »

**505** [*Ejusdem, ex libro capitum variorum manu propria subsignatorum. Subsignatio secunda hæc est.*]

Quod quadraginta diebus, nullo prætermisso, jejunare oportet (qui quidem ex octo hebdomadibus constant,) uniuscujusque hebdomadis diebus duobus, Sabbatum dico et Dominicam, requiei assignatis: ut exinde sit manifestum, quod nec Sabbato, nec Dominica sit jejunandum, ne per sanctam quidem ipsammet jejuniorum Quadragesimam.

D *Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς βίβλου τῶν ὑποσημειωθέντων ἰδιοχείρως διαφόρων κεφαλαίων· ὑποσημείωσις δευτέρα ἐστὶν αὕτη.*

Ὅτι δεῖ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀπαραλείπτως νηστεύειν· αἵ τινες ἐκ τῶν ὀκτὼ ἑβδομάδων συνάγονται· ἑκάστης ἑβδομάδος τῶν δύο ἡμερῶν, λέγω δὴ Σαββάτου καὶ Κυριακῆς, τῇ ἀναπαύσει προσκεκληρωμένων· ὡς ἐντεῦθεν εἶναι δῆλον, ὅτιπερ οὐ χρὴ ἐν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ νηστεύειν, οὐδὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ τῶν νηστειῶν Τεσσαρακοστῇ.

*Τοῦ καταράτου καὶ θεοστυγοῦς Βενιαμὶν, γενομένου ψευδεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Αἰγύπτου, τῆς κακίστης συνωρίδος τυγχάνοντος Διοσκόρου καὶ Σευήρου, ἐκ τοῦ τετάρτου βιβλίου τῶν ἑορταστικῶν αὐτοῦ, ψευδεορταστικῇ τριακοστῇ, ἧς ἡ ἀρχή· « Φαιδρὰ καὶ ἀξιάγαστος. » Καὶ πρὸς τὰ τέλη.*

Ἀρχόμενοι τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν τῆς νηστείας, ἤγουν τῶν ὀκτὼ ἑβδομάδων, καὶ νηστεύοντες σωφρόνως ἐπὶ καθαιρέσει τῶν ἐπανισταμένων κατὰ τῆς ψυχῆς ὀκτὼ λογισμῶν, ἀπὸ εἰκάδος ἑβδόμης τοῦ κατὰ Αἰγυπτίους Μεχὴρ μηνὸς, μέχρι εἰκάδος μηνὸς Φαρμουθί.

*Τοῦ αὐτοῦ, ψευδεορταστικῇ τριακοστῇ πρώτῃ, ἧς ἡ ἀρχὴ οὕτως ἐστίν· « Καὶ νῦν ἀκούειν δοκῶ. » Καὶ πρὸς τῷ τέλει.*

Ἀρχόμενοι τῶν ὀκτὼ ἑβδομάδων τῆς νηστείας, τουτέστι τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς, διὰ τὸ μὴ συναριθμεῖσθαι τὸ Σάββατον καὶ τὴν Κυριακὴν ταῖς ἁγίαις νηστείαις, ἀπὸ ἐννεακαιδεκάτης τοῦ κατὰ Αἰγυπτίους Μεχὴρ μηνὸς, κατὰ δὲ Ῥωμαίους εἰδοῖς Φεβρουαρίου, ἥτις ἐστὶ Φεβρουαρίου τρισκαιδεκάτη· τῆς δὲ ἁγίας ἑβδομάδος τοῦ σωτηριώδους Πάσχα, ἀπὸ ὀγδόης τοῦ κατὰ Αἰγυπτίους Φαρμουθὶ μηνός· κατὰ δὲ Ῥωμαίους πρὸ τριῶν νόννων Ἀπριλλίων, ἥ τις ἐστὶν Ἀπριλλίου τρίτη· καὶ ἐφεξῆς, τελέσαντες τὰς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἡμέρας, ἑσπέρᾳ βαθείᾳ τοῦ ἁγίου Σαββάτου καταπαύσομεν τὴν νηστείαν.

A *Maledicti, invisique Deo Benjamin* (3), *qui profanus Alexandriæ Ægypti episcopus fuit, pessimæ illius catervæ Dioscori et Severi. Ex quarto ejus libro festalium orationum, falso dicta festalis oratio, cujus initium est: « Jucunda et admiratione digna, » etc. Et versus finem.*

Cœpto quadraginta dierum jejunio, seu octo hebdomadum, modeste et caste jejunantes, ad exstinctionem octo cogitationum quæ adversus animum insurgunt, a vicesima septima Mechir Ægyptiaci, usque ad decimum mensis Pharmuthi.

*Ejusdem, ex tricesima prima oratione, festalis nomine falso inscripta, quæ et hoc modo incipit: « Et nunc audire mihi videor, » et in fine.*

Jejunium octo hebdomadarum auspicati, hoc est, B sanctæ Quadragesimæ; quia inter jejuniorum sanctorum dies, neque Sabbatum, neque Dominica numerantur; a decima nimirum octava mensis Mechir secundum Ægyptios, et Idibus Februarii secundum Romanos, quæ est decima tertia Februarii: sancta vero hebdomade salutaris Paschæ incipiente ab octava. Pharmuthi mensis Ægyptiorum: secundum Romanos vero tertio Nonas Aprilis, sive die tertia Aprilis, ac deinceps, et sanctis Paschæ diebus transactis, profundo vespere Sabbati sancti jejunium absolvemus.

### VARIÆ LECTIONES.

[a] Lego πρὸς τῷ τέλει.

### NOTÆ.

(3) Benjamin iste Alexandrinus Jacobitarum Coptitarumve patriarcha fuit sub Heraclio imp. Sed cum diu latitasset, postquam Saraceni Ægyptum occupavere, horum fretus auctoritate, Ecclesias pene omnes invasit. Hujus meminit Sophronius in epistola ad Sergium CP.: et perinde *maledictum* vocat. Βενιαμὶν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, καὶ Ἰωάννης, καὶ Σέργιος, καὶ Θωμᾶς, καὶ Σεύηρος οἱ Σύροι, οἱ ἔτι ζῶντες ζωὴν τὴν ἐπάρατον. *Benjamin Alexandrinus, et Joannes, et Sergius, et Thomas, et Severus, Syri, qui maledictam exsecrandamque adhuc vitam agunt.* De hoc Benjamin videsis Elmakin, pag. 30 Chronicum patriarch. Alexandrin. ab Ecchellensi Latine translatum, Vanslebium, et alios. Cæterum Severi et Benjamini testimoniis constat C octo hebdomadum ante Passionem Domini jejunium apud Jacobitas Heraclio imperatore vetustius esse, falsique Eutychius Alexandrinus convincitur, qui, ut et alii Ægyptii, in Annalibus tradit, hos Christianos, velut etiam Melchitas, voto se suosque nepotes obstrinxisse jejunandi per hebdomadem *Tyrophagi* eodem modo quo in Quadragesima, ut Heraclius immunis apud Deum fieret, qui contra fidem Judæis datam multos eorum interfecisset, ob stragem quam ediderant, Christianorum. Græculi vero aiunt, Heraclium jejunium suum τυροφάγου instituisse, cum in Persas pergeret; Dorotheus vero, ut supra vidimus, jejunii istius præparatorii jam ante meminerat.

# ADMONITIO.

Opusculum quod sequitur, Epistola est Joannis Damasceni ad quemdam monachum, quem vitiorum capitalium genera docet, modosque ea tum vitandi, tum superandi. Quæ omnia strictim exsequitur, in compendium redigens, quæ de eodem argumento Cassianus, Nilus, aliique præstantissimi asceticæ vitæ magistri multis edisseruerunt. In anterioribus nostri auctoris editionibus **506** hoc opus etiam Latine habetur ex translatione Bilibaldi Pircheymeri Norimbergensis; quam quidem, quia sæpe diversissima est a Græco contextu quem damus, typis idcirco rursus edendam censui. In primis enim nihil est in Pircheymeri translatione quod epistolæ modum referat, uti nec in codice Cæsareo num. 384, ex quo titulum hunc, et principium, utrumque mendosissimum prorsus, Lambecius descripsit: Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, περὶ τῶν λογισμῶν, καὶ τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς. Χρὴ γινώσκειν πάντες οἱ Χριστιανοὶ πάντες οἱ περιεκτικώμενοι λογισμοί εἰσιν η'. οἱ πολεμοῦντες τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, καὶ πρὸς τὴν καρτερίαν καὶ ἐν-

ἐργειαν καὶ ἁμαρτίαν διαιρετίζονται (legend. διερετίζοντες) πρῶτον, ὁ τῆς γαστριμαργίας, κ. τ. ἑ. *Joannis Damasceni de cogitationibus, et triplex animæ pars. Nosse oportet Christianos omnes, cogitationes quæ universas complectuntur, octo esse, quibus anima nostra continuis præliis lacessitur, atque tum ad continentiam tum ad actionem, tum etiam ad peccatum excitatur. Prima est, gulæ*, etc. Græcum epistolæ textum peramanter mihi ex Anglia transmisit, dum in vivis adhuc ageret, vir humanissimus doctissimusque Abrahamus Sellerus, descriptum ex Bibliothecæ suæ codice, in quo itidem proxime subsequebatur tractatus ille alter Damasceni, quem statim subjiciam, *De virtutibus et vitiis*. Hunc enim epistolæ velut appendicem fuisse conjicio, tum quia in eo de triplici parte animæ disputatur, cujus mentio fit in titulo codicis Cæsarei, tum etiam ob epilogum, qui Epistolæ veluti postscriptum est. Et certe, priora verba hæc, si cod. Regium 2928, sequamur, Ἰστέον οὖν, *Scire agitur attinet*, tractatus seriem, quam alia præcesserint, indicant, non ejus exordium. Hujus porro posterioris lucubrationis translationem vir pereruditus Leo Allatius Combefisio nostro miserat: Græca vero reperi in cod. Regio.

---

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

## ΠΕΡΙ

# ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΤΗΣ ΠΟΝΗΡΙΑΣ ΠΝΕΥΜΑΤΩΝ.

# JOANNIS DAMASCENI

# DE OCTO SPIRITIBUS NEQUITIÆ.

1. Noveris, frater, octo cogitationes vitiosas esse, A quibus monachus infestatur, quemadmodum Patres narrant. Prima est cogitatio gulæ, secunda malæ et turpis cupiditatis, tertia avaritiæ, quarta tristitiæ, quinta iræ, sexta acediæ, septima vanæ gloriæ, et octava superbiæ.

α'. Γίνωσκε, ἀδελφὲ, ὅτι ὀκτώ εἰσιν οἱ λογισμοὶ οἱ πολεμοῦντες τὸν μοναχὸν, καθὼς λέγουσιν οἱ Πατέρες. Πρῶτον ὁ τῆς γαστριμαργίας· δεύτερος ὁ τῆς κακῆς καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας· τρίτος ὁ τῆς φιλαργυρίας· τέταρτος ὁ τῆς λύπης· πέμπτος ὁ τῆς ὀργῆς· ἕκτος ὁ τῆς ἀκηδίας· ἕβδομος ὁ τῆς κενοδοξίας· καὶ ὁ τῆς ὑπερηφανίας ὄγδοος.

2. Incumbit itaque tibi, o monache, ut cognoscas, animumque diligenter advertas, quanam affectione, quæ ab adversariis nostris et nequitiæ spiritibus proficiscatur, commoveri te et turbari sentias, et in quamnam cogitationem mens tua cum affectu, sive passione, proclivis sit.

β'. Ὀφείλεις οὖν γινώσκειν, ὦ μοναχὲ, καὶ προσέχειν ἀκριβῶς, εἰς ποῖον πάθος παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ πνευμάτων τῆς πονηρίας ἐκταράττῃ καὶ θορυβῇ, καὶ πρὸς ποῖον ἐμπαθὲς νόημα ὁ νοῦς σου συγκατατίθεται.

3. Ac si quidem te gulæ aut voluptatis æstu cieri cognoscis, ventrem coerce, definito in pondere et mensura cibo et potu: separationem animæ B a corpore, judicium venturum, horrendamque gehennæ flammam, necnon regni cœlestis desiderium, perpetuo memoria tene. Hoc pacto siquidem voluptatem ventris superare, atque abominari poteris.

γ'. Καὶ εἰ μὲν συνορᾷς, ὅτι ὑπὸ γαστριμαργίας, καὶ ὑπὸ τρυφῆς ταράττῃ, στένωσόν σου τὴν γαστέρα, περιορίζων ἐν σταθμῷ καὶ μέτρῳ τὴν τροφὴν καὶ τὸ πόμα· ἔχε μνήμην διηνεκῆ τοῦ χωρισμοῦ τῆς ψυχῆς, τῆς τε μελλούσης κρίσεως καὶ τῆς φοβερᾶς γεέννης· ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ πόθου τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Οὕτω γὰρ δυνήσῃ τὴν ἡδονὴν διὰ γαστρὸς νικῆσαι, καὶ βδελύξασθαι.

4. Sin vero rursum a turpis vesanæque cupiditatis spiritu occuparis, frenando corpori, conterendæ animæ, vigiliis, cum assiduis precibus teipsum exerce. **507** Insuper modestiam cole; neminem judices, aut laceres nec prorsus abomineris. Quin et mortem animo versa, sitim libens tolera, nullam prorsus cum mulieribus consuetudinem habe, ut nec earum vultum intuearis: atque hoc modo ab hac passione liberaberis.

δ'. Εἰ δὲ πάλιν ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς αἰσχρᾶς καὶ κακῆς ἐπιθυμίας κατέχῃ, ἄσκησον ἐγκράτειαν σώματος, καὶ συντριβὴν ψυχῆς, καὶ ἀγρυπνίας, μετὰ ἐκτενοῦς προσευχῆς· πρὸς τούτοις ἔχε καὶ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, καὶ τὸ μὴ κρίναι τινὰ ἢ καταλαλῆσαι, ἢ τὸ παράπαν βδελύξασθαι. Ἐνθυμοῦ δὲ καὶ τὸν θάνατον, καὶ ἀγάπησον τὴν δίψαν· καὶ μηδόλως θέλε παραβάλλειν ταῖς γυναιξὶν, ἢ κἂν ὅλως τὴν τούτων ὄψιν ἰδεῖν, καὶ τοῦ πάθους ἀπαλλαγήσῃ.

ε'. Εἰ δὲ θέλεις νικῆσαι τὴν φιλαργυρίαν, ἀγάπα A τὴν ἀκτημοσύνην, καὶ τὴν ἀτέλειαν· καὶ ἐνθυμοῦ τὴν τοῦ Ἰούδα κατάκρισιν καὶ ὅτι δι' αὐτῆς προδέδωκε τὸν Κύριον τοῖς ἀνόμοις· καὶ ὅτι πᾶς φιλάργυρος καὶ εἰδωλολάτρης καλεῖται παρὰ τῆς θείας Γραφῆς· καὶ ὅτι τῆς ἐλπίδος ἡμᾶς ἀφιστᾷ τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι ἡ ἀπόλαυσις τῶν χρημάτων πρόσκαιρος, τοῖς δὲ φιλαργύροις ἡ κόλασις ἀθάνατος· ταῦτα οὖν λογιζόμενος, καὶ μηδὲν πλέον τῆς αὐταρκείας ζητῶν, τὸ πάθος τοῦτο νικήσεις.

ς'. Εἰ δὲ πάλιν ἐκ τῆς κοσμικῆς λύπης ἐκταράττῃ, καὶ θορυβῇ, ὀφείλεις εὔχεσθαι συνεχῶς, καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν πρὸς τὸν Θεὸν θεῖναι, καὶ μελέτην ἀσκεῖν τῶν θείων Γραφῶν, καὶ μετ' εὐλαβῶν μοναχῶν καὶ φοβουμένων τὸν Κύριον συναναστρέφεσθαι, καὶ πάντων τῶν παρόντων, ὡς μὴ ὄντων B καταφρονεῖν, καὶ τὴν χαρὰν τὴν ἐν οὐρανοῖς ἐννοεῖν, τάς τε τῶν δικαίων ἀπολαύσεις. Καὶ ἐὰν τυφθῇς ὑπό τινος, ἢ ἀτιμασθῇς, ἢ ἐκδιωχθῇς, μὴ λυπηθῇς, ἀλλὰ μᾶλλον χαῖρε· τότε δὲ μόνον λυποῦ, ὅταν εἰς Θεὸν ἁμάρτῃς· οὕτω γὰρ πνεύματι δυνήσῃ τοῦ πάθους ἀπαλλαγῆναι.

ζ'. Ὅταν δὲ πάλιν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀξυχολίας ταράττῃ, συμπάθειαν ἀναλαβοῦ[a], καὶ δούλευσον πρὸς τοὺς ἀδελφούς, καὶ εἰ δυνατὸν, νίπτε τοὺς πόδας αὐτῶν συνεχῶς ἐν ταπεινοφρονήματι, καὶ συγχώρησιν ζήτει παρὰ παντὸς ἀνθρώπου, καὶ τοὺς ἀσθενοῦντας συνεχῶς ἐπισκέπτου, τήν τε γλῶσσαν κίνει πρὸς ψαλμῳδίαν, καὶ τάχιστα τοῦ πάθους ἀπαλλαγήσῃ.

C

η'. Εἰ δὲ τὴν ἀκηδίαν θέλεις νικῆσαι, κάμνε τί ποτε μικρὸν ἐργόχειρον, καὶ ἀναγίνωσκε, καὶ προσεύχου πυκνῶς μετ' ἐλπίδος βεβαίας τῶν καλῶν· ἐννόει τούς τε ψυχοῤῥαγοῦντας, καὶ τὴν βίαν καὶ τὸν πνιγμὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, πῶς ἀνηλεῶς τιμωροῦνται καὶ βασανίζονται, καὶ οὕτω τοῦ πάθους ἕξεις ἀνάπαυσιν.

θ'. Εἰ δὲ ὑπὸ τῆς κενοδοξίας καὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνου δεινῶς τυραννῇ, ὀφείλεις μηδὲν πρὸς ἐπίδειξιν τῶν ἀνθρώπων ποιεῖν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἐργασίαν σου ποιεῖν ἐν κρυπτῷ, μηδενὸς ἄλλου εἰδότος, ἢ τοῦ Θεοῦ μόνου· καὶ μὴ ἀγάπα τοὺς ἐπαίνους, μηδὲ τὰς τιμὰς τῶν ἀνθρώπων, μηδὲ τὰ καλὰ ἱμάτια, μηδὲ τὴν προτίμησιν, καὶ τὴν πρωτοκαθεδρίαν· D μᾶλλον δὲ ἀγάπα ἵνα σε ψέγωσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ κατηγορῶσι καὶ ἀτιμάζωσι ψευδόμενοι· καὶ ἔχε ἑαυτὸν[b] παντὸς ἁμαρτωλοῦ ἁμαρτωλότερον.

ι'. Εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ δαιμονιώδους πάθους τῆς χαχίστης ὑπερηφανίας σεαυτὸν ὁρᾷς πολεμούμενον, ὀφείλεις μηδένα λοιδορῆσαι, ἢ κρῖναι, ἢ ἐξουδενῶσαι τὸ σύνολον, ἀλλ' ἑαυτὸν περίψημα πάντων λογίζεσθαι, καὶ ἐννοεῖν συνεχῶς, ὅτι ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ

Quod si pecuniæ cupiditatem vis superare, ama paupertatem et vilitatem. Condemnationem Judæ animo versa, quodque propter avaritiam Dominum iniquis prodiderit; quod omnis avarus simulacrorum quoque servus vocatur in divinis Litteris; quod ea nos a spe in Deum ponenda avertit; quod demum pecuniarum possessio temporaria est, avaros vero manet immortalis pœna. Hæc tecum reputans, nec quidquam amplius quam sufficiat, quæritans, vitium hoc coercebis.

Quod si etiam mundanus mœror te percellit et turbat, assiduæ debes orationi operam dare, cum religiosi Deumque timentibus monachis conversari, præsentia omnia ac si non essent aspernari, lætitiam cœlestem animo concipere, non remunerationes justorum. Si te quispiam verberat, contumeliave afficeris, aut te persequuntur, ne concidas animo : quin potius bono animo sis. Atque tunc solum mœre, cum in Deum peccaveris. Sic enim per spiritum poteris ab hoc morbo sanari.

Quando autem ira te rursum, effervescensque bilis concitabit, mansuetudinem indue, teque fratrum tuorum servum præbe. Sed et si fieri possit, cum humilitatis sensu horum frequenter pedes lava, indulgerique tibi postula a quovis homine. Infirmos sæpe visita, linguam ad psalmorum cantum move; ac brevi a vitio illo curaberis.

Si vero acediam velis subigere, labore manuum tantisper defatigere : incumbe lectioni, et assiduæ orationi vaca, cum certa bonorum obtinendorum spe. Animo versa eos qui extremos spiritus agunt, asperos quoque cruciatus, et præfocationem peccatorum; quo pacto sine misericordia plectantur torqueanturque : atque hac ratione vitii huius sedationem obtinebis.

Sin a vana gloria et laudibus hominum graviter exagiteris, operæ pretium est, ut nihil quod hominibus ostentetur agas, sed omne tuum opus in abscondito facias, quod nemo nisi Deus solus videat. Caveris etiam ne laudari cupias, aut ab hominibus honorari, neve pulchras vestes, neque primas partes, neque primum locum ambias. Quinimo nihil tibi charius sit et antiquius, quam ut homines mendacibus te conviciis, criminationibus, et contumeliis proscindant; ac teipsum habe quovis peccatore nequiorem.

Quod si tandem a dæmoniaca pessimæ superbiæ passione oppugnari te sentias, neminem prorsus debes sannis appetere, aut spretim habere; quin potius teipsum reputare tanquam omnium peripsema et purgamentum, et perpetuo pensare, nisi

[1] Coloss. III, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Percheym. legisse videtur ἀναβαλοῦ. *mansuetudinem indue.* [b] Ισ. ἔχε σεαυτόν.

Dominus ædificaverit domum, in vanum laborasse qui ædificant eam[1]. Omnibus te debitorem existimes oportet, nihilique facias coram Deo et cunctis hominibus. Ne præfidens sis **508** donec sententiam audias; cum videris illum, qui, tametsi in nuptiali convivio recubuerat, vinctis manibus pedibusque ejectus est in tenebras sempiternas[2]. Sed et quantumvis, seu jejuniis, seu vigiliis des operam; quantumvis humi cubes, psallas, patientiam colas, corpus frequenter inclines, aut boni quodlibet aliud facias, ne dixeris: Id meo labore meaque strenuitate gestum est: sed Dei adminiculo et auxilio totum ascribe, non tuæ diligentiæ. Omni studio cura, frater, ut simplex rectaque semper conversatio tua sit, nec aliud in corde habeas, et aliud in ore. Hoc enim fraudulentum est. At perenni cum lacrymarum fonte orationi incumbe. Quod si ita egeris, funestam pessimamque offensam et ruinam effugies.

Vitiorum porro alia quidem corporis sunt, alia animi. Corporis vitia dicimus, gulam, scortationem, ebrietatem, petulantiam: animi vero, odium proximi, invidentiam, vanam gloriam, superbiam. Atqui hæc in animum nostrum agunt, ubi charitas et continentia absunt: illa vero jejunio et vigiliis coercentur. Tunc enim mens lucem propriam recipit, et absque ullo obice Deum intuetur.

A οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· καὶ πάντοτε χρεωφειλέτην λογίζεσθαι ἑαυτὸν, καὶ ἐξουθενεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων ἀνθρώπων. Καὶ μὴ θάρσει, ἕως οὗ τὴν ἀπόφασιν δέξῃ· ὁρῶν ἐκεῖνον, τὸν καὶ μετὰ τὴν ἐν νυμφῶνι κατάκλισιν, χεῖρας καὶ πόδας δεσμούμενον, καὶ εἰς τὸ σκότος αἰώνιον ἐξοριζόμενον· ἀλλὰ κἂν νηστεύῃς, κἂν ἀγρυπνῇς, κἂν χαμαικοιτῇς, κἂν ψάλλῃς, κἂν διαμονῇς, κἂν μετανοίας πολλὰς ποιῇς, κἂν ἄλλο τι καλὸν ποιῇς, μὴ λέγου, ὅτι ἐξ ἰδίου μου κόπου, ἢ ἀπὸ ἰδίας προθυμίας γεγένηται, ἀλλ' ἐκ τῆς Θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως γίνεται, καὶ οὐχὶ ἐκ τῆς ἐμῆς σπουδῆς. Σπούδασον πάντοτε, ἀδελφὲ, ἵνα ὑπάρχῃς ἀεὶ ἁπλοῦς καὶ ἄμωμος· καὶ μὴ ἔχε ἄλλα ἐν τῇ καρδίᾳ, ἄλλα ἐν τῷ στόματί σου· τοῦτο γὰρ
B δόλιόν ἐστι· καὶ συνεχῶς μετὰ δακρύων προσεύχου· καὶ οὕτω ποιῶν ἀπαλλαγήσῃ τοῦ ὀλεθρίου καὶ πονηροῦ παραπτώματος.

Τῶν παθῶν, τὰ μέν ἐστι σωματικὰ, τὰ δὲ ψυχικά· καὶ σωματικὰ μὲν λέγομεν, γαστριμαργίαν, πορνείαν, μέθην, ἀσέλγειαν. Ψυχικὰ δὲ, μῖσος πρὸς τὸν πλησίον, φθόνον, ἔριν, κενοδοξίαν, ὑπερηφανίαν. Αὐτὰ δὲ ἐνεργοῦσιν εἰς τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, ἀπούσης ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας· τὰ δὲ ὑπὸ νηστείας καὶ ἀγρυπνίας. Τότε γὰρ ὁ νοῦς καὶ τὸ οἰκεῖον φῶς ἀπολαμβάνει, καὶ τὸν Θεὸν ἀπαρεμποδίστως ὁρᾷ.

### *Ex sanctissimi Patris Joannis Damasceni sermonibus sententiarum aliquot fragmentum, quas Bilibaldus Pirckheymerus Norimbergensis Claræ sorori suæ, apud S. Claram Norimbergæ moniali ex Græcis Latinas fecit.*

Octo sunt passiones, quibus admodum (præcipue spirituales) impugnantur homines, gula videlicet, turpis concupiscentia, avaritia, ira, adversitas, acedia, vana gloria et superbia.

Hæc itaque vitia discerni, et summa diligentia cognosci debent, ut cum aliquo illorum tentatur homo, semper arma, quibus se munire possit, præparata habeat.

Si gula impugnaris, ventrem coerce: numero et mensura cibus et potus sumatur; animæ separatio a corpore, judicium venturum, et horrenda gehennæ flamma, pariter et regni cœlestis desiderium, assidue coram oculis obversentur: sicque ventris opprimetur voluptas.

Si turpis et carnalis te male vexat concupiscentia, illam vigiliis, labore, orationibus et inedia expelle: proderit et mortis meditatio, mortiferique gaudii supplicium, ac sexus-alterius declinatio.

Avaritia vincitur liberalitate, et rei pecuniariæ contemptu, pariter et cogitatione illa, quod ob avaritiam Dominum et magistrum Judas tradidit, et quod omnis avarus a Scriptura divina idolola-

C tra vocatur, quodque pecuniis ad breve tempus frui datur, morsque amara vitam acerbam avari sequatur: quapropter si nihil ultra quam sufficiat quæretur, passio hæc evitatur.

Si adversitate aliqua perturbaris, ora et spem cunctam ad Deum dirige, et passionem Christi, nostræque imbecillitatem naturæ contemplare; præsentia cuncta et vana despice; gratiam cœlestem et justorum fruitionem venturam perpende. Id si feceris, nulla injuria seu contumelia contristaberis: sed solum Dei offensio te perturbabit.

Si te ira exstimulat, mansuetudinem indue et ad Psalmorum decantationem perfuge; malum in bono vince, majori cede, æqualem perfer, minori parce, prudentemque concordiam cum omnibus
D exerce hominibus, memor quam mansuetus agnus innocens ad mortem deductus sit.

Si acedia infestaris, teipsum laborando, meditando, orando et legendo excita: spes firma te instiget, ut considerare possis, quantum inter frigidam pigritiam et calidum intersit fervorem: quorum unum, a ventura separat gloria, alterum regni cœlestis te hæredem creat.

[1] Psal. CXVI, 1.

Quodsi vana tentaris gloria, teipsum scrutare, nihilque ad laudem seu demonstrationem perage humanam. Sed omnis operatio tua in occulto fiat, nemine præterquam Deo solo vidente, ad quem universa referantur opera. Hominum laudes, honores, prælationes, et similia contemne : et magis amplectere, si te accusant et contumelia afficiunt, mentientes et odio habentes, peccatores.

Si a dæmoniaca et pessima superbiæ oppugnaris passione, neminem judica ; sed solum teipsum circumspice et cognosce : humilem te coram Deo ostende, et inferiorem omnibus te existima hominibus, audaciam et animi tumorem rejice, jejuniis, orationibus, vigiliis insiste : et cum te quid recte facere contigerit, non potentiæ tuæ illud ascribe, sed divinæ pietati id totum acceptum refer : simplex B et recta sit tua conversatio, nec aliud in corde, aliud in ore habe : dolosum etenim hoc est. Proin A omnis animi elatio lacrymarum fonte exstinguatur.

At turbæ vitiorum universæ resisti poterit, si semper et assidue homo cogitaverit, Deum operum suorum inspectorem, angelum custodem, virtutis nobilitatem, voluptatem momentaneam, peccati spurcitiem, vitam labilem, mortem incertam, gaudium seu cruciatum sempiternum, puræ **509** conscientiæ pacem, hominis dignitatem, Dei beneficia, et super omnia Christi vitam, mortem, et crucem. Quæ enim et qualis vita ? vix homo ex sepulcro progressus, rursum ad sepulcrum perget, et demum in perpetua gehennæ flamma sepelietur. Deum igitur amemus, et ejus præcepta ita observemus, ut exantlata fragili et misera vita, ad perpetuæ beatudinis gloriam feliciter pervenire valeamus. Amen.

---

## ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

### *Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ, Περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν* [c], *ψυχικῶν καὶ σωματικῶν.*

Ἰστέον οὖν ὅτι διπλοῦς [d] ὢν ὁ ἄνθρωπος, ἤγουν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, διπλᾶς ἔχει καὶ τὰς αἰσθήσεις, καὶ τὰς τούτων ἀρετάς· καὶ πέντε μέν εἰσι τῆς ψυχῆς, καὶ πέντε τοῦ σώματος. Καὶ αἱ μὲν ψυχικαὶ αἰσθήσεις, ἃς καὶ δυνάμεις αὐτὰς οἱ σοφοὶ λέγουσιν, εἰσὶν αὗται· νοῦς, διάνοια, δόξα, φαντασία, καὶ αἴσθησις. Αἱ δὲ σωματικαὶ, ὅρασις, ὄσφρησις, ἀκοὴ, γεῦσις, καὶ ἁφή· ὅθεν τοι διπλαῖ τούτων αἱ ἀρεταὶ, διπλαῖ καὶ αἱ κακίαι· ὥστε ἀναγκαῖον C εἰδέναι σαφῶς πάντα ἄνθρωπον, πόσα μέν εἰσι τὰ ψυχικὰ πάθη, ποῖα δὲ τὰ σωματικά· καὶ ψυχικὰς μὲν ἀρετὰς λέγομεν εἶναι προηγουμένως γενικωτάτας τέσσαρας ταύτας, αἵτινές εἰσιν αὗται, ἀνδρεία, φρόνησις, σωφροσύνη, καὶ δικαιοσύνη· καὶ ἐκ τούτων ἀποτίκτονται ψυχικαὶ ἀρεταί· πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, προσευχὴ, ταπείνωσις, πραότης, μακροθυμία, ἀνεξικακία, χρηστότης, ἀοργησία, γνῶσις θεία, τὸ ἄθυμον, τὸ ἁπλοῦν, τὸ ἀτάραχον, τὸ ἀνυπόκριτον, τὸ ἄτυφον, τὸ ἀνυπερήφανον, τὸ ἄφθονον, τὸ ἄδολον, τὸ ἀφιλάργυρον, τὸ συμπαθὲς, τὸ ἐλεημονητικὸν, τὸ μεταδοτικὸν, τὸ ἄφοβον, τὸ ἄλυπον, τὸ D κατανυκτικὸν, τὸ αἰδεστικὸν, ἡ εὐλάβεια, ἡ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἔφεσις, ἡ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ὄρεξις, ἡ τῆς υἱοθεσίας ἐπιθυμία.

Ἀρεταὶ δὲ σωματικαὶ αὗται, μᾶλλον δὲ ἐργαλεῖα ἀρετῶν, ἐν γνώσει καὶ κατὰ Θεὸν γινόμεναι, ἔξω τε πάσης ὑποκρίσεως καὶ ἀνθρωπαρεσκείας, εἰς προκοπὴν ταπεινώσεως, καὶ ἀπαθείας φέρουσαι τὸν ἄνθρωπον· ἐγκράτεια, νηστεία, δίψα, ἀγρυπνία,

## SANCTI PATRIS NOSTRI.

### *Joannis Damasceni. De virtute et vitio.*

Animadvertendum est, hominem, cum ex duobus constet, anima scilicet et corpore, duplices quoque sensus habere, eorumque duplices esse facultates. Quinque porro sunt animi sensus, et quinque corporis. Et animi quidem sensus, quos facultates philosophi nuncupant, ii sunt : C mens, cogitatio, opinio, imaginatio, et sentiendi vis. Corporis vero, visus, odoratus, auditus, gustus, et tactus. Hinc earum virtutes, et vitia duplicia. Quare necesse fuerit, quemcunque aperte dignoscere quot animæ sint virtutes, et quot corporis ; et rursum quæ ægritudines animæ, et quæ corporis. Et animæ virtutes dicimus esse, in primis fortitudinem, prudentiam, temperantiam, justitiam : ex quibus etiam animæ virtutes adnascuntur, fides, spes, charitas, oratio, humilitas, placiditas, toleranlia, clementia, bonitas, lenitas, Dei cognitio, alacritas, simplicitas, tranquillitas, sinceritas, modestia, incuriositas, liberalitas [e], sui demissio, integritas, pecuniarum contemptus, compassio, misericordia, securitas, munificentia, in- D dolentia, compunctio, pudor, reverentia, pietas, futurorum bonorum desiderium, regni Dei appetentia, ut tandem in filios adoptemur concupiscentia.

Virtutes vero corporis hæ sunt, seu potius instrumenta virtutum, in cognitione et secundum Deum actitatæ, præter omnem simulationem et ambitionem et placendi hominibus studium, in progressum humilitatis atque indolentiæ manu-

[a] Matth. xxii, 13.

### VARIÆ LECTIONES.

[c] Hujus opusculi titulus apud Allatium in *Symmictis* est, Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, *De virtute et vitio*. In cod. Reg. Λόγος ψυχωφελιμώτατος καὶ θαυμάσιος· *Sermo animis utilissimus et admirandus*. Cl. Selleri codicem sequor. [d] Codd. Allatii et Selleri. Reg. Ἰστέον οὖν, ὅτι διπλοῦς ἐστιν. [e] Quid si : *Alienus ab invidia animus ?* Græce ἄφθονον. Hæc enim summa præclaraque virtus est.

ducentes homines: continentia, jejunium, fames, sitis, vigilia, per totam noctem statio, genuum spissa flexio, a balneis abstinentia, unica tantum tunica contentum esse, cibis siccis uti, sero et paucis cibari, aquæ potus, humi dormitio, paupertas, inopia, austeritas [e], cultus corporis negligentia, sui ipsius contemptus, vita solitaria, quieta, domi se continere, penuria, frugalitas, silentium, propriis manibus opus conficere, et quæcunque malorum tolerantia, et corporea exercitatio. Quæ omnia, si corpus valeat, beneque illi sit, et carnis perturbationibus vexetur, quam maxime necessaria et conducibilia sunt: si male se habet, Deique ope perturbationibus superior est, non adeo necessaria sunt, cum sancta sui demissio et gratiarum actio omnia impleat.

A στάσις παννύχιος, κάμψις γονάτων συνεχής, ἀλουσία, μονοχιτωνία, ξηροφαγία, βραδυφαγία, βραχυφαγία, ὑδροποσία, χαμευνία, πτωχεία, ἀκτημοσύνη, τὸ αὐχμηρὸν, τὸ ἀκαλλώπιστον, τὸ ἀφίλαυτον, τὸ μεμονωμένον, τὸ ἥσυχον, τὸ ἀπρόϊτον, τὸ ἐνδεὲς, τὸ αὐταρκὲς, τὸ σιωπηλὸν, τὸ ταῖς οἰκείαις χερσὶν ἐργόχειρον μετέρχεσθαι, καὶ πᾶσα κακοπάθεια, καὶ ἄσκησις σωματική· ἅπερ ἅπαντα, τοῦ σώματος ῥωστοῦντος, καὶ ὑπὸ τῶν σαρκικῶν παθῶν ὀχλουμένου, ἀναγκαιότατα καὶ ὠφελιμώτατα· ἀσθενοῦντος δὲ, καὶ Θεοῦ βοηθείᾳ τούτων περιγενομένου, οὐ τοσοῦτον ἀναγκαῖά εἰσιν, ὡς τῆς ἁγίας ταπεινώσεως, καὶ εὐχῆς τὰ πάντα ἀναπληρούσης.

510 Dicendum consequenter est de animi et corporis vitiis, ægritudinibus nempe. Animæ ægritudines hæ sunt: oblivio, ignavia, et inscitia. Ex his tribus animi oculus, sive mens obtenebrata, obnoxia fit omnibus affectibus, qui sunt, impietas, prava opinio, hoc est hæresis quæcunque, blasphemia, furor, iracundia, amaror, subita ira, inhumanitas, injuriarum memoria, obtrectatio, condemnatio, tristitia absque ratione, timor, metus, contentio, æmulatio, invidentia, vana gloria, superbia, simulatio, mendacium, infidelitas, avaritia, rerum materialium amor, affectio in terrena propensio, acedia, pusillanimitas, ingratitudo, murmuratio, jactantia, opinio de seipso, tumor, arrogantia, dominandi appetitus, studium placendi hominibus, dolus, imprudentia, vecordia, adulatio, fictio, simulatio [f], duplicitas, peccatorum approbationes ex ea parte quæ perturbationibus obnoxia est, et continua eorumdem meditatio, cogitationum error, suiipsius amor, quæ est malorum mater malorumque omnium radix avaritia, et improbitas, et malitia.

B Ὀφείλομεν οὖν εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν, ἤγουν παθῶν· καὶ ψυχικὰ μέν εἰσι πάθη ταῦτα, λήθη, ῥᾳθυμία, καὶ ἄγνοια· ὑφ' ὧν δηλαδὴ τῶν παθῶν τούτων ὁ ὀφθαλμὸς τῆς ψυχῆς, ἤτοι ὁ νοῦς, σκοτιζόμενος, κυριεύεται ὑπὸ πάντων τῶν παθῶν, ἅτινά εἰσι ταῦτα, ἀσέβεια, κακοδοξία, ἤγουν πᾶσα αἵρεσις, βλασφημία, θυμὸς, ὀργὴ, πικρία, ὀξυχολία, μισανθρωπία, μνησικακία, καταλαλία, κατάκρισις, λύπη ἄλογος, φόβος, δειλία, ἔρις, ζῆλος, φθόνος, κενοδοξία, ὑπερηφανία, ὑπόκρισις, ψεῦδος, ἀπιστία, πλεονεξία, φιλοϋλία, προσπάθεια, σχέσις γηΐνων, ἀκηδία, μικροψυχία, ἀχαριστία, γογγυσμὸς, τῦφος, οἴησις, σοβαρότης, ἀλαζονεία, φιλαρχία, ἀνθρωπαρέσκεια, δολιότης, ἀναίδεια, ἀναισθησία, κολακεία, ὑπουλότης, εἰρωνεία, διψυχία, C αἱ συγκαταθέσεις τῶν ἁμαρτημάτων ἐκ τοῦ παθητικοῦ μέρους, καὶ ἡ συνεχὴς τούτων μελέτη, πλάνη λογισμῶν, φιλαυτία ἡ τῶν κακῶν γεννήτρια, καὶ ἡ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν φιλαργυρία, κακοήθειά τε καὶ πονηρία.

Corporis vero vitia sunt, gula, voracitas, luxus, ebrietas, latens comestio, variæ voluptates, fornicatio, adulterium, incontinentia, impuritas, incestus, puerorum stuprum, cum jumentis coitus, desideria prava, et quæcunque præter naturam sunt, et affectus improbi, furtum, sacrilegium, latrocinium, homicidium, quæcunque corporis relaxatio, et voluptatum carnis usus, et potissimum si corpus valeat: vaticinia, incantationes, auguria, sortilegia, ornatus appetitio, superfluitates, mollities, elegantiæ nimium studium, facierum fricationes, exsecrandum otium, ambitiones, alearum ludus, nimius deliciarum mundi abusus, vita corpus deperiens, quæ mentem saginando terrestrem et pecudibus non absimilem reddit, neque eam usquam ad Deum et ad virtutis opera regredi permittit.

Σωματικὰ δὲ πάθη· γαστριμαργία, λαιμαργία, τρυφὴ, μέθη, λαθροφαγία, φιληδονία ποικίλη, πορνεία, μοιχεία, ἀσέλγεια, ἀκαθαρσία, αἱμομιξία, παιδοφθορία, κτηνοβατία, ἐπιθυμίαι κακαὶ, καὶ πάντα τὰ παρὰ φύσιν καὶ αἰσχρὰ πάθη, κλεψία, ἱεροσυλία, λῃστεία, φόνος, σωματικὴ ἄνεσις καὶ ἀπόλαυσις τῶν θελημάτων τῆς σαρκὸς, ὑγιαίνοντος D μᾶλλον τοῦ σώματος, μαντεῖαι, μαγεῖαι, γοητεῖαι, οἰωνισμοὶ, κληδονισμοὶ, φιλοκοσμίαι, περπερεῖαι, βλακεῖαι, καλλωπισμοὶ, ἐπιτρίμματα προσώπων, ἡ κατάκριτος ἀργεία, μετεωρισμοὶ, κυβεῖαι, ἡ ἐμπαθὴς τῶν τοῦ κόσμου ἡδέων παράχρησις, ἡ φιλοσώματος ζωὴ, ἥ τις παχύνουσα τὸν νοῦν, γεώδη καὶ κτηνώδη τοῦτον ἀποτελεῖ, καὶ οὐδέποτε πρὸς Θεὸν, καὶ τὴν τῶν ἀρετῶν ἐργασίαν ἀνανεοῦσθαι [g] ἐᾷ.

Radices vero vitiorum omnium, et, ut alius quis-

Ῥίζαι δὲ πάντων τῶν παθῶν, καὶ, ὡς ἂν εἴποι

VARIÆ LECTIONES.

[e] Quid etiam si *squalorem*, ponas? [f] *Ironia* scilicet. Sic per *approbationes*, consensum peccatis præstitum innuit. [g] Allatius legit melius ἀνανεύεσθαι, *regredi*.

τις προπέτειαι, φιληδονία, φιλοδοξία, φιλαργυρία, ἀφ' ὧν ἀποτίκτεται πᾶν κακόν. Οὐχ ἁμαρτάνει δὲ ὁ ἄνθρωπος οὐδεμίαν ἁμαρτίαν, εἰ μὴ πρότερον οἱ κραταιοὶ οὗτοι γίγαντες, καθώς φησιν ὁ ἐν ἀσκηταῖς σοφώτατατος, Μάρκος περιγένωνται καὶ κατακυριεύσωσιν αὐτοῦ· ἤτοι λήθη, ῥᾳθυμία, καὶ ἄγνοια· ταύτας δὲ ἀποτίκτει ἡδονὴ καὶ ἄνεσις, τὸ ἀγαπᾷν τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸν περισπασμόν· πρωταίτιος δὲ τούτων ἁπάντων, καὶ οἷα μήτηρ κακίστη, ὡς προείρηται, ἡ φιλαυτία, ἤγουν ἄλογος φιλία τοῦ σώματος καὶ ἐμπαθὴς προσπάθεια· διάχυσις γὰρ καὶ ἔκλυσις νοὸς μετὰ εὐτραπελίας καὶ αἰσχρολογίας, πολλῶν κακῶν καὶ πτωμάτων πρόξενοι, ὡς ἡ παῤῥησία, καὶ ὁ γέλως.

Πρὸς τούτοις δὲ πᾶσι χρὴ γινώσκειν, ὡς ποικίλη τίς ἐστι καὶ πολύτροπος ἡ ἐμπαθὴς φιληδονία, καὶ πολλαὶ αἱ ἀπατῶσαι τὴν ψυχὴν ἡδοναί, ὅταν μὴ νήφουσα πρὸς Θεὸν, αἴρεται τῷ θείῳ φόβῳ, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀγάπῃ, τῆς τῶν ἀρετῶν ἐργασίας ἐπιμελουμένη. Μυρίαι γὰρ φέρονται ἡδοναὶ πρὸς ἑαυτὰς ἕλκουσαι τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς· αἱ τῶν σωμάτων, αἱ τῶν χρημάτων, αἱ τῆς τρυφῆς, αἱ τῆς δόξης, αἱ τῆς ῥᾳθυμίας, αἱ τῆς ὀργῆς, αἱ τῆς δυναστείας, αἱ τῆς φιλαργυρίας, αἱ τῆς πλεονεξίας· καὶ φαίνονται ἐν ἀπάτῃ λαμπρὰς ἔχουσαι τὰς ὄψεις, καὶ εὐαρέστους· ἱκαναὶ ἐπισπάσασθαι τοὺς περὶ ταῦτα ἐπτοημένους, καὶ μὴ σφόδρα τῆς ἀρετῆς ἐρῶντας, καὶ τὴν ταύτης ὑπομένοντας σκληρότητα. Καὶ πᾶσα γὰρ σχέσις γηΐνη, καὶ ἡ πρός τι τῶν ὑλικῶν προσπάθεια, ἡδονὴν καὶ τέρψιν ποιεῖ τῷ προσπαθητικῷ, καὶ ἀνόνητον καὶ βλαβεράν. Τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμητικὸν ἐμπαθὲς ἐν τούτῳ δεικνύει, ὡς τούτου ἕνεκεν, θυμῷ καὶ ὀργῇ, λύπῃ τε καὶ μνησικακίᾳ, τῇ τοῦ ποθουμένου ἀποστερήσει τὸν ἡττώμενον καθυποβάλλεσθαι. Εἰ δὲ μετὰ τῆς προσπαθείας καὶ μικρὰ ἐπικρατήσει συνήθεια, ἀναισθήτως φάναι, καὶ ἀνιάτως ἄχρι τέλους τῆς ἀλόγου προσπαθείας ἔχεσθαι, διὰ τῆς ἐνταῦθα κεκρυμμένης ἡδονῆς τὸν ἁλόντα παρασκευάζει. Πολυσχεδὴς γάρ ἐστιν ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἡδονὴ, ὡς προείρηται· καὶ οὐ μόνον τῇ πορνείᾳ, καὶ τῇ ἄλλῃ σωματικῇ ἀπολαύσει ἀποπληροῦται, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς πάθεσιν. Ἐπεὶ τὸ σωφρονεῖν οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ, τὸ πορνείας ἀπέχεσθαι, καὶ τῶν ὑπογαστρίων ἡδονῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἡδονῶν ἐκτὸς εἶναι. Ἔνθεν καὶ ὁ φιλοχρηματίας καὶ ὁ φιλαργυρίας, καὶ ὁ πλεονεξίας ἐρῶν, ἀκόλαστος· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος σώματος ἐρᾷ, οὕτω καὶ οὗτος χρημάτων. Μᾶλλον δὲ οὗτος ἀκολαστότερος, ὅσῳ οὐδὲ τοσαύτην ἔχει βίαν ἐκ τῆς φύ-

[a] In *Moral.*

quam diceret, primæ causæ [b], intemperantia [1], ambitio, et avaritia, ex quibus malum omne adnascitur; neque unquam homo in aliquo delinquit, ni prius gigantes isti validi, ut inter ascetas sapientissimus Marcus ait [a], advenerint, eumque debellarint: vel oblivio, ignavia, et inscitia. Eas progenerant voluptas et recreatio, humanæ gloriæ salutationisque ambitus. Ac horum omnium prima causa, et veluti mater pessima, ut supra diximus, sui ipsius amor est, absque ratione nempe corporis amor et impensus affectus. Diffusio ac dissolutio mentis cum scurrilitate, et verborum obscenitate in multa mala atque errores impellunt, quemadmodum dicendi libertas, et risus.

Ante vero omnia sciendum est, variam et multiplicem esse perturbationibus obnoxiam intemperantiam, et plerasque quæ animum deludunt voluptates; dum anima non usquequaque vigil et sobria, divino non fulcitur timore, et erga Christum amore, in virtutum cultu segniter se gerit. **511** Namque innumeræ circumaguntur voluptates, quæ oculos animæ in se pelliciunt: quales sunt rerum corporearum, pecuniarum, luxus, gloriæ, negligentiæ, iræ, dominii, quæstus, cupiditatis, avaritiæ. Apparentque cum fraude, faciem splendidam ac desiderabilem præ se ferentes, eosque qui circa similia inserviunt, nec sunt virtutum studiosi, sed coacte ac resistenter eas sustinent, abducere comparatæ. Etenim quicunque ad res terrenas affectus, et ad aliquid materiale propensio voluptatem et gaudium inutile, imo noxium, in patiente excitant, partem eam animæ, quæ voluptate alitur, non sine perturbatione, ostendunt: adeo ut propterea furori, et iræ, et mœrori, et injuriarum recordationi, concupiti privatione, quæ superatur ab illis, subdatur. Si vero (1) cum affectione usus quoque licet pusillus invaluerit, proh stuporem! facit, ut qui ab eis captus fuerit, ad finem usque rationis expertis affectionis per clanculum in ea delitescentem voluptatem incurabilis permaneat. Etenim, ut diximus, concupiscentiæ voluptas multiplex est, nec fornicatione tantum aliave corporis oblectatione completur, sed cæteris etiam affectibus: quandoquidem et continentia non id solummodo est, a fornicatione, et iis quæ sub ventre sunt, voluptatibus liberum esse. Quapropter qui avaritiæ operam navat, intemperans est. Quemadmodum enim ille corpus, ita et hic pecunias deperit. Imo hic eo

## VARIÆ LECTIONES.

[b] Vox Græca *proclivitates*, significat. [1] Seu *voluptatum amorem.*

## NOTÆ.

(1) Periodus hæc sic etiam reddi potest: *Sin autem cum affectione vel modica consuetudo obtinent, id efficit, ut ille a delitescente voluptate victus et captus, insensibili quodam modo, ac sine ullo remedio, ad finem usque irrationabili voluptati addictus perseverat.*

intemperantior, cum non tanta vi ex natura eum compellente agatur. Nam sane ille vere ignarus et multo maxime habebitur [auriga] non qui effrenem equum agere [aut continere] nescit, sed qui mansuetum et obedientiorem sibi subdere non potest. Et undequaque manifestum est, supervacaneum, nec secundum naturam esse pecuniarum appetitum; tanquam qui non a natura, sed ex prava electione vim patiatur. Ideoque citra veniæ spem peccat, qui ab eo libens volensque superatur. Quapropter plane nos addiscere decet, non in luxu tantum et corporum usu voluptatem sitam ac præfinitam esse, sed in quocunque affectu (2) dilecto. Ut vero affectus secundum trinam animæ divisionem dignoscantur, hæc etiam quam brevissime addere propter continentiam (3) opportunum judicavimus.

*De triplici parte animæ.*

Anima itaque dividitur in tres partes: in eam quæ ratione, et in eam quæ ira ducitur, et in eam quæ voluptate alitur. Illius quæ ratione ducitur, peccata sunt hæc: infidelitas, hæreses, stultitia, blasphemia, ingratitudo, approbationes peccatorum ex ea parte quæ perturbationibus obnoxia est, procedentium. At horum malorum sanatio et medicina sine ulla hæsitatione fuerit, fides in Deum, vera firmaque et recta dogmata, eloquiorum Spiritus assidua meditatio, pura et nunquam cessans oratio, et erga Deum gratiarum actio.

*De facultate irascente.*

Illius vero quæ ira ducitur, peccata sunt: crudelitas, **512** odium, immisericordia, injuriarum recordatio, invidentia et continua circa hæc meditatio. Horum sanatio et medicina, humanitas, amor, placiditas, in fratres charitas, commiseratio, injuriarum tolerantia, et bonitas.

*De facultate concupiscente.*

Illius quæ voluptate alitur, peccata sunt hæc: gula, voracitas, ebrietas, fornicatio, adulterium, impuritas, intemperantia, avaritia, inanis gloriæ ambitio, necnon auri et argenti, et corporearum voluptatum desiderium. Eorum vero sanatio et medicina, jejunium, continentia, labor, paupertas, pecuniarum in pauperes distributio, immortalium futurorum desiderium, regni Dei appetentia, et ut in filios adoptemur concupiscentia.

Tradenda præterea est cognitio cogitationum obnoxiarum perturbationibus, per quas omnia peccata committuntur.

Cogitationes quæ malitiam includunt, sunt octo. Prima est gulæ, secunda fornicationis, tertia avaritiæ, quarta iræ, quinta tristitiæ, sexta acediæ, septima inanis gloriæ, octava superbiæ.

A σεως συνωθοῦσαν αὐτόν. Καὶ γὰρ ἀμαθὴς ἡνίοχος ἐκεῖνος ἂν, ὡς ἀληθῶς καὶ μάλιστα λέγοιτο, οὐχ ὁ τὸν σκληρὸν καὶ δυσήνιον μὴ κατέχων ἵππον, ἀλλ' ὁ τὸν ἥμερον καὶ ἐπιεικέστερον, μὴ δυνάμενος ὑποτάξαι. Καὶ δῆλόν ἐστι πανταχόθεν, ὡς περιττὴ καὶ οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ τῶν χρημάτων ἐπιθυμία, ἅτε μὴ ἐκ φύσεως τὴν βίαν ἔχουσα, ἀλλ' ἐκ τῆς μοχθηρᾶς προαιρέσεως. Διὸ καὶ ἀσύγγνωστα ἁμαρτάνει ὁ ταύτῃ ἑκὼν ἡττώμενος· ὥστε χρὴ σαφῶς ἐπιγινώσκειν ἡμᾶς, οὐκ εἰς τρυφὴν μόνον, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἀπόλαυσιν ἡ φιληδονία ὁρίζεται, ἀλλ' ἐν παντὶ τρόπῳ καὶ πράγματι προαιρέσει ψυχῆς ἀγαπωμένῳ καὶ προσπαθείᾳ. Ἵνα δὲ σαφέστερον ἔτι τὰ πάθη κατὰ τὸ τῆς ψυχῆς τριμερὲς διαγινώσκηται, καὶ τάδε ἐν ἐπιτόμῳ προσθῆναι διεκρί-
B ναμεν.

*Περὶ τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς.*

Ἡ ψυχὴ διαιρεῖται εἰς τρία· λογιστικὸν, θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικόν. Ἐκ τοῦ μὲν λογικοῦ τὰ ἁμαρτήματά εἰσι ταῦτα· ἀπιστία, αἵρεσις, ἀφροσύνη, βλασφημία, ἀχαριστία, καὶ αἱ συγκαταθέσεις σωματικῶν ἁμαρτημάτων, αἳ γίνονται ἐκ τοῦ παθητικοῦ μέρους. Ἡ δὲ τούτων τῶν κακῶν ἴασις καὶ θεραπεία ἡ ἀδίστακτός ἐστι πίστις πρὸς τὸν Θεὸν, τὰ ἀληθινὰ καὶ ἀπλανῆ καὶ ὀρθόδοξα δόγματα τῆς εὐσεβείας, ἡ συνεχὴς μελέτη τῶν λογίων τοῦ πνεύματος, ἡ καθαρὰ προσευχὴ καὶ ἀδιάλειπτος, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν εὐχαριστία.

*Περὶ τοῦ θυμικοῦ.*

C Τοῦ δὲ θυμικοῦ τὰ ἁμαρτήματά εἰσι ταῦτα· ἡ ἀσπλαγχνία, τὸ μῖσος, τὸ ἀσυμπαθὲς, τὸ μνησίκακον, ὁ φθόνος, καὶ ὁ φόνος, καὶ ἡ συνεχὴς πρὸς τὰ τοιαῦτα μελέτη. Ἡ δὲ τούτων ἴασις καὶ θεραπεία, ἡ φιλανθρωπία, ἡ ἀγάπη, καὶ ἡ χρηστότης.

*Περὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ.*

Τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ τὰ ἁμαρτήματά εἰσι ταῦτα· ἡ γαστριμαργία, ἡ λαιμαργία, ἡ οἰνοφλυγία ἡ πορνεία, ἡ μοιχεία, ἡ ἀκαθαρσία, ἡ ἀσέλγεια, ἡ φιλοχρηματία, ἡ τῆς κενῆς δόξης ἐπιθυμία, χρυσοῦ τε καὶ πλούτου, καὶ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν. Ἡ δὲ τούτων ἴασις καὶ θεραπεία, ἡ νηστεία, ἡ ἐγκράτεια, ἡ κακοπάθεια, ἡ ἀκτημοσύνη, ὁ τῶν χρημάτων πρὸς
C πένητας σκορπισμὸς, ἡ τῶν μελλόντων ἐκείνων ἀθανάτων ἀγαθῶν ἔφεσις, ἡ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ὄρεξις, καὶ ἡ τῆς υἱοθεσίας ἐπιθυμία.

Δέον οὖν ἐνθῆναι ἡμᾶς καὶ τὴν διάγνωσιν τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν, δι' ὧν πᾶσα ἁμαρτία τελεῖται.

Ὀκτώ εἰσι πάντες οἱ περιεκτικοὶ τῆς κακίας λογισμοί· ὁ τῆς γαστριμαργίας, ὁ τῆς πορνείας, ὁ τῆς φιλαργυρίας, ὁ τῆς ὀργῆς, ὁ τῆς λύπης, ὁ τῆς ἀκηδίας, ὁ τῆς κενοδοξίας, καὶ ὁ τῆς ὑπερηφανίας.

NOTÆ.

(2) Græc. habet τρόπῳ, clariori sensu, *in quocunque modo*. Legit Allatius τόπῳ.

(3) Nihil prorsus de continentia habet Græcus contextus.

Τούτους ὀκτὼ λογισμοὺς παρενοχλεῖν μὲν, καὶ μὴ παρενοχλεῖν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι· ἐμμένειν δὲ, ἢ πάθος κινεῖν, ἢ μὴ κινεῖν, τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν.

Ἄλλο δέ ἐστι προσβολὴ, καὶ ἄλλο συνδοιασμὸς, καὶ ἄλλο πάλη, καὶ ἄλλο πάθος, καὶ ἄλλο συγκατάθεσις, ἡ ἐγγίζουσα καὶ παρομοιοῦσα τῇ πράξει, καὶ ἄλλο ἐνέργεια, καὶ ἄλλο αἰχμαλωσία.

Καὶ προσβολὴ μέν ἐστιν ἡ ἁπλῶς γινομένη παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ὑπόμνησις· οἷον, *ποίησον τόδε ἢ τόδε*. Ὡς ἐπὶ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν· « Εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτος γένωνται[a]· » τοῦτο ὡς εἴρηται, οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι.

Συνδοιασμὸς δέ ἐστιν ἡ παραδοχὴ τοῦ ὑποβαλλομένου λογισμοῦ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οἷον μετ' αὐτοῦ μελέτη καὶ ἐνήδονος ὁμιλία ἡ παρὰ τῆς προαιρέσεως ἡμῶν. Πάθος δὲ, ἡ ἀπὸ τοῦ συνδοιασμοῦ ἕξις γινομένη παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ὑποβαλλομένου πάθους, καὶ οἱονεὶ συνεχὴς μελέτη καὶ φαντασία. Πάλη δὲ, ἡ ἀντίστασις τοῦ λογισμοῦ, ἡ πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ ἐν τῷ λογισμῷ πάθους, ἤτοι τοῦ ἐμπαθοῦς λογισμοῦ, ἢ πρὸς συγκατάθεσιν, καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. Ταῦτα δὲ ἀλλήλοις ἀντίκειται[b]. » Αἰχμαλωσία δέ ἐστι βιαία καὶ ἀκούσιος τῆς καρδίας ἀπαγωγὴ, ἀπὸ προλήψεως καὶ μακρᾶς συνηθείας τυραννουμένης· συγκατάθεσις δὲ, ἡ κατάνευσις πρὸς τὸ πάθος τοῦ λογισμοῦ. Ἐνέργεια δὲ, αὐτὴ ἡ πρᾶξις τοῦ ἐν συγκαταθέσει ἐμπαθοῦς λογισμοῦ· ὁ τοίνυν τὸ πρῶτον ἀπαθῶς λογιζόμενος, ἢ ἀντιῤῥήσει καὶ ἐμβριθείᾳ ἐκ πρώτης ἀποπεμπόμενος, ἤγουν τὴν προσβολὴν, πάντα τὰ ἔσχατα ὑφ' ἓν περιέκοψε.

Ἀναιρεῖται μὲν ὑπὸ ἐγκρατείας ἡ γαστριμαργία· ὑπὸ δὲ θείου πόθου καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐφέσεως, ἡ πορνεία· ὑπὸ δὲ συμπαθείας τῆς πρὸς τοὺς πένητας, ἡ φιλαργυρία· ὑπὸ δὲ τῆς ἀγαθότητος καὶ τῆς πρὸς πάντας ἀγάπης, ἡ ὀργή· ὑπὸ δὲ τῆς πνευματικῆς χαρᾶς, ἡ κοσμικὴ λύπη· ὑπὸ δὲ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς καρτερίας, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν εὐχαριστίας, ἡ ἀκηδία· ὑπὸ δὲ τῆς κρυπτῆς μέντοι τῶν ἀρετῶν ἐργασίας, καὶ τῆς ἐν συντριβῇ καρδίας συνεχοῦς προσευχῆς, ἡ κενοδοξία· ὑπὸ δὲ τοῦ μὴ κρίνειν τινὰ ἢ ἐξουθενεῖν, ὡς ὁ μεγάλαυχος Φαρισαῖος[c], ἀλλ' ἡγεῖσθαι ἑαυτὸν ἔσχατον πάντων, ἡ ὑπερηφανία. Οὕτως οὖν τῶν εἰρημένων παθῶν ὁ νοῦς ἐλευθερωθεὶς, καὶ πρὸς Θεὸν ἀνυψωθεὶς, ἀπεντεῦθεν ζῇ τὴν μακαρίαν ζωὴν, τὴν ἀῤῥαβῶνα δεχόμενος τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ τῶν ἐντεῦθεν ἀποδημήσας, μετὰ ἀπαθείας καὶ γνώσεως ἀληθοῦς, παρίσταται τῷ φωτὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, μετὰ τῶν θείων ἀγγέλων, εἰς αἰῶνας ἀπεράντους καταλαμπόμενος.

[a] Matth. III, 4. [b] Galat. V, 17. [c] Luc. XVIII.

A Has octo cogitationes turbas ac molestiam conciere vel non conciere in nostra potestate non est. At immanere vel non immanere, affectus movere vel non movere, in nostra potestate est.

Et aliud quidem est aggressio, aliud hæsitatio, aliud lucta, aliud affectio, aliud approbatio, quæ proxima est operationi et ei assimilatur, aliud actio, aliud captivitas.

Aggressio est, cum quid simpliciter ab hoste in memoriam suggeritur, veluti, *fac hoc*, vel etiam de Domino Deoque nostro: « Dic ut lapides isti panes fiant[a]. » Et hoc, ut diximus, non est in nostra potestate.

Hæsitatio est cogitationis, quæ ab hoste suggeritur, exceptio, et quasi una cum eo meditatio, et B quæ ab electione nostra profluit, voluptuosa consuetudo. Affectio est ab hæsitatione habitus, qui ab hoste suggerente inditur, et quasi continua meditatio et imaginatio. Lucta est cogitationis repugnantia ad affectum, qui in cogitatione est, aut ad cogitationem perturbationibus concitam exstirpandum aut approbandum (4), ut ait Apostolus: « Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem. Hæc autem sibi invicem opponuntur[b]. » Captivitas est violenta coactaque cordis tractio, per anticipationem et longam consuetudinem, veluti per tyrannidem occupati. Approbatio est ad affectum cogitationis consensus. Actio est ipsum opus cum approbatione cogitationis, quæ affectibus subditur. Qui itaque C primum sine ulla perturbatione animo volvit, vel contradictione, aut gravitate, et constantia ab ipso primo impetu aggressionem ex sese ablegat, quæ postmodum sequuntur, omnia in uno solo resecavit.

Tollitur autem a temperantia gula; a divino desiderio et futurorum bonorum appetentia, fornicatio; a commiseratione erga pauperes, avaritia; **513** a probitate et charitate in omnes, iracundia; a spirituali lætitia, mundanus mœror; a patientia et tolerantia, et in Deum gratiarum actione, acedia; ab occulto virtutum exercitio et continua in compunctione cordis oratione, vana gloria; a non dijudicando, aut contemnendo ali- D quem, uti jactabundus ille Pharisæus[c], sed semetipsum omnium esse infimum existimando, superbia. Hac itaque ratione a jam dictis affectibus mens liberata, et ad Deum sublata, hic beatam vivit vitam, sancti Spiritus recipiens arrhabonem, et ex hisce postmodum emigrans, nullis perturbationibus obnoxia, et cum cognitione vera, sanctæ Triadis splendoribus astat cum divinis angelis in infinita sæcula collustrata.

NOTÆ.

(4) Ob Pauli locum sic vertendum est: *Aut ad cogitationem perturbationibus concitam exstirpandam, sive etiam ad rationis a passione obsessæ consensum impediendum.*

Cum itaque in tres partes, ut supra exposuimus, dividatur anima: tres namque, ut dictum est, sunt illius partes, altera quæ ratione, altera quæ ira, altera quæ concupiscentia ducitur: si in ea quæ iræ deservit, fuerit amor atque humanitas, et in ea quæ concupiscentiæ, puritas et temperantia, cogitatio est illustrata. Si vero in irascente inhumanitas, et in concupiscente intemperantia, cogitatio est obtenebrata. Cogitatio itaque tunc bene et temperanter se habet et illustratur, cum perturbationes illi subduntur, et creaturarum Dei rationes spiritaliter meditatur, et ad sanctam beatamque Triadem sublevatur. Ita tunc quoque rursum, id quod secundum naturam est, movet, cum omnes homines amore, et nullum ipsorum, aut odio aut excandescentia prosequitur; concupiscentia, cum humilitate, continentia, et paupertate affectus mortificaverit, hoc est voluptatem carnis, pecuniarum et gloriæ transeuntis appetentiam, et sese in divinum et immortalem amorem converterit. Concupiscentia etenim ad tria movetur, ad voluptatem carnis, ad inanem gloriam, et ad pecuniarum fraudem, et ob hoc præter rationem desiderium, Deum, divinaque ejus præcepta spernit, divinæque nobilitatis obliviscitur, in proximum efferatur, cogitationem obtenebrat, cui facultatem non facit ut in veritatem oculos dirigat. Quorum qui sublimiorem cogitationem possederit, antequam ex hac vita excedat, ut ante dictum est, regni cœlorum particeps fit, beatamque vivit vitam, non extra spem reposita iis, qui diligunt Deum, beatitate potiundi: cujus nos quoque per gratiam Christi utinam digni efficiamur. Amen.

Sed hæc quidem ita exposuimus quasi imparati, de virtutibus et vitiis compendiosum et apertum tractatulum digerentes, ut quilibet facili negotio eorum differentiam ac discrimen, hac singularum partium expositione dignoscere possit ac dijudicare. Hanc enim ob causam earum varias species, et singula quæque exposuimus, ut nulla virtutis aut vitii species, si fieri posset, ignoraretur, et ut virtutes quidem alacri animo ad nosmetipsos attrahamus, et eas potissimum, quæ animæ sunt, quibus et Deo proxime accedimus: vitia vero toto conatu declinantes fugiamus. Vere enim beatus ille est, qui virtutem quærit, et illam ambit **514** et diligenter conquirit, tanquam qui per eam Deo proximus fit, et mente cum eo conjungitur. Hoc namque proprie prudentia, fortitudo, sapientia, et cognitio est infallibilis, ac divitiæ quæ subripi non possunt: per virtutem actuosam ad speculationem Creatoris adduci. Virtus enim (ἀρετὴ) ita dicitur, διὰ τὸ αἱρεῖσθαι, id est, *quod seligatur*. Eam eligimus et volumus, quod nostra electione et voluntate, non coacte, et inconsulte bonum operemur. Prudentia etiam dicitur φρόνησις παρὰ τὸ νοῒ φέρειν, *ab eo quod menti afferat utilia*.

A Τριμερὴς τοίνυν οὖσα, ὡς προδεδήλωται, ἡ ψυχή· τρία γὰρ, ὡς εἴρηται, τὰ μέρη ταύτης εἰσὶ, λογισμὸς, θυμὸς καὶ ἐπιθυμία· ἐάν ἐστιν ἐν τῷ θυμικῷ ἀγάπη, καὶ φιλανθρωπία, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ καθαρότης καὶ σωφροσύνη, ὁ λογισμός ἐστι πεφωτισμένος. Ἐὰν δὲ ἐν τῷ θυμικῷ ᾖ μισανθρωπία, καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ ἀκολασία, ὁ λογισμός ἐστιν ἐσκοτισμένος· ὁ μὲν οὖν λογισμὸς τότε ὑγιαίνει καὶ σωφρονεῖ καὶ φωτίζεται, ὅτε τὰ πάθη ἔχει ὑποτεταγμένα, καὶ τοὺς λόγους τῶν κτισμάτων ἀγνικῶς θεωρεῖ, καὶ πρὸς τὴν μακαρίαν καὶ ἁγίαν Τριάδα ἀνάγεται. Ὁ δὲ θυμὸς τότε πάλιν κινεῖ τὸ κατὰ φύσιν, ὅτε πάντας ἀνθρώπους ἀγαπᾷ, καὶ πρὸς οὐδένα αὐτῶν ἢ λύπην, ἢ μνησικακίαν κέκτηται. Ἡ δὲ ἐπιθυμία, ὅταν ὑπὸ ταπεινοφροσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ ἀκτημοσύνης νε- B κρώσῃ τὰ πάθη, τουτέστιν ἡδονὴν σαρκὸς, καὶ χρημάτων καὶ δόξης παρερχομένης ἔφεσιν, καὶ τραπῇ πρὸς τὸν θεῖον καὶ ἀθάνατον ἔρωτα· καὶ γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὰ τρία τὴν κίνησιν ἔχει, ἢ πρὸς ἡδονὴν σαρκὸς, ἢ πρὸς δόξαν κενὴν, ἢ καὶ πρὸς ἀπάτην χρημάτων, καὶ διὰ τὴν παράλογον ταύτην ἔφεσιν καταφρονεῖ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν, καὶ τῆς θείας εὐγενείας ἐπιλανθάνεται, καὶ πρὸς τὸν πλησίον ἐκθηριοῦται, καὶ τὸν λογισμὸν σκοτίζει, καὶ οὐκ ἐᾷ ἀναβλέψαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ὧν ὁ ἀνώτερον κτησάμενος φρόνημα, ἀπεντεῦθεν, ὡς προείρηται, ἀπολαμβάνει τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ζῇ μακαρίαν ζωὴν, προσδοκίᾳ τῆς ἀποκειμένης μακαριότητος, τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεόν· ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

C Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως, ὡς εἴχομεν ἀμαθίας, ἀφελῶς ἐξεθέμεθα, εὐσύνοπτον καὶ σαφῆ σχεδιάσαντες τὸν περὶ ἀρετῶν καὶ παθῶν λόγον, ἵν' εὐχερῶς ἔχῃ τις διακρίνειν τε καὶ διαγινώσκειν τὴν τούτων διαίρεσίν τε καὶ διαφορὰν, τῇ μὲν τούτων λεπτομερίᾳ καὶ σαφηνείᾳ. Δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο, καὶ ποικίλον ἑκάστου καὶ πολυειδὲς ἐξεθέμεθα, ὡς μηδεμίαν, εἰ δυνατὸν, ἰδέαν ἀρετῆς καὶ κακίαν ἀγνοεῖσθαι· καὶ οὕτως τὰς μὲν εὐθύμως πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπασώμεθα, τὰς ἀρετὰς δηλονότι καὶ μᾶλλον ψυχικὰς, δι' ὧν καὶ τῷ Θεῷ ἐγγίζομεν, τὰς δέ γε κακίας καὶ σφόδρα ἐκκλίναντες διαδιδράσκομεν· μακάριος γὰρ, ὡς ἀληθῶς, ὁ ἀρετὴν ζητῶν, καὶ ταύτην μετιών· καὶ ὅτι τί ἐστιν ἀρετὴ ἐπιμελῶς ἐρευνῶν, ὡς δι' αὐτῆς ἐγγίζων τῷ Θεῷ, καὶ τούτῳ νοερῶς D συγγινόμενος. Τοῦτο γὰρ κυρίως, φρόνησις [1]...., σοφία τε καὶ γνῶσις ἀψευδὴς, καὶ πλοῦτος ἀναφαίρετος, τὸ διὰ πρακτικῆς ἀρετῆς πρὸς θεωρίαν ἀνάγεσθαι τοῦ ποιήσαντος. Ἀρετὴ δὲ καλεῖται, διὰ τὸ *αἱρεῖσθαι*· αἱρετὴ γὰρ καὶ θελητὴ, διὰ τὸ αἱρετῶς καὶ αὐτεξουσίως τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν ἡμᾶς, οὐχὶ ἀβουλήτως καὶ ἀναγκαστῶς· φρόνησις δὲ λέγεται, τὸ *παρὰ τῷ νοῒ φέρειν* τὰ ὠφέλιμα.

VARIÆ LECTIONES.

1 Deest ἀνδρεία. nam Allatius, *fortitudinem*, posuit.

Εἰ βούλει δὲ, προσθήσωμεν τῷ ἀφελεῖ τούτῳ λόγῳ, ὡς χρυσοῦν ἐπισφράγισμα, καὶ περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, μικρὸν τοῦ τιμιωτάτου πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ κτισμάτων, τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, μόνος ἐκ πάντων *κατ' εἰκόνα* ἐστὶ, *καὶ καθ' ὁμοίωσιν* Θεοῦ. Κατ' εἰκόνα μὲν λέγεται πᾶς ἄνθρωπος, κατὰ τὸ τοῦ νοὸς ἀξίωμα, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς, ἤτοι τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀθεώρητον, τὸ ἀθάνατον, τὸ αὐτεξούσιον, ναὶ μὴν καὶ τὸ ἀρχηγὸν, καὶ τεκνογονικὸν, καὶ οἰκοδομικόν· καθ' ὁμοίωσιν δὲ, κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον, καὶ τὰς θεωνύμους ταύτας καὶ θεομιμήτους πράξεις, ἤγουν κατὰ τὸ φιλανθρώπως πρὸς τὸ ὁμογενὲς διακεῖσθαι· οἰκτείρειν τε καὶ ἐλεεῖν, καὶ ἀγαπᾷν τὸ ὁμόδουλον, εὐσπλαγχνίαν τε πᾶσαν καὶ συμπάθειαν ἐνδείκνυσθαι. « Γίνεσθε γὰρ, φησὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς, οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν οὐρανοῖς οἰκτίρμων ἐστί. » Καὶ τὸ μὲν κατ' εἰκόνα, πᾶς ἄνθρωπος κέκτηται· ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν, σπάνιοι, καὶ μόνοι οἱ ἐνάρετοι καὶ ἅγιοι, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώποις μιμούμενοι· οὕτως ὑπεραγάθου φιλανθρωπίας ἀξιωθείημεν καὶ ἡμεῖς, εὐαρεστήσαντες αὐτῷ δι' ἀγαθοεργίας, καὶ μιμηταὶ γενόμενοι τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων Χριστῷ· ὅτι αὐτῷ ἐστιν ἔλεος, καὶ αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, καὶ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Quod si tibi ingratum non fuerit, huic quoque simplici orationi tanquam aureum signaculum appingamus; illius nempe expositionem, quod de pusillo, omnium tamen divinarum creaturarum pretiosissimo, dictum est, *secundum imaginem et similitudinem*. Intellectu et ratione præditum animal homo, inter reliqua omnia solus secundum imaginem est et similitudinem Dei. Et secundum quidem imaginem dicitur homo quilibet, mentis et animæ dignitate, incomprehensibili nempe, inscrutabili, immortali, libero, necnon in alios dominatione, fabrilis artis et exstruendarum ædium scientia. Secundum similitudinem vero, virtutis ratione, et actionibus nostris a Deo præscriptis (5), et quas cum exsequimur, Deum imitamur : hoc est humano animo homines amplecti, eadem servitute obstrictos commiserescere et diligere, omnem in alios misericordiam et commiserationem impendere : « Estote namque, ait Christus Deus, misericordes quemadmodum et Pater vester cœlestis misericors est *. » Et ea, quæ sunt secundum similitudinem (6), singuli homines possident : donorum namque suorum Deum non pœnitet; at quæ secundum imaginem sunt, perrari, et soli illi, qui virtuti operam navant, et sancti sunt, et Dei bonitatem pro virium humanarum imbecillitate æmulantur : cujus humanitatis, omnem bonitatem superantis, digni utinam et nos efficeremur per bona opera, placiti Deo, et grati, et eorum, qui a prima rerum creatione ei (7) placuerunt, imitatores facti. Quoniam ipsius est misericordia, et ipsi debetur gloria, honor, et adoratio cum Patre, sine principio, et sanctissimo et bono et vivifico Spiritu ipsius, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

* Luc. v, 36.

NOTÆ.

(5) Hæc auctoris mentem non satis promere videntur : non enim quia a Deo præscriptæ sunt actiones nostræ, θεώνυμοι, dicuntur; sed magis quia quiddam divinum sunt, hominesque Deos faciunt.

(6) Imo etiam *secundum imaginem*, κατ' εἰκόνα, et paulo post rursum secundum omnes Scripturæ interpretes vertendum erat, *secundum similitudinem*, καθ' ὁμοίωσιν : quæ quidem similitudo, juxta Græciæ potissimum tractatores, in virtutum cultu sita est.

(7) In Græco legitur Χριστῷ, *Christo*, ad quem statim glorificationem dirigit Damascenus, qua tractatum suum absolvit, ac deinde ad Patrem, ac Spiritum sanctum.

# 515 DE INSTITUTIONE ELEMENTARI

## ET TRIBUS QUÆ SUBSEQUUNTUR DISSERTATIONIBUS.

# ADMONITIO.

Introductionem hanc elementarem Joannes Damascenus viva voce dictavit, quæ veluti præparatoria esset, ad intelligenda quæcunque de fidei dogmatis, orationibus tribus quæ proxime subsequuntur, edisseruit adversus Acephalos seu Monophysitas, Monotheletas, et Nestorianos. Nondum enim dialecticum opus conscripserat, nec proinde librum *De fide orthodoxa*, in quo postea pressiori, compendiariaque magis ratione omnia contulit, quæ in tribus istis dissertationibus fusius explicatiusque digesserat. In editionibus Coloniensi et Basileensibus,

in codd. mss. S. Hil. et Colbert. Institutio ista librode duabus Christi voluntatibus operationibusque præit : eum vero ordinem sequor, quem codex Regius 2926 assignat; ut prima disputatio sit, de natura composita contra Acephalos, secunda de duabus voluntatibus contra Monotheletas ; ac tertia tandem contra Nestorianos. Versionem aliam institutionis elementaris et libri de duabus voluntatibus iterum cudendam non censuit Cl. Billius, ceu illa quam Joachimus Perionius adornaverat, sufficeret : a qua tamen sæpe dissentire necesse habui, quia mihi liberior visa est. Insuper codice Sancti Hilarii quem præ manibus teneo, Perionius usus est, in quo multa a prætensis nescio quibus emendatoribus passim inserta sunt, quæ cæteri non habent, inter quos Colbertini duo vetustiores sunt 1639 et 4730 meliorisque notæ, aut quæ auctori nostro satis familiaria esse mihi non videntur.

—

## *INSTITUTIO ELEMENTARIS AD DOGMATA* A

*Viva voce Joannis monachi Damasceni, ad sanctissimum Joannem Laodicenæ urbis episcopum.*

1. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, unius trinæ subsistentis atque adorandæ deitatis, consubstantialis ac vitæ auctricis Trinitatis, Dei unius, a quo « omne datum optimum, et omne donum perfectum, desursum ad nos descendit [1] : » peccator ego et miser, balbutientia tardæque linguæ labia aperio, in ipso fidem habens fore, ut spectata humilitate illorum, qui hoc a me ut loquerer efflagitaverunt, propter eorum qui audiunt utilitatem, Dominus gratiæ, omniumque bonorum largitor, sapientiæ spiritum impertiatur, « sermonemque in apertione oris mei [2], qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen [3]. »

### CAP. I.

*De substantia, natura et forma.*

6. Dicimus igitur essentiam in hypostasibus considerari : quapropter et in hypostasi subsistit, sed hypostasis non est : ac proinde necessarium non est, ut quod subsistit, hypostasis dicatur. Duplici quippe modo, tum hypostasis, tum ἐνυπόστατον, accipitur. Hypostasis enim simplicem exsistentiam quandoque significat : atque hoc sensu non essentiam modo simpliciter dictam, **525** sed et ipsummet accidens designat. Quandoque vero individuum significat, hoc est personam, quæ quidem seorsim sumpta, hypostasis dicitur, ut Petrus, Paulus, hic equus, et similia. Ἐνυπόστατον vero interdum essentiam significat, ut in hypostasi consideratam, et per se exsistentem : interdum etiam quodlibet eorum, quæ ad hypostasis alicujus compositionem concurrunt, uti anima et corpus. Deitas itaque et humanitas Christi reipsa subsistunt. Habet enim utraque communem unam hypostasim compositam. Deitas nimirum ante sæcula et ab æterno : caro autem animata et intelligens, ab ea in novissimis temporibus assumpta, et in ipsa exsistens, ipsamque hypostasim habens.

ς'. Φαμὲν οὖν, ὅτι ἐν ὑποστάσεσι μὲν ἡ οὐσία θεωρεῖται, διὸ καὶ ἐνυπόστατός ἐστιν, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασις. Οὐκ ἀνάγκη τοίνυν τὸ ἐνυπόστατον, ὑπόστασιν λέγεσθαι. Ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις, καὶ τὸ ἐνυπόστατον, διττῶς λέγεται. Ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις [1], ποτὲ μὲν τὴν ἁπλῶς ὕπαρξιν δηλοῖ, καθὸ σημαινόμενον, οὐ μόνον τὴν ἁπλῶς οὐσίαν σημαίνει, ἀλλὰ καὶ τὸ συμβεβηκός. Ποτὲ δὲ τὸ ἄτομον, ἤτοι τὸ πρόσωπον· ἥτις καθ' αὑτὸ λέγεται ὑπόστασις· ἥτις δηλοῖ Πέτρον, Παῦλον, τόνδε τὸν ἵππον, καὶ τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ ἐνυπόστατον, ποτὲ μὲν τὴν οὐσίαν σημαίνει, ὡς ἐν ὑποστάσει θεωρουμένην, καὶ αὐθύπαρκτον οὖσαν· ποτὲ δὲ ἕκαστον τῶν εἰς σύνθεσιν μιᾶς ὑποστάσεως συνερχομένων· ὡς ἐπὶ ψυχῆς καὶ σώματος. Καὶ ἡ θεότης τοίνυν καὶ ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ ἐνυπόστατός ἐστιν. Ἔχει γὰρ ἑκατέρα κοινὴν τὴν μίαν σύνθετον αὐτοῦ ὑπόστασιν· ἡ μὲν θεότης, προαιωνίως καὶ ἀϊδίως· ἡ δὲ ἔμψυχος σὰρξ καὶ νοερὰ, ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ὑπ' αὐτῆς προσληφθεῖσα καὶ ἐν αὐτῇ ὑπάρξασα, καὶ αὐτὴν ἐσχηκυῖα ὑπόστασιν.

7. Aiunt præterea sanctos Patres in Christi mysterio exponendo hominis exemplum adhibuisse : sicut ergo una est hominum natura, sic unam quoque Christi naturam fore.

Sed audiant, velim. Nomen naturæ de specie

ζ'. Ἔτι φασὶν, ὅτι οἱ ἅγιοι Πατέρες τῷ παραδείγματι τοῦ ἀνθρώπου ἐχρήσαντο ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· μία δὲ φύσις τῶν ἀνθρώπων ἐστί· μία τοίνυν καὶ τοῦ Χριστοῦ ἔσται φύσις.

Ἀκουσάτωσαν τοίνυν· Τὸ τῆς φύσεως ὄνομα τέτ-

VARIÆ LECTIONES.

1 Reg. ἡ δὲ ὑπόστασις.

τεται καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους· πάντες μὲν γὰρ [j] οἱ ἄν- A θρωποι λέγονται μιᾶς φύσεως εἶναι, ὡς ὑφ' ἓν εἶδος ταττόμενοι, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος. Οὐ [k] μιᾶς δὲ φύσεως ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς ὢν [l] καὶ σώματος, καὶ ἀόρατος ψυχὴ, τῷ ὁρατῷ σώματι ὁμοούσιος. Ὅταν μὲν οὖν ἄνθρωπος πρὸς ἄνθρωπον συγκρίνηται, ὁμοούσιοι λέγονται, ὡς ὑφ' ἓν εἶδος τελοῦντες, καὶ ὡς ἅπαντες ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συντεθειμένοι, καὶ ὡς ἅπαντες δύο [m] φέροντες φύσεις. Ὅταν δὲ φυσιολογεῖται ὁ ἄνθρωπος, δύο φύσεις ἐπ' αὐτῷ θεωροῦνται· ψυχῆς λέγω καὶ σώματος· ἐν μιᾷ συντεθειμέναι ὑποστάσει. Ἐν γὰρ τῇ συγκρίσει τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα, τίς οὕτως ἀνόητος, ὡς μίαν ἀμφοτέρων φύσιν εἰπεῖν; Ἐπὶ δὲ Χριστοῦ, εἶδος οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ πολλοὶ Χριστοὶ, ἐκ θεότητος καὶ ἀν- B θρωπότητος συγκρινόμενοι, ἵνα πάντες ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ταττόμενοι, μιᾶς λεχθῶσι φύσεως· ἀλλ' εἷς ἐστι Χριστὸς, ἐκ δύο καὶ ἐν δυσὶ γνωριζόμενος φύσεσι. Φησὶ γὰρ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· « Φύσεις μὲν γὰρ δύο, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα· υἱοὶ δὲ οὐ δύο. »

etiam usurpatur: quapropter omnes homines unius esse naturæ dicuntur, ut qui sub una specie, humanitatis scilicet, collocantur. At non perinde unius naturæ est homo, ex corpore et anima constans. Neque invisibilis anima visibili corpori consubstantialis est. Quare cum homo homini comparatur, ejusdem esse naturæ dicuntur; quippe qui sub una specie comprehenduntur, et quia omnes ex anima et corpore concreti sunt. At quando hominis natura physicorum more consideratur, duplex in eo natura perspicitur, puta animæ et corporis, in una hypostasi composita. Quis enim tam rudis fuerit, qui, ubi anima cum corpore confertur, unam amborum esse naturam dicat? Porro Christi nulla est species: neque enim multi Christi sunt ex deitate et humanitate constantes, ut omnes sub eadem specie collocati, unius naturæ dicantur. Quin potius unus est Christus, ex duabus, inque duabus naturis agnoscendus. Gregorius siquidem Theologus ait [a]: « Duæ quidem sunt naturæ, Deus et homo, quemadmodum anima et corpus: at non item duo filii. »

η'. Ἔτι, πῶς μία καὶ αὐτὴ φύσις, τὰς ἐναντίας ἕξει οὐσιώδεις διαφοράς; Εἰ γὰρ τῶν ἐπουσιωδῶν διαφορῶν ἡ οὐσία ἀναμέρος καὶ οὐ [n] κατὰ ταυτόν ἐστι δεκτική· πῶς τῶν οὐσιωδῶν; Δῆλον γὰρ, ὡς ἀδύνατον ἐν τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ τὰς ἐναντίας οὐσιώδεις εὑρεθῆναι διαφοράς· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ οὐσία λογικὴ ἔσται, καὶ ἄλογος· ἢ κτιστὴ καὶ ἄκτιστος. C

8. Ad hæc, quinam fieri potest, ut una eademque natura substantiales differentias habeat, quæ secum invicem pugnent? Nam si accidentalium differentiarum vicissim duntaxat, et non secundum idem, capax sit, quonam pacto substantiales admiserit? Perspicuum est enim fieri non posse ut in una eademque natura differentiæ contrariæ reperiantur· nam alioqui eadem essentia tum rationalis erit, tum rationis expers, creata pariter et increata.

Ἔτι, τὰς οὐσίας αἱ συστατικαὶ τῶν οὐσιῶν διαφοραὶ συνιστῶσι· διὸ καὶ οὐσιώδεις καὶ συστατικαὶ λέγονται, καὶ ἐν ταῖς οὐσίαις ὑφίστανται. Εἰ οὖν τὰς συστατικὰς τῶν οὐσιῶν διαφορὰς ἐπὶ Χριστοῦ ὁμολογεῖτε, ἀνάγκη καὶ τὰς οὐσίας ὁμολογεῖν. Τίνων γὰρ ἔσονται; καὶ μὴ συνιστῶσαι οὐσίας, περιττῶς ἔσονται.

Præterea, differentiæ essentiales essentias constituunt: quapropter, tum essentiales dicuntur, tum constituentes, atque in essentiis subsistunt. Quod si igitur constituentes essentiam differentias in Christo confitemini, essentias quoque confiteri necessarium erit vobis. Quarum enim alioqui forent? ac nisi essentias constituant, frustra utique fuerint.

Ἔτι, εἰ μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ λέγετε, εἴπατε ἡμῖν, ποίᾳ φύσει ὁ Χριστὸς πέπονθεν; Τῇ συνθέτῳ, δῆλον ἐρεῖτε· μίαν δὲ λέγοντες, ἐξ ἀνάγκης αὐτῇ καὶ τὸ πάθος προσάψετε· καὶ ἔσται καθ' ὑμᾶς, καὶ ἡ θεότης D καὶ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ παθητή.

**526** Insuper, si unam duntaxat ex deitate et humanitate naturam Christi esse asseveratis, qua tandem natura passus sit, velim indicetis nobis. Composita, utique dicetis: cumque unam esse statuatis, ipsi quoque perpessionem ex necessitate attribuetis. Igitur ex vestra sententia fiet, ut in Christo tam deitas, quam humanitas passa fuerit.

Ἔτι, εἰ μία φυσις σύνθετός ἐστι τοῦ Χριστοῦ, ἢ παθητὴ ἔσται μόνον, ἢ ἀπαθὴς μόνον, ἢ παθητοαπαθὴς, καὶ κατὰ ταυτὸν παθητὴ καὶ ἀπαθής· ἢ τρεπτή· καὶ ποτὲ μὲν παθητὴ, ποτὲ δὲ ἀπαθής· ἢ μέρος αὐτῆς παθητὸν, καὶ μέρος αὐτῆς ἀπαθές· οἷον οὖν βούλεσθε τῶν ἀσεβειῶν ἕλεσθε. Εἰ γὰρ πα-

Rursumque, si una Christi natura composita est, vel illa passibilis solum est, vel impassibilis tantum, vel simul passibilis et impassibilis, et secundum idem, vel denique pars illius passibilis est, alia impassibili manente. Ex his igitur impietatibus, quam malueritis, eligite. Nam si duntaxat

[a] loc. cit.

VARIÆ LECTIONES.

[j] Mss. μὲν οὖν. [k] Deest οὐ in edit. [l] Deest etiam ὤν. [m] Edit. ἐκ δύο, cod. Soc. Jes. ἐκ δύο φερόμενοι φύσεων. [n] Edit. καὶ οὐκ αὐτῶν.

passibilis est, profecto Christus non est Deus. Si autem tantummodo impassibilis est, Christus homo non fuerit. Quod si modo passibilis, et modo impassibilis, ex suapte natura perpessioni obnoxius non est, neque natura a perpessione liber, sed per accidens. Quod enim a natura insitum est, id non mutatur. Sin autem pars illius passibilis est, et pars impassibilis, atque utrique parti a natura paratum est ut sit hoc quod est, ejusdem naturæ omnino partes non fuerint: atque adeo duplici natura constabit Christus; ut proinde non natura quædam sit, sed hypostasis. Nam fieri non potest, ut eadem natura passibilis sit simul et impassibilis: quippe cum una et eadem essentia essentialium differentiarum, quæ invicem pugnant, neutiquam capax sit.

θνητὴ μόνον, οὐ Θεὸς ὁ Χριστός· εἰ δὲ ἀπαθὴς μόνον, οὐκ ἄνθρωπος ὁ Χριστός. Εἰ δὲ ποτὲ μὲν παθητή, ποτὲ δὲ ἀπαθής, οὐ φύσει ἔσται παθητικὸς [o], οὐδὲ φύσει ἀπαθής, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. Τὸ γὰρ φύσει πεφυκὸς, οὐ μεθίσταται. Εἰ δὲ καὶ μέρος αὐτῆς παθητὸν, καὶ μέρος ἀπαθὲς, φύσει δὲ ἑκάτερόν ἐστιν, τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, οὐ τῆς αὐτῆς ἔσται τὰ μέρη φύσεως· καὶ οὕτω δύο φύσεων ἔσται ὁ Χριστὸς, ὃς οὐ φύσις ἐστὶν, ἀλλ' ὑπόστασις. Τὴν γὰρ αὐτὴν φύσιν παθητὴν, ἅμα καὶ ἀπαθῆ εἶναι, ἀμήχανον· ἅμα γὰρ τῶν ἐναντίων οὐσιωδῶν διαφορῶν δεκτικὴ εἶναι, ἡ μία καὶ αὐτὴ οὐσία οὐ δύναται.

9. Denique hoc nobis velim dicatis, num divinam naturam Christus habeat. Habere profecto dicetis. Sed nunquid et humanam habet? Atque istud omnino fatebimini, nisi aperto capite impietatem ostentare vultis. Divina igitur natura et humana natura, aut una est natura, aut duæ. Si unam dixeritis; Pater ejusdem nobiscum essentiæ erit. Sin autem duæ, et non una; cur ergo, abjecto fastu, ejusque parente diabolo, unum Christum, unum Filium, unum Dominum, unam hypostasim ex duabus naturis, et duas naturas, in duabusque naturis, nobiscum non confitemini? Nam si Christum duas naturas nunquam habuisse pronuntiatis, quid frustra unius ipsum naturæ post unitionem esse dicitis? Sin autem ante unitionem duplicis ipsum naturæ sic concedatis, ut unius duntaxat ipsum post unitionem esse profiteamini; recta prorsus veritatem impugnatis. Nam cum ante unitionem, sive ante divinam incarnationem, unius simplicis naturæ, divinæ scilicet, una esset hypostasis, ne Christus quidem erat, aut dicebatur: nisi forte cum prophetico sermone id prænuntiabatur quod futurum erat. Quamobrem aut duas in Christo naturas prorsus auferte; aut si duas naturas proprias post unitionem Christo attribuere non sustinetis, duplici ipsum constitisse natura dicite, priusquam ex Virgine carnem assumeret. Nos autem non ita sentimus, neque hæc est pars Jacob [r]: sed intra pietatis repagula consistentes, unam ex deitate et humanitate compositam hypostasim dicimus. Nam ipsa antiquior sæculis Dei Verbi hypostasis, in sanctæ et perpetuæ Virginis utero habitando, carnem anima et ratione instructam in eo sumpsit in unitatem personæ, et **527** carni animatæ et rationali facta est hypostasis; atque unus Christus ex perfecta divinitate et humanitate perfecta factus est; unus ipse Dei hominisque Filius, idem ipse unus Dominus; perfectus Deus et perfectus homo; totus Deus, et totus homo, unitis inter se sine confusione, mutatione ac divisione naturis. Sine

θ'. Ἔτι, τοῦτο εἴπατε ἡμῖν· ἔχει θείαν φύσιν ὁ Χριστός; Ναὶ, ἐρεῖτε, πάντως. Ἔχει δὲ καὶ ἀνθρωπίνην; Καὶ τοῦτο οὖν ὁμολογήσετε, εἰ δὴ μὴ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἀσεβεῖν βουληθείητε. Φύσις οὖν θεία καὶ φύσις ἀνθρωπίνη, μία φύσις ἢ δύο; Ἀλλ' εἰ μίαν εἴπητε, ἔσται ὁ Πατὴρ ἡμῖν [p] ὁμοούσιος. Εἰ δὲ δύο καὶ οὐ μία, τί μὴ τὸν τῦφον σὺν τῷ τούτου γεννήτορι, διαβόλῳ φημὶ, μακρὰν ἀποῤῥίψαντες, μεθ' ἡμῶν ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον, μίαν ὑπόστασιν ἐκ δύο φύσεων, καὶ δύο φύσεις, καὶ ἐν δυσὶ φύσεσι, μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογήσητε; Εἰ μὲν γὰρ οὐδέποτε δύο φύσεων τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖτε, τί μάτην μιᾶς αὐτὸν φύσεως μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγετε; Εἰ δὲ πρὸ τῆς ἑνώσεως δύο φύσεων αὐτὸν φάσκοντες, μιᾶς ὁμολογεῖτε μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἄντικρυς ἀπομάχεσθε τῇ ἀληθείᾳ. Πρὸ γὰρ τῆς ἑνώσεως, ἤτοι τῆς θείας σαρκώσεως, μιᾶς φύσεως ἁπλῆς, ἤτοι τῆς θείας, μία τελῶν ὑπόστασις, οὐδὲ Χριστὸς ἦν, οὐδὲ ὠνομάζετο, εἰ μὴ προφητικῷ λόγῳ τὸ μέλλον προεκηρύττετο. Ἢ τοίνυν παντελῶς τὰς δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ἀναιρήσητε, ἢ διφυᾶ πρὸ τῆς ἐκ Παρθένου λέξητε τὸν Χριστὸν σαρκώσεως, μὴ διδόναι αὐτῷ τὰς κυρίως οὔσας αὐτοῦ δύο φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀνεχόμενοι. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω φρονοῦμεν, οὐδ' αὕτη μερὶς τοῦ Ἰακώβ. Ἀλλ' ἐν τοῖς ὅροις τῆς εὐσεβείας ἱστάμενοι, φαμὲν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος μίαν ὑπόστασιν σύνθετον. Αὕτη γὰρ ἡ προαιώνιος τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασις, σκηνώσασα ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας Ἀειπαρθένου, ἐν αὐτῇ ὑπεστήσατο σάρκα ἔμψυχον λογικὴν, αὐτὴ χρηματίσασα τῇ ἐμψύχῳ καὶ λογικῇ σαρκὶ ὑπόστασις· καὶ γέγονεν ἐκ τελείας θεότητος καὶ τελείας ἀνθρωπότητος, εἷς Χριστός· εἷς Υἱὸς ὁ αὐτὸς, Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου· εἷς Κύριος ὁ αὐτός· Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος. Ὅλος Θεὸς καὶ ὅλος ἄνθρωπος· ἀσυγχύτως ἑνωθεισῶν τῶν φύσεων ἀλλήλαις, καὶ ἀτρέπτως, καὶ ἀδιαιρέτως. Ἀσυγχύτως μέν· φυλάττει γὰρ ἑκάστη φύσις τὴν ἑαυτῆς διαφοράν· τὸ ἄκτιστον, ἡ θεότης· τὸ κτιστὸν, ἡ ἀνθρωπότης· τὸ ἀπαθὲς, ἡ θεότης· τὸ παθητὸν, ἡ ἀνθρωπότης, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ἀτρέπτως

[r] Jerem. x, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[o] Edit. παθητή. [p] Edit. ἡμῶν.

δὲ, ὅτι μεμένηκεν ἑκάστη φύσις ἀναλλοίωτος· οὐ A τραπεῖσα εἰς ἑτέραν, οὐδὲ μία σύνθετος χρηματίσασα φύσις, ἀλλὰ δύο ὑπάρχουσαι καὶ διαιωνίζουσαι. Ἀδιαιρέτως δὲ, ὅτι ἥνωνται ἀλλήλαις καθ' ὑπόστασιν, μίαν ἔχουσαι ὑπόστασιν, τὴν προαιώνιον μὲν, ἀσώματον, καὶ ἁπλῆν, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν χρόνων, ἐκ τῆς ἁγίας Ἀειπαρθένου σωματωθεῖσαν ἀμεταβλήτως· ὑπάρχει γὰρ τοῦτο κἀκεῖνο· ἀσώματος μὲν, τῇ ἀνάρχῳ θεότητι· ἐνσώματος δὲ, τῇ ἠργμένῃ, ἤτοι τῇ προσληφθείσῃ σαρκί· αὕτη δέ ἐστιν ὁ προαιώνιος Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ὅς αὐτός τέ ἐστιν ἀσώματος ὡς Θεὸς, καὶ ἐνσώματος, ὡς ἐπ' ἐσχάτων γενόμενος ἄνθρωπος. Ἥνωνται τοίνυν αἱ φύσεις, καθ' ὑπόστασιν μίαν, καὶ περιχωροῦσιν.

confusione quidem : utraque etenim natura differentiam suam conservat : divinitas, ut increata sit; humanitas, ut creata : divinitas ut impassibilis; humanitas, ut pati possit, aliaque id genus. Sine mutatione vero; quia ambæ naturæ variationem nullam admiserunt, adeo ut neutra in alteram conversa sit, nec una composita coaluerit, sed duæ exsistant, atque in æternum maneant. Tandem sine divisione; quippe cum in unitatem personæ conjungantur, unamque habeant hypostasim, illam videlicet quæ cum ante sæcula incorporea ac simplex esset, extremis temporibus ex sancta et perpetua Virgine citra conversionem facta est corporea. Nam et hoc et illud est, id est, incorporea quidem ob divinitatem expertem principii; corporea vero propter carnem assumptam quæ initium habuit. Illa autem est sempiternus Dei Filius et Dei Verbum, qui idem ipse tum corporis expers est uti Deus, tum corpore præditus, in quantum in novissimis diebus factus est homo. Unitæ sunt igitur naturæ in una persona, atque in se invicem immeant.

[1 Ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ παθητὴ οὖσα, τοῦ σώματος B τεμνομένου, αὕτη μὴ τεμνομένη, συναλγεῖ καὶ πάσχει τῷ σώματι· ἡ δὲ θεότης οὐ συνέπασχε τῷ σώματι, ὥστε θεότητα μὲν παθοῦσαν οὐ λέγομεν· οὐδὲ πάλιν Θεὸν διὰ σαρκὸς παθόντα.]

[Quoniam anima, ut quæ pati potest, inciso corpore, etiamsi non incidatur, nihilominus una cum corpore patitur et dolet : verum divinitas simul cum corpore non patiebatur. Atque ea de causa passam esse divinitatem non dicimus, nec rursus Deum passum esse per carnem.]

VARIÆ LECTIONES.

1 Desunt hæc in Regio cod., et inutilia censuit Billius. Spectare videntur ad argumentum 12.

## IN DISSERTATIONEM QUÆ SUBSEQUITUR ADMONITIO.

Combefisius t. II Auctar. Biblioth. PP. Græc. Joannis Damasceni dissertationem *De duabus voluntatibus* edidit cum opusculis aliis ad hæresim Monotheletarum spectantibus. Hujus Græcam dictionem, ut jacet in editione Basileensi anni 1575, contulerat cum Regio cod. 2926; necnon cum duobus aliis, quorum alter est decantatissimus codex sancti Hilarii Pictaviensis, alter recentissimus chartaceus ; qui ambo ex Tiliana quondam bibliotheca in nostram transierunt. Ex duobus hisce codicibus, ac præsertim ex recentiori, vir doctus deprompsit ea omnia, quæ intra textum, sed uncinis clausa, edenda censuit : quæ vero ipse adjectitia ut plurimum esse nullus dubito; quippe quæ in Colbertinis 4780 et 1690 vetustissimis, optimæque notæ, non compareant ; uti nec in antiqua translatione Latina, quam Henricus noster Gravius una cum aliis Damasceni operibus Coloniæ evulgavit. In hac veteri translatione lucubratio ista in varia capita distribuitur.

Singulari ista dissertatione Monophysitas una expugnat auctor cum Monotheletarum reliquiis : quia, ut alibi dictum est, ac theologi omnes norunt, postremæ hujus hæresis progenitores, unius in Christo naturæ assertores erant : quod ut faciliori negotio **528** conficerent, unicam Christo voluntatem et operationem ascripserant; hoc in primis causati, quod ex duplicis operationis confessione, persona duplex, nedum duplex natura, subsequeretur. Joannis nostri Damasceni ævo, Monotheletarum, qui Monophysitæ non essent, sectam ex toto fuisse exstinctam affirmare non ausim : non solum quia initio sæculi octavi Philippicus imperator horum errorem, synodo Constantinopoli coacta anno 712, instaurare curaverat, sed etiam propter Maronitas, quos Eutychius Alexandrinus, aliique Orientales scriptores perhibent, exosos fuisse tam Catholicis, quam Jacobitis : illis quidem propter voluntatis unius et operationis confessionem ; istis vero, quia duas naturas forsitan agnoscebant. Quanquam diximus olim non uno in loco, auctorem opusculi, *De hæreticis qui veniunt ad Ecclesiam*, quod Combefisius, t. II Auctar. edidit, hoc Maronitis attribuere, quod quartam Chalcedonensemve synodum, uti quintam et sextam exhorrerent : insuper Joannem Damascenum eosdem Theopaschitarum atque adeo Monophysitarum hæresis reos peragere. Quidquid id est, ad auctoris etiam nostri ætatem quam proxime accedit Harmasius Monotheleta Alexandrinus, de quo

fit mentio in insigni illa epistola sancti Sophronii ad Sergium CP. interpolatione, quam doctissimus Joannes Cotelerius edidit ex Regio cod. in notis tomi I *Monum. Eccles. Græcæ*, quamque hic denuo Græce Latineque recitare supervacaneum fore non puto. Post hæc itaque sancti patriarchæ Hierosolymitani verba, quæ leguntur t. VI *Concil.* Labb. col. 91: Καὶ τὴν ἀσέβειαν σύστοιχοι, habetur in laudato codice: Πρὸς τούτοις ἀνάθεμα ἔστωσαν καὶ κατάθεμα, Κῦρος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μοιχὸς ἀθεσμότατος, Θεόδωρος Φαρανίτης, Σέργιος Κωνσταντινουπόλεως, Ὀνώριος Ῥώμης, οἱ τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἱρέσεως ἀρχηγοὶ καὶ συνήγοροι· Πύῤῥος, Παῦλος, Πέτρος, οἱ τῆς βασιλίδος πρόεδροι, τῆς ἀσεβείας δὲ πρόβολοι, ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχεσάμενοι· Μακάριος Ἀντιοχείας, καὶ Στέφανος ὁ τούτου μαθητὴς, καὶ ἀπονοίας διδάσκαλος Πολυχρόνιος, νέος Σίμων μάγος· καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν μέχρι νῦν τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, Ἁρμάσιος, τὸ κάθαρμα, οἵ τε σὺν αὐτοῖς αἱρετικοὶ, καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πολέμιοι, Σαρακηνικῷ φρυάγματι σεμνυνόμενοι· *Præter hos anathema sint et catathema Cyrus Alexandrinæ Eclcesiæ scelestissimus adulter, Theodorus Pharanita, Sergius Constantinopolitanus, Honorius Romanus. Monotheletarum hæresis duces et patroni, Pyrrhus, Paulus, Petrus, regiæ quidem urbis antistites, verum impietatis propugnatores; secum et cum veritate pugnantes; Macarius Antiochenus, ejusque discipulus simulque amentiæ magister Stephanus: Polychronius, novus Simon Magus; et qui Alexandriæ adhuc veritatem oppugnat Harmasius piacularis homo, quique cum illis hæretici atque orthodoxæ fidei hostes, Sarracenico fastu elati.* Hoc postremo loco discimus, qui essent Harmasitæ illi, quorum mentio fit in scholio ad Anastasii *Hodegum*, p. 252: Οὕτως ἁρμόσασθε πρὸς αὐτοὺς κατὰ τὸν προκείμενον σκοπὸν, τοὺς μὲν Ἰακωβίτας, περὶ φύσεως· τοὺς δὲ Ἁρμασίτας, περὶ θεανδρικῆς ἐνεργείας· *Sic ad propositum modum finemque agite, contra Jacobitas quidem, de natura: contra Harmasitas vero de operatione theandrica.* Ubi sane puri puti Monotheletæ, a Monophysitis seu Jacobitis, diversi indicantur: qui tamen iidem prorsus non erant ac Maronitæ Libani montis ejusque viciniæ incolæ, qui ea ætate *Mardaitæ* audiisse referuntur. In illo additamento Honorius quidem de more censetur inter Monotheleticæ hæresis patronos et duces. Cæterum Damascenus noster eum omisit in opusculo *De recta sententia*, et in alia fidei Expositione, quam posthac Latine saltem dabimus ex interpretatione Arabica. S. Germanus CP. in synodo centum episcoporum, quam celebravit circa annum 715, anathemati subjecit, Σέργιον, Κῦρον, Πύῤῥον, Πέτρον, Παῦλον, καὶ Ἰωάννην. *Sergium, Cyrum, Pyrrhum, Petrum, Paulum et Joannem*, nuperum scilicet decessorem suum, prætermisso Honorio, ut colligitur ex libello Synodico, syn. 137. Hunc itidem excusatione dignum esse innuit Eutychius Alexand. t. II *Annal.* p. 329 et 330. Ambo utique, quantum capio, propter apologias quas sanctus Maximus pro ejus defensione scripserat.

---

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

# ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΧΡΙΣΤΩ ΔΥΟ ΘΕΛΗΜΑΤΩΝ

### ΚΑΙ ΕΝΕΡΓΕΙΩΝ ΚΑΙ ΛΟΙΠΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΙΔΙΩΜΑΤΩΝ· ΕΞ ΕΠΙΔΡΟΜΗΣ ΔΕ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΔΥΟ ΦΥΣΕΩΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΜΙΑΣ ΥΠΟΣΤΑΣΕΩΣ.

---

## 529 EJUSDEM

# DE DUABUS IN CHRISTO VOLUNTATIBUS

### ET OPERATIONIBUS, DEQUE NATURALIBUS RELIQUIS PROPRIETATIBUS UBI OBITER DE DUABUS NATURIS ET UNA HYPOSTASI.

---

1. Qui duas naturas et unam personam in Domino nostro Jesu Christo esse profitentur, hi certe duplices ac diversas naturarum proprietates naturales, simplices autem illas quæ personæ conveniunt, confiteri debent. Fieri enim non potest, ut natura consistat sine proprietatibus, quæ sunt ipsi A

α'. Οἱ δύο φύσεις καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦντες, διπλᾶ μὲν καὶ διάφορα τὰ τῶν φύσεων φυσικὰ ἰδιώματα συνομολογεῖν ὀφείλουσιν, ἁπλᾶ δὲ τὰ τῆς ὑποστάσεως. Ἀμήχανον γὰρ φύσιν συστῆναι ἐκτὸς τῶν κατ' αὐτὴν [a] φυσικῶν ἰδιωμάτων, συνιστώντων τε

VARIÆ LECTIONES.

[a] Basil. καὶ αὐτῶν.

αὐτὴν, καὶ ἀποδιαιρούντων ἐκ τῶν λοιπῶν φύσεων· ὧν τὸ ἄθροισμα ἐν ἑτέρῳ οὐ θεωρηθήσεται [b] εἴδει. Ἀδύνατον δὲ αὖ πάλιν, τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν [c] μὴ κεχρῆσθαι τοῖς χαρακτηριστικοῖς καὶ συστατικοῖς αὐτῆς, καὶ ἀφοριστικοῖς ἐκ τῶν λοιπῶν [ ὁμοειδῶν [d] ] ὑποστάσεων· τοῖς ὑποστατικοῖς, φημὶ, ἰδιώμασι [e]. Συμβεβηκότα δὲ ταῦτα καὶ ἐπουσιώδη καλεῖν ἔθος τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς, ὧν τὸ ἄθροισμα ἐφ' ἑτέρας ὑποστάσεως θεωρηθῆναι ἀμήχανον. Πᾶσα ὑπόστασις σύνθετος ἐκ διαφόρων φύσεων συντεθειμένη, τὰ φυσικὰ ἰδιώματα τῶν τοιούτων φύσεων κατ' ἀνάγκην ἔχει· κἂν σύγχυσις θεωρῆται [f] ἐν τῇ ἑνώσει. Τὸ γὰρ πῦρ, καὶ τὸ ὕδωρ ἐναντία εἰσὶ παντελῶς· τὸ μὲν γὰρ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ ὕδωρ, ψυχρὸν καὶ ὑγρόν· ἀλλ' ἡνίκα συντεθῇ σῶμα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, τὰς τέσσαρας ἔχει ποιότητας, θερμότητα, καὶ ξηρότητα, καὶ ψυχρότητα, καὶ ὑγρότητα. Εἰ οὖν ἔνθα σύγχυσις θεωρεῖται, ἀνάγκη θεωρεῖσθαι τὰ φυσικὰ ἰδιώματα τῶν συνθέτων [g], πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως.

β'. Φύσις μὲν γὰρ φύσει συγκρίνεται, καὶ φύσεως διαφέρειν λέγεται, ἤτοι εἶδος εἴδους, ταῖς οὐσιώδεσι καὶ φυσικαῖς διαφοραῖς. Ὡσαύτως ὑπόστασις ὁμοειδεῖ ὑποστάσει συγκρίνεται καὶ διαφέρειν τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων λέγεται, τοῖς τῶν ὑποστάσεων χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασιν· οὐ μὴν ὑπόστασις ἑτεροειδεῖ ὑποστάσει συγκρίνεται, ὡς ὑπόστασις. Τὰ γὰρ ὑποστατικὰ τοῦ Πέτρου τυχὸν ἰδιώματα, πρὸς τόνδε τὸν βοῦν συγκρινόμενα, φύσιν μᾶλλον ἀφορίζει, καὶ οὐχ ὑπόστασιν· οὐ γὰρ λέγομεν διαφέρειν τόνδε τὸν ἄνθρωπον τοῦδε τοῦ ἵππου, ὅτι ὁ μὲν φαλακρὸς, ὁ δὲ εὐχαίτης· οὐδὲ ὅτι ὁ μὲν μακρὸς, ὁ δὲ κολοβός· ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν λογικὸς, ὁ δὲ ἄλογος· οὐδὲ ὅτι ὁ μὲν υἱὸς τοῦδε, ὁ δὲ τοῦδε. Εἰ δὲ εἴπομεν, ὅτι ὁ μὲν υἱὸς Νέστορός ἐστιν, ὁ δὲ υἱὸς τοῦδε τοῦ ἵππου· καὶ ὁ μὲν σοφὸς, ὁ δὲ ἄσοφος, φυσικαὶ διαφοραὶ τάττονται. Αἱ γὰρ ὑποστατικαὶ διαφοραὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς ὑποστατικὰς διαφορὰς ἵππων, φυσικαὶ λογίζονται· διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ τοῦ σώματος σχῆμα, καὶ ὁ τῆς ὄψεως, εἴτουν τοῦ προσώπου, χαρακτὴρ, καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν υἱὸν τῆς Παρθένου, πρὸς τὸ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀσχημάτιστον, οὐχ ὑποστάσεών ἐστιν ἀφοριστικὰ, ἀλλὰ διαφόρων φύσεων. Ὅτε γὰρ ἐκ δύο φύσεων μία ὑπόστασις σύνθετος γένηται, ταῦτά τε κἀκεῖνα· τουτέστι τά τε τῆς θείας φύσεως [ φυσικά τε καὶ [h] ] ὑποστατικὰ ἰδιώματα, τά τε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως ὑποστατικὰ γίνεται [i].

γ'. Σοφῶς [j] οὖν ὁ Δημιουργὸς φύσεών τε, τουτέστι τῶν εἰδῶν, πλείστην διαφορὰν ἐποιήσατο, πρὸς ἐν-

naturales, a quibus constituitur, et a cæteris naturis distinguitur: ita ut universæ nunquam in alia specie considerentur. Fieri rursus non potest, ut una et eadem persona designantibus suis constituentibusque, ac discernentibus a cæteris ejusdem speciei personis, proprietatibus personalibus, inquam, careat, quas eruditi accidentia et adventitia vocare solent, quæque universæ in una alia persona nunquam reperiuntur. Natura omnis composita, ex diversis naturis constans, naturarum illarum proprietates necessario complectitur; tametsi confusio in unione occurrat. Quanquam enim ignis et aqua omnino contraria sunt; estque ignis calidus ac siccus; aqua vero frigida et humida: cum tamen conflatur corpus ex quatuor elementis, quatuor habet qualitates, calorem, et siccitatem, et frigus, et humorem. Si igitur ubi confusio perspicitur, naturales rerum ex quibus compositio fit, proprietates perspici necesse est; quanto magis in ea conjunctione quæ confusionis omnis expers est!

2. Enimvero natura cum natura comparatur; atque ab alia natura, id est, species a specie, essentialibus naturalibusque differentiis secerni dicitur. Similiterque hypostasis cum ejusdem generis hypostasi confertur, atque ab ejusdem speciei hypostasibus, per proprietates illas quibus hypostases sigillantur, differre dicitur: haud vero hypostasis, qua hypostasis, cum diversæ speciei hypostasi comparatur. Hypostaticæ enim Petri, v. gr., proprietates, si cum hoc bove conferantur, naturam potius, non hypostasim discernent. Neque enim hunc hominem ab illo equo differre dicimus, quod hic calvus sit, ille bene comatus; nec quod ille magno sit corpore, hic parvo: sed quod ille rationis sit compos, hic expers: neque item quod hic hujus, ille illius sit filius. Sin hunc Nestoris, 530
illum equi filium dicamus: atque alterum quidem sapientem, alterum vero sapientiæ expertem, jam statuuntur naturales differentiæ. Hominum enim singulorum hypostaticæ differentiæ, si cum equorum hypostaticis differentiis comparantur, naturales censentur. Quamobrem etiam in Domino nostro Jesu Christo, si figuram corporis, vultusque aut oris lineamenta, et quod sit Virginis Filius, ad eam rationem referas, qua Dei Filius omnis expers figuræ exsistit, non ad personas, sed ad naturas discernendas hæc pertinebunt. Quod enim ex duabus naturis una composita hypostasis efficiatur, tam hæ, quam illæ, id est, tam divinæ, quam humanæ naturæ, naturales pariter et personales proprietates, unius ac ejusdem personæ fiunt proprietates hypostaticæ.

3. Sapienter igitur universi Conditor plurimas naturarum specierumve differentias procreavit ut

VARIÆ LECTIONES.

[b] Nostri 2 ἐν οὐθετέρῳ ῥηθήσεται. [c] Reg. διαφέρειν. Noster chartac. διαφέρειν αὐτοῖς τοῖς. [d] Hanc vocem in solis codicibus nostris reperi. [e] In N. chart. additur ὑποστῆναι. [f] Basil. καὶ θεωρεῖται. Colb. θεωρεῖτο. [g] Lege συντεθέντων, ut versus finem dissertationis, et sensus postulat. [h] Hæc cod. S. Hil. [i] Deest in Basil. [j] Basil. Colb. 1 σοφός.

tum sapientiæ, tum potentiæ suæ divitias ostenderet; quo injecta sui admiratione, desiderabilis amplius fieret; desideratus cogitaretur, et cogitatus intellectusque, ad divinam similitudinem transferret animal, quod mentis et rationis est particeps [1]; cujus gratia multitudinem specierum fabricatus est: « Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur [2]. » Et: « A specie creaturarum per proportionem Creator comprehendi potest [3]. » Rursus vero in unaquaque specie hypostasium, cum differentiam, tum earum inter se convenientiam fecit: ita tamen ut convenientia quidem sit naturarum; quia hypostases omnes, quæ eidem speciei subjiciuntur, naturæ ratione cohærent: hypostasium vero differentia, eo quod propter impressas quasdam proprietates inter se discrepant. Quoniam enim solitudo quidpiam est a consortio abhorrens et morosum; societas autem cum ejusdem naturæ rebus, dulce quiddam ac suave: quia omne animal diligit sui simile [4]; eam ob causam, prima hæc et sola beata, principio carens, atque immortalis natura, in tribus personis conspicitur. Ait enim subsistens Sapientia: « Ego sum, qua oblectabatur [5]; » nempe Deus et Pater, quamobrem non in singulis modo angelicarum virtutum ordinibus hypostases varias condidit, verum etiam in quacunque specie: uti naturæ communione consociatæ, invicem gauderent, ac naturali devinctæ consuetudine, mutuam sui curam gererent, amica erga se invicem necessitudine. Hypostasium autem differentia, quod cujusque est discernit, tum generis ratione, tum possessionis et rei: ut quisque quod suum est dignoscens, ejus curam agat, nec rem alienam uti suam invadat; et ut cujusque exstantia definiatur et innotescat. Operæ igitur pretium sit, ut qui de re aliqua moturus est quæstionem, primum cognoscat, quid illa sit; tumque sitne unum, an duo, exquirat. Hoc autem dico de Domini nostri Jesu Christi voluntatibus et operationibus, **531** necnon de proprietatibus reliquis, de quibus hic nobis quæritur. Quod ut fiat planius, dicamus primo quid naturam inter et personam intersit; tuncque liquido cognoscemus, quænam naturæ, ac quænam hypostasis proprietates constituentes sint, ac tum demum, num ea, quæ in Domino nostro Jesu Christo exsistunt, simplicia sint, an duplicia, considerabimus.

δειξιν τοῦ πλούτου τῆς αὐτοῦ σοφίας τε καὶ δυνάμεως· ὡς ἂν θαυμαζόμενος ποθοῖτο πλέον· ποθούμενος δὲ νοοῖτο [k]· νοούμενος δὲ, θεοειδὲς ἀπεργάζοιτο τὸ νοερὸν ζῶον καὶ λογικόν· δι' ὃ καὶ τὰ πλήθη τῶν εἰδῶν ἐτεκτήνατο· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· » καὶ, « Ἐκ καλλονῆς [l] κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς καταλαμβάνεται. » Ὑποστάσεων δὲ πάλιν καθ' ἕκαστον εἶδος διαφοράν τε καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλας συνάφειαν ἐποιήσατο· συνάφειαν μὲν φυσικήν· πᾶσαι γὰρ αἱ ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ὑποστάσεις, τῷ λόγῳ τῆς φύσεως ἥνωνται· διαφορὰν δὲ ὑποστατικήν· διακέκριται γὰρ ἀλλήλων χαρακτηριστικοῖς τισιν ἰδιώμασιν· ἐπειδὴ γὰρ τὸ μοναδικὸν [m], ἀκοινώνητον καὶ ἀμείλικτον, ἡ δὲ πρὸς τὰ ὁμοειδῆ κοινωνία ἡδὺ καὶ μειλίχιον· [πᾶν γὰρ ζῶον τὸ ὅμοιον ἀγαπᾷ·] καὶ αὕτη πρώτη ἡ [μόνη] μακαρία, καὶ ἄναρχος καὶ ἀνώλεθρος φύσις, τρισὶν ὑποστάσεσιν ἐνθεωρεῖται· φησὶ γὰρ ἡ ἐνυπόστατος σοφία· « Ἐγώ εἰμι ᾗ προσέχαιρεν· » ὁ Πατὴρ καὶ Θεὸς δηλαδή· διὰ τοῦτο καθ' ἕκαστον τάγμα τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων διαφόρους ὑποστάσεις ἐδημιούργησεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος, ὡς ἂν κοινωνοῦντες ἀλλήλοις φύσεως [n], χαρεῖεν ἐν ἀλλήλοις· καὶ φυσικῇ σχέσει συναπτόμενοι, ἀλλήλων κήδοιντο καὶ φιλικῶς πρὸς ἀλλήλους [o] διάκοιντο. Ἡ δὲ τῶν ὑποστάσεων διαφορὰ, τὸ οἰκεῖον διακρίνει τοῦ ἀλλοτρίου [οὐ [p]] κατὰ γένος καὶ κτῆμα· ὡς ἂν ἕκαστος τὸ οἰκεῖον ἐπιγινώσκων φροντίζοι, καὶ μὴ ἐπιβαίνοι ὡς οἰκείῳ, τῷ ἀλλοτρίῳ· καὶ ὡς ἂν ἡ ἑκάστου ὕπαρξις γνωρίζοιτο. Χρὴ τοιγαροῦν τὸν περί τινος ποιούμενον ζήτησιν εἰδέναι πρῶτον [q], τί ἐστιν· εἶθ' οὕτως, εἰ ἓν ἢ δύο εἰσί. Τοῦτο δέ φημι περὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ζητουμένων, καὶ θελημάτων, καὶ ἐνεργειῶν, καὶ λοιπῶν ἰδιωμάτων. Ἀλλ' ἵνα τοῦτο σαφέστερον γένηται, εἴπωμεν πρῶτον τί διαφέρει φύσις ὑποστάσεως· καὶ τότε ἀριδήλως [r] γνωσόμεθα, τά τε συστατικὰ τῆς φύσεως, καὶ τὰ τῆς ὑποστάσεως ἰδιώματα. Καὶ εἶτα σκεψόμεθα, περὶ τῶν ἐν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, εἴτε ἁπλᾶ εἴη, εἴτε διπλᾶ.

4. Natura quidem, secundum sanctos Patres, commune quiddam est et indefinitum; sive species specialissima; puta homo, bellua, volucre, equus, bos, canis: hypostasis autem quiddam est

δ'. Φύσις μὲν οὖν ἐστι κατὰ τοὺς ἁγίους εἰπεῖν Πατέρας, τὸ κοινὸν καὶ ἀόριστον· ἤτοι τὸ εἰδικώτατον εἶδος· οἷον, ἄνθρωπος, θηρίον, ζῶον, πτηνὸν, ἵππος, βοῦς, [κύων.] Ὑπόστασις [s] δὲ, τὸ μερικὸν,

[1] Vide Greg. orat. 34, p. 543. [2] Rom. I, 20. [3] Sap. XIII, 5. [4] Lib. I *Rhet.*, et VIII et X *Moral.* [5] Prov. VIII, 30.

## VARIÆ LECTIONES.

[k] Edit. ἐνοῖτο. Vetus interpr. *desideratus* uniatur. [l] Reg. ἐκ καλλονῆς καὶ μεγέθους. Sap. XIII, 5 ἐκ μεγέθους καλλονῆς. [m] In Nostro additur τουτέστι τοῖς συμβεβηκόσι. Quod esse Scholium autumo. [n] Ambo Nostri κοινωνῶσι, καὶ φυσικῇ σχέσει συναπτόμενοι ἀλλήλοις βοηθῶσι, καὶ φροντίζωσιν. Ἡ δὲ τῶν. [o] Basil. πρὸς ἀλλήλων. Colb. 1 ἀλλήλοις. [p] Soli Nostri negationem οὐ habent. Combefisius legendum putat οὐ κατὰ γένος, καὶ κατὰ κτῆμα, vel ἀλλὰ κατὰ κτῆμα. Annon vero auctor significat discrimen esse personarum, ut quælibet idquod sibi ex genere, seu ortu proprium est, possideat. [q] Nostri: πρότερον. [r] Nostri φανερῶς, expositio est vocis, ἀριδήλως. [s] Reg. et Colbertini cum Basil. ὑπόστασιν. Vetus interpr. *hypostasin*.

καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφεστὸς, οὐσία τις μετὰ συμβεβηκό- A των, τὴν καθ' αὐτὸ ὕπαρξιν, ἰδιαιρέτως καὶ ἀποτετμημένως τῶν λοιπῶν ὑποστάσεων, ἐνεργείᾳ καὶ πράγματι, κληρωσαμένη· τὸ κοινωνοῦν μὲν τοῖς ὁμοειδέσιν ἀτόμοις τῷ λόγῳ τῆς φύσεως· συμβεβηκόσι δέ τισι καὶ χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι τὴν πρὸς τὸ ὁμοφυές τε καὶ ὁμοειδὲς ἄτομον, ἔχον διαφοράν. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, φύσις ἐστὶ τὸ κοινόν· οἷον ἡ ἀνθρωπότης [t]. Ὁ Πέτρος γὰρ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ὁ Παῦλος, καὶ οἱ λοιποὶ κατὰ μέρος ἄνθρωποι. Ὑπόστασις δὲ, τὸ μερικόν· ὁ δεῖνα. Ὁ Πέτρος ὑπόστασίς ἐστι, καὶ ὁ Παῦλος ἄλλη ὑπόστασις. Οὐκέτι δὲ ὁ Πέτρος φύσις [ἄλλη] καὶ ὁ Παῦλος ἄλλη φύσις· ἀλλ' ὁ Πέτρος ὑπόστασις, ἔχων τελείαν τὴν αὐτὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος, διὸ καὶ τέλειός ἐστιν ἄνθρωπος. Καὶ ὁ Παῦλος ἄλλη ὑπόστασίς B ἐστιν, ἔχων τελείαν τὴν αὐτὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος· καὶ τὴν μὲν φύσιν τὴν αὐτὴν τελείαν ἔχει ἑκάστη ἀνθρώπων ὑπόστασις, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ὑπόστασιν [u]. Οὐδὲ γὰρ μίαν ὑπόστασιν ἔχουσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Ἄλλος γάρ ἐστιν ὁ Πέτρος, καὶ ἄλλος ὁ Παῦλος. Ἄλλη ὑπόστασις καὶ ἄλλη· οὐκ ἄλλη δὲ φύσις ὁ Παῦλος, καὶ ἄλλη ὁ Πέτρος· πάντες γὰρ οἱ ἄνθρωποι μιᾶς φύσεώς εἰσιν [οὐχὶ δὲ ὑποστάσεως. Ὁμοίως καὶ ὁ ἵππος, ὁ λευκὸς, καὶ ὁ ὀξύς· ὡσαύτως καὶ ὁ βοῦς ὁ μονόκερως, καὶ ὁ κύων ὁ μικρὸς, καὶ ὁ λέων ὁ χωλός.] Καὶ ταῦτα μὲν περὶ φύσεως καὶ ὑποστάσεως πρὸς τὸ παρόν. Εἴπωμεν δὲ καὶ τί ἐστι φυσικὸν ἰδίωμα, καὶ τί ἐστιν ὑποστατικὸν ἰδίωμα, καὶ τὴν τούτων διαφοράν. C

ε'. Φυσικὸν μὲν οὖν ἰδίωμά ἐστι, τὸ τὴν φύσιν συνιστῶν, οὗ χωρὶς οὐ δύναται συστῆναι ἡ φύσις, ἧς ὑπάρχει ἰδίωμα· οἷον τὸ ζωτικὸν, τὸ λογικὸν [v], τὸ θελητικὸν, τὸ αἰσθητικὸν, τὸ βαδιστικὸν, τὸ ἀναπνευστικὸν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὁ γὰρ μὴ λογιζόμενος, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. Οὐκ ἐγένετο γὰρ ἄνθρωπος μὴ λογιζόμενος, εἴτε καλῶς, εἴτε κακῶς. Ὁμοίως οὐδὲ ὁ μὴ αἰσθανόμενος, μηδὲ βαδίζων, μηδὲ ἀναπνέων. Φυσικὸν οὖν ἰδίωμά ἐστι τὸ συνιστῶν τὴν φύσιν, καὶ χωρίζον εἶδος ἀπὸ εἴδους, τουτέστι φύσιν ἀπὸ ἄλλης φύσεως, καὶ ἐν ἑκάστῃ ὑποστάσει τοῦ αὐτοῦ εἴδους θεωρούμενον· οἷον τὸ λογικόν. Συνιστᾷ γὰρ τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, ὡς ἐν τῷ ὅρῳ αὐτοῦ λαμβανόμενον. Ἄνθρωπος γάρ ἐστι, ζῶον λογικὸν θνητόν· καὶ χωρίζει τὸ λογικὸν, D τὸν ἄνθρωπον ἐκ πάντων τῶν ἀλόγων· καὶ γὰρ πᾶς ἄνθρωπος λογικός ἐστιν. Ὁ γὰρ μὴ ὢν λογικὸς οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος· ἀδύνατον γὰρ ἄνθρωπον μὴ εἶναι ζῶον λογικὸν θνητόν.

ς'. Ὑποστατικὸν δὲ ἰδίωμα, τὸ χωρίζον ὑπόστασιν ἀπὸ ἄλλης ὑποστάσεως· οἷον, τὸ σιμὸν, τὸ λευκὸν, τὸ μέλαν, τὸ φαλακρὸν καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐ γὰρ

A singulare per se consistens; nimirum substantia quædam instructa suis accidentibus, quæ suam per se, proprie, ac seorsim a reliquis hypostasibus, actu ac reipsa sortita sit exsistentiam: ut quidem naturæ ratione, cum ejusdem naturæ individuis communionem habeat; quibusdam vero accidentibus proprietatibusque quibus sigillatur, ab ejusdem naturæ et speciei individuis differat. Quin etiam, ut uno verbo dicam, natura est illud quod commune est, ut humanitas. Petrus enim homo est, et Paulus, ac reliqui singuli homines. Hypostasis vero, quod est singulare, ut hic et ille. Petrus hypostasis est, ac Paulus alia hypostasis: non item Petrus alia natura est, ac Paulus alia: sed Petrus est hypostasis, perfectam habens na- B turam humanitatis, atque adeo est perfectus homo. Itemque Paulus alia est hypostasis, eamdem ipsam habens perfectam humanitatis naturam. Ac eamdem quidem perfectam naturam habet unaquæque humana hypostasis: non autem universi homines eamdem hypostasim habent. Alius enim est Petrus, et alius Paulus; alia atque alia ambo hypostasis: haud vero alia Paulus natura est, ac alia Petrus. Omnes enim homines unius naturæ sunt; at non item unius hypostasis. Simili quoque ratione equus albus aut velox; bos unicornis; canis item parvus, ac leo claudus. Atque hæc quidem de natura et hypostasi: modo dicendum, quid naturæ, quidve personæ proprietas sit, C quidve inter ea discriminis intersit.

5. Naturæ quidem proprietas est id quod constituit naturam, sine quo natura cujus est proprietas, constare non potest: ut vita, ratio, voluntas, sensus, incessus, respiratio in homine, ac similia. Quod enim ratione non utitur, homo non est. Nec enim fuerit homo, qui non ea bene utatur, aut male: neque etiam ille, qui non sentiat, non incedat, non respiret. Naturæ igitur proprietas est, quod constituit naturam, speciemque a specie secernit; hoc est naturam unam ab alia natura: quod item in qualibet ejusdem speciei hypostasi perspicitur, ut rationale. Efficit enim hominis naturam, cum in ejus definitione sumatur. Est enim homo animal rationale mortale: D discernitque rationale hominem ab omnibus quæ rationis expertia sunt. Omnis enim homo rationis est particeps. Neque enim qui rationis particeps non est, **532** is est homo. Quippe fieri non potest, ut homo non sit animal rationale mortale.

6. Hypostatica autem proprietas est, quod hypostasim ab hypostasi alia secernit; ut puta simitas, candor, atror, calvitium, et hujusmodi. Neque

VARIÆ LECTIONES.

[t] In cod. S. Hil. Σχόλ. Ὑπόστασίς ἐστι, κατὰ τοὺς φιλοσόφους, ἰδιωμάτων συναγωγή· κατὰ δὲ τοὺς Πατέρας, ὁ καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον (lege ἄνθρωπος) προσωπικῶς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀφοριζόμενος. Schol. *Hypostasis est, uti quidem censent philosophi, proprietatum collectio; ut autem Patres, quisque homo personaliter discretus ab hominibus aliis.* [u] Nostri ὑπόστασιν μίαν ἔχουσι, πάντες δέ, sicque edidit Combefis. [v] Noster 1. λογικόν. Sicque emendatum reperi in Colb. 4780; cod. S. Hil. πολιτικόν.

enim omnes homines pressis sunt naribus; sed alius est pressis, alius aduncis, alius recte compositis: nec omnis homo est albus; sed hic albus, ille niger, alter triticeo colore ac utroque temperatus: nec omnis calvus; sed unus calvus, alter comatus, sive capillorum multitudine ornatus. Atque, ut summa dicam, in natura humana, omnia quæ fuerunt a conditore Deo quibusque hominibus concessa, naturæ proprietates sunt, velut et sanctis Patribus visum est, ac vera ratio suadet; quæ nimirum constitutionis sunt ac distinctionis.

A πᾶς ἄνθρωπος σιμός· ἀλλ' ὁ μὲν σιμὸς, ὁ δὲ γρυπὸς, ὁ δὲ εὔρινος. Οὔτε πᾶς ἄνθρωπος λευκός· ἀλλ' ὁ μὲν λευκὸς, ὁ δὲ μέλας, ὁ δὲ σιτόχρους· οὐδὲ πᾶς ἄνθρωπος φαλακρός· ἀλλ' ὁ μὲν φαλακρὸς, ὁ δὲ κομήτης· τουτέστι δασύθριξ. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὅσα πάντες οἱ ἄνθρωποι ἔχουσιν ἐκ τοῦ Δημιουργοῦ δοθέντα, φυσικά εἰσιν ἰδιώματα, κατὰ τοὺς ἁγίους Πατέρας, καὶ τὸν ἀληθῆ λόγον· τά τε τῆς πλάσεως, καὶ τὰ τῆς κατακρίσεως [x].

7. Natura siquidem vis est divino jussu speciei cuique concessa, pro cujus ratione comparata est agere et pati. Quamobrem habere oculos et nares, membraque reliqua, hoc naturæ est. Qui enim uno horum aliquo privatus est, is haudquaquam homo est perfectus. Eorum autem differentia ad hypostasim spectat. Puta aspectus et videre naturæ sunt; diversitas autem aspectus, id est valentis et imbecilli, penes hypostasim est. Cibi appetitus et comestio sunt naturæ; diversorum autem ciborum cupiditas, cupiditas item vel intensa vel remissa, ad hypostasim pertinent. Voluntas ac velle, est quid naturæ: diversa quidem voluntas, diversisque modis velle, hypostasis est. Si qua porro ejusdem speciei hypostases habent, ac quædam non habent, ea hypostaticæ proprietates sunt.

B Φύσις γάρ ἐστι δύναμις, ἐκ θείου προστάγματος δοθεῖσα ἑκάστῳ εἴδει, καθ' ἣν ἐνεργεῖν καὶ πάσχειν πέφυκεν. Ὥστε τὸ μὲν ἔχειν ὀφθαλμοὺς, καὶ ῥῖνας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μελῶν, φυσικόν ἐστιν. Ὁ γὰρ ἑνὸς τούτων ἐστερημένος, οὐκ ἔστι τέλειος ἄνθρωπος. Ἡ δὲ τούτων διαφορὰ, ὑποστατική· ἡ ὅρασις, καὶ τὸ ὁρᾷν, φυσικόν· ἡ δὲ διάφορος ὅρασις, τουτέστιν ἡ καλὴ καὶ ἡ κακὴ, ὑποστατική ἐστιν. Ἐπιθυμία τῆς βρώσεως, καὶ αὐτὴ ἡ βρῶσις, φυσική ἐστιν· ἡ δὲ τῶν διαφόρων βρωμάτων ἐπιθυμία, καὶ ἡ διάφορος ἐπιθυμία, ἡ ἐπιτεταμένη τε καὶ ἀνειμένη, ὑποστατική· ἡ θέλησις καὶ τὸ θέλειν, φυσικόν· ἡ δὲ διάφορος θέλησις, καὶ τὸ διαφόρως θέλειν, ὑποστατικόν [y]. Ὅσα δὲ τινὲς ἔχουσι τῶν ὁμοειδῶν ὑποστάσεων, τινὲς δὲ οὐκ ἔχουσιν, ὑποστατικά εἰσιν C ἰδιώματα.

8. Itaque scire convenit humanam omnem hypostasim habere ut sit; utque ex nihilo a Conditore rerum producta sit; hoc est ut ait aliquid creatum: ut vita, facultate agendi, sentiendi, intelligendi, ratione, et appetitu, seu voluntate præditum sit: ut ex essentia et accidentibus consistat. Hæc igitur essentialia sunt ac naturalia: eorum vero peculiaris ac diversus motus, hypostatica differentia est. Eamdem naturam designat horum participatio: exsistendi autem modus, et cujusque discreta seorsim ac propria per se subsistentia et compactio, peculiarisque ac proprius modus et motus, diversusque naturalium usus, discretas ostendit hypostases, et facit ut multi homines dicantur. Atque adeo *, quandoquidem in Patre et Filio et Spiritu sancto exsistantia diversa est, tres sunt hypostases: quod vero quæque illarum, non seorsim ac separatim velit et operetur, sed conjunctim, unaque ratione, ideo non tres dei sunt, sed unus Deus. His ita statutis, videamus, num in Christo duæ sint naturæ; tumque sciemus, num duplices habeat naturæ proprietates. Natura enim sine suis naturalibus ac constituentibus proprietatibus constare non potest.

ζ'. Εἰδέναι τοίνυν χρὴ, ὅτι πᾶσα ἀνθρώπων ὑπόστασις, ἔχει τό τε εἶναι, καὶ τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ παρῆχθαι· τουτέστι τὸ κτιστὸν, τό τε ζωτικὸν, καὶ ἐνεργητικὸν, καὶ αἰσθητικὸν, καὶ νοερὸν, καὶ λογικὸν [z], καὶ ὀρεκτικὸν, τουτέστι θελητικόν· καὶ τὸ ἐξ οὐσίας [a] καὶ συμβεβηκότων ὑφίστασθαι· ταῦτα οὖν οὐσιώδη εἰσὶ καὶ φυσικά. Ἡ δὲ τούτων ἰδιότροπος καὶ ἰδιαίρετος κίνησις, ὑποστατικὴ διαφορά. Τὸ μὲν γὰρ μετέχειν τούτων, τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως παρίστησιν. Ὁ δὲ τρόπος τῆς ὑπάρξεως, καὶ ἡ ἀποτετμημένη [b], καὶ ἰδιοσύστατος ὑπόστασις, καὶ σύμπηξις ἑκάστου, καὶ ἡ ἰδιότροπος καὶ ἰδιοκίνητος καὶ ἡ διάφορος τῶν D φυσικῶν χρῆσις, ἀποτετμημένας τὰς ὑποστάσεις δείκνυσι, καὶ πολλοὺς λέγεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖ. Ὥστε ἐπὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἐπειδὴ μὲν διάφορος ἡ ἑκάστου ὕπαρξις, τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἰδιοτρόπως, οὐδὲ ἀδιαιρέτως, καὶ ἀποτετμημένως ἑκάστη θέλει καὶ ἐνεργεῖ, ἀλλ' ἑνιαίως, οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλ' εἷς Θεός· τούτων οὕτως εἰρημένων, ἴδωμεν εἰ δύο φύσεις εἰσὶν ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ οὕτω γνωσόμεθα, εἰ διπλᾶ ἔχει τὰ φυσικὰ ἰδιώματα· ἀδύνατον γὰρ φύσιν συστῆναι ἐκτὸς τῶν φυσικῶν καὶ συστατικῶν αὐτῆς ἰδιωμάτων.

* Greg. orat. 29, ac passim alibi.

## VARIÆ LECTIONES.

[x] Reg. τῆς κράσεως. [y] Hæc habent codd. mss. [z] Mss. λογιστικόν. [a] Basil. ἐξ οὐσιῶν. [b] Edit. ὑποτετμημένη. Vid. Petav. t. IV Theol. dogm. lib. v, c. 7, n. 5.

η'. Τέλειος Θεὸς ὁ Χριστὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος, A καὶ μετὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν τῶν φύσεων ἕνωσιν; τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι; Ναὶ πάντως. Θεότης δὲ καὶ ἀνθρωπότης, μία φύσις, ἢ δύο; Δύο ὡς ἀληθῶς· ἄλλη γὰρ φύσις θεότητος, καὶ ἄλλη φύσις ἀνθρωπότητος. Οὐκοῦν δύο φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ἐν δύο φύσεσιν ὁ Χριστὸς, εἴπερ Θεός ἐστι τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος.

8. Christusne Deus perfectus est, ac perfectus homo, post ipsam quoque naturarum unitionem: perfectus in deitate ac perfectus in humanitate?
533 Sic plane. Deitas autem et humanitas, una natura, an duæ? Duæ revera. Alia namque est deitatis natura, et alia natura humanitatis. Ergo duæ sunt in Christo naturæ estque Christus in duabus naturis; siquidem perfectus Deus et homo perfectus exsistat.

Καὶ πάλιν· Ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν; Πάντως. Διά τί ἐκ δύο; Ὅτι ἐκ θεότητός ἐστι καὶ ἀνθρωπότητος. Τί γάρ; τὸ εἰπεῖν θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, δύο φύσεις παριστᾷ; Πάντως· οὐ γὰρ μία φύσις θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος.

Præterea: Christumne ex duabus naturis confitemur? Utique. Quorsum ex duabus? Quia ex deitate et humanitate. Quid enimvero? voces illæ, deitas, et humanitas, naturas duas exhibent? Plane: non enim est una natura deitatis et humanitatis.

Εἶτα· Ὁμολογοῦμεν τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν B ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι; Πάντως. Οὐκοῦν εἰ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι ὁμολογοῦμεν αὐτόν· θεότης δὲ καὶ ἀνθρωπότης δύο φύσεις, καὶ οὐ μία· ἐν δυσὶ φύσεσιν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν.

Tum vero. Nunquid Christum confitemur post unitionem in deitate et humanitate exsistere? Omnino. Ergo cum post unitionem in deitate et humanitate ipsum confiteamur, sintque deitas ac humanitas duæ naturæ, non una; in duabus ipsum naturis confitemur.

Καὶ πάλιν· Εἰ ἔχει ὁ Χριστὸς [e] τὴν φύσιν τοῦ Πατρὸς, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν τελείαν καὶ ἀνελλιπῆ, ἄτρεπτον καὶ ἀσύγχυτον παντὶ τρόπῳ, ἔχει καὶ τὴν φύσιν τῆς μητρὸς, τουτέστι τὴν φύσιν τοῦ Ἀδὰμ, τελείαν, ἀνελλιπῆ, ἄτρεπτον καὶ ἀσύγχυτον, ἐκ παντὸς ἡ φύσις τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ φύσις τῆς ἁγίας Παρθένου, μία, ἢ δύο; Πάντως δύο. Οὐκοῦν δύο φύσεις ἐν Χριστῷ μετὰ τὴν ἕνωσιν. Πρὸ γὰρ τῆς ἑνώσεως, οὐ δύο φύσεις ἐν τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἀλλὰ C μία, ἡ τοῦ Πατρός· ἀδύνατον δὲ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν κτιστὴν εἶναι καὶ ἄκτιστον· ἠργμένην καὶ ἄναρχον· παθητὴν καὶ ἀπαθῆ. Εἰ γὰρ ἤρξατο, οὐκ ἄναρχος. Καὶ εἰ ἄκτιστος, οὐκ ἐκτίσθη. Ὥστε οὐ μία φύσις ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ μία ὑπόστασις, δύο φύσεις [φέρουσα, ἤτοι] ἔχουσα, μίαν ἄκτιστον, καὶ κτιστὴν μίαν· μίαν ἄναρχον, καὶ ἄλλην ἠργμένην.

Ad hæc. Cum Christus, etiam post unitionem, paternam naturam perfectam sine ullo defectu, immutabilemque et omnis prorsus confusionis expertem habeat; habeatque nihilominus maternam, Adami scilicet, naturam perfectam, cui nihil desit, inconvertibilemque et inconfusam: Dei ac Patris natura, ac natura sanctæ Virginis, unane omnino sunt natura, an duæ? Plane duæ. Sunt ergo duæ naturæ in Christo post unitionem. Nam ante unitionem non duæ sunt naturæ in Deo Verbo, sed una, nempe Patris. Porro fieri nequit ut una ac eadem natura creata sit et increata; inceperitque, ac sit initii expers; sit passibilis, et a passione immunis. Nam si cœpit, non caret principio: ac si est increata, creata non fuit. Itaque Christus non una natura est, sed una persona quæ duas sustinet, sive habet, naturas; unam increatam et creatam aliam; unam expertem initii, alteram quæ initium agnoscat.

Καὶ πάλιν· Εἰ ἐκ διαφόρων φύσεων συντεθειμένη ἡ φύσις, οὐδεμιᾷ αὐτῶν ἐστιν ὁμοούσιος. Ἡ μὲν γὰρ ἑκάστη [d] τὸν ἑαυτῆς ὅρον ἔχει μόνον· ἡ δὲ σύνθετος, ἄλλον ὅρον ἔχει σύνθετον. Ἀδύνατον δὲ τὰ ἕτερον καὶ ἕτερον ὅρον δεχόμενα, ὁμοούσια εἶναι. Εἰ D οὖν μία φύσις ὁ Χριστὸς, πῶς τῷ Πατρὶ ἔσται ὁμοούσιος, καὶ τῇ Μητρί; ὁ μὲν γὰρ, Θεός· ἡ δὲ, ἄνθρωπος. Θεὸς δὲ [e] καὶ ἄνθρωπος οὐ μία φύσις· οὐ γὰρ εἷς ὅρος θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος. Ὁ μὲν γὰρ κτίστης, ὁ δὲ κτίσμα.

Rursus vero: Si natura ex diversis naturis composita est, neutri illarum consubstantialis est. Quævis enim natura simplex, suam duntaxat definitionem habet: composita vero, compositam aliam definitionem habet. Fieri autem non potest, ut quæ aliam et aliam definitionem admittunt, ejusdem essentiæ sint: Si igitur una natura Christus est, quinam possit ejusdem eum esse substantiæ cum Patre et matre? quippe cum ille Deus sit; hæc homo: Deus autem et homo, non sint eadem natura?. Non ergo eadem definitio est deitatis et humanitatis. Est enim Deus, creator homo, creatura.

Καὶ πάλιν· Μία καὶ ἡ αὐτὴ φύσις ἑτεροουσίοις ὁμοούσιος εἶναι [f] οὐ δύναται. Καὶ πάλιν· φύσις φύ-

Præterea, una eademque natura nequit esse diversæ ac ejusdem substantiæ; nec rursus natura

VARIÆ LECTIONES.

[c] Basil. ὁ Θεός, male. [d] Ambo nostri ἁπλῆ; at in recentiori γρ. ἑκάστη· leg. ἁπλῆ ἑκάστη. [e] Desunt hæc duo verba in Basil. Petav. t. IV Theol. dogm. cap. 9, n. 5. Supplendum putarat Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου οὐ μία φύσις. [f] Noster ? ἑτεροούσιος καὶ ὁμοούσιος εἶναι. quem sequor cum Combefisio.

consubstantialis esse naturæ; neque hypostasis unius naturæ, ejusdem substantiæ est cum hypostasibus diversæ substantiæ. Si ergo Christus una natura est post unitionem; quomodo ejusdem substantiæ erit cum Patre et matre, qui sunt diversæ substantiæ?

Ad hæc : si una Christi natura est post unitionem, **534** quomodo nominatur? Christitas? illa nempe, ut sic dicam, Deo-humanitas. A qua enim natura? Utique, cum una sit, una illa ejus natura passus est. Ergo ejus Deo-humanitas, quæ passa est; passibilisque in Christo est deitas.

Rursum : Passusne est Christus? utique. Ejusne passa deitas; an humanitas? utra natura? Humana certe. Ejusne divinitas remansit impassibilis? Ita plane. Ejus natura quæ passa est, et quæ passa non est, eademne, an alia et alia natura? Alia prorsus et alia. Quod si alia et alia; quomodo una, quæ sunt duæ? Ast duæ quidem naturæ, non una natura sunt, sed una hypostasis: duæ vero naturæ; altera passibilis, et impassibilis altera; atque hoc modo recte procedet disputatio.

9. Quod autem una etiam sit Christi hypostasis, non duæ, hinc cognosci potest. Unusne Filius Christus est, an duo? Unus certe. Qui autem duæ hypostases, si Filius unus est? si duæ sunt hypostases, alius profecto atque alius est; ac vel erunt duo Christi; vel erit alter Christus, alter Deus Verbum; ac non jam unus Filius.

Præterea, si duæ Christi hypostases sunt; sane cum ad Patris dexteram in Cherubico throno sedeat, ac simul cum Patre et Spiritu sancto a creatis omnibus adoretur; non jam Trinitatem, sed quaternitatem adorabimus. Absit autem ut aliud quidquam adoremus præter sanctam Trinitatem, unum Patrem, hypostasim unam; unum Filium ac Dei Verbum incarnatum, hypostasim unam cum sua carne, unum Spiritum sanctum, hypostasim unam; Trinitatem sanctissimam, et glorificatam. Ut enim gladius igne candens, postquam ignem recepit, unus et idem est: sic, potiori ratione, Christus unus est et una hypostasis, post ipsammet etiam incarnationem. Ac quemadmodum gladium igneum tangere vereor, non propter ferri naturam, sed propter conjunctam ei naturam ignis: sic Deum incarnatum adoro, unaque carnem veneror, non propter carnis naturam, sed propter unitum ipsi Deum Verbum. Regem cum purpura adoro, ac propter regem purpuræ honorem habeo. Atqui regis et vestis nec unio hypostatica est, nec indivulsa, nec perpetua: in Christo autem Deo nostro, hypostatica unio est, indivulsaque et sempiterna. Quamobrem, tanquam

A σει ὁμοούσιος οὐ λέγεται· οὐδὲ ὑπόστασις μονοφυὴς ἑτεροουσίοις ὑποστάσεσιν ὁμοούσιος. Εἰ οὖν μία φύσις ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, πῶς τῷ Πατρὶ καὶ τῇ Μητρὶ ἑτεροουσίοις οὖσιν, ἔσται ὁμοούσιος;

Καὶ πάλιν· Εἰ μία φύσις τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν, πῶς ὀνομάζεται; Χριστότης· δηλαδὴ ἡ θεανθρωπότης [g]· ποίᾳ φύσει; εἰ μία, δηλονότι τῇ μιᾷ αὐτοῦ φύσει. Οὐκοῦν ἡ θεανθρωπότης αὐτοῦ· καὶ ἔσται ἡ ἐν Χριστῷ θεότης παθητή.

Καὶ πάλιν· Ἔπαθεν ὁ Χριστός; Πάντως. Ἡ θεότης αὐτοῦ ἔπαθεν, ἢ ἡ ἀνθρωπότης αὐτοῦ; ποία φύσις; Ἡ ἀνθρωπότης. Ἡ δὲ θεία αὐτοῦ φύσις ἀπαθὴς ἔμεινε; Ναί. Ἡ παθοῦσα αὐτοῦ φύσις, καὶ ἡ μὴ παθοῦσα, B ἡ αὐτή ἐστιν, ἢ ἄλλη καὶ ἄλλη; Ἄλλη πάντως καὶ ἄλλη. Καὶ εἰ ἄλλη καὶ ἄλλη, πῶς μία αἱ δύο; Ἀλλ' αἱ μὲν δύο φύσεις, μία φύσις οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ μία ὑπόστασις, δύο δὲ φύσεις· μία παθητὴ, καὶ μία ἀπαθής· καὶ ἔσται ὁ λόγος εὔδρομος.

θ'. Ὅτι δὲ καὶ μία ὑπόστασις τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐ δύο, ἐντεῦθεν γνωσόμεθα· εἷς Υἱὸς ὁ Χριστὸς, ἢ δύο; Εἷς πάντως. Καὶ πῶς δύο ὑποστάσεις ὁ εἷς Υἱός; Εἰ δύο ὑποστάσεις, ἄλλος καὶ ἄλλος· καὶ ἔσονται δύο Χριστοί· ἢ ἄλλος ὁ Χριστὸς, ἢ ἄλλος ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ οὐκέτι εἷς Υἱός.

Καὶ πάλιν· Εἰ δύο ὑποστάσεις τοῦ Χριστοῦ· κάθ-C ηται δὲ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐπὶ θρόνου Χερουβικοῦ, καὶ λατρεύεται ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι· οὐκοῦν τετράδι [h], καὶ οὐ Τριάδι λατρεύομεν· ἀλλ' ἡμᾶς μὴ γένοιτο ἄλλως λατρεύειν, ἀλλ' ἢ Τριάδι ἁγίᾳ· ἑνὶ Πατρὶ, μιᾷ ὑποστάσει· ἑνὶ Υἱῷ καὶ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ σεσαρκωμένῳ, μιᾷ ὑποστάσει μετὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ· ἑνὶ ἁγίῳ Πνεύματι, μιᾷ ὑποστάσει· Τριάδι παναγίᾳ καὶ δεδοξασμένῃ. Ὥσπερ γὰρ μάχαιρα πυρακτωθεῖσα μία ἐστὶ καὶ μετὰ τὴν πύρωσιν, οὕτω καὶ ὑπὲρ τοῦτο ὁ Χριστὸς [i], εἷς ἐστι καὶ μία ὑπόστασις, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν· καὶ ὥσπερ φοβοῦμαι ἅψασθαι τῆς πεπυρουμένης [j] μαχαίρας, οὐ διὰ τὴν σιδήρου φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ ἑνωθέντος αὐτῷ πυρὸς φύσιν, οὕτω D προσκυνῶ τῷ σαρκωθέντι Λόγῳ, καὶ συμπροσκυνῶ τῇ σαρκὶ, οὐ διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἑνωθέντα αὐτῇ Θεὸν Λόγον. Προσκυνῶ τῷ βασιλεῖ μετὰ τῆς ἁλουργίδος, καὶ τιμῶ τὴν ἁλουργίδα διὰ τὸν βασιλέα. Καὶ μὴν ὅτι ἐπὶ μὲν βασιλέως καὶ τῆς ἐσθῆτος [k], οὐ καθ' ὑπόστασιν ἡ ἕνωσις, οὐδὲ ἀδιάσπαστος [l], οὐδὲ διαιωνίζουσα· ἐπὶ δὲ Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καθ' ὑπόστασιν ἀδιάσπαστος καὶ διαιωνίζουσα ἡ ἕνωσις. Διὸ ὡς ἑνὶ τῆς Τριάδος συμπροσκυνῶ τῷ

VARIÆ LECTIONES.

[g] Basil. ἡ ἀνθρωπότης. Posthac Billius emendat. ποίᾳ φύσει ἔπαθεν: et paulo post legit, ut Basil. et Colb. εἰ μία, *si una*; ut bene procedat argumentatio, imo et oratio, quæ hoc in articulo luxata admodum videtur. [h] Sic mss. edita vero οὐκ οὖν τριάδι, ἀλλὰ τετράδι. [i] Noster 1 καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ. [j] Reg. et Colb. πεπυρακτωμένης. [k] Noster ἁλουργίδος. [l] Cod. S. Hil. ἀδιάπαυστος, quod idem paulo post etiam habet

Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, Χριστῷ, τῷ σαρκωθέντι Υἱῷ τοῦ Θεοῦ καὶ Θεῷ.

ι'. Δέδεικται τοίνυν ὅτι δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, καὶ μία ὑπόστασις. Εἰ οὖν φύσεις ἔχει, ἀνάγκη ὁμολογεῖν ἐν αὐτῷ τὰ τῶν δύο φύσεων φυσικὰ ἰδιώματα τελείως καὶ ἀνελλειπῶς, εἴπερ γινώσκομεν αὐτὸν Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον.

ια'. Ἔχει μὲν οὖν ἐκ τῆς θείας καὶ Πατρικῆς φύσεως τὸ ἄκτιστον, τὸ ἄχρονον, τὸ ἄναρχον. Οὐ γὰρ πρότερον οὐκ ὤν, ἤρξατο [m] τοῦ εἶναι· ἀλλ' ἀεὶ ἦν γεννητῶς, τῷ Θεὸς εἶναι τὸ θελητικὸν ἔχων [n], τὸ ἐνεργητικόν, τὸ παντοδύναμον, τὸ ἀπειροδύναμον, τὸ δημιουργικόν, τὸ παντουργικόν, τὸ ἄπειρον, τὸ ἀπερίγραπτον, τὸ ἀκατάληπτον, τὸ ἀνεξερεύνητον, τὸ ἀθάνατον, τὸ παντοκρατορικόν, τὸ συνεκτικόν, τὸ ἀγαθόν, τὸ σοφόν, τὸ δίκαιον, τὸ σωστικόν, τὸ ἁπλοῦν κατὰ φύσιν καὶ ἀσύνθετον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἀναλλοίωτον, τὸ παντεποπτικόν, τὸ τῶν μελλόντων προγνωστικόν, τὸ περιεκτικὸν τῶν πάντων, ἤτοι τὸ περιληπτικόν, τὸ ἀμέτοχον· μεθεκτὸν δὲ κατ' ἐνέργειαν, οὐ κατὰ φύσιν [o]· τὸ αὐτεξούσιον, τὸ εὐεργετικόν, τὸ μεταδοτικόν, τὸ φωτιστικόν, τὸ ἀόρατον, τὸ ἀναφές, τὸ ὑπέρθεον, τὸ ὑπερούσιον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, τοῦ Υἱοῦ εἰσιν, πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Καὶ μάρτυς τούτου ἀληθὴς αὐτὸς ὁ Κύριος, εἰπών· « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμά ἐστι. » Καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Πατέρα λέγει· « Πάντα τὰ ἐμά, σά ἐστι. »

ιβ'. Τῆς δὲ ὑποστάσεως αὐτοῦ ἴδιον, τὸ Υἱὸν εἶναι γεννητὸν ἐκ τοῦ Πατρός, καὶ οὐ Πατέρα ἀγέννητον, οὐδὲ γεννήτορα. Ἐκ τοῦ Πατρὸς γὰρ γεγέννηται ἀπαθῶς, ἀσυνδυάστως· τουτέστιν ἄνευ μίξεως, ὡς φῶς ἐκ πυρός· μᾶλλον δὲ ὡς φῶς τέλειον ἐκ τελείου φωτός. Ἐκ τοῦ Πατρὸς οὖν ἔχει τὸ εἶναι, καὶ πάντα ὅσα ἔχει. Διὸ καὶ λέγει· « Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν· » ἐγὼ γὰρ ἐξ αὐτοῦ, εἰ καὶ μὴ μετ' αὐτόν· οὐκ αὐτὸς ἐξ ἐμοῦ. Διὸ καὶ τιμᾷ τὸν Πατέρα.

ιγ'. Εἰπόντες τοίνυν τὰ τῆς θείας φύσεως τοῦ Χριστοῦ ἰδιώματα, ἃ ἔχει ἐκ τοῦ Πατρός, εἴπωμεν καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ φύσεως φυσικὰ ἰδιώματα, ἅπερ ἐκ τῆς ἡμῶν ἔσχε προσλήψεως. Εἰ γὰρ Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονε δι' ἡμᾶς καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος τέλειος, δῆλον ὡς πάντα ἔχων τὰ φυσικὰ τῆς θεότητος ἰδιώματα, καὶ κατὰ τοῦτο Θεὸς ὢν τέλειος, καὶ πάντα ἔχει τὰ φυσικὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἰδιώματα· τουτέστι, πάσας τὰς φυσικὰς δυνάμεις τῆς ἀνθρωπότητος, τὰς ἐνεργητικάς τε καὶ παθητικάς, ἵνα τέλειος ᾖ ἄνθρωπος. Εἰ γάρ τι τῶν φυσικῶν οὐκ

A unum de Trinitate, una cum Patre ac Spiritu sancto, Christum incarnatum Dei Filium et Deum adoro.

10. Ostensum ergo est duas esse Christi naturas, ac unam hypostasim. Cum itaque naturam duplicem habeat, plane necesse est, ut duarum naturarum naturales proprietates in eo perfecte, et ut nihil desit, inesse confiteamur : si modo eum, et perfectum Deum, et hominem perfectum cognoscamus.

11. Quocirca a divina quidem et paterna natura habet, ut sit increatus, principii ac temporis exsors. Neque enim cum prius non esset, esse incepit; **535** sed erat ab æterno genitus, quatenus nempe Deus est, voluntatis actionisque facultatem B habens, omnipotentiam, infinitam virtutem, vim creandi, virtutem omnium effectricem; ut sit infinitus, incircumscriptus, incomprehensus, impervestigabilis, immortalis, omnipotens, omnia conservans, bonus, sapiens, justus, sospitator, natura simplex, non compositus, immutabilis, alterationis incapax, omnium inspector, futurorum præscius, omnia ambiens, sive complectens; nullius ipse particeps; suæ autem operationis, non naturæ participes faciens; ut sit liber, munificus, communicans, illuminans, invisibilis, sub tactum non cadens, divinum omne substantiamque superans; et, ut paucis dicam, ea omnia quæ Pater habet, Filii sunt, excepta ingeniti proprietate [7]; cujus rei C testis locuples est ipse Dominus, cum ait : « Omnia quæ habet Pater, mea sunt [8]. » Ad ipsum quoque Patrem dicit : « Omnia mea tua sunt [9]. »

12. Personæ autem [10] ejus proprium est, Filium esse a Patre genitum, non Patrem ingenitum, aut genitorem. Est enim genitus a Patre sine ulla passione, ullave copula, id est sine permistione, uti lumen ab igne : seu potius ut lumen perfectum a perfecto lumine. A Patre igitur habet quod sit, et universa quæ habet. Idcirco ait : « Pater meus major me est [11]; » ego enim ex illo, quanquam non post illum [12]. Unde etiam honore Patrem prosequitur.

13. Postquam igitur naturales Christi proprietates diximus, quas habet a Patre; ejus etiam hu- D manæ naturæ proprietates enarrandæ sunt, quas ex nostræ carnis assumptione habuit. Si enim, cum perfectus esset Deus, nostri causa homo perfectus similis nostri factus est; palam est, qui divinæ naturæ proprietates omnes habeat, eaque ratione perfectus Deus sit, omnes quoque habiturum humanæ naturæ proprietates : hoc est ejus omnes naturales vires, tum quæ ad agendum pertinent, tum quæ ad patiendum; ut sit perfectus homo.

[7] Greg. orat. 25, versus finem et 24. [8] Joan. XVI, 15. [9] Joan. XVII, 10. [10] Greg. orat. 29. [11] Joan. XIV, 28. [12] Greg. orat. 29, non longe a fine.

VARIÆ LECTIONES.

[m] Noster I οὐκ ἦν, καὶ ἤρξατο. [n] Sic Basil. et cod. S. Hil. alii γεννητῶν· τὸ θελητικὸν ἔχων. In nostris deest ἔχων. [o] In nostris μεθεκτὸν δὲ τῆς ἐνεργείας, οὐ τῆς φύσεως, male.

Nam si quid eorum quæ ad naturam spectant, A non assumpsit, non homo perfectus erit, ut cui desit aliquid.

14. Id vero primum constitutum sit, omnis nos functionis, actionis et passionis vim ab opifice rerum accepisse; eaque omnia ad naturam pertinere. Fieri enim non potest, ut ulla creatura vel agendi munere fungatur, vel operationem exserat, aut patiatur, quorum vim a natura non acceperit. Velut, non potest terra ex se germen edere, nisi natura vim generandi a Creatore acceperit: neque aqua pisces producere, aut ad terræ fecunditatem conferre, nisi virtute ejusmodi ab universi Conditore accepta. Quin nec stirpes crescere possunt, aut volucres volare, aut terrenæ bestiæ incedere, aut serpentes repere, nisi quodlibet illorum B crescendi, volandi, gradiendi, ac rependi, acceperit facultatem. Sic sane homo ipse, nec cernere potest, nec intelligere, nec velle libere, nec operari, nisi cujusque horum vim in sua natura acceperit a Creatore.

**536** 15. Homo itaque mundus minor est [18]. Nam quia constat anima et corpore, locum medium inter mentem et materiam obtinet. Est enim cum visibilis, tum invisibilis, sive sentientis et intelligentis creaturæ vinculum. Mens siquidem animæ oculus est, ejusque purissima pars. Quapropter illi cum inanimis corporibus commune est, quod ex quatuor elementis contemperatus sit et C concretus. Cum stirpibus et arboribus, nedum hæc ei communia sunt, verum etiam altrix facultas et auctrix, visque genitalis: cum brutis item animantibus, non illa solum, sed et communis est animalis vita, appetitusque rationis expers; irascens nimirum et concupiscens; item imaginandi vis et memoria; sensusque et motus impulsionis, qui quidem totius corporis est motus: denique vocis facultas et respiratio. Cum incorporeis, intelligentiaque præditis virtutibus, ratio communis est, et intellectum sequens appetitus, qui est voluntas, primus ipsa motus animi. Homo siquidem appetendo, ad cogitandum movetur; et appetendo judicat. Hæc porro appetitio libera est, qua libere appetendo cogitat, ratiocinatur et D judicat.

16. Propria quidem corporis sunt, sectio, fluxio, et qualitatum mutatio; id est, frigoris, caloris, humoris et siccitatis, membrorumque conformatio. Anima autem rationalis, ipsa per se et sola habet vitam, intelligentiam, appetitumque rationalem, quæ est voluntas proprie dicta. Ad hæc autem illud specialissimum, quo ab angelorum substantia

ἀνέλαβεν, οὐ τέλειος, ἀλλ' ἐλλιπής ἐστιν ἄνθρωπος.

ιδ'. Ἔστω δὲ προδιωρισμένον, ὅτι πάσης ἐνεργείας καὶ χρήσεως, καὶ πράξεως, καὶ πάθους τὴν δύναμιν φυσικῶς παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ εἰλήφαμεν, καὶ ταῦτα φυσικά ἐστιν· ἀδύνατον γὰρ οἱανοῦν φύσιν χρήσασθαι πράξει, ἢ ἐνεργῆσαι ἐνέργειαν, ἢ παθεῖν πάθος, ὧν τὴν δύναμιν οὐ κατὰ φύσιν ἔλαβεν. Οἷον, οὐ δύναται ἡ γῆ βλαστῆσαι, μὴ κατὰ φύσιν λαβοῦσα παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ τὴν βλαστικὴν δύναμιν· οὐδὲ τὸ ὕδωρ ζωοβλαστεῖν, ἵν' οὕτως εἴπω, τὴν τῶν ἰχθύων γέννησιν, καὶ πρὸς βλάστησιν τῶν τῆς γῆς συντελεῖν ἐκφορειῶν [p], εἰ μὴ παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ τὴν τοιαύτην εἴληφε δύναμιν· οὐδὲ φυτὸν αὐξῆσαι δύναται, εἰ μὴ τὴν αὐξητικὴν ἔλαβε δύναμιν· οὐδὲ τὸ πτηνὸν πέτασθαι, τὴν τοῦ ἵπτασθαι μὴ λαβὸν δύναμιν· οὐ χερσαῖον βαδίζειν· οὐχ ἑρπετὸν ἕρπειν, εἰ μὴ ἕκαστον τὴν τοιαύτην ἔλαβε δύναμιν. Οὕτω δὴ καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐ δύναται ὁρᾷν, ἢ νοεῖν, ἢ αὐτεξουσίως θέλειν, ἢ ἐνεργεῖν, εἰ μὴ ἑκάστου τὴν δύναμιν ἔλαβε φυσικῶς παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ.

ιε'. Ὁ ἄνθρωπος τοίνυν μικρόκοσμός ἐστιν· ἔχει γὰρ καὶ ψυχὴν, καὶ σῶμα, καὶ μέσος ἕστηκε νοῦ καὶ ὕλης· σύνδεσμος γάρ ἐστιν ὁρατῆς καὶ ἀοράτου, ἤτοι αἰσθητῆς τε καὶ νοητῆς κτίσεως. Ὀφθαλμὸς γὰρ καὶ τὸ καθαρώτατον τῆς ψυχῆς ὁ νοῦς. Κοινωνεῖ οὖν τοῖς μὲν ἀψύχοις σώμασι κατὰ τὴν ἐκ τεσσάρων στοιχείων κρᾶσιν καὶ σύνθεσιν· τοῖς δὲ φυτοῖς κατά τε ταῦτα, καὶ κατὰ τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν δύναμιν, ἔτι δὲ καὶ τὴν σπερματικήν· τοῖς δὲ ἀλόγοις ζώοις, καὶ ἐν τούτοις μὲν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ζωτικὸν, καὶ κατὰ τὴν ἄλογον ὄρεξιν, ἤγουν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν· κατά τε τὸ φανταστικὸν καὶ μνημονευτικὸν, καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν, καὶ τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν. Καθ' ὁρμὴν δὲ κίνησίς ἐστιν, ἡ κίνησις ὅλου τοῦ σώματος, καὶ τὸ φωνητικὸν [q], καὶ ἀναπνευστικόν· συνάπτεται δὲ ταῖς ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς δυνάμεσι διὰ τοῦ λογικοῦ, καὶ τῆς λογικῆς [r] τοῦ νοῦ ὀρέξεως, ἥτις ἐστὶ θέλησις, ἡ πρώτη τοῦ νοῦ κίνησις. Ὀρεγόμενος γὰρ λογίζεται· καὶ λογιζόμενος κρίνει. Αὕτη δὲ ἡ ὄρεξις, αὐτεξούσιός ἐστιν· αὐτεξουσίως γὰρ ὀρεγόμενος, νοεῖ καὶ λογίζεται καὶ κρίνει.

ις'. Ἴδια μὲν τοῦ σώματος, τομὴ, καὶ ῥεῦσις, καὶ μεταβολὴ ἡ κατὰ ποιότητα· ἤτοι ψύξιν, θέρμανσιν, ὑγρότητα, καὶ ξηρότητα· καὶ ἡ τῶν μελῶν διοργάνωσις. Ἴδια δὲ ψυχῆς λογικῆς, μόνης αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν, ζωὴ, νόησις, καὶ λογικὴ ὄρεξις, ἥτις κυρίως [s] ἐστὶ θέλησις. Καὶ πρὸ τούτων [t] ἰδικώτατον ψυχῆς, χωρίζον αὐτὴν ἐκ τῆς τῶν ἀγγέλων οὐσίας,

[18] Homo mundus minor, μικρόκοσμος. Non bene apud Greg. orat. 38 et 43, μέγας ἐν μικρῷ.

VARIÆ LECTIONES.

[p] Nostri συντελεῖν εὐφορίαν. [q] Nostri τὸ φανταστικόν. [r] Combefisius posuit τῆς νοερᾶς, quo auctore nescio. [s] Hæc Combefisius omisit, quæ Basil. et mss. habent. [t] Reg. Colb. 1, N. 1 πρὸς τούτοις.

τὸ ἐν σώματι πολιτεύεσθαι, καὶ τούτῳ μεταδιδόναι ζωῆς καὶ κινήσεως· καὶ τὸ αὐτεξουσίως κατ' οἰκείαν ὄρεξιν, ἤτοι θέλησιν, ἄγειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ἄλογον ὄρεξιν, ἐπιθυμίαν, καὶ θυμὸν, καὶ τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν, καὶ φυσικῶς ἄρχειν, ὡς ἰδίου καὶ φυσικοῦ δούλου, τοῦ οἰκείου σώματος. Διὸ καὶ πλέον τῶν ἀγγέλων κατ' εἰκόνα ὁ ἄνθρωπος. Ὁ γὰρ ἄγγελος οὐκ ἔχει φυσικὸν δοῦλον, οὐδὲ φυσικῶς ἐστι δεσπότης.

ιζ'. Κοινὰ δὲ ψυχῆς καὶ σώματος, ὧν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι μεταδίδωσι, τὸ ζωτικὸν, τὸ φανταστικόν· τουτέστι, τὸ τῶν αἰσθητῶν ἀντιληπτικὸν ἢ διαγνωστικόν· αὐτὸ τὸ αἰσθητικὸν, ἤγουν αἱ πέντε αἰσθήσεις, ὅρασις, ἀκοὴ, ὄσφρησις, γεῦσις, ἁφή. Ἔτι καὶ τὸ μνημονευτικὸν, καὶ ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις, τό τε θρεπτικὸν, καὶ αὐξητικὸν, καὶ ἡ ἄλογος ὄρεξις· θυμὸς, λέγω, καὶ ἐπιθυμία [u], πεινᾶ τε, καὶ δίψα, καὶ κόπος, καὶ πτύελος, ἡδονὴ, καὶ ἀηδία [v], [φόβος, δειλία, καὶ ἀγωνία, ἀδημονία,] ταραχὴ, ἱδρὼς, καὶ θάνατος. Θάνατος γάρ ἐστι χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος· καὶ πᾶσα ἡ τῆς τροφῆς καὶ αὐξήσεως οἰκονομία.

ιη'. Ταῦτα πάντα ἄλογα πάθη εἰσὶ, καὶ ἐνέργειαι· ἐνέργειαι μὲν καὶ δυνάμεις τῆς φύσεως· διὸ καὶ πάντα τὰ φυσικὰ, παρὰ Θεοῦ δεδωρημένα τῇ φύσει εἰσί· πάθη δὲ ὅτι πᾶσα κτίσις [x] κτιστὴ παθητικῶς κινεῖται, καὶ ἐνεργεῖ· μόνη δὲ ἡ θεία φύσις ἐστὶν ἀπαθὴς, ἀπαθῶς κινουμένη, καὶ ἀκινήτως ἐνεργοῦσα. Ἔτι δὲ τινὲς μὲν αὐτῶν δοκοῦσι μᾶλλον εἶναι ἐνέργειαι· τινὲς δὲ πάθη· πρεπωδέστερον γὰρ εἰπεῖν τὴν ζωὴν μᾶλλον ἐνέργειαν, τὸν δὲ θάνατον, καὶ τὴν τομὴν, καὶ τὴν ῥεῦσιν, πάθος. Ἡ μὲν οὖν τομὴ, καὶ ἡ ῥεῦσις, καὶ ἡ κατὰ ποιότητα μεταβολὴ, τουτέστι λεύκανσις, μέλανσις, ψύξις, θέρμανσις, νόσος, καὶ τὰ τοιαῦτα, πάθη εἰσίν. Ὁμοίως καὶ ἡ τῶν μελῶν διοργάνωσις, ἤτοι διάπλασις. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἐνεργεῖ, διοργανοῦσα καὶ διαπλάττουσα. Πάσχει δὲ τὸ σῶμα, διοργανούμενον. Φύσιν δὲ λέγω, τὸν ἐξ ἀρχῆς παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ δοθέντα ἑκάστῳ εἴδει νόμον καὶ δύναμιν, καθ' ἣν κινεῖται ἢ ἠρεμεῖ. Κινεῖται μὲν, πρὸς ἃς ἔχει δύναμιν, ἐνεργείας, νοῶν, λογιζόμενος, θέλων, αἰσθανόμενος, τόπους ἐκ τόπων ἀμείβων· τούτων γὰρ ἔχει τὴν δύναμιν παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ. Ἠρεμεῖ δὲ, μὴ κινούμενος, πρὸς ἃς οὐκ ἔλαβε δύναμιν, ἐνεργείας, ἀλλ' ἱστάμενος [y]. Κινήσεις δέ εἰσι, γένεσις, καὶ φθορὰ, καὶ ἀλλοίωσις, αὔξησις, μείωσις καὶ ἡ τοπικὴ κίνησις. Ἑξάτροπος δέ ἐστιν αὕτη, ἔμπροσθεν, ὄπισθεν [z], δεξιὰ, ἀριστερὰ, ἄνω, καὶ κάτω· καὶ πάντα δὲ τὰ λοιπὰ τὰ εἰρημένα, κινήσεις εἰσίν· ἡ δὲ νόησις, καὶ ἡ λογικὴ ὄρεξις, ὅ τε διαλογισμὸς, καὶ ἡ ζήτησις, καὶ σκέψις, καὶ βουλὴ, καὶ κρίσις, καὶ διάθεσις, καὶ προαίρεσις, γνώμη τε, καὶ ἡ πρὸς τὴν χρῆσιν ὁρμὴ, ἐνέργειαί

secernitur: ut in corpore versetur, cui vitam et motum donet; quo item libere appetitu suo, seu voluntate, corpus moveat, rationisque expertem appetitum; concupiscentem scilicet et irascentem, necnon corporis motum ex impulsu proficiscentem: ac demum, ut naturali imperio in corpus, tanquam in servum proprium polleat. Eapropter, homo magis quam angeli ad imaginem est. Angelus enim nullum habet a natura servum, unde nec natura dominus est.

17. Animæ et corporis communia sunt, quæ anima corpori dat, nempe animalis vita, imaginandi vis; id est, quæ res sensibus subjectas percipit vel discernit: vis ipsa sentiendi, seu quinque sensus, aspectus, auditus, olfactus, gustus, et tactus. Ad hæc etiam, memoria, ac motus ex impulsu, vis quoque altrix et auctrix, necnon appetitus rationis expers, ira, inquam, et cupiditas, esuries quoque, sitis, fatigatio, saliva, voluptas, tristitia, molestia, languor, metus, timor, angor, tædium, turbatio, sudor, ipsaque mors. Est enim mors discessus animæ a corpore: omnis denique nutrimenti et accretionis ordo et ratio.

18. Omnia hæc, passiones sunt sine ratione, et actus. Actus quidem ac naturæ facultates: unde etiam naturalia omnia, Dei munere naturæ concessa sunt. Passiones vero, eo quod creata omnis natura patiendo moveat et agat; sola autem natura divina sine passione se movens et agens **537** sine motu, a passione immunis est. Præterea quædam ex illis actionis magis rationem habent; quædam autem passionis. Rectius enim vitam actionem appellaveris; mortem vero excisionemque, et fluxionem, congruentius passionem. Excisio ergo, et fluxio, ac mutatio qualitatis; puta dealbatio, denigratio, frigefactio, calefactio, morbus, et similia, sunt passiones. Similiter membrorum apparatus et fictio. Natura enim corpus organis instruendo et formando agit: corpus vero compaginatione illa patitur. Porro naturam dico, quam a principio cuique speciei legem vimque Conditor universi indidit, pro cujus ratione res movetur, acquiescit. Movetur quidem ab ea, in quæ actionis vim accepit, intelligendo, ratiocinando, volendo, sentiendo, loca ex locis commutando. Horum enim acceptam a Creatore habet facultatem. Quiescit autem, cum ad eas functiones, ad quas vim non accepit, non movetur, sed sistit. Sunt autem hi motus, ortus, interitus, alteratio, incrementum, decrementum, ac demum loci mutatio; cujus sex istæ sunt species, ante, pone, dextrorsum, sinistrorsum, sursum, deorsum. Sed et reliqua omnia quæ superius recensuimus, perinde motus sunt. Cæterum intellectio, appetitus item

VARIÆ LECTIONES.

[u] Reg. λέγω, καὶ ἐπιθυμίαν. [v] Sic Basil. et cod. S. Hil. alii ἀκηδία. [x] Legerim φύσις. [y] Cod. S. Hil. Reg. et Colb. 4780 μὴ ἱστάμενος· at vetus interpr. *sed stans*. Neutrum in nostro altero habetur. [z] Basil. et mss., excepto nostro chartaceo, quod tamen sequitur Combefisius, habent ἔμπρος, ὀπίσω.

rationalis, ratiocinatio, inquisitio, consideratio, consilium, judicium, affectio, electio, sententia, necnon impulsionis motus, actiones censentur. Quanquam intellectio, actio potius videtur esse: appetitus vero, passio (patitur enim quisquis appetit), attamen rationis appetitum, actionem etiam dicimus; propterea quod liber est, imperatque passionibus irrationabilibus, judicatque, et gubernat, et veluti freno illas temperat: iram nempe, et cupiditatem, sensumque, et motum ex impulsione proficiscentem. Passiones enim sine ratione, rationi subjectæ sunt et obsequuntur, Hæc enim omnia in hominibus, qui naturam ducem sequuntur, rationi obtemperant, subjectaque sunt, ut eo moveantur et inclinent, quocumque illa præscripserit.

A εἰσι. Δοκεῖ δὲ μᾶλλον ἡ νόησις εἶναι ἐνέργεια, ἡ δὲ ὄρεξις, πάθος· πᾶν γὰρ ὀρεγόμενον, πάσχει· λέγομεν δὲ αὐτὴν λογικὴν ὄρεξιν, τὴν ἐνέργειαν, διότι αὐτεξούσιός ἐστιν, ἐξουσιάζουσα [a] τῶν ἀλόγων παθῶν, καὶ κρίνουσα, καὶ κυβερνῶσα, καὶ χαλιναγωγοῦσα ταῦτα· θυμὸν, καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ αἴσθησιν, καὶ τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν· ταῦτα γὰρ ὑπήκοα, καὶ ἐπιπειθῆ τῷ λόγῳ εἰσὶν, ἄλογα πάθη· πέφυκε γὰρ πείθεσθαι τῷ λόγῳ, καὶ ὑποτάσσεσθαι, καὶ κινεῖσθαι, ὡς ἂν ὁ λόγος κελεύῃ [b], ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἀνθρώπων.

18 bis. Hæ porro passiones substantiam animalis constituunt: nam absque illis vita non potest consistere. Sunt autem a rerum Opifice datæ homini ad obsequium: concupiscendi quidem facultas, uti Deum, ejusque mandata persequamur; irascendi vero ut diabolo resistamus et peccato, masculescatque cupiditas. Quæ itaque sine ratione est appetitio, ideo data est, ut animalis naturam conservet: rationalis vero ac libera, ut libere quasi freno ducat naturalem omnem motum; eumque Conditoris legi subjiciat, cui ipsa subjecta sit. Quocirca conjunctæ in homine sunt intelligentia et appetitio, ne invitis nobis, qui ratione utimur, ea accidant, quæ rationis expertibus. Mens enim quæ libere, et cum ratione atque intelligentia appetit, appetendo quoque intelligit, anquirit, considerat, deliberat, dijudicat, afficiturque erga id quod est judicio probatum, eligit, atque ad agendum convertitur. Pars enim rationalis, ei quæ rationis expers est, suapte natura imperat. Quod si homo, **538** tanquam ratione pollens, brutæ omnis creaturæ rex creatus fuit, quomodo in illas passiones, quæ in ipso sine ratione sunt, imperium non habeat? Cum ergo appetitus, rationisque et intellectus sit particeps, appetitu ad intelligendum et ad ratiocinandum ducitur; vicissimque rationem ac mentem libera appetitione sequitur. Eorum porro, quæ animæ et corporis communia sunt, vitalis quidem facultas actio magis est: deinde imaginatio, sensus, et memoria, necnon appetitus, actiones sunt patibiles, sive actioni conjunctæ passiones. Ira autem ac cupiditas, esuries, sitis, et fatigatio; metus quoque, pavor, angor, voluptas, tristitia, despumatio, ac sudor; facultas item alendi et augescendi, mors denique, passiones sunt [14].

B ιη' δίς. Ἔστι δὲ καὶ ταῦτα τὰ πάθη συστατικὰ τῆς ζωώδους οὐσίας· ἄνευ γὰρ τούτων οὐκ ἔστι συστῆναι τὴν ζωήν. Ταῦτα δὲ εἰς ὑπηρεσίαν ἐδόθησαν τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ· ἡ μὲν ἐπιθυμία, πρὸς Θεὸν καὶ τὰ αὐτοῦ θελήματα· ὁ δὲ θυμὸς, κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ πρὸς τὸ ἀνδρειοῦν τὴν ἐπιθυμίαν· ἡ μὲν οὖν ἄλογος ὄρεξις πρὸς σύστασιν τῆς ζωώδους οὐσίας δέδοται. Ἡ δὲ λογικὴ καὶ αὐτεξούσιος, ὅπως αὐτεξουσίως χαλιναγωγήσῃ πᾶσαν φυσικὴν κίνησιν, καὶ ὑποταγῇ καὶ ὑποτάξῃ τῷ νόμῳ τοῦ Κτίσαντος. Συνέζευκται ἡ τοίνυν νόησις καὶ ἡ ὄρεξις ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ὅπως μὴ ἀκουσίως πάσχωμεν τὰ τῶν ἀλόγων, λογικοὶ ὄντες. Καὶ γὰρ ὁ νοῦς αὐτεξουσίως ὀρεγόμενος, καὶ λογικῶς καὶ νοητικῶς ὀρεκτικῶς, νοεῖ καὶ ζητεῖ, C καὶ σκέπτεται, καὶ βουλεύεται, καὶ διακρίνει, καὶ διατίθεται πρὸς τὸ κριθὲν, καὶ προαιρεῖται, καὶ ὁρμᾷ πρὸς τὴν πρᾶξιν. Φύσει γὰρ κατάρχει τοῦ ἀλόγου τὸ λογικόν. Εἰ οὖν ὡς λογικὸς πάσης ἀλόγου κτίσεως βασιλεὺς ἐδημιουργήθη ὁ ἄνθρωπος, πῶς οὐκ ἔσται τῶν ἐν αὐτῷ ἀλόγων παθῶν αὐτεξούσιος; Ὀρεκτικὸς οὖν, καὶ λογικὸς, καὶ νοητικὸς ὢν, ὀρεκτικῶς νοεῖ καὶ λογίζεται· καὶ λογικῶς καὶ νοητικῶς, αὐτεξουσίως ὀρέγεται. Τῶν δὲ κοινῶν ψυχῆς καὶ σώματος, τὸ μὲν ζωτικὸν ἐνέργεια μᾶλλόν ἐστι· καὶ τὸ φανταστικὸν δὲ καὶ αἰσθητικὸν, καὶ μνημονευτικὸν, καὶ ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις, παθητικαί εἰσιν ἐνέργειαι, ἢ πάθη ἐνεργητικά· ὁ δὲ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία, πεῖνά τε, καὶ δίψα, καὶ κόπος, φόβος, D δειλία τε, καὶ ἀγωνία, ἡδονὴ, λύπη, πτύελος, καὶ ἱδρὼς, τό τε θρεπτικὸν καὶ αὐξητικὸν, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὁ θάνατος, πάθη εἰσίν.

19. Universa hæc naturalia sunt et inculpata, ab Opifice beneficii loco humanæ naturæ concessa. Ille siquidem cum esse, tum sic esse donavit: nec est quisquam qui horum particeps non sit. Ac quod hæc quidem nos habeamus, id Creatoris tum sapientiam, tum virtutem declarat: nobis autem nec

ιθ'. Ταῦτα πάντα φυσικά εἰσι καὶ ἀδιάβλητα, παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δεδωρημένα. Αὐτὸς γὰρ, καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ οὕτως εἶναι ἐδωρήσατο· καὶ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων οὐδεὶς, ὃς τούτων ἀμέτοχος γέγονε. Τὸ δὲ ἔχειν ταῦτα, τὴν μὲν Δημιουργοῦ σοφίαν καὶ ἀρετὴν παρίστησιν,

[14] Greg. Nyss. lib. II *De opific. hom.*

## VARIÆ LECTIONES.

[a] N. 1 αὐτεξουσίως ἐνεργεῖ, ἐξουσιάζ. [b] Colb. uterque κελεύοι.

ἡμῖν δὲ οὔτε ἀρετὴ, οὔτε κακία λογίζεται. Καλὰ μὲν γάρ εἰσι, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δεδωρημένα. Ὁ δὲ τρόπος τῆς χρήσεως αὐτῶν, ἀρετὴν καὶ κακίαν συνίστησιν. Ἂν μὲν γὰρ ὑποταγῇ τὸ θέλημα τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸν νόμον αὐτοῦ ὁ νοῦς κυβερνήσῃ τὰ ὑπήκοα αὐτοῦ, πάσας φημὶ τὰς ψυχικὰς κινήσεις, κατ' ἐξαίρετον δὲ, θυμὸν, ἐπιθυμίαν· ταῦτα γὰρ ὑπήκοα τῷ λόγῳ· ἀρετὴν εἰργασάμεθα, καὶ δικαιοσύνην ἐπληρώσαμεν. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐλάβομεν τὴν τούτων ἐξουσίαν· καὶ ὡς ἐξουσίαν λαβόντες, καὶ νόμον ἐδεξάμεθα, καὶ ὑπὸ νόμον γεγόναμεν· τὰ γὰρ ἄλογα μὴ ἔχοντα τὸν ἡγεμόνα νοῦν τὸν αὐτεξούσιον θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας, οὐκ ἔλαβον νόμον. Φύσει τοιγαροῦν τοῦ Δημιουργοῦ δοῦλοι ὑπάρχοντες, καὶ τὸ αὐτεξούσιον ἔχοντες, τὸ ἀρετῆς συστατικὸν (οὐ γὰρ ἀρετὴ, οὐδὲ τερπνὸν, τὸ βίᾳ γινόμενον), νόμον ἐλάβομεν, ὅπως ἐπιγνῶμεν ὅτι δεσπότην ἔχομεν· ἵνα μὴ ἐν σκότει διαπορευόμενοι, βόθροις περιπέσωμεν· «Λύχνος γὰρ τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου,» ἔφη ὁ Δαβίδ· ὅπως γνωσθῇ ἡμῶν ὁ πρὸς τὸν Δεσπότην πόθος καὶ ἡ εὔνοια· ὅπως τῷ Θεῷ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνήσωμεν· «ἵν' ᾖ τοῦ ἑλομένου τὸ ἀγαθὸν, οὐχ ἧττον, ἢ τοῦ παρασχόντος τὰ σπέρματα.» Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τὴν δύναμιν τῆς ἀγαθοεργίας ἐδωρήσατο· αὐτεξουσίους δὲ ἡμᾶς ἐποίησεν, ἵνα ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐξ ἡμῶν τὸ ἀγαθὸν γίνοιτο. Παντὶ γὰρ τῷ προαιρουμένῳ τὸ ἀγαθὸν, ὁ Θεὸς συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθὸν, ὅπως τὸ κατὰ φύσιν φυλάξαντες, τῶν ὑπὲρ φύσιν τύχωμεν· ἤγουν τῆς ἀφθαρσίας καὶ τῆς θεώσεως, ἐκ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον ἑνώσεως, διὰ τῆς κατὰ δύναμιν τοῦ θελήματος πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως [c]· ὅπως μὴ ταῖς φυσικαῖς δυνάμεσιν ἀλόγως χρώμενοι, παρασυμβληθῶμεν τοῖς ἀνοήτοις κτήνεσι, καὶ ὁμοιωθῶμεν αὐτοῖς. Εἰ γὰρ μὴ ὑποτάγῃ ἡ θέλησις ἡμῶν τῷ θείῳ θελήματι, ἀλλὰ κατ' οἰκείαν γνώμην καὶ προαίρεσιν χρήσηται ὁ αὐτεξούσιος νοῦς θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, κακίαν εἰργάσατο. Κακία γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ ἁμαρτία, καὶ ἀποτυχία, καὶ παρακοὴ τοῦ δεσποτικοῦ νόμου. Ὥστε τὸ αὐτεξούσιον, πρῶτον ἀγαθὸν, τῇ λογικῇ φύσει πρέπον· καὶ τῷ κεχρῆσθαι τῷ αὐτεξουσίῳ, καὶ κατεξουσιάζειν καὶ κρατεῖν τῶν ἀλόγων παθῶν, θυμοῦ λέγω, καὶ ἐπιθυμίας, ἀρετή· τὸ δὲ προδιδόναι τὸ αὐτεξούσιον καὶ ἡττᾶσθαι τοῖς ἀλόγοις πάθεσι, καὶ ἀλόγως καὶ κτηνωδῶς βιοῦν, τοῦτο κακία, τοῦτο ἁμαρτία. Μὴ οὖν ἀσχημονῶμεν τὰ τῶν ἀλόγων πράσσοντες, ἀλλ' ἐπέχωμεν λόγῳ τὰς ὁρμὰς τῆς φύσεως. Οὐ γὰρ πρέπει τῷ λογικῷ ἡ τῶν ἀλόγων πολιτεία, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ τοῖς ἀλόγοις πάθεσι λογικῶς κεχρῆσθαι, καὶ λόγῳ ταῦτα ῥυθμίζειν, καὶ κατ' ἐξουσίαν ἄγειν, καὶ ἡνιοχεῖν, καὶ ἄγεσθαι καὶ ὑπείκειν τῷ θείῳ νόμῳ, καὶ τούτοις κεχρῆσθαι, καθὼς ὁ Κύριος διετάξατο.

laudi, nec vitio ducitur. Sunt enim illa quidem bona, atque in bonum ab eo qui bonus est, data: at modus quo illis utimur, virtutem facit et vitium. Etenim si voluntas divinæ legi subjecta sit, exque ejus legis ratione, mens ea quæ sibi subsunt gubernet; omnes, inquam, animales motus, iram in primis, et cupiditatem (hæc quippe rationi subjacent) plane virtutem operati sumus, ac implevimus justitiæ partes. Eo enim horum potestatem accepimus; at tanquam accepta potestate, legem etiam accepimus, factique sub lege sumus. Bruta siquidem, quia mentem ducem non habent, quæ irascenti parti ac concupiscenti dominetur, legem non acceperunt. Quia igitur natura servi Dei sumus, liberique arbitrii facultate, qua virtus constat, præditi (nec enim virtutis nomen obtinet, nec jucunditatem habet, quod sponte ac libere non fit [15]), idcirco legem accepimus, ut nos herum habere intelligamus, ne in tenebris ambulantes, incidamus in foveam. «Lucerna enim pedibus meis lex tua, inquit David, et lumen semitis meis [16]:» ut nostrum erga Dominum desiderium, nostraque benevolentia cognoscatur: ut in boni consortium cum Deo veniamus; «ut bonum non minus ejus sit, qui elegit, quam ejus, qui semina præbuit [17].» Ipse enim boni nobis operis potestatem dedit, liberique nos arbitrii fecit, ut tum ex ipso, tum ex nobis oriatur bonum. Deus quippe omni qui bonum eligit, adjutor est in bonum; ut servato quod naturæ consentaneum est, consequamur illa, quæ naturam superant; immortalitatem scilicet, divinitatisque participationem, per unionem cum Deo, pro nostræ cum eo voluntatis, quoad ejus fieri potest, necessitudine: ne si iis naturæ facultatibus, contra quam ratio præscribit, utantur, comparemur jumentis insipientibus, eisque similes efficiamur [18]. Si enim voluntati divinæ nostra minus obtemperet, sed ex privato consilio suo et electione, libera mens ira et cupiditate utatur, malitiæ rea erit. Malitia enim nihil aliud est, quam peccatum, et aberratio, ac transgressio legis Domini. Quamobrem liberum arbitrium, primum bonum est, quod ratione præditis conveniat: eo **539** autem uti, ac passionibus ratione carentibus, puta iræ et cupiditati imperare, iisque dominari, hoc virtus est. Ab his vere passionibus, prodita liberi arbitrii facultate, superari, brutorumque ac jumentorum more vivere, hoc vitium malitiaque, hoc peccatum est. Ne ergo turpiter agamus, ea perpetrando quæ pecudum moribus congruant; quin potius, naturæ motus ratione compescamus. Nequaquam enim rationis compotem decet, is vivendi modus qui brutorum sit: sed magis passionibus ipsis quæ exsortes rationis sunt, ex præscripto rationis uti, eas ratione moderando, et sibi mancipatas veluti freno

[15] Greg. orat. 1 et 42. [16] Psal. CXVIII, 105. [17] Greg. verba. [18] Psal. XLVIII, 21.

## VARIÆ LECTIONES.

[c] Hoc membrum deest in nostris codd. In Reg. et Colb. pro οἰκειώσεως, legitur ὁμοιώσεως.

ducendo, agique ac divinæ voluntati cedere, earum adhibito usu, quemadmodum a Domino constitutum est.

20. Jam vero operæ pretium est scire, mitti A hæreticos in errorem ex nominum ambiguitate. Quemadmodum enim Monophysitis, uniusve naturæ assertoribus; Acephalis, inquam, inde contigit, ut unam naturam in Christo pronuntiarent, quod unum et idem naturam et hypostasim esse dicerent, ne scilicet in duas personas Christum dividerent: itemque Nestorianis, ut duas hypostases profiterentur, ne duas Christi naturas in unam confunderent: sic et Monotheletis, eo quod nescirent, quid inter voluntatem naturalem, et personalem, sive arbitrariam, discriminis interesset, hoc in causa fuit, ut unam in Christo dicerent voluntatem. Ut igitur errorem caveamus, quem nominum ambiguitas parit, in hunc modum quæstionem de voluntate explicemus. B

21. Voluntatis nomen ambiguum est. Quandoque enim eam vim significat, qua volumus: interdum id quod volumus, quodque volendi facultati subjectum est; hoc est rem ipsam quam aliquis vult. Aliud est autem vis qua volumus, aliud res quam volumus, sicut aliud est aspectus, aliud quod sub aspectum cadit. Aspectus enim est ipsa videndi facultas, qua cernimus, quæ in oculo munere suo fungitur: quod autem sub aspectum cadit, res est quam cernimus, sive lapis, sive lignum, aut quid ejusmodi. Sic plane voluntas vis ipsa animæ est, qua volumus: quod autem sub eam cadit; res ea est quam vult aliquis. Puta, volo navigare: navigatio, res est quæ cadit sub voluntatem. Omnino C autem quod voluntati subjectum est, aut operatio, sive actio est, aut passio. Videamus modo cujus sit voluntas naturæ, an personæ.

22. Rogo itaque: habet quilibet homo volendi facultatem, necne? Liquet sane universos homines facultate qua velint præditos esse, nec esse quemquam, qui non habeat ut velit. Quis enim homo sit, qui nihil unquam voluerit? non omnis autem homo vult eodem modo; sed alius bene, alius improbe, pro suo quisque arbitratu. Itaque voluntas quidem, id est vis qua volumus, et velle absolute, hæc naturæ sunt: quod vero sub voluntatem cadit, seu velle hoc aliquid, aut sic velle, hoc arbitrii est ac personæ.

23. Rursus vero: Cum voluntas, uti diximus, D ex iis sit, quæ æquivoca sunt: interdum potentiam illam significat, qua volumus: interdum
540 rem quam volumus. Sciendum enim aliud esse voluntatem; aliud, velle omnino; aliud, velle hoc aliquid, ac sic velle; aliud, quod est voluntati subjectum; aliud, rem volendi facultate præditam, et aliud, volentem: quemadmodum aliud est aspectus; aliud, aspicere; aliud, quiddam ac certo modo aspicere; aliud, quod aspectui subji-

κ'. Εἰδέναι τοίνυν χρεὼν, ὡς ἡ τῶν ὀνομάτων σύγχυσις ποιεῖ τοῖς αἱρετικοῖς τὴν πλάνην. Καθὼς οὖν τοῖς Μονοφυσίταις, τοῖς Ἀκεφάλοις, φημὶ, τὸ ταυτὸν λέγειν φύσιν καὶ ὑπόστασιν, αἴτιον γέγονε λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ μίαν φύσιν, ἵνα μὴ εἰς δύο ὑποστάσεις τὸν Χριστὸν διέλωσιν. Ἔτι δὲ καὶ τοῖς Νεστορίου ὁμόφροσι, τοῦ λέγειν δύο ὑποστάσεις, ἵνα μὴ τὰς δύο Χριστοῦ φύσεις εἰς μίαν συγχέωσιν. Οὕτω καὶ τοῖς Μονοθελήταις, τὸ μὴ εἰδέναι τὴν διαφορὰν τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ ὑποστατικοῦ θελήματος, τουτέστι, τοῦ γνωμικοῦ, αἴτιον γέγονε τοῦ ἓν λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ θέλημα· ἵνα οὖν τὴν ἐκ τῆς ὁμωνυμίας διαφύγωμεν πλάνην, οὕτω τὸν περὶ τοῦ θελήματος ἀναπτύξωμεν λόγον.

κα'. Τὸ θέλημα ὁμώνυμόν ἐστι· ποτὲ μὲν γὰρ σημαίνει τὴν θέλησιν· τουτέστι τὴν θελητικὴν δύναμιν· ποτὲ δὲ αὐτὸ τὸ θελητὸν, τὸ τῇ θελήσει ὑποκείμενον· τουτέστιν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ τις θέλει· ἄλλο δέ ἐστι θέλησις, καὶ ἄλλο τὸ θελητὸν, ὥσπερ ἄλλο ὅρασις, καὶ ἄλλο τὸ ὁρατόν· ὅρασις μὲν γάρ ἐστιν αὐτὴ ἡ ὁρατικὴ δύναμις καθ' ἣν ὁρῶμεν, ἡ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἐνεργοῦσα. Ὁρατὸν δὲ, αὐτὸ τὸ ὁρώμενον πρᾶγμα, ἢ λίθος, ἢ ξύλον, ἤ τι τοιοῦτον. Οὕτω γοῦν καὶ θέλησίς ἐστιν αὐτὴ ἡ θελητικὴ τῆς ψυχῆς δύναμις, καθ' ἣν θέλομεν· θελητὸν δὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ τις θέλει. Οἷον, θέλω πλεῦσαι· τὸ πλεῦσαι, θελητόν ἐστι [d]· πάντως δὲ τὸ θελητὸν, ἢ ἐνέργειά ἐστι, τουτέστι πρᾶξις, ἢ πάθος· ἴδωμεν τοίνυν εἰ φυσική ἐστιν ἡ θέλησις, ἢ ὑποστατική.

κβ'. Ἆρα πᾶς ἄνθρωπος ἔχει τὴν δύναμιν τὴν θελητικὴν, ἢ οὔ; Δῆλον ὡς πᾶς ἄνθρωπος ἔχει τὸ δύνασθαι θέλειν, καὶ πᾶς ἄνθρωπος ἔχει τὸ θέλειν. Τίς γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν, ὃς οὐκ ἠθέλησεν οὐδέν; οὐ πᾶς δὲ ἄνθρωπος ὡσαύτως θέλει· ἀλλ' ὁ μὲν καλῶς, ὁ δὲ κακῶς· ἕκαστος κατ' οἰκείαν γνώμην. Ὥστε ἡ μὲν θέλησις, τουτέστιν ἡ θελητικὴ δύναμις, καὶ αὐτὸ τὸ ἁπλῶς θέλειν, φυσικόν· τὸ δὲ θελητὸν, τουτέστι τὸ τοιῶσδε θέλειν [e], γνωμικὸν καὶ ὑποστατικόν.

κγ'. Καὶ πάλιν· Τῶν ὁμωνύμων, ὡς εἴπομεν, ὂν τὸ θέλημα, ποτὲ μὲν σημαίνει τὴν θέλησιν, ποτὲ δὲ τὸ θελητόν. Δεῖ γὰρ εἰδέναι, ὅτι ἄλλο ἐστὶ θέλησις, καὶ ἄλλο τὸ θέλειν, καὶ ἄλλο τὸ τί καὶ πῶς θέλειν, καὶ ἄλλο τὸ θελητὸν, καὶ ἄλλο τὸ θελητικὸν, καὶ ἄλλο ὁ θέλων. Ὥσπερ ἄλλο ὅρασις, καὶ ἄλλο τὸ ὁρᾷν, καὶ ἄλλο τὸ [f] τί καὶ πῶς ὁρᾷν· καὶ ἄλλο τὸ ὁρατὸν, καὶ ἄλλο τὸ ὁρατικὸν, καὶ ἕτερον ὁ ὁρῶν. Ὅρασις μὲν γάρ ἐστιν, αὐτὴ ἡ ὁρατικὴ δύναμις τῆς ψυχῆς, ἡ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἐνεργοῦσα, καθ' ἣν ὁρῶμεν· ὁρᾷν δέ

VARIÆ LECTIONES.

[d] In Colb. 1636 additur γῆμαι. τὸ γῆμαι θελητόν ἐστι. [e] N. τὸ τί θέλειν. [f] Mss. ἕτερον τό.

ἐστι, τὸ κεχρῆσθαι τῇ ὁρατικῇ δυνάμει, καὶ ἐνεργεῖν, καὶ βλέπειν· οὐδεὶς γὰρ ὁρᾷ, μὴ ἔχων ὅρασιν, τουτέστι δύναμιν τοῦ ὁρᾷν. Τί δὲ ὁρᾷν ἐστιν; οὐρανὸν ὁρᾷν, ἢ γῆν, ἢ ἕτερόν τι. Τὸ πῶς ὁρᾷν[g], ἐστὶ καλῶς ἢ κακῶς. Ὁρατὸν δέ ἐστι, τὸ ὑποκείμενον τῇ ὁράσει· τουτέστι τὸ ὁρώμενον σῶμα, ἢ χρῶμα, ἢ σχῆμα. Ὁρατικὸν δέ ἐστι, τὸ ἔχον ἐκ φύσεως τὴν ὁρατικὴν δύναμιν τοῦ ὁρᾷν, κἂν κοιμᾶται, κἂν ἐτυφλώθη. Ὁρατικὸν γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος. Ὁρῶν δέ ἐστιν, ὁ κεχρημένος τῇ ὁράσει, τουτέστι τῇ ὁρατικῇ δυνάμει, καὶ ἐνεργῶν, καὶ βλέπων. Οὕτω θέλησις μέν ἐστιν αὕτη θελητικὴ δύναμις, ἡ τῇ ψυχῇ δεδομένη φυσικῶς παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ· τουτέστι, τὸ δύνασθαι θέλειν· θέλειν δέ ἐστι[h], τὸ κεχρῆσθαι κατ' ἐνέργειαν τῇ θελητικῇ δυνάμει, καὶ ὀρέγεσθαι· οὐδεὶς δὲ θέλει, μὴ ἔχων θέλησιν· τουτέστι δύναμιν[i] τοῦ θέλειν· *θελητὸν* δέ ἐστι, τὸ ὑποκείμενον τῇ θελήσει· [ἤγουν] αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ θέλομεν· οἷον θέλω πλεῦσαι· τὸ πλεῦσαι θελητόν ἐστι· θέλω σωφρονῆσαι· τὸ σωφρονῆσαι θελητόν ἐστι· *ἀθέλητον* δέ ἐστιν, ὅπερ τις οὐ θέλει. Ὥσπερ τὸ ἀόρατον, ὅπερ τις οὐχ ὁρᾷ· τὶ δὲ θέλειν[j], ἐστὶ τὸ θέλειν ποιόν τι, οἷον τὸ θέλειν ἑνωθῆναι Θεῷ, θέλειν φαγεῖν· θέλειν πιεῖν[k]· θέλειν πλεῦσαι· θέλειν συναφθῆναι γυναικί· πῶς δὲ θέλειν, ἐστὶ καλῶς θελῆσαι· ἤγουν θελῆσαι καλῶς, καὶ κατὰ νόμον Θεοῦ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ μιγῆναι· ἢ κακῶς, καὶ παρὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ, ἀλλοτρίᾳ. Θελητικὸν δέ ἐστι, τὸ ἔχον ἐκ φύσεως τὴν θελητικὴν δύναμιν· οἷον, ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἄγγελος, ὁ Θεός. Ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ἐκ φύσεως ἔχει τὴν θελητικὴν δύναμιν. Καὶ γὰρ ἑκάστη τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων θέλει[l]· καὶ ἑκάστη ὑπόστασις ἀγγέλων θέλει· καὶ ἑκάστη ὑπόστασις ἀνθρώπων θέλει. Ὅπερ δὲ ἑκάστη ὑπόστασις ἔχει, φυσικόν ἐστι· φυσικὸν γάρ ἐστι τὸ ἐν πάσαις ταῖς ὁμοειδέσι καὶ ὁμοουσίοις ὑποστάσεσι θεωρούμενον. Θέλων δέ ἐστιν, ὁ κεχρημένος τῇ θελήσει, ἤγουν τῇ θελητικῇ δυνάμει, καὶ ὀρεγόμενος· τουτέστιν ὑπόστασις[m].

A citur: aliud, quod aspiciendi facultate præditum est; aliud, aspicientem. Aspectus enim est ipsa vis animæ qua videmus, in oculo functiones exsequens. Aspicere autem, est uti ipsa videndi facultate, operarique, ac videre. Nemo autem cernit et videt, nisi qui videndi facultate præditus sit. Aliquid autem aspicere, est cœlum, aut terram, aut aliud quid intueri. Certo modo aspicere, est bene, aut male. Quod sub aspectum cadit, est res visioni subjecta; puta corpus quod cernitur, vel color, aut figura: videndi facultate præditum, est quod a natura potentiam habet videndi, tametsi forte dormiat, aut cæcum sit. Homo enim animal est videndi facultate præditum. Videns denique est, qui B aspectu, hoc est visus facultate utitur; actum exercet, et videt. Hoc modo voluntas, est ipsa facultas qua volumus, quam Creator naturæ animæ indidit; hoc est volendi potestas. Velle autem, est ea vi, qua volumus, reipsa uti, et appetere: vult autem nemo, qui voluntatem, hoc est volendi facultatem, non habeat; θελητὸν est id quod voluntati subjectum est, sive res ipsa est quam volumus. V. g. volo navigare: navigare, est res voluntati subjecta. Volo temperans esse: sic se habere, res est quæ sub voluntatem cadit. Non *volitum* autem res est quam quis non vult; uti non visum, est quod quis non videt. Velle quid, est tale quid velle: puta velle Deo conjungi: velle manducare; velle bibere; velle navigare; velle copulam uxoris. C Sic, certoque modo velle, est bene velle; v. g. bene, et secundum Dei legem velle uxoris copulam: aut male, et contra Dei legem, copulam alienæ. Voluntate præditum, est quod a natura habet vim volendi; ut homo, angelus, Deus. Quisque enim illorum habet facultatem qua velit. Etenim unaquæque divina hypostasis vult; et unaquæque angelorum hypostasis vult; et quælibet hominum hypostasis vult. Quod autem unaquæque hypostasis habet, hoc naturæ est. Est enim naturale, quod in singulis, quæ ejusdem speciei et naturæ sunt, perspicitur. Denique volens est, qui utitur voluntate, seu volendi facultate, atque appetit; nempe hypostasis.

κδ'. Τὸ γοῦν θέλημα, ποτὲ μὲν σημαίνει τὴν θέλησιν, τουτέστι τὴν θελητικὴν δύναμιν· ποτὲ δὲ τὸ θελητὸν, τουτέστιν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ θέλομεν· ἡ μὲν οὖν θέλησις, φυσική· καὶ τὸ ἁπλῶς θέλειν φυσικόν. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ἔχει τὴν δύναμιν τοῦ θέλειν· καὶ πᾶς ἄνθρωπος θέλει· τουτέστι κέχρηται τῇ θελήσει· θελητικὸν γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος· τὸ δὲ θελητὸν, οὐ φυσικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ γνωμικὸν, καὶ ὑποστατικόν. Ἀλλ' οὐ πᾶς ἄνθρωπος ὡσαύτως θέλει, οὐδὲ τὸ αὐτό· ὥστε τὸ πῶς θέλειν, καλῶς ἢ κακῶς· ἢ τὸ τί θέλειν, τόδε, ἢ ἐκεῖνο, οὐ φυσικὸν, ἀλλὰ γνωμικὸν καὶ ὑποστατικὸν, ἐπί τε ἀγγέλων καὶ ἀνθρώ-

24. Voluntas ergo, interdum ipsam qua volumus facultatem significat; interdum rem ipsam quam D volumus. Facultas itaque qua volumus, ad naturam pertinet, necnon velle simpliciter. Omnis enim homo potentiam habet, qua velit: vultque omnis homo; hoc est, voluntate utitur. Etenim homo est animal præditum facultate volendi. Res autem illa quam volumus, nedum naturæ est, sed et arbitrii et personæ. Non enim quivis hominum eadem ratione vult, vel unum aliquid. Quapropter velle sic, bene, aut male: aut **541** velle aliquid; hoc, vel illud, non est naturæ, sed arbitrii ac per-

VARIÆ LECTIONES.

[g] Basil. ὅπως ἄρα καὶ πῶς ὁρᾷν. [h] N. 1 γὰρ meliori sensu. [i] N. 1 μὴ ἔχων δύναμιν. [j] Hæc τὸ θέλειν, omnino restituenda sunt ex cod. N. 1. [k] Cod. S. Hil. ποιεῖν. [l] Noster 1 καὶ ἑκάστη ὑπόστασις ἔχει ταῦτα. ὥστε φυσικόν ἐστι. φυσικὸν γάρ ἐστι τὸ κ. τ. ἑ. cætera prætermissa, de divina, angelica et humana hypostasibus. [m] Mss. ἤγουν ὑπόστ., et statim τὸ οὖν θέλημα.

sonæ; quod ad angelos quidem et homines attinet. Nam in sancta et individua Trinitate, una est trium personarum naturalis voluntas, una res quam naturaliter velint, bonum scilicet. Nec enim [19] quæque persona peculiare aliquid quod velit, habet, aut voluntatis motum proprium: sed una est trium motio, unaque res quam velint. Quamobrem etiam tres personæ, non tres dii, sed unus Deus sunt: unus, inquam, Deus cum suis virtutibus; non tamen compositus. Quælibet enim Deus perfectus est, ac perfecta persona. Naturæ autem ex persona compositio non fit. Est autem id prorsus novum, nec ulli convenit præterquam Deo. Non sic autem res habet in angelis et hominibus. Ut enim una sit angelorum voluntas; ea, inquam, volendi facultas naturalis ipsis a Deo indita (quisque enim angelorum vult, ac similiter quivis homo), haud tamen est unum angelorum omnium motus, nec unus omnium hominum; sed suus cuique personæ motus est; sua cuique proposita res quam velit. Non enim eodem modo, neque idem volunt singuli angeli et homines: sed hic bene, ille male; hic istud, ille illud. Cumque unus movetur ac vult, non simul alter vult ac movetur. Quamobrem in angelis et hominibus voluntatis facultas naturæ tribuitur: ac similiter, velle. Omnes enim homines comparati sunt ut velint, et omnes volunt: non tamen omnes comparati sunt, ut unum et idem velint, aut idipsum volunt. In sancta enim Trinitate tres personæ, aliæ aliis insunt, suntque Verbum et Spiritus sanctus, Patris virtutes; ob eamque causam una est trium voluntatis motio; itemque eadem res quam velint. Angeli autem atque homines suam quisque divisam diremptamque hypostasim habent, tametsi ejusdem naturæ sunt, ob eamque causam voluntatis facultas una, ac velle unum eis est, et naturale: tali autem modo, ac quid velle, liberum ac personale. Et eorum quidem una est natura voluntatis facultate prædita: multi autem sunt qui volunt; diversa illi ratione, atque aliud volentes, et aliud.

A πων. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἁγίας καὶ ἀδιαιρέτου Τριάδος, μία [n] τῶν τριῶν ὑποστάσεων φυσικὴ θέλησις, καὶ ἓν φυσικὸν [o], τὸ ἀγαθόν· καὶ οὐχ ἑκάστη ὑπόστασις ἴδιον ἔχει θελητὸν, οὐδὲ ἰδίαν κίνησιν· ἀλλὰ μία κίνησις, καὶ ἓν θελητὸν τῶν τριῶν ὑποστάσεων· διὸ οὐ τρεῖς Θεοὶ, ἀλλ' εἷς Θεὸς, αἱ τρεῖς ὑποστάσεις· εἷς Θεὸς μετὰ τῶν ἑαυτοῦ [p] δυνάμεων, ἀλλ' οὐ σύνθετος. Ἑκάστη γὰρ αὐτῶν, Θεὸς τέλειος, καὶ τελεία ὑπόστασις· σύνθεσις δὲ φύσεως, ἐξ ὑποστάσεως οὐ γίνεται. Ξένον δὲ τοῦτο παντελῶς καὶ μόνῳ Θεῷ πρέπον. Ἐπὶ δὲ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων οὐχ οὕτως· μία γάρ ἐστιν ἡ θέλησις τῶν ἀγγέλων, ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσα αὐτοῖς φυσικὴ τοῦ θέλειν δύναμις. Ἕκαστος γὰρ ἄγγελος θέλει, καὶ ἕκαστος ἄνθρωπος θέλει· οὐ μία δὲ κίνησις πάντων τῶν ἀγγέλων, οὔτε B μὴν πάντων τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἑκάστη ὑπόστασις ἰδίαν ἔχει κίνησιν, καὶ ἴδιον θελητόν· οὐχ ὁμοίως γὰρ θέλουσι πᾶσαι αἱ ὑποστάσεις τῶν ἀγγέλων, οὐδὲ τὸ αὐτό· οὐδὲ αἱ τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἡ μὲν καλῶς, ἡ δὲ κακῶς· καὶ ἡ μὲν τόδε, ἡ δὲ τόδε· καὶ τοῦδε κινουμένου καὶ θέλοντος, οὐ συγκινεῖται καὶ συνθέλει ὁ ἕτερος· ὥστε ἐπὶ τῶν ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, ἡ μὲν θέλησις φυσική ἐστιν· ὁμοίως καὶ τὸ θέλειν, φυσικόν. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος θελητικός ἐστιν, καὶ πᾶς ἄνθρωπος θέλει. Οὐ πᾶς δὲ ἄνθρωπος τοῦ αὐτοῦ [q] πράγματός ἐστι θελητικὸς, οὐδὲ τὸ αὐτὸ θέλει. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἁγίας Τριάδος, αἱ τρεῖς ὑποστάσεις ἐν ἀλλήλαις εἰσὶ, καὶ ὁ Λόγος καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δυνάμεις εἰσὶ τοῦ Πατρός· καὶ διὰ τοῦτο μία C κίνησις, καὶ ὡσαύτως τὸ αὐτὸ θελητόν· οἱ δὲ ἄγγελοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι, ἕκαστος ἀποτετμημένην, καὶ διῃρημένην [r] ἔχει τὴν ἑαυτοῦ ὑπόστασιν, εἰ καὶ μιᾶς εἰσι φύσεως· διὰ τοῦτο ἡ μὲν δύναμις τοῦ θέλειν, καὶ τὸ θέλειν, ἓν καὶ φυσικόν· τὸ δὲ πῶς καὶ τὸ τί θέλειν, ὑποστατικὸν καὶ γνωμικόν. Καὶ μία μὲν αὐτῶν ἡ θελητικὴ φύσις, πολλοὶ δὲ οἱ θέλοντες· διαφόρως, καὶ ἄλλο, καὶ ἄλλο θέλοντες.

25. Quamobrem voluntas appetitio est, cum animalis, tum rationalis. Quod si animalis, omnino etiam cum sensu conjuncta. Bruta siquidem cum sensu appetunt; non tamen cum ratione et libere. Sed homo, cum sit animal rationis particeps, quatenus quidem est animal, animalium more et cum sensu appetit; quatenus autem ratione præditus, cum ratione et libertate. Est ergo voluntas appetitus naturalis, tum rationalis, tum animalis, ex solis naturalibus pendens. Sunt autem voluntates naturæ consentaneæ. Prima, divinæ legi subdi. Homo enim natura Dei servus est, eique subjectus. Deinde quæ naturam afficiunt, ut fames, sitis, somnus, et similia. Est vero hy-

κε'. Θέλησις τοίνυν ἐστὶν ὄρεξις ζωτική τε καὶ λογική· εἰ δὲ ζωτικὴ, πάντως καὶ αἰσθητική. Τὰ οὖν ἄλογα αἰσθητικῶς ὀρέγεται, ἀλλ' οὐ λογικῶς, οὐδὲ αὐτεξουσίως· ὁ δὲ ἄνθρωπος ζῶον ὑπάρχων λογικὸν, ὡς μὲν ζῶον, ζωτικῶς καὶ αἰσθητικῶς ὀρέγεται· ὡς δὲ λογικὸς, λογικῶς καὶ αὐτεξουσίως. Θέλησις D οὖν ἐστι φυσικὴ ὄρεξις, λογική τε καὶ ζωτικὴ, μόνων ἠρτημένη τῶν φυσικῶν· φυσικὰ δὲ θελήματά εἰσι, πρῶτον τὸ ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ. Φύσει γὰρ δοῦλος Θεοῦ, καὶ ὑποχείριος ὁ ἄνθρωπος· ἔπειτα καὶ τὰ φύσεως ὑποστατικά· οἷον πεῖνα, δίψα, ὕπνος, καὶ τὰ τοιαῦτα· ὑποστατικὴ δὲ καὶ γνωμικὴ θέλησις, ὄρεξις καθ' ἡδονὴν, καὶ κατ' οἰκείαν γνώμην τῆς κεχρημένης ὑποστάσεως, καὶ οὐ κατὰ νόμον Θεοῦ·

[19] Greg. orat. 13, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[n] In N. cart. Τριάδος τῆς ὁμοουσίου καὶ ἀδιαιρέτου, μία. [o] Leg. ἓν φυσικὸν θελητόν, ut series postulat. [p] Ita nostri codd. alii αὐτοῦ. Basil. αὐτῶν, male. [q] Nostri et Colb. 1 τούτου τοῦ. Basil. τοῦτο τό. [r] Nostri et Colb. 4780 διαιρετήν; Colb. alter et Reg. ἀδιαίρετον.

καὶ τρόπος χρήσεως τῆς φυσικῆς θελήσεως, κατὰ γνώμην τῆς κεχρημένης ὑποστάσεως. Τὸ οὖν ἀποτετμημένον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον τὴν γνώμην ἐργάζεται.

κϛ'. Ἀλλὰ, φασὶν, ὡς ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔχει φυσικὸν θέλημα· λέγουσι δὲ δύο μόνα εἶναι θελήματα· τὸ ἓν, τὸ θεῖον καὶ ἀγαθόν· καὶ τὸ ἕτερον, τὸ πονηρὸν, τὸ διαβολικόν· καὶ ἡνίκα μὲν τὸ ἀγαθὸν θελήσει ὁ ἄνθρωπος, τὸ τοῦ Θεοῦ ἔχει θέλημα. Ἡνίκα δὲ τὸ πονηρὸν, τὸ τοῦ διαβόλου· ἀλλ' ἀγνοοῦσιν, ὡς ἀδύνατον οἱανοῦν φύσιν χρήσασθαι πράξει, ἧς τὴν δύναμιν οὐ κατὰ φύσιν ἔλαβεν. Οἷον οὐ δύναται τὸ πτηνὸν, μὴ κατὰ φύσιν λαβὸν τὴν τοῦ πέτασθαι δύναμιν, πτῆναι· ὁμοίως οὐδὲ τὸ χερσαῖον βαδίζειν, εἰ μὴ τὴν βαδιστικὴν κατὰ φύσιν ἔλαβε δύναμιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐ δύναται νοεῖν, εἰ μὴ τὴν νόησιν κατὰ φύσιν ἔλαβεν· οὐδὲ λαλεῖν, εἰ μὴ τὴν λαλητικὴν κατὰ φύσιν ἔλαβε δύναμιν· [s] ὁμοίως οὐδὲ ὁρᾷν, οὐδὲ θέλειν, εἰ μὴ φυσικὴν τὴν ὁρατικὴν καὶ θελητικὴν ἔλαβε δύναμιν. Δεῖ οὖν πρῶτον φύσει ἔχειν τὴν δύναμιν τοῦ θέλειν, ὅπερ ἐστὶ θέλησις, καὶ οὕτως θέλειν. Διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ δύο φύσεις, δύο καὶ φυσικαὶ θελήσεις [t], ἵν' ᾖ Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος, μηδὲν λείπων τῶν τῆς θεότητος ἰδιωμάτων, μήτε μὴν τῶν τῆς ἀνθρωπότητος. Καὶ κατὰ τὰς δύο, [[u] διχῇ λέγομεν τοῦτον] θέλειν, καὶ διαφόρως θέλειν κατὰ τὴν φυσικὴν διαφοράν· θείως καὶ παντοδυνάμως· παντοδύναμον γὰρ τὸ θεῖον θέλημα· καὶ οὐ παντοδυνάμως [πάλιν,] ἀλλ' ἀσθενῶς καὶ παθητῶς [v]· παθητικὸν γὰρ καὶ ἀσθενὲς τὸ ἀνθρώπινον θέλημα· καὶ ἄλλο [[x] μὲν τὸ ἀνθρώπινον] καὶ ἄλλο [τὸ θεῖον] φυσικὸν θελητόν· οὐ γὰρ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος θελήματα, καὶ τῆς θεότητός εἰσι θελήματα [y]· φύσει γὰρ θελητικὴ καὶ ὀρεκτικὴ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις βρώσεως, καὶ πόσεως, ὕπνου, καὶ τῶν τοιούτων· ἀλλ' οὐχὶ θεότης τούτων ὀρεκτική. Οὐ γὰρ τούτων αὐτὴ κατὰ ὀρέγεται, εἰ καὶ θέλει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τούτων ὀρέγεσθαι φυσικῶς, καὶ ὡς ὤφειλε, καὶ ὅτε.

κζ'. Κατὰ μὲν οὖν τὴν φυσικὴν διαφορὰν, δύο τὰ θελήματα ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὐκ ἐναντία. Οὐδὲ γὰρ ἐναντίον τῷ θείῳ θελήματι τὸ φυσικὸν τοῦ ἀνθρώπου θέλημα· οὔτε ἡ φυσικὴ θελητικὴ δύναμις· οὔτε τὰ φυσικῶς αὐτῇ ὑποκείμενα· οὔτε ἡ φυσικὴ χρῆσις τῆς θελήσεως. Πάντων γὰρ τῶν φυσικῶν, τὸ θεῖον θέλημα δημιουργόν· τὰ δὲ παρὰ φύσιν, μόνα ἐστὶν ἐναντία τῷ θείῳ θελήματι· ὅπερ ἐστὶν ἡ κατ' οἰκείαν γνώμην τῶν ἁμαρτικῶν ἡδονῶν ὀρε-

A postatica atque arbitraria voluntas, appetitio ex libidine et arbitrio personæ utentis; non ex divinæ legis ratione, nec modus utendi naturali vi voluntatis, ex personæ utentis arbitrio et sententia. Itaque personarum discretio sententiæ discrimen facit.

26. **542** Ast, inquiunt, homo non habet naturalem voluntatem. Pertendunt enim duas esse solum voluntates: bonam unam, divinamque; diabolicam alteram, et malam: cumque homo vult id quod bonum est, Dei tunc habere voluntatem; cum autem malum, voluntatem diabolicam. Nec vero intelligunt fieri non posse, ut ulla natura aliquid agat, cujus vim a natura non acceperit. Velut avis non potest volare, nisi per naturam
B accepta potentia volandi: nec similiter terrestre animal incedere potest, nisi per naturam accepta gradiendi virtute: sic utique nec homo intelligere, nisi intelligendi facultatem per naturam acceperit; neque loqui, nisi per naturam accepta facultate sermonis: similiter neque videre, neque velle, nisi a natura potentiam eam acceperit qua videat, aut velit. Quapropter primum a natura insit oportet facultas qua volumus; nempe voluntas, tumque demum sequitur velle. Itaque in Domino nostro Jesu Christo, quoniam duæ sunt naturæ, duæ quoque sunt naturales voluntates, ut sit tum perfectus Deus, tum perfectus homo, nec ei ulla divinitatis, ullave humanitatis proprietas desit. Pro
C duplicis vero ratione voluntatis, dupliciter dicimus eum velle, ac velle differenter, secundum naturarum discrimen: nimirum divina omnipotentique ratione (est enim voluntas divina omnipotens) et non omnipotentiæ modo, sed imbecille et patiendo (passibilis enim et infirma est humana voluntas), ac aliud quidem divina voluntas, aliud humana quod velit a natura propositum habet. Non enim res easdem divina vult, quas humana prosequitur (humana siquidem natura hoc sibi congenitum habet, ut velit et appetat cibum, potum, somnum, ac similia: secus vero deitas: quia nunquam hæc ejusmodi aliquid appetierit); quamlibet naturam humanam ea congenito appetitu
D vellet appetere, uti, ac quando sic res ferebat.

27. Sunt ergo in Domino nostro Jesu Christo pro naturarum diversitate duæ voluntates: non contrariæ. Non enim humana naturalis voluntas divinæ adversatur: nec naturalis volendi facultas; nec quæ ei natura subjecta sunt; nec ejusmodi facultatis usus. Divina quippe voluntas, naturalium omnium creatrix est. Quæ autem sunt contra naturam, ea voluntati divinæ repugnant; nempe criminalium voluptatum pro sui sententia animi

VARIÆ LECTIONES.

[s] Hæc περικοπή deest in nostris et Regg. [t] Deest καὶ in Basil. Neutro nomine scripsit Combefisius δύο φυσικὰ θελήματα; quod ms. nullus codex habet. [u] Ita cod. N. 1, ex quo textum mancum instauravit Combefisius. [v] In nostris τὸ δὲ τῆς σαρκὸς, οὐ παντοδύναμον, πάλιν, ἀλλὰ ἀσθενῶς, καὶ παθητικῶς. Combef. interseruit καὶ οὐ παντοδυνάμως, ἀλλ'. [x] Hæc supplevit Combefisius ex N. 1. [y] Basil. et S. τῇ θεότητι εἰσι θελητά.

appetitus, id est, peccatum. Hoc Dominus non assumpsit; « Peccatum enim non fecit; nec dolus inventus est in ore ejus [20]. » Quia autem una est Christi persona, et unus Christus, unus est, qui utraque natura vult: ut quidem Deus, probans et acceptum habens; ut autem homo, factus obediens. Gratum habens uti Deus cum Patre et Spiritu sancto, divina paternaque voluntate; ut homo vero, divinæ ac Patris voluntati, humana ac nostra voluntate obediens factus. Neque enim divina sua voluntate factus est Patri obediens, neque inobediens. **543** Nam ista, ut ait Gregorius Theologus [21], « eorum sunt, qui imperio subjacent: » necnon formæ servi quam ex nobis assumpsit. Factus autem est natura obediens, pro humana sua voluntate [22]. Quippe obedientia libera, ac spontanea subjectio, ab alia voluntate est. Volebat igitur ac vult divina, ut Deus: volebatque et vult, ut homo, humana; non sententiæ repugnantia, sed naturarum proprietate. Volebat enim et vult humana, quando, et quæ probabat divina ejus voluntas; humanam habens voluntatem libere subjectam divinæ suæ voluntati.

28. Dei voluntas et operatio, ut B. Irenæo placet [23], est omnis et loci, et temporis, et sæculi, omnisque naturæ, effectrix ac gubernatrix causa. Humana autem voluntas naturæ virtus est, ea appetens quæ sunt naturæ consentanea, eaque continens, quæ per essentiam naturæ conveniunt. Substantia enim appetit tum esse, tum vivere, tum sensus, tum animi motum, *entitatis* suæ naturalis

A ξις· τουτέστιν ἡ ἁμαρτία [z]. Ταύτην ὁ Κύριος οὐκ ἀνέλαβεν· « Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ δὲ μία τοῦ Χριστοῦ ἡ ὑπόστασις, καὶ εἷς ὁ Χριστὸς, εἷς ὁ θέλων κατ' ἄμφω τὰς φύσεις· ὡς Θεὸς, εὐδοκῶν, καὶ ὡς ἄνθρωπος, ὑπήκοος γενόμενος. Εὐδοκῶν ὡς Θεὸς σὺν Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, τῷ πατρικῷ καὶ θείῳ θελήματι· ὡς ἄνθρωπος δὲ, ὑπήκοος γενόμενος τοῦ θείου καὶ πατρικοῦ αὐτοῦ θελήματος, τῷ ἡμετέρῳ θελήματι. Οὐ γὰρ κατὰ τὸ θεῖον αὐτοῦ θέλημα γέγονεν ὑπήκοος τῷ Πατρί. Τὸ γὰρ θεῖον θέλημα, οὔτε ὑπήκοον, οὔτε παρήκοον. « Ταῦτα γὰρ τῶν ὑπὸ χεῖρα, » ὥς φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, τοῦ ἐξ ἡμῶν προσλήμματος. Γέγονε δὲ ὑπήκοος φυσικῶς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ θέλημα· ὑπακοὴ B γὰρ αὐτεξούσιος καὶ ἀβίαστος, ὑποταγὴ θελήματός ἐστιν ἑτέρῳ [a] θελήματι· ἤθελε τοίνυν καὶ θέλει, ὡς Θεὸς, τὰ θεῖα· καὶ ἤθελε καὶ θέλει, ὡς ἄνθρωπος, τὰ ἀνθρώπινα· οὐκ ἐναντιότητι γνώμης, ἀλλ' ἰδιότητι τῶν φύσεων. Ἤθελε γὰρ καὶ θέλει τὰ ἀνθρώπινα, ὡς ηὐδόκει ἡ θεία αὐτοῦ θέλησις, καὶ ὅτε, καὶ ὅπερ, αὐτεξουσίως ὑποτασσομένης τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ θελήσεως τῇ θείᾳ αὐτοῦ θελήσει.

κη'. Θέλησις μὲν γὰρ (1) καὶ ἐνέργεια Θεοῦ ἐστι, κατὰ τὸν μακάριον Εἰρηναῖον, παντὸς χρόνου καὶ τόπου καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης φύσεως ποιητική τε καὶ προνοητικὴ αἰτία· θέλησις δὲ ἀνθρωπίνη ἐστὶ, φυσικὴ δύναμις τῶν κατὰ φύσιν ὄντων ὀρεκτικὴ, καὶ τῶν οὐσιωδῶς τῇ φύσει προσόντων συνεκτική· ἡ μὲν C γὰρ οὐσία τοῦ τε εἶναι καὶ τοῦ ζῇν, καὶ κινεῖσθαι κατ' αἴσθησίν τε καὶ νοῦν ὀρέγεται, τῆς οἰκείας ἐρ-

[20] Isa. LIII, 29. [21] Orat. 36. [22] Philipp. II, 7. [23] Ep. ad Demetr.

## VARIÆ LECTIONES.

[z] Nostro τῶν ἁμαρτιῶν ὄρεξις, ἤγουν ἡ ἁμαρτία. Uterque καὶ ἁμαρτικήν. Atque inde emendari possunt Reg. et S. Hil. in quibus legitur καὶ ἁμαρτικῶν. Alias frustra sit copula καί. [a] Nostri ἐν ἑτέρῳ.

## NOTÆ.

(1) *Θέλησις μὲν γάρ. Dei voluntas et actio.* Noster hic passim in hacce adversus Monotheletas dissertatione sanctum Maximum sequitur, qui in variis suis lucubrationibus quas contra eamdem hæresim scripsit, ex epistola Irenæi *Ad Demetrium Viennensem*, exque libro Clementis Stromatei, sive Alexandrini, *De Providentia*, et sexto *Stromatum*, velut etiam ex Athanasio, aliisque definitiones varias substantiæ, voluntatis, et operationis attulerat: quas hinc inde videre est tom. II Operum ipsius. Has omnes aliasque omnis generis complures, nescio quis auctor collegit, hoc præfixo titulo Ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν, κ. τ. ἑ. *Definitiones diversæ secundum traditionem, et fidem sanctæ et apostolicæ Ecclesiæ, collectæ a Clemente, Anastasio,* seu etiam *Athanasio, et aliis*: editæque sunt, tam in *Hodego* Anastasii Sinaitæ, quam inter opera magni Athanasii. Anastasius ipse Sinaita, collectionis hujus auctorem facit Clementem Romanum; quod quidam mss. affirmant, παρὰ Κλήμεντος Ῥώμης. Quia vero veteres sancto Clementi papæ libros alios non attribuunt præter duas quæ supersunt nobis, epistolas, habemusque Clementem Alexandrinum variarum definitionum parentem: quinimo non unus Collectionis auctor assignatur, sed plures, ipsique præstantissimi; omnino concedendum est, eas et exceptas consarcinatas fuisse, tam ex Clemente Alexandrino, quam ex Athanasio, Irenæo, Nysseno, Anastasio Antiocheno, Justino quodam recentiori, aliisque, inter quos Joannem etiam Damascenum accensere non dubitaverim, propter hunc codicis Vaticani 495 titulum D quem Allatius refert in diatriba *De libris Joannis Damasceni*, n. 69, Ὅροι διάφοροι... συλλεγέντες ἀπὸ τοῦ μακαρίου Κλήμεντος, καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, καὶ ἑτέρων. *Definitiones diversæ collectæ ex B. Clemente, et Joanne Damasceno, et aliis.* Collectionem istam auctiorem quam antea edidit vir doctissimus, meique amantissimus R. P. D. Bernardus de Montfaucon tom. II Oper. sancti Athanasii: nec dubium jam mihi superest, quin ea ipsa sit quam Allatius Damasceno nostro reddendam arbitratur, propter hunc alium titulum quem in suis schedis se reperisse ait: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ὅροι διάφοροι, κατὰ τὴν παράδοσιν· *Sancti Patris nostri Joannis Damasceni definitiones variæ secundum traditionem*, etc. Sed propter quædam additamenta non est cur Damasceni esse censeatur, quandoquidem ante ejus ætatem sæculo septimo Anastasius Sinaita eam citaverat, atque *Hodego* suo præmiserat.

A ωμένη φύσεως, καὶ πλήρους ὀντότητος [b]. Θελητικὴ γὰρ ἑαυτῆς ἐστιν ἡ φύσις, καὶ πάντων τῶν συστατικῶν αὐτῆς, τῷ τε τοῦ εἶναι λόγῳ, καθ' ὃν ἔστι τε καὶ γέγονεν ὀρεκτικῶς ἐπηρτημένη. Διόπερ ἕτεροι τοῦτο τὸ φυσικὸν ὁριζόμενοι θέλημα, φασί· Θέλημά ἐστι φυσικὸν, ὄρεξις λογική τε καὶ ζωτικὴ, μόνων ἠρτημένη τῶν φυσικῶν· θέλησις τοίνυν [c] ἐστὶ, κατὰ τὸν μακάριον Κλήμεντα, δύναμις τοῦ κυρίως ὄντος ὀρεκτική. Καὶ πάλιν· ὄρεξίς ἐστι τῇ τοῦ λογικοῦ φύσει κατάλληλος. Καὶ πάλιν· αὐτοκράτορος νοῦ κίνησις αὐτεξούσιος. Ἐν ἀρχῇ γὰρ πλάσας ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐποίησεν αὐτὸν φύσιν [d] ἀναμάρτητον, καὶ θέλησιν αὐτεξούσιον, καθὼς φησιν ὁ ἱερὸς Ἀθανάσιος. Καὶ φύσις μὲν ἀναμάρτητος, πᾶσα ἡ κτίσις, λογική τε καὶ ἄλογος· αἰσθητικὴ καὶ ἀναίσθητος, B καὶ ἄζωος· ἀλλ' οὐ πᾶσα ἡ κτίσις θέλησις αὐτεξούσιος· καὶ ἡ θεία φύσις ἀναμάρτητος καὶ αὐτεξούσιος θέλησις· ἀλλ' οὐ τρεπτὴ, ἀλλ' ἄτρεπτος. Ἡ μὲν οὖν θεία φύσις, θελητικὴ καὶ αὐτεξούσιος καὶ ἀναμάρτητος καὶ ἄτρεπτος. Πᾶσα δὲ ἡ κτίσις, ἀναμάρτητος παρὰ Θεοῦ ἐγένετο· « Πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησε, καλὰ λίαν· » ἀλλὰ τρεπτή. Ὧν γὰρ ἡ γένεσις ἀπὸ τροπῆς ἤρξατο, τρεπτὰ κατὰ φύσιν ἐστί· τροπὴ δέ ἐστιν, ἡ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγή.

Εἰ οὖν τὸ τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἀνέλαβε θέλημα, ποίῳ θελήματι τῷ Πατρὶ γέγονεν ὑπήκοος; Εἰ τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἀνέλαβε θέλημα, ποίῳ θελήματι ὑπὸ νόμον γέγονεν; εἰ τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἀνέλαβε θέλημα, C ποίῳ θελήματι ἐπλήρωσε πᾶσαν δικαιοσύνην; ὅτι μὲν γὰρ πᾶσαν ἀρετὴν μετῆλθε, καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην ἐπλήρωσεν, ἄκουε αὐτοῦ πρὸς Ἰωάννην λέγοντος· « Ἄφες ἄρτι· » οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. » Ἀρετὴν μὲν γὰρ πᾶσαν καὶ δικαιοσύνην ἐπλήρωσεν· ἀλλ' οὐκ ἐξ ἔργων, οὐδὲ ἐξ ἀρετῆς προέκοπτεν, ἀλλ' ἐξ ἄκρας ἑνώσεως ἦν τέλειος· οὐ γὰρ μὴ ὢν, γέγονε Θεός· ἀλλὰ Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἄνθρωπος τέλειος.

Εἰ ἀνθρώπινον οὐκ ἀνέλαβε θέλημα, τὸ πρωτοπαθῆσαν ἐν ἡμῖν οὐκ ἰάσατο. « Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον, » ὡς ὁ Θεολόγος ἔφη Γρηγόριος. Τί γὰρ τὸ πταῖσαν, εἰ μὴ τὸ θέλημα; ὅπερ οὖν ἔπταισεν, ὅπερ ἥμαρτεν, αὐτὸ μᾶλλον ἐδεῖτο τῆς θεραπείας. D Εἰ δὲ λέγεις ὅτι τὸ ἁμαρτῆσαν οὐκ ἀνέλαβεν, οὐδὲ τὴν ἁμαρτήσασαν [καὶ νοσήσασαν] φύσιν ἀνέλαβεν. Εἰ δὲ τοῦτο οὐκ ἀνέλαβεν, οὐδὲ τὴν φύσιν [e] τῆς ἀνθρωπότητος ἀνέλαβεν· αὕτη γὰρ ἡμάρτηκεν.

integritatem desiderans. Habet namque natura, ut se esse salvam velit, utque ipsa qua ratione existit et condita est, ab eorum quibus constituitur, desiderio pendeat. Quamobrem alii naturalem hanc voluntatem definientes aiunt: Voluntas naturalis est, tum animalis appetitio, ab iis solis pendens quæ naturæ sunt. Item voluntas, secundum Clementem [24], est ejus quod vere est appetitio. Ac iterum, est appetitio rationali naturæ consentanea. Itemque, mentis moderatricis liber motus. Deus enim in principio formans hominem, naturam creavit innocuam et liberam voluntatem, sicut divinus Athanasius ait [25], ac quidem creatura omnis a peccato libera est, tum quæ rationis est particeps, tum quæ rationis expers; sive sentiens sit, sive non sentiens, sive vita careat; at non omnis quæ condita sit, est voluntas libera. Ad hæc divina voluntas est innoxia et libera; quin etiam immunis a mutatione et immutabilis. Quocirca divina natura voluntate prædita est et libera, in quam nec peccatum cadit, nec vicissitudo: creata vero omnis innoxia condita a Deo est; quoniam « omnia quæ fecit, valde bona erant [26]: est tamen mutabilis. Quorum enim ortus à mutatione cœpit, hæc per naturam sunt quoque mutabilia. Atqui mutatio est adductio a non esse ad esse.

**544** Si itaque non assumpsit [Christus] humanam voluntatem; quanam voluntate obediens factus est Patri [27]? Si non assumpsit humanam voluntatem, qua voluntate factus est sub lege [28]? si non assumpsit humanam voluntatem, qua voluntate implevit omnem justitiam [29]? quod enim virtutem omnem coluerit, et justitiam omnem impleverit, ipsum audi dicentem Joanni: « Sine modo: sic enim nos decet implere omnem justitiam [30]. » Sane quidem virtutem omnem et justitiam implevit; non tamen proficiebat ex operibus, aut ex virtute: sed ab ipsa prima unitione perfectus fuit. Non enim cum prius non esset, factus est Deus; sed cum esset perfectus Deus, perfectus homo factus est.

Si non assumpsit humanam voluntatem, remedium ei non attulit, quod primum sauciatum erat. «Quod enim assumptum non est, nec est curatum,» ut ait Gregorius Theologus [31]. Ecquid enim offenderat, nisi voluntas? quod ergo ceciderat, quod peccaverat, id demum amplius curatione egebat. Quod si neges, id ab eo assumptum, quod peccaverat, fatearis necesse est, nec peccatricem, nec ægram naturam eum assumpsisse. Quod si non assumpsit, nec humanam assumpsit naturam. Ipsa namque est quæ peccaverat.

[24] Clem. Alex lib. *De prov.* et alii. [25] Athan. Orat. contra Apollinaristas. [26] Gen. I, 11. [27] Philipp. II, 8. [28] Galat. IV, 4. [29] Greg. ad Cledon. [30] Matth. III, 19. [31] Greg. orat. 51.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Colb. 4780 ὁσιότητος, lege οὐσιότητος. [c] N. 1 πάλιν. [d] Colb. Nostri et Reg. φύσει . . . καὶ θελήσει. Athanasius ut in textu. Ubi pugnat contra Manichæos, homini congenitum non esse peccatum, nec hominis compagem a diabolo esse. [e] Ita mss.; paulo post in R. sequitur: εἰ δὲ λέγεις ὅτι τὸ ἁμαρτῆσαν οὐκ ἀνέλαβεν, οὐδὲ τὴν φύσιν, κ. τ. ἑ.

Si non assumpsit humanam voluntatem, quomodo « antequam cognoscat bonum ac malum, non acquiescet malitiæ, ut eligat bonum [32]? » Non enim divina voluntas, vel non acquiescit, vel acquiescit, aut eligit. Itaque non acquiescit malitiæ, sed eligit bonum, libere ut homo obtemperando voluntati paternæ (nam electio voluntatis est liberæ) verum eligit, non more nostro consultans ac judicans, amboque contraria, virtutem, inquam, et malitiam, cogitatione versans, inque eorum cognitionem veniens, sed tantum boni, quod voluntati divinæ complacitum est; sicque Adami persolvit debitum. Dicendo autem: « Antequam cognoscat bonum et malum; » non hoc ait, quasi postmodum susceperit. Nam propter unionem secundum hypostasim, non cognovit malum, nec cogitavit. Nunquam habuit voluntatem in utramque partem pendulam aut ancipitem; sed, cum unus ipse Christus hoc pariter atque illud esset; nempe Deus et homo; humanis suis utebatur, hoc est universis quæ ad hominis naturam spectant, in obsequium paternæ divinæque suæ voluntatis.

Ergo non assumpsit voluntatem humanam, qui angelorum admisit auxilium? ait enim: « Et ecce angelus confortans eum [33]; » quæ lex est ac conditio humanæ naturæ. Ait enim David: « Angelis suis mandavit de te; et in manibus tollent te [34]. »

An quia passus est derelictionem, non suscepit voluntatem hominis? Ait enim: « Eloi, Eloi, lamasabactani? id est; Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti [35]. » Tradidit enim Deus ac Pater, unigenitum Filium suum pro nobis in mortem, factum hominem. Haud quidem fuit derelicta ejus caro, vel ab ipsius divinitate separata; aut vidit corruptionem, aut anima ejus derelicta est in inferno [36]: verum proprio Filio non pepercit Deus **545** ac Pater; sed pro nobis omnibus tradidit illum [37] in contumelias, ignominiamque, et innoxias inculpatasque passiones, ac mortem. Quamobrem Paternæ voluntati usque ad mortem obediens factus [38], contempta confusione [39], gloria et immortalitatis honore nostram coronavit naturam [40].

Si illi qui unam in Christo naturam profitentur compositam, ac duas negant, naturarum admittunt differentiam; quomodo igitur vos, qui duas in Christo naturas profitemini affirmatisque, unam in eo voluntatem immani mendacio confingitis? Ast inquit: Voluntas non naturæ est, sed personæ. Quam vero dicitis voluntatem? Num vim eam qua volumus, ac velle simpliciter, remque quam

A Εἰ τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἀνέλαβε θέλημα, πῶς « πρὶν ἢ γνῶναι καλὸν καὶ πονηρὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν; » Οὐ γὰρ τὸ θεῖον θέλημα ἀπειθεῖ, ἢ πείθεται, ἢ ἐκλέγεται· ἀπειθεῖ τοίνυν πονηρίᾳ, καὶ ἐκλέγεται τὸ ἀγαθὸν, ὑπακούων αὐτεξουσίως ὡς ἄνθρωπος, τῷ πατρικῷ θελήματι· ἡ γὰρ ἐκλογὴ, αὐτεξουσίου θελήματός ἐστιν· ἀλλ' οὐ καθ' ἡμᾶς βουλευόμενος καὶ κρίνων· καὶ ἄμφω τὰ ἐναντία· ἀρετήν φημι, καὶ κακίαν, λογιζόμενος, καὶ ἐν γνώσει τούτων γενόμενος· ἀλλὰ μόνον τοῦ ἀγαθοῦ· ὅπερ ἐστὶν ἡ θείου θελήματος εὐδοκία· καὶ οὕτω τὸ τοῦ Ἀδὰμ ἀπέτισεν ὄφλημα. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν· « Πρὶν ἢ γνῶναι καλὸν καὶ πονηρὸν, » [[f] οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ὕστερόν ποτε ἐδέξατο,] οὐ γὰρ ἔγνω ἢ ἐλογίσατο πονηρὸν, διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν· B οὐκ ἐπαμφοτερίζοντα, οὐδὲ διστάζοντα εἶχε τὸν λογισμόν· ἀλλ' αὐτὸς ὢν ὁ εἷς Χριστὸς, τοῦτο κἀκεῖνο τουτέστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐκέχρητο τοῖς ἀνθρωπίνοις αὐτοῦ· τουτέστι πᾶσι τοῖς φυσικοῖς τῆς ἀνθρωπότητος, πρὸς ὑπακοὴν τοῦ πατρικοῦ καὶ θείου αὐτοῦ θελήματος.

Εἰ δὲ τὴν δι' ἀγγέλων βοήθειαν κατεδέξατο, (φησὶ γάρ· « Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος ἐνισχύων αὐτόν· » ὅς ἐστι νόμος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως), τὸ θέλημα οὐκ ἀνέλαβε· φησὶ γὰρ Δαβὶδ, ὅτι « Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε. »

C Εἰ τὴν ἐγκατάλειψιν κατεδέξατο, τὸ θέλημα οὐκ ἀνέλαβε; Φησὶ γάρ· « Ἐλωῒ, Ἐλωῒ λαμασαβαχθανί [g]; τουτέστι· Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Παρέδωκε γὰρ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον, γενόμενον ἄνθρωπον· οὐκ ἐγκατελείφθη μὲν ἡ σὰρξ αὐτοῦ, οὐδὲ ἐχωρίσθη τῆς θεότητος αὐτοῦ, οὐδὲ εἶδε [h] διαφθορὰν, οὐδὲ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐγκατελείφθη ἐν ᾅδου· ἀλλ' οὐκ ἐφείσατο ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ· ὑπὲρ ἡμῶν παρέδωκεν αὐτὸν εἰς ὕβρεις καὶ ἀτιμίας, καὶ πάθη ἀδιάβλητα καὶ ἀναμάρτητα, καὶ εἰς θάνατον. Διὸ τῇ πατρικῇ εὐδοκίᾳ ὑπήκοος μέχρι σταυροῦ γενόμενος, καὶ αἰσχύνης καταφρονήσας, δόξῃ καὶ ἀφθαρσίας τιμῇ τὴν φύσιν ἡμῶν ἐστεφάνωσεν.

D Εἰ οἱ μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ ὁμολογοῦντες σύνθετον, καὶ τὰς δύο ἀπαρνούμενοι, τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν καταδέχονται, πῶς οἱ [i] δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ [ὁμολογοῦντες καὶ] καταγγέλλοντες, μίαν ἐπ' αὐτοῦ θέλησιν τερατεύεσθε [j]; Ἀλλά φησιν· Οὐ φυσικόν ἐστι τὸ θέλημα, ἀλλ' ὑποστατικόν· ποῖον οὖν θέλημα λέγετε; Τὴν θελητικὴν δύναμιν, καὶ τὸ ἁπλῶς θέλειν, καὶ τὸ φυσικὸν θελητόν· ἢ τὸν τρόπον τῆς τοῦ θέλειν χρή-

[32] Isa. VII, 16. [33] Luc. XXII, 43. [34] Psal. XC, 11. [35] Marc. XV, 34. [36] Psal. XV, 11. [37] Rom. VIII, 32. [38] Philipp. II, 8. [39] Hebr. XII, 2. [40] Psal. VIII, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[f] Ex N. 1 hæc necessario supplenda sunt. [g] Nostri 1 ἠλλ, ἠλλ λημασαβαχθανί. [h] Edit. οἶδε. [i] Forte legendum οὖν. [j] Ita Nostri. Reg. edita et S. τερατεύονται Sic interpr. *prodigialiter dicunt.*

σεως, τουτέστι τὸ πῶς θέλειν, καὶ τὸ κατ' οἰκείαν γνώμην καὶ ἡδονὴν θελητόν; ἀλλ' εἰ μὲν τὴν θελητικὴν δύναμιν ὑποστατικὴν φατε, καὶ τὸ ἁπλῶς θέλειν, οὐκ ἀληθῶς ἀποφαίνεσθε· πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ἔχει τὴν θελητικὴν δύναμιν, καὶ τὸ ἁπλῶς θέλειν· τὰ δὲ ἐν πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος θεωρούμενα ὑποστάσεσι, φυσικὰ, καὶ οὐχ ὑποστατικά. Οὐ πᾶς δὲ ἄνθρωπος τὸ αὐτὸ θέλει, οὐδὲ ὡσαύτως· ὥστε ἡ μὲν θελητικὴ δύναμις, καὶ τὸ ἁπλῶς θέλειν, φυσικόν· τὸ δὲ τί θέλειν, καὶ τὸ πῶς θέλειν, διάφορον καθ' ἑκάστην ὑπόστασιν, καὶ ὡς συμβεβηκὸς ὑποστατικόν. Καὶ μάρτυς Ἰωάννης ὁ ἅγιος, καὶ ὄντως Χρυσόστομος, οὑτωσὶ λέγων ἐν βιβλίῳ α', λόγῳ ιδ' τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς· « Ἡ μὲν γὰρ βούλησις, ἔμφυτον καὶ παρὰ Θεοῦ· ἡ δὲ τοιάδε βούλησις, ἡμέτερον, καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν. »

A a natura voluntas velit? an modum usus voluntatis, seu quod sic velimus, ac quod pro nostro arbitratu ac libidine voluntati subjicitur? Verum, si vim quidem voluntatis ac velle simpliciter ad personam dicatis pertinere, falsum decernitis? Omnis quippe homo vim habet volendi, et ut absolute velit. Quæ autem in singulis ejusdem speciei hypostasibus perspiciuntur, ad naturam spectant, non ad personam. At non universi homines id ipsum, aut eadem ratione volunt. Quamobrem volendi quidem facultas, ac velle simpliciter, ad naturam pertinet: velle autem hoc aliquid, ac sic velle, in unaquaque persona diversum est, et instar accidentis hypostatici. Ejusque testis sit sanctus Joannes aureo ore vere Chrysostomus, cum B ita ait lib. I Comment. in Epistolam ad Hebræos, tractatu 14: « Voluntas quidem, innatum quiddam est, et a Deo: nostrum autem, talis voluntas nostrique judicii est. »

Ἔτι, εἰ ὑποστατικὴ καὶ ἡ θελητικὴ δύναμις, καθὰ ἑτεροϋπόστατός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ἔσται καὶ ἑτερόβουλος.

Præterea: si voluntatis ipsa facultas ad personam pertinet, sicut Filius diversa persona est a Patre, ita etiam diversæ ab eo voluntatis erit.

Ἔτι, τὰ φυσικὰ, ἀδίδακτα· οὐδεὶς γὰρ διδάσκεται πεινῆν, ἢ διψᾶν, ἢ κοιμᾶσθαι, ἢ ἀναπνεῖν· οὕτως οὐδὲ θέλειν διδάσκεταί τις· πῶς δὲ θέλειν, ἤτοι καλῶς, ἤτοι κακῶς, καὶ τί θέλειν διδάσκεται· οὐ γὰρ τὸ θέλειν διδάσκει ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος· τοῦτο γὰρ φυσικῶς ἡμῖν παρ' αὐτοῦ δέδοται· ἀλλὰ τὸ καλῶς θέλειν, καὶ τί θέλειν· ὥστε τὸ μὲν θέλειν, φυσικόν· τὸ δὲ τί καὶ πῶς θέλειν, ὑποστατικὸν καὶ διάφορον, πλὴν τῆς ἁγίας Τριάδος. Ἐκεῖ γὰρ ὡσαύτως, καὶ τὰ αὐτὰ θέλουσιν αἱ ἅγιαι τῆς θεότητος τρεῖς ὑποστάσεις, κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν. Ὁ γὰρ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, ὁ σεσαρκωμένος Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς, ὥσπερ φύσιν ἀνθρώπου ἔσχε παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὸ γενέσθαι ἄνθρωπος, καὶ διακέκριται τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, οὕτω καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος φυσικοῖς ἰδιώμασι διακέκριται τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, δύο φύσεις ἔχων, καὶ δύο φυσικὰς ἰδιότητας.

Item: Quæ naturæ sunt, doctrina non egent. Nullus quippe docetur esurire, sitire, dormire, respirare: sic neque quis docetur velle: sed tali modo velle, id est bene aut male, et hoc aliquid velle addiscit. Non enim Dei lex velle docet: quippe cum hoc nostræ naturæ ab ipso sit datum: sed docet bene velle, et hoc aliquid velle. Ergo velle quidem ad naturam pertinet: hoc autem et sic velle, ad personam, diversumque est, præterquam in sancta C Trinitate. Illic enim modo eodem eademque volunt tres deitatis personæ, propter eamdem deitatis substantiam. Unus enim sanctæ Trinitatis, qui carnem sibi conjunxit, Filius Deique Verbum ac Deus, uti naturam humanam, qua factus est homo, præter Patrem et Spiritum sanctum, quia ab utroque est discretus, habuit; ita et per naturalis humanitatis proprietates a Patre ac Spiritu sancto discretus est; quia duas naturas habet, duplicesque naturales proprietates.

Ἔτι, οὐσιῶδές ἐστι καὶ φυσικὸν, ὃ παρὸν σώζει, καὶ ὃ ἀπὸν φθείρει τὸν ὅρον τῆς φύσεως. Ἆρα οὖν ἀνεθέλητος ἄνθρωπός ἐστιν [k]; Οὐδαμῶς. Οὐ γὰρ γέγονέ ποτε ἄνθρωπος ἀνεθέλητος. Φυσικὴ ἄρα ἡ θέλησις. Εἰ ἡ πεῖνα, καὶ ἡ δίψα, καὶ τοῦ ὕπνου ἡ ἔφεσις, ὀρέξεις οὖσαι ἄλογοι, φυσικαί εἰσιν· ἡ οὖν λογικὴ ὄρεξις, ἡ αὐτεξούσιος, οὐκ ἔσται φυσική;

Insuper, ad substantiam et naturam illud spectat, quod cum adest, servat; cum abest, destruit naturæ definitionem. Num ergo homo sit qui voluntatis est expers? Minime. Nunquam enim 546 homo exstitit sine voluntate. Ergo voluntas eo-D rum est quæ spectant ad naturam. Si fames, ac sitis, somnique desiderium, cum appetitiones sint irrationabiles, ad naturam spectant; quidni animi appetitio rationalis, quæ libera est, ad eam speciei?

Κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγόναμεν, κατὰ τὸ νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον. Εἰ οὖν νοῦν καὶ θέλησιν αὐτεξούσιον οὐκ ἀνέλαβεν, οὐκ ἀνέλαβε τὸ κατ' εἰκόνα· μετ' ὀλίγα δὲ καὶ περὶ τοῦ κατ' εἰκόνα μικρὰ ὑποληψόμεθα [l]. Εἰ οὖν ἀνθρωπίνην οὐκ ἀνέλαβε θέλησιν, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Χριστὸς, θείῳ ἠθέλησε θελή-

Facti sumus ad imaginem Dei, quatenus intellectu et arbitrii libertate præditi. Si igitur non assumpsit mentem ac liberam voluntatem, neque id quod est ad imaginem assumpsit. Quædam vero post pauca subjiciemus, de modo quo homo est ad imaginem Dei. Itaque si Christus non assumpsit

VARIÆ LECTIONES.

[k] Reg. et Colb. 1639 ζῶον ἀνεθέλητος ἄνθρωπος ἔσται. [l] Colb. et Nostri διαληψόμεθα.

humanam voluntatem, quæcunque voluit, omnino divina voluntate voluit. Quomodo igitur, cum ingressus domum latere voluisset, non potuit [41]? non ergo divina voluntas est omnipotens, sed impotens. Desine, o homo, sic desipere. Divinæ voluntatis non est cibi potusque appetitio, ac velle locum ex loco mutare, et similia; sed humanæ. Quanquam Christus humana hæc voluntate, secundum Patris beneplacitum volebat.

29. Ast, inquiunt, non a natura concessa est homini libertas, sed honoris titulo. Ait enim Gregorius Theologus [42]: « Libero eum arbitrio honorans. » Sed attende quid rursus idem Pater dicat: « Hunc ratione ac Dei imagine honestatum. » Si ergo ne rationis quidem facultatem per naturam habuerit, sed honoris duntaxat titulo: jam quoque superest ut dicas, non assumpsisse Dominum animam ratione præditam, sed mentis expertem.

*Quot modis dicitur quid*, ad imaginem?

30. Ea parte, in qua ratio, mens, et liberum arbitrium est. Eo item nomine, quod mens verbum gignit, ac spiritum profert, ac denique propter principatum. Triplici hac ratione sunt ad imaginem angeli et homines. Ad hæc autem et inprimis homines, ratione ingeniti, quod in Adamo perspicitur; et geniti, quod in Abel, ac processionis, quæ in Eva. Præterea, ex eo quod homo natura principatum teneat. Anima enim a natura corpus subditum habet, cui dominetur. Quod item universa veluti colligat. Cum enim in Deo, tum in homine universim unitur quidquid in rebus creatum est: siquidem homo spiritualis sensilisque naturæ veluti nodus est. Quod denique Filius Dei ad ejus esset creandus imaginem. Non enim angelus factus est, sed homo [43].

31. Natura omnis composita et ex diversis naturis coalescens, naturarum ex quibus componitur proprietates naturales necessario retinet, tametsi in conjunctione perspiciatur earum confusio. Nam ignis et aqua omnino contraria sunt: ignis siquidem calidus est et siccus: aqua vero frigida et humida. Corpus tamen, quod ex quatuor elementis coaluit, quatuor habet qualitates; calo-

A ματι· καὶ πῶς εἰσελθὼν [θελήματι] εἰς οἶκον [m], καὶ θελήσας λαθεῖν, οὐκ ἠδυνήθη; Οὐκοῦν οὐ παντοδύναμον τὸ θεῖον θέλημα, ἀλλὰ ἀδύνατον. Παῦσαι, ὦ ἄνθρωπε, ταῦτα ληρῶν· οὐκ ἔστι θείας θελήσεως τὸ ἐφίεσθαι βρώσεως ἢ πόσεως, καὶ τόπον ἐκ τόπου [m] ἀμείβειν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἀνθρωπίνης· εἰ καὶ ἀνθρωπίνῃ θελήσει, κατ' εὐδοκίαν πατρικὴν ταῦτα ἤθελεν ὁ Χριστός.

κθ'. Ἀλλὰ, φησὶν, οὐ κατὰ φύσιν ἐδόθη τῷ ἀνθρώπῳ τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλὰ κατὰ τιμὴν, ἐν τῷ φάναι τὸν Θεολόγον Γρηγόριον· « Τῷ αὐτεξουσίῳ τιμήσας αὐτόν. » Ἀλλ' ἄκουε πάλιν τοῦ Πατρός· « Τοῦτον λόγῳ καὶ εἰκόνι Θεοῦ τετιμημένον. » Οὐκοῦν οὐδὲ τὸ B λογικὸν ἕξει κατὰ φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τιμήν· καὶ ὥρα σοι λέγειν, ὡς οὐ λογικὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἄλογον ὁ Κύριος προσελάβετο.

*Κατὰ πόσους τρόπους λέγεται τὸ, κατ' εἰκόνα* [n];

λ'. Κατὰ τὸ λογικὸν, καὶ νοερὸν, καὶ αὐτεξούσιον, κατὰ τὸ γεννᾷν τὸν νοῦν λόγον, καὶ προβάλλειν πνεῦμα· κατὰ τὸ ἀρχικόν. Κατὰ ταῦτα καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ ἄνθρωποι κατ' εἰκόνα. Ἔτι δὲ, ἐκ περιουσίας οἱ ἄνθρωποι· κατὰ τὸ ἀγέννητον, τὸ ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ· καὶ γεννητὸν, τὸ ἐπὶ τοῦ Ἄβελ· καὶ τὸ ἐκπορευτὸν τὸ ἐπὶ τῆς Εὔας. Κατὰ τὸ φύσει ἀρχικόν· φύσει γὰρ ἔχει δοῦλον ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα, καὶ ἐξουσιάζει αὐτοῦ· καὶ C κατὰ τὸ συνάγειν πᾶσαν τὴν κτίσιν· ἔν τε γὰρ τῷ Θεῷ ἑνοῦται πᾶσα ἡ κτίσις, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· σύνδεσμος γάρ ἐστι νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως. Καὶ ὅτι κατ' εἰκόνα τούτου ἔμελλε γίνεσθαι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ ἄγγελος γέγονεν, ἀλλ' ἄνθρωπος.

λα'. Πᾶσα ὑπόστασις σύνθετος, ἐκ διαφόρων φύσεων συντεθειμένη, τὰ φυσικὰ ἰδιώματα τῶν δύο φύσεων ἔχει κατ' ἀνάγκην, κἂν σύγχυσις θεωρῆται [o] ἐν τῇ ἑνώσει· τὸ γὰρ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ ἐναντία εἰσὶ παντελῶς· τὸ μὲν γὰρ πῦρ, θερμὸν καὶ ξηρόν· τὸ δὲ ὕδωρ, ψυχρὸν καὶ ὑγρόν· ἀλλ' ἡνίκα συντεθῇ σῶμα ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, τὰς τέσσαρας ἔχει ποιό- D τητας, θερμότητα καὶ ψυχρότητα, ὑγρότητα καὶ

[41] Marc. VII, 24. [42] orat. 2 in Pascha. [43] Vide Greg. Nyss. ex quæstionibus *De eo quod est ad imag.*; Anastas. Antioch. in orat. duabus de eodem argumento.

VARIÆ LECTIONES.

[m] Reg. τόπους ἐκ τόπων. Edita et Nostri τόπον ἐκ τόπου. Vetus interpr. *Locum ex locis.* [n] Combef. ἄνουν posuit, nescio quo auctore. Ita mss. quæ legi: edit. Basil. περὶ τοῦ κατὰ τί γεγόναμεν κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Hic porro titulus novum aliud opus non indicat, ut viri quidam docti putarunt, sed pauca, quæ auctor se traditurum paulo ante pollicitus erat de celebri hac inter Orientales quæstione. [o] Noster 1 θεωροῖτο,

NOTÆ.

(2) Combefisius ex uno cod. Nostro, ita vertendum censuit: *Num ii qui unam in Christo naturam compositam, et duas negant, naturarum admittunt differentiam?* At potior mihi videtur sensus sine interrogatione; ut auctor ex ipsamet Severianorum confessione Monotheletas validius expugnet.

ξηρότητα. Εἰ οὖν ἔνθα σύγχυσις θεωρεῖται, ἀνάγκη A θεωρεῖσθαι τὰ φυσικὰ ἰδιώματα τῶν συντεθέντων [p], πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως!

λβ'. Ἀλλά, φασίν, ὡς ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔχει φυσικὸν θέλημα· λέγουσι δὲ [q] Μανιχαϊκῶς δύο μόνα εἶναι θελήματα· τὸ ἓν τὸ θεῖον, τὸ ἀγαθόν· τὸ δὲ ἕτερον, τὸ διαβολικόν, τὸ πονηρόν· καὶ πηνίκα μὲν τὸ ἀγαθὸν θελήσει ὁ ἄνθρωπος, τὸ τοῦ Θεοῦ ἔσχε θέλημα· ἡνίκα δὲ τὸ πονηρόν, τὸ τοῦ διαβόλου. Ὢ μανίας ὑπερβολῆς! ὢ σκότους ἀγνοίας [r]! Τὸ θεῖον θέλημα [ἔχει ὁ ἄνθρωπος] παντουργόν, ἢ οὔ; Ναί φασιν. Εἰ οὖν τὸ θεῖον θέλημα ἔχει ὁ ἄνθρωπος, ἀγαθὸν θέλων, ἐστὶ κατ' αὐτοὺς παντουργός. Ἀλλ' ἀγνοοῦσιν ὡς ἀδύνατον οἱανοῦν φύσιν χρήσασθαι πράξει, ἢ B ἐνεργῆσαι, ἧς τὴν δύναμιν οὐ κατὰ φύσιν ἔλαβεν· οἷον οὐ δύναται πτῆναι τὸ πτηνόν, μὴ κατὰ φύσιν λαβὸν τὴν τοῦ πέτασθαι δύναμιν· οὐδὲ καὶ χερσαῖον βαδίζειν, εἰ μὴ τὴν βαδιστικὴν κατὰ φύσιν ἔλαβε δύναμιν· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος, οὐ δύναται ἐνεργεῖν καὶ θέλειν, εἰ μὴ κατὰ φύσιν τὴν θελητικὴν καὶ ἐνεργητικὴν ἔλαβε δύναμιν· οὐδὲ γὰρ νοεῖν δύναται, εἰ μὴ φύσει τὴν νοητικὴν δύναμιν ἔλαβεν· οὐδὲ ὁρᾷν, [ὁρᾷν] οὐδέ τι ἕτερον ἐνεργεῖν· διὸ καὶ πάσῃ φύσει αἱ φυσικαὶ ἐνέργειαι ἀεὶ [s] ἐνυπάρχουσι, καὶ συνυπάρχουσι· τὰ δὲ θελητὰ καὶ ἐνεργητά, οὐ συνυπάρχουσι. Καὶ ἡ μὲν φυσικὴ θέλησις, τουτέστιν ἡ θελητικὴ δύναμις, μία· τὰ δὲ θελήματα [t], πολλὰ καὶ διάφορα· φησὶ γὰρ ἡ Γραφή· « Πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς. » C Οὐκ εἶπεν· Θεία θέλησις [u] ἐν αὐτοῖς· ἀλλά, « Πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς· » τουτέστι τὰ θελητά.

rem et frigus, humorem ac siccitatem. Si ergo ubi perspicitur confusio, necesse tamen est inveniri naturales proprietates eorum, ex quibus compositio **547** fit; quanto magis in ea unione quæ confusionis expers exsistit!

32. Ast, inquiunt, non habet homo voluntatem naturalem. Dicunt enim Manichæorum more duas tantum esse voluntates; unam quidem divinam, quæ bona est, alteram vero diabolicam, quæ mala: cumque id vult homo quod bonum est, Dei in eo esse voluntatem, cum id quod malum, diaboli. O singularem dementiam! O ignorationis tenebras! Divinam voluntatem omnium creatricem habet homo, necne? Certe habet, inquiunt. Cum ergo homo qui vult bonum, divinam habeat voluntatem, erit plane ex eorum sententia rerum omnium auctor. Sed non intelligunt, nullam omnino naturam posse aliquid exsequi, si volendi facultate a natura donata non sit. Ut aves nunquam volaverint, nisi per naturam accepta facultate volandi; nec terrestre animal gradietur, nisi accepta facultate gressus: sic nec homo aliquid velle, aut agere potest, nisi a natura volendi atque agendi vim acceperit. Eodem modo neque ut intelligat fieri potest, nisi a natura acceperit intellectus facultatem; neque rursum ut videat, aut aliud quidquam agat. Quamobrem etiam naturales proprietates omni semper naturæ insunt, eique coexsistunt: haud perinde vero res quas volumus et agimus. Ac quidem naturalis voluntas, sive facultas illa qua volumus, una est: ea autem, quæ volumus, multa sunt ac varia. Ait enim divina Scriptura: « Omnes voluntates ejus in eis[64].» Non ait, divina in eis volendi facultas; sed: « Omnes voluntates ejus in eis, » id est, ea quæ cadunt sub ejus voluntatem.

λγ'. Ἰστέον δὲ ὅτι πάντα τὰ θελητὰ [v] τῆς θεότητος φυσικά εἰσιν· ἄτρεπτος γὰρ οὖσα, οὐ πέφυκεν ἄλλως καὶ ἄλλως θέλειν· ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως θέλει. Διὸ καὶ ταὐτά εἰσι τὰ θελητὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Πάντα γὰρ τὰ φυσικὰ τὰ αὐτά εἰσι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἡ αὐτὴ αὐτῶν ἡ φύσις. Οὐδὲν δὲ ὑποστατικὸν ἐν τῇ ὑπερουσίῳ θεότητι, εἰ μὴ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ γεννητικὸν τοῦ Πατρός, τὸ γεννητόν, τοῦ Υἱοῦ, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. D

λδ'. Ὡς εἴπομεν περὶ θελήματος, οὕτω καὶ περὶ ἐνεργείας φαμέν· ὅτι τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα διάφορα σημαίνει. Ἐνεργείας μὲν γὰρ Θεοῦ ἴδιόν ἐστι, τὸ μὴ μόνον ἐπ' ἄπειρον αἰσθήσεως ἁπάσης ἐπέκεινα εἶναι, νοῦ τε καὶ παντὸς αἰῶνος· ἀλλὰ καὶ πάσης οὐσίας καὶ κτίσεως [x]. Ἐνέργεια δέ ἐστιν, ἡ φυσικὴ ἑκάστης οὐσίας δύναμίς τε καὶ κίνησις.

33. Id porro operæ pretium est scire, quæ vult deitas, ad naturam pertinere; quippe quæ immutabilis exstitit, nec est comparata, ut alio atque alio modo velit, sed semper vult eodem modo. Atque adeo eadem prorsus sunt quæ volunt Pater et Filius et Spiritus sanctus, uti una eademque est trium natura. Nihil autem in summa Deitate personale est, præterquam ut Pater ingenitus sit ac Filii genitor, Filius sit genitus, ac Spiritus sanctus procedat.

34. Quod autem diximus de voluntate[65], de actu itidem sive operatione, et ipsa voce *actus* dicimus: nimirum, eorum esse, quæ diversa significant. Divinæ autem operationis hoc proprium est, ut nedum sensum omnem, mentemque ac sæculum, sed et omnem substantiam ac creaturam immensum superet. Porro actus est cujusque

[64] Psal. xv, 3. [65] Lib. II, *De fide*, cap. 23.

## VARIÆ LECTIONES.

[p] Bas. N. 1 συνθέτων. Hæc porro et nonnulla alia repetit, ut sensim ad secundam quæstionis partem de duplici operatione enucleandam accedat. [q] Als. γάρ, nec male. [r] Regg. Colb. 1639. Nostri ὑπερβολή... ἄγνοια. Sed vetus interpr. *O insaniæ superabundantiæ! o tenebrarum ignorantiæ!* Sic barbaro more casum patrium Latine reddit. [s] Deest ἀεί, in Basil. et cod. S. Hil. [t] Colb. 1639 θελητά. [u] N. chart. πᾶσα ἡ θέλησις. [v] Nostri ὅτι τὰ θελήματα. [x] N. 1 αἰτίας καὶ κλήσεως.

substantiæ motio. Rursusque, actus est vis naturalis et uniuscujusque essentiæ interpres. Item: actus naturalis est primus, est intelligentis animæ virtus semper in motu; id est perpetuo motu agitata ejus ratio, ab ea ceu fonte jugiter manans. Actus quoque dicuntur actionum exercitia; ut videre, loqui, spiritum ducere, ambulare, manducare, bibere; hoc est naturales cujusque facultatis functiones. **548** Quin et passiones naturales haud raro actus quidam dicuntur; uti fames, sitis ac similia. Atque, ut verbo dicam, actus naturalis est cujusque substantiæ virtus et motio, qua ablata nihil supersit. Quid ergo est quamobrem naturæ humanæ operationem Dominus non habeat, cum sublata naturali cujusque operatione, naturæ consequatur interitus? Si ergo non fuit in eo naturæ humanæ naturalis operatio, ne natura quidem humana in eo fuit. Quorum enim naturæ diversæ sunt, eorum etiam tam voluntates, quam actus et operationes discrepant.

35. Aliud itaque est actus, aliud operari, aliud aliquid aut modo quodam operari, aliud quod agitur, sive quod subest actioni; aliud quod habet operandi facultatem, et aliud operans. Atqui actus quidem est ipsa vis operandi, hoc est posse operari. Operari autem, est ea vi uti: aliquid vero operari, est, v. gr. cernere, intelligere, audire, ambulare, comedere, bibere. Modo quodam operari, est bene, aut male agere. Operandi vim habens, est quod facultate pollet ut agat, puta angelus, homo. Operans denique, qui operatione utitur; hypostasis nimirum. Atque adeo actus alias quidem significat agendi facultatem; alias vero agere: interdum, id quod agitur: ac quidem actus, id est agendi facultas, atque agere, ad naturam pertinent. Omnes enim potentiam habent operandi; et habent universi ut agant: homo siquidem animal est operandi facultate præditum: quod autem agitur, nedum naturæ est, sed et personæ, in angelis pariter atque hominibus. Nam in sancta Trinitate ad naturam pertinent quæcunque sunt voluntati ac operationi subjecta: unde etiam sunt eadem in tribus personis. At in angelis et hominibus, nec idem est quod volunt, nec idem horum usus. Unusquisque enim singularis angelus et homo proprium motum habet, vultque et agit peculiari ratione. Quamobrem in Domino nostro Jesu Christo, quia duplex est natura, duplex quoque est actio; ut sit perfectus Deus, et perfectus homo: duplex item voluntas ac diversum, pro utriusque naturæ discrimine, velle naturale: ut divino atque humano modo velit; omnipotenti ac sine passione, ratione divinæ naturæ; imbecilliter et patiendo, ratione humanæ. Ac aliud quidem est, aliudque quod natura divina agitur,

A Καὶ πάλιν· ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ, ἡ πάσης οὐσίας ἔμφυτος κίνησις. Καὶ πάλιν· ἐνέργειά ἐστιν, ἡ φυσικὴ καὶ δηλωτικὴ ἑκάστης οὐσίας δύναμις. Καὶ πάλιν· ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ καὶ πρώτη, ἡ ἀεικίνητος δύναμις τῆς νοερᾶς ψυχῆς· τουτέστιν ὁ ἀεικίνητος αὐτῆς λόγος, φυσικῶς ἀεὶ ἐξ αὐτῆς πηγαζόμενος. Λέγονται δὲ ἐνέργειαι, αἱ πράξεις, ὡς τὸ ὁρᾷν, τὸ λαλεῖν, τὸ ἀναπνεῖν, τὸ περιπατεῖν, τὸ ἐσθίειν, τὸ πίνειν· τουτέστιν ἡ χρῆσις πάσης φυσικῆς δυνάμεως. Καὶ τὰ πάθη δὲ τὰ φυσικὰ, πολλάκις ἐνέργειαι λέγονται· οἷον πεῖνα, δίψα, καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐνέργειά ἐστι φυσικὴ, ἡ ἑκάστης οὐσίας δύναμίς τε καὶ κίνησις, ἧς χωρὶς μόνον τὸ μὴ ὄν. Πῶς οὖν οὐχ ἕξει τὴν φυσικὴν ἐνέργειαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὁ Κύριος; ἡ γὰρ ἀνυπαρξία
B τῆς φυσικῆς ἑκάστου δυνάμεως, ἀνυπαρξία ὑπάρχει τῆς φύσεως. Εἰ οὖν οὐκ ἔσχεν ἀνθρωπίνην φυσικὴν ἐνέργειαν, οὐδὲ φύσιν ἔσχεν ἀνθρωπίνην· ὧν γὰρ ἡ φύσις διάφορος, τούτων καὶ ἡ θέλησις καὶ ἡ ἐνέργεια διάφορος.

λε'. Ἕτερον οὖν ἐνέργεια, καὶ ἕτερον τὸ ἐνεργεῖν, καὶ ἕτερον τὸ τί καὶ πῶς ἐνεργεῖν, καὶ ἕτερον τὸ ἐνεργητὸν, τουτέστι τὸ ἐνέργημα, καὶ ἕτερον τὸ ἐνεργητικὸν, καὶ ἕτερον [y] ὁ ἐνεργῶν· ἐνέργεια μὲν οὖν ἐστιν, αὐτὴ ἡ ἐνεργητικὴ δύναμις, τουτέστι τὸ δύνασθαι ἐνεργεῖν· ἐνεργεῖν δὲ τὸ κεχρῆσθαι τῇ ἐνεργητικῇ δυνάμει. Τί δὲ ἐνεργεῖν ἐστιν, ὁρᾷν, νοεῖν, ἀκούειν, περιπατεῖν, ἐσθίειν, πίνειν· πῶς δὲ ἐνεργεῖν ἐστι τὸ καλῶς ἢ κακῶς. Ἐνεργητικὸς δέ ἐστι, τὸ
C ἔχον δύναμιν τοῦ ἐνεργεῖν, οἷον, ὁ ἄγγελος, ὁ ἄνθρωπος· ἐνεργῶν δὲ, ὁ κεχρημένος τῇ ἐνεργείᾳ· ἤγουν ἡ ὑπόστασις. Ἡ οὖν ἐνέργεια, ποτὲ μὲν σημαίνει τὴν ἐνεργητικὴν δύναμιν, ποτὲ δὲ τὸ ἐνεργεῖν, ποτὲ δὲ τὸ ἐνέργημα· ἡ μὲν οὖν ἐνέργεια, τουτέστιν ἡ δύναμις ἡ ἐνεργητικὴ, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, φυσικόν· πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ἔχει τὴν δύναμιν τοῦ ἐνεργεῖν, καὶ πᾶς ἄνθρωπος ἔχει τὸ ἐνεργεῖν. Ἐνεργητικὸν γὰρ ζῶον, ἄνθρωπος· τὸ δὲ ἐνέργημα, οὐ μόνον φυσικὸν, ἀλλὰ καὶ ὑποστατικὸν, ἐπί τε ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων. Ἐπὶ γὰρ τῆς ἁγίας Τριάδος, φυσικὰ πάντα τὰ θελητὰ καὶ ἐνεργητά· διὸ καὶ τὰ αὐτὰ τῶν τριῶν ὑποστάσεων· ἐπὶ δὲ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων, οὐδὲ τὸ αὐτὸ θελητὸν, οὐδὲ τὸ αὐτὸ ἐνεργητὸν, οὐδὲ ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς χρήσεως· ἑκάστη γὰρ ἀγγέλων
D καὶ ἀνθρώπων ὑπόστασις, ἰδίαν ἔχει κίνησιν, καὶ ἰδιαιρέτως θέλει καὶ ἐνεργεῖ. Διὸ ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ δύο φύσεις, δύο ἐνέργειαι φυσικαὶ, ἵνα ᾖ Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος· καὶ δύο θέλειν, καὶ διαφόρως θέλειν, κατὰ τὴν φυσικὴν τῶν δύο φύσεων διαφορὰν, θείως καὶ ἀνθρωπίνως· παντοδυνάμως καὶ ἀπαθῶς κατὰ τὴν θείαν φύσιν· καὶ ἀσθενῶς καὶ παθητικῶς κατα την ἀνθρωπίνην φύσιν. Καὶ ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὸ φυσικὸν ἐνέργημα τῆς θείας φύσεως, καὶ ἄλλο τὸ τῆς ἀνθρωπίνης[z]· οὐ γὰρ τῆς θείας φύσεως ἐνεργητὰ, εἰσὶ

VARIÆ LECTIONES.

[y] R. ἕτερος. [z] Colb. 4780: Καὶ ἄλλο μὲν τὸ φυσικὸν ἐνέργημα τῆς θείας φύσεως, καὶ ἄλλο τὸ τῆς ἀνθρωπίνης. Οὐ γὰρ ἃ τῆς θείας φύσεώς εἰσιν ἐνεργητὰ, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης εἰσί.

τὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργητὰ, οὐδὲ τὰ τῆς θείας φύσεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης. Οὐ γὰρ δημιουργεῖ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· οὐδὲ τρώγει [a] ἡ θεία φύσις, οὐδὲ μεταβαίνει ἐκ τόπων εἰς τόπους, εἰ καὶ διὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας, ἡ θεία ἐνεργεῖ ἐνέργεια· εἷς δὲ ὁ ἐνεργῶν ταῦτα κἀκεῖνα, ὅτι μία ὑπόστασις. Εἰ γὰρ τὴν ἀνθρωπίνην οὐκ ἀνέλαβεν ἐνέργειαν, οὐκ ἔζησεν ὡς ἄνθρωπος, οὐκ ἐνόησεν, οὐκ ἐλογίσατο, οὐκ ἔφαγεν, οὐκ ἔπιεν, οὐκ ᾔσθετο βρώσεως, οὐ περιεπάτησεν, οὐκ εἶδεν, οὐκ ἤκουσεν· οὐκ ἀνέπνευσεν, οὐδέ τι τῶν ἀνθρωπίνων διεπράξατο, οὐδ' ὅλως ἄνθρωπος γέγονε. Φησὶ γὰρ ὁ Νυσσαεὺς Γρηγόριος [b]· φθέγγεται μὲν, ὡς ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, τὸ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως πρόσφορον, ὁ τὰ ἡμέτερα πάθη οἰκειωσάμενος· ἐπάγει δὲ τὴν δευτέραν φωνὴν, τὸ ὑψηλόν τε καὶ θεοπρεπὲς βούλημα κυρωθῆναι παρὰ B τὸ ἀνθρώπινον, ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας θέλων. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Μὴ τὸ ἐμὸν*, τὸ ἀνθρώπινον τῷ λόγῳ ἐσήμανε· προσθεὶς δὲ, τὸ σὸν, ἔδειξε τὸ συναφὲς τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα θεότητος· ἧς οὐδεμία θελήματός ἐστι διαφορὰ, διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως. »

A aliud quod humana. Nec enim quæ divina natura operatur, ipsa sunt, quæ operatur humana; nec quæ divina patrantur, eadem sunt quæ facit humana. Non enim natura divina comedit, aut loca subinde mutat : quanquam divina actio per humanam actionem agit. Unus porro est qui hæc agit et illa, quia una persona est. Si enim non assumpsit humanam actionem ; nec vixit ut homo, nec intellexit, nec cogitavit, nec comedit, nec bibit, nec cibum gustavit, nec ambulavit, nec vidit, nec audivit, nec respiravit, nec ullum eorum exsecutus est quæ naturam humanam contingunt; atque adeo nequidem homo fuit. Ait enim beatus Gregorius Nyssenus : « Loquitur quidem, tanquam ex hominis 549 persona, id quod imbecillitati naturæ congruebat, ille qui nostras sibi passiones asciverat. Cæterum alteram vocem postea subjungit ; sublimem utique ac divinitati consentaneam voluntatem supra humanam valere humanæ salutis causa volens. Nam qui dixit : *non mea* , humanam his verbis significavit : cum autem addidit *sed tua* , divinitatis suæ cum Patre conjunctionem ostendit : cujus ob naturæ societatem nulla voluntatis differentia est. »

λς'. Τούτων οὕτω διηρθρωμένων [c], καὶ διεσμιλευμένων, ἴδωμεν εἰ λέγει τὰ ἅγια Εὐαγγέλια, καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἅγιοι Πατέρες, ταῦτα πάντα ἔχειν τὸν Κύριον, ἢ οὔ. Ὅτι μὲν οὖν ἔχει ψυχὴν ἀνθρωπίνην, φησὶν αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ· « Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, C καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. » Καὶ πάλιν· « Καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. » Ὅτι δὲ καὶ σῶμα εἶχε, μάρτυς Ἰωσὴφ ὁ αἰτήσας τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ κηδεύσας, καὶ θεὶς ἐν τῷ τάφῳ· ὅτι δὲ καὶ τὴν τῶν μελῶν εἶχε διοργάνωσιν, μάρτυς ἡ τὴν κεφαλὴν ἀλείψασα μύρῳ [πόρνη] καὶ τοὺς πόδας βρέξασα τοῖς δάκρυσι· καὶ οἱ ἧλοι οἱ ἐμπαρέντες ἐν ταῖς παλάμαις, καὶ τοῖς ταρσοῖς τῶν ποδῶν· ἡ λόγχη ἡ νύξασα τὴν πλευράν· καὶ ὁ ἀναπεσὼν ἐπὶ τὸ στῆθος μαθητής· ἡ γλῶσσα ἡ εἰποῦσα, « Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω· » τὸ στόμα τὸ μεταδοτικὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οἱ ὀδόντες, οἱ τεμόντες τὸ Πάσχα, καὶ ἡ φάρυγξ ἡ τῷ στομάχῳ καταπέμψασα τοῦτο· τό τε ἧπαρ τὸ ἐξαιματῶσαν· ὅ τε κόπος ὁ ἐκ τῆς ὁδοιπορίας γενόμενος, ὑπερταθέντων D τῶν μυῶν καὶ τῶν νευρῶν [d], ὥς φησιν ὁ θεῖος Βασίλειος· ἥ τε περιτομὴ τῆς ἀκροβυστίας· καὶ οἱ γλουτοὶ οἱ ἐπὶ τοῦ ὄνου κεκαθικότες· αἵ τε κατὰ τὸν νῶτον μάστιγες· τὰ ῥαπίσματά τε τῶν παρειῶν σὺν τοῖς ἐμπτύσμασι τοῦ προσώπου. Ὅτι δὲ καὶ τομὴν καὶ ῥεῦσιν ἐδέξατο τὴν ἐμὴν, μάρτυς ἡ περιτομὴ, οἱ

36. His ita digestis et enucleatius disputatis, videamus num sancta Evangelia, apostolique et sancti Patres, omnia hæc Dominum habuisse confirment. Ac se quidem humanam animam habuisse his ipse verbis Dominus in Evangelio Joannis ait : « Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam [46]. » Et iterum : « Et animam meam pono pro ovibus meis [47]. » Quod autem habuerit corpus, testis est Joseph, qui corpus ejus petivit, curavitque, et in sepulcro posuit [48]. Membrorum etiam compositionem in eo fuisse testata est illa meretrix, quæ et caput ejus unguento unxit, et pedes lacrymis rigavit [49] : testes sunt et clavi, quibus manuum palmæ ac pedum plantæ perforatæ sunt [50] : lancea quæ ejus aperuit latus [51], ac discipulus, qui supra pectus ejus recubuit [52] ; lingua quæ dixit : « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat [53] ; » osque illud quod impertivit Spiritum sanctum [54] : dentes qui Pascha comminuerunt, et guttur quod illud in stomachum transmisit [55] : hepar item, quod in sanguinem vertit [56] : fatigatio quoque ea itinere [57], distenta supra modum musculorum artuumque compage, ut ait admirabilis Basilius. Præputii itidem circumcisio [58], et clunes quibus asino insedit [59] ; suscepta in dorso verbera ; impacti genis colaphi, faciei que sputa [60]. Quod autem sectionem meam diffluxionemque

[46] Joan. x, 18. [47] ibid. 15. [48] Matth. xxvii, 57. [49] Luc. vii, 34, 38. [50] Joan. xx, 24 seqq. [51] Joan. xix. [52] Joan. xiii, 23. [53] Joan. vii, 37. [54] Joan. xx, 21. [55] Joan. xiii, 2. [56] Luc. xxiv, 42. [57] Joan. iv, 6. [58] Luc. ii, 21. [59] Matth. xxi, 7 seqq. [60] Matth. xxvi, 67.

## VARIÆ LECTIONES.

[a] Colb. 1639 ἐσθίει. [b] Nysseni verba absunt in mss. locus apparet vacuus in Colb. 1780, sumpta sunt ex *Antirrh. advers. Apollinar.* n. 32, citantur act. 6 synodi vi. [c] R. et Colb. 1639 διῃρημένων. N. 1 διηρθρωμένων; καὶ διαλεπτολογηθέντων. Cod. S. Hil. καὶ διαλεπτολογουμένων. [d] Cod. S. Hil. τῶν ἄρθρων ἁρμῶν.

susceperit, testis circumcisio est, clavi quoque, lancea, sputum, sudor, sanguis ille et aqua quæ fluxerunt e latere. Quod item actiones animæ et passiones acceperit, testes sunt sanctissimæ ejus animæ actiones, quas per corpus expressit. « Vidit enim, inquit, civitatem Jerusalem, et flevit super illam [61]. » Joannem quoque missum esse in carcerem audivit [62]; unguenti olfactio [63], quæque vox Lazarum suscitavit [64]: gustus item, fellis et aceti naturaliter aversatus acerbitatem [65]. Haud plane enim ista divinæ naturæ operationes sunt. Leprosi contactus, incessus, manuumque in cruce extensio. Quod si vegetandi vim spectemus, idem testabitur corporis tum nutritio, tum incrementum. « Beatus, inquit, venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti [66]. » Et, « Puer crescebat ætate [67]. » Si naturam sentientem, anima quidem, sed non ratione præditam; sensus, motus cum impressione, fames, sitis. Dicit enim Scriptura: « Postea esuriit [68]. » In cruce item, « Sitio [69]. » Cibi appetitio; ait enim: « Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum [70]. » Ira: « Turbatus enim est, inquit, spiritu, et protestatus est, et dixit: Unus ex vobis tradet me [71]. » Escæ ac potus coctio, inque sanguinem conversio: unde enim aliunde **550** sudor, sputum, sanguisque salutaris et aqua, nisi ex cibi coctione? sentiebat quippe, et omnibus utebatur absque passione, sed congenito sibi modo alimentum sumebat, non voluptatis causa, sed, ut quod effluxerat, repleret. Etsi enim sanctissimum ejus corpus non vidit corruptionem [72]: divisionem tamen et effluxionem naturaliter pertulit. Est enim corruptio, corporis in ea ex quibus constabat, resolutio. Præ his omnibus ipsamet vita testis fuit, quæ animantis primus actus est, ac motus quam anima corpori impertit.

37. Vim autem seminalem atque genitalem non habuit. Ejusmodi quippe sunt divinarum personarum proprietates, ut mutari nullatenus possint: et sicut Pater et Spiritus sanctus Filius fieri non poterant, idcirco non nisi Dei Filius factus est hominis Filius, ut immota maneret proprietas. Deinde persona cum ejusdem generis persona commisceri solet: atqui nulla est alia talis persona, quæ Dei et hominis Filius sit. Unus enim est unigenitus Filius, solus ex solo Patre, [et solus ex sola matre,] Dei Filius, ac Filius hominis, Deus et homo, Jesus Christus Dei Filius. Præterea, etsi naturalis est commistio ad hominum genus propagandum, non tamen necessaria. Quippe fieri potest, ut quis vivat et sit homo, nec tamen commisceatur: multique ab hac affectione immunes prorsus fuerunt.

ἧλοι, ἡ λόγχη, τὸ πτύσμα, ὁ ἱδρὼς, τὸ ῥεῦσαν ἐκ τῆς πλευρᾶς αἷμα καὶ ὕδωρ. Ὅτι δὲ καὶ τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας, καὶ τὰ πάθη ἀνέλαβε, μάρτυρες αἱ διὰ τοῦ σώματος τοῦ ἀκηράτου τῆς παναγίας αὐτοῦ ψυχῆς ἐνέργειαι. « Εἶδε γὰρ, φησὶ, τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔκλαυσεν· ἤκουσέ τε, ὅτι Ἰωάννης ἐδλήθη ἐν τῇ φυλακῇ· ἥτε τοῦ μύρου ὀσφραντικὴ αἴσθησις, καὶ ἡ φωνὴ ἡ ἐγείρασα τὸν Λάζαρον, καὶ ἡ γεῦσις ἡ τῆς χολῆς καὶ τοῦ ὄξους, ἀποστραφεῖσα φυσικῶς [e] τὴν ἀηδίαν· οὐ γὰρ δήπου ταῦτα θείας ἐνέργειαι φύσεως· καὶ ἡ ἁφὴ τοῦ λεπροῦ, ἥ τε βάδισις, καὶ ἡ τῶν χειρῶν ἐπὶ σταυροῦ ἔκτασις, ἐκ μὲν τῆς φυσικῆς [f] δυνάμεως, ἡ θρέψις τοῦ σώματος καὶ ἡ αὔξησις· « Μακαρία γὰρ, φησὶν, ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας. » Καὶ, « Τὸ παιδίον ηὔξανεν ἡλικίᾳ. » Ἐκ δὲ τῆς αἰσθητικῆς, ὡς ἐμψύχου, ἀλόγου δὲ φύσεως, ἡ αἴσθησις, ἡ καθ' ὁρμὴν κίνησις, ἡ πεῖνα, ἡ δίψα. Ὕστερον γὰρ, φησὶν, ἐπείνασε· καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, διψῶ· ἡ τῆς βρώσεως ἐπιθυμία· « ἐπιθυμίᾳ γὰρ, φησὶν, ἐπεθύμησα φαγεῖν Πάσχα τοῦτο μεθ' ὑμῶν. » Ὁ θυμὸς, « Ἐταράχθη γὰρ, φησὶ, τῷ πνεύματι, καὶ ἐμαρτύρησε, καὶ εἶπεν· « εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. » Ἡ πέψις τῶν βρωμάτων καὶ τοῦ πότου, καὶ ἡ ἐξαιμάτωσις· πόθεν γὰρ ὁ ἱδρὼς, ὁ πτύελος, τὸ σωτήριον αἷμα καὶ ὕδωρ, εἰ οὐκ ἐκ πέψεως; ᾐσθάνετο μὲν γὰρ, καὶ πᾶσιν ἐκέχρητο· ἀλλ' οὐκ ἐμπαθῶς, καὶ φυσικῶς, καὶ ἐτρέφετο, οὐ καθ' ἡδονὴν ἐμπαθῆ, ἀλλὰ πρὸς ἀναπλήρωσιν τοῦ ὑπεκρεύσαντος; [g]. Εἰ γὰρ καὶ μὴ εἶδε τὸ πανάγιον αὐτοῦ σῶμα διαφθορὰν, ἀλλὰ τομὴν [h] καὶ ῥεῦσιν φυσικῶς ὑπέμεινε. Διαφθορὰ γάρ ἐστιν, ἡ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνετέθη τὸ σῶμα ἀνάλυσις. Καὶ πρὸ πάντων αὐτὴ ἡ ζωή· ἥτις ἐστὶ τοῦ ζώου ἐνέργεια πρώτη, καὶ ἡ κίνησις ἐκ ψυχῆς μεταδιδομένη τῷ σώματι.

λζ'. Τὸ δὲ σπερματικὸν καὶ γεννητικὸν οὐκ ἔσχεν· ἀμετάπτωτα γὰρ τὰ τῶν θείων ὑποστάσεων ἰδιώματα· καὶ ἀδύνατον τὸν Πατέρα, ἢ τὸ Πνεῦμα, γενέσθαι Υἱόν· διὸ οὐδὲ γέγονεν Υἱὸς ἀνθρώπου, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα μείνῃ ἀμετάβλητον τὸ ἰδίωμα. Ἔπειτα, ὑπόστασις ὁμοφυεῖ ὑποστάσει μίγνυται· οὐκέτι δὲ ἄλλη ὑπόστασις τοιαύτη, Υἱὸς Θεοῦ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου [i]. Εἷς γὰρ μονογενὴς Υἱὸς, μόνος ἐκ μόνου Πατρὸς, καὶ μόνος ἐκ μόνης μητρὸς, Υἱὸς Θεοῦ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἔτι δὲ εἰ καὶ φυσικὴ ἡ μίξις διὰ τὸν πληθυσμὸν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαία· δυνατὸν γὰρ ἄνθρωπον ζῇν καὶ εἶναι ἄνθρωπον, μὴ μιγνύμενον· καὶ πολλοὶ γεγόνασι τούτου τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένοι.

[61] Luc. xix, 41. [62] Matth. xiv, 12. [63] Joan. xii, 3. [64] Joan. xi, 43. [65] Matth. xxvii, 34. [66] Luc. xi, 27. [67] Luc. ii, 52. [68] Matth. iv, 3. [69] Joan. xix, 28. [70] Luc. xxii, 15. [71] Joan. xiii, 21. [72] Psal. xv, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[e] N. ἂν ἀπεστράφη φυσικῶς. Bas. συνήθως. [f] Lego, φυτικῆς. [g] Colb. 1639, et S. Hil. τοῦ ὑπεκρεύματος. [h] N. 1 καὶ τομήν. [i] Quæ sequuntur usque ad Θεὸς καὶ ἄνθρωπ. desunt in nostris, Colb. et Reg.

λη'. Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ σῶμα, ἰδίαν οὐκ ἔσχεν ἐνέργειαν, εἰ μὴ τομὴν καὶ ῥεῦσιν· [ἅ τινα πάθη εἰσὶν, οὐκ ἐνέργειαι] τὰ δὲ λοιπὰ πάντα, ψυχῆς σώματος κεχρημένης ἀριδήλως εἰσὶν ἐνέργειαι, οὐ θεότητος· ἡ ταραχή· « Νῦν γὰρ, φησὶν, ἡ ψυχή μου τετάρακται. » Ἡ λύπη καὶ ἡ ἀδημονία· « Ἤρξατό μου γὰρ λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. » Καὶ, « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. » Ἡ δειλία τοῦ θανάτου· « Πάτερ γὰρ, φησὶν, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. » Ὁ θάνατος. Ταῦτα πάντα οὐ θεότητος· ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀείζωον, καὶ ἀθάνατον· ἀλλὰ ζώου, τουτέστιν οὐσίας ἐμψύχου καὶ αἰσθητικῆς· ἐκ δὲ τῆς λογικῆς ψυχῆς καὶ νοερᾶς, τὴν σοφίαν. « Προέκοπτε γὰρ σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ. » Οὐ γὰρ τῇ θείᾳ σοφίᾳ προέκοπτεν· ἐξ ἄκρας γὰρ συλλήψεως τελεία γέγονεν ἕνωσις, καὶ ἄκρα συνάφεια, B καὶ οὐ προσθήκην θείας τινὸς δυνάμεως ἔσχεν· ἀλλ' ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ προέκοπτε. Κατὰ γὰρ τὸ μέτρον τῆς ἡλικίας, ἡ ἀνθρωπίνη ἐν αὐτῷ σοφία ἐδείκνυτο· ὥσπερ γὰρ ἐξ ἄκρας συλλήψεως τέλειον βρέφος ἐγένετο, οὐ κατὰ μικρὸν διαρθρουμένου καὶ διοργανουμένου τοῦ σώματος, καθώς φησιν ὁ μέγας καὶ πολὺς τὰ θεῖα Βασίλειος ἐν τῷ εἰς τὸ γενέθλιον λόγῳ· οὕτω καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπίνῃ καὶ θείᾳ σοφίᾳ ἐξ ἄκρας συλλήψεως γέγονεν, ὡς ἄνθρωπος δηλονότι· ὡς γὰρ Θεὸς, οὐ γέγονε τέλειος ἐν θείᾳ σοφίᾳ, ἀλλ' ἦν ἀΐδιος. Κατὰ δὲ τὴν τῆς ἡλικίας τοῦ σώματος προκοπὴν, ἡ τῆς ἐν αὐτῷ τελείας ἀνθρωπίνης σοφίας ἔκφανσις, προκοπὴ ἐλογίζετο. Εἰ δὲ σοφίαν ἔσχεν ἀνθρωπίνην, πάντως καὶ νοῦν· σοφία γὰρ, νοῦ γέννημά C τι καὶ δύναμις· καὶ ὁ Ἀπόστολος δέ φησιν· « Ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. » Καὶ τὸ *κατ' εἰκόνα* δὲ οἱ ἅγιοι Πατέρες κατὰ τὸ νοερὸν ἐκλαμβάνουσιν, ὧν τὰς μαρτυρίας ὑπετάξαμεν [l]. Εἰ οὖν τὸ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ γενόμενον ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, ἤτοι φύσιν ἀνθρωπότητος, πάντως νοερὰν καὶ λογικὴν φύσιν ἀνείλαβεν· ἀνέλαβε δὲ καὶ θέλησιν αὐτεξούσιον. Ὥσπερ γὰρ τὴν ἄλογον ἀνέλαβεν ὄρεξιν, τὴν ἐπιπειθῆ λόγῳ, οὕτω καὶ τὴν λογικήν. Οὐ γὰρ ἄνουν καὶ ἄλογον φύσιν ἀνέλαβεν. Εἰ γὰρ ἄνουν καὶ ἄλογον φύσιν ἀνέλαβεν, οὐκ ἄνθρωπος· ἀλλὰ λογικὴν [k] ἀνέλαβε. Νοερὰ γὰρ καὶ λογικὴ φύσις ὁ ἄνθρωπος.

| XVI | Aprilis.<br>17 | Febr. 24<br>April. 21<br>12 | Febr. 23<br>April. 20<br>13 | Febr. 22<br>April. 19<br>14 | Febr. 21<br>April. 18<br>15 | Febr. 27<br>April. 24<br>9 | Febr. 26<br>April. 23<br>10 | Febr. 25<br>April. 22<br>11 | 27 |
| XVII | Aprilis.<br>6 | Febr. 26<br>April. 7<br>26 | Febr. 9<br>April. 6<br>27 | Febr. 15<br>April. 12<br>21 | Febr. 14<br>April. 11<br>22 | Febr. 13<br>April. 10<br>23 | Febr. 12<br>April. 9<br>24 | Febr. 11<br>April. 8<br>25 | 10 |
| XVIII | Martii.<br>25 | Febr. 3<br>Mart. 31<br>33 | Febr. 2<br>Mart. 30<br>34 | Febr. 1<br>Mart. 29<br>35 | Jan. 31<br>Mart. 28<br>36 | Jan. 30<br>Mart. 27<br>37 | Jan. 29<br>Mart. 26<br>38 | Febr. 4<br>April. 1<br>32 | 21 |
| XIX | Aprilis.<br>13 | Febr. 17<br>April. 14<br>10 | Febr. 23<br>April. 20<br>13 | Febr. 22<br>April. 19<br>14 | Febr. 21<br>April. 18<br>15 | Febr. 20<br>April. 17<br>16 | Febr. 19<br>April. 16<br>17 | Febr. 18<br>April. 15<br>18 | 2 |

*Sextum quod subjungo fragmentum epistolæ est, descriptum ex cod. Barocciano n. 10, quem ante 306 annos exaratum ferunt; multis vero mendis laborat, quæ ægre sanari possunt.*

582 *Epistola beatissimi eximiique philosophi domini Joannis presbyteri Damasceni ad quemdam missa.*

*Quid est homo?*

Homo est animal rationale, mortale, intellectus et doctrinæ capax. Constat autem ex elementis quatuor, sive ex sanguine, pituita, flava bili, et nigra bili. Ac sanguis quidem est in corde, estque itidem in corde spiritus. Flava vero bilis in hepate et in stomacho: nigra bilis in splene et renibus. Pituita denique in cerebro et infima ventriculi parte. Atque illi quidem, qui sanguine puro constant, hi vultu semper hilari et jucundo sunt, oblectationibusque ac risui propensius indulgent, decoroque et florenti colore vernant. Qui vero flavæ bilis sunt, hi acres, temerarii et audaces, ad iram proclives, et amari sunt, colorem subinde mutantes. Qui autem atræ bilis, hi segnes, pusillanimes, infirma valetudine, pigri, et timidi sunt. Qui demum pituitosi, hi tristes, imo et frigidi sunt, immemores et obliviosi, somno dediti, et albo colore. Cæterum in puerili ætate sanguis abundat, usque ad annum decimum quartum. In adolescentibus flava bilis, usque ad vigesimum octavum annum; atra bilis copiosior affluit in perfecta ætate, usque ad annum quadragesimum secundum. Tandem in senibus pituita prævalet usque ad octogesimum annum. Quocirca pueri quidem propter sanguinem calidi humidique sunt; adolescentes, ob flavam bilem calidi et sicci; qui perfectæ sunt ætatis, ex atra bili frigidi et sicci: ac senes ob pituitam frigidi humidique sunt. Tempus capitis, rector est corporis: et quod cerebrum bene incolume est et sanum, cuncta corporis membra pace fruuntur. Porro vis et sagacitas ex jecore ad cerebrum mittitur, in quo animæ sedes est, atque sensorum fundus et abyssus. Caput autem quinque suturas habet. Quinimo reperitur etiam caput quod unius duntaxat suturæ sit; unde fit ut illud omni parte sanitatem et incolumitatem obtineat? Atqui cerebrum tres meninges seu membranas habet, quarum prima succinctoria est: secunda valli speciem præfert: et tertia.. Tres vero sunt cerebri partes: quarum prima varicosa est, secunda... tertia intelligentiæ capax. Est autem suapte substantia calidum. Differt cerebrum a medulla, quod album sit et sanguinis expers, medulla vero squalida et sanguinea. Corpus hominis ex quatuor elementis consistit. Habet enim in seipso sanguinem, pituitam, flavam bilem, et atram bilem. Unusquisque horum humorum proprium suum locum efficit. Sanguis dextram partem supra jecur tenet: flava bilis, sinistram liene superiorem: atra bilis juxta lumbos supra renes:

A *Ἐπιστολὴ τοῦ μακαριωτάτου καὶ φιλοσοφωτάτου κυρίου Ἰωάννου πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ, πρός τινα πεμφθεῖσα.*

*Τί ἐστιν ἄνθρωπος;*

Ἄνθρωπος ἐστι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νου ... ἐπιστήμης δεκτικόν· συνίσταται δὲ ἐκ τεσσάρων στοιχείων, ἤγουν ἐξ αἵματος, φλέγματος, χολῆς ξανθῆς, καὶ χολῆς μελαίνης. Καὶ τῷ μεν [a] αἵματι ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ πνεῦμα· ἡ δε χολὴ ἡ ξανθὴ, ἐν τῷ ἥπατι καὶ ἐν τῷ στομαχῳ· ἡ δὲ μελαίνη χολὴ, ἐν τῇ σπλήνῃ, καὶ ἐν τῇ ψόᾳ· τὸ δὲ φλέγμα, ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ καὶ ἐν τῇ κοίτῃ [b]. Καὶ ὅσοι μὲν ἐξ αἵματος καθαρου τυγχάνουσιν, οὑτοί εἰσι πάντοτε χαίροντες καὶ παίζοντες καὶ γελῶντες, καὶ εἰσὶν ἀνθηροὶ, καὶ καλόχρωοι· ὅσοι δὲ ἀπὸ χολῆς ξανθῆς B τυγχάνουσιν, εἰσὶ γοργοὶ καὶ εὔτολμοι, ὀργίλοι καὶ πικροὶ καὶ αλλόχρωοι· ὅσοι δὲ ἀπὸ χολῆς μελαίνης τυγχάνουσιν, εἰσὶ ῥάθυμοι καὶ ὀλιγόψυχοι, φιλάσθενοι καὶ ὀκνηροὶ καὶ δειλοί· ὅσοι δὲ ἀπὸ φλέγματος τυγχάνουσιν, εἰσὶ λυπηροὶ, καὶ μὴν καὶ ψυχροὶ, ἀμνήμονες καὶ διαλελησμένοι, τὰ πολλὰ κοιμώμενοι, καὶ λευκόχροοι. Καὶ ἐπὶ μὲν τῆς παιδικῆς ἡλικίας τὸ αἷμα πληθύνεται ἑως ἐτῶν δεκατεσσάρων ... δὲ τῶν νεανίσκων ἡ χολὴ ἡ ξανθὴ πληθύνεται, ἕως ἐτῶν εἴκοσι ὀκτώ· ἐπὶ δὲ της τελείας ἡλικίας ἡ χολὴ ἡ μελαινη πληθύνεται, ἕως ἐτῶν τεσσαράκοντα δύο· ἐπὶ δὲ τῶν γερόντων τὸ φλέγμα πληθύνεται, ἕως ἐτῶν ὀγδοήκοντα. Καὶ τὰ μὲν παιδία ἐκ τοῦ αἵματος εἰσι θερμὰ καὶ ὑγρά· οἱ δὲ νεανίσκοι ἐκ τῆς ξανθῆς χολῆς, θερμοι καὶ ξηροί· οἱ δὲ τέλειοι τῇ ἡλικίᾳ C ἀπὸ τῆς μελαίνης χολῆς εἰσὶ ψυχροὶ καὶ ξηροί· ... δὲ γέροντες, ἐκ τοῦ φλέγματος εἰσὶ ψυχροὶ καὶ ὑγροί. Ὁ δὲ κρόταφος οὖν τῆς κεφαλῆς ἐστιν ὁ ἡγεμὼν τοῦ σώματος· καὶ ὅσον ὁ ἐγκέφαλος εὐκατασταθείη καὶ ὑγιαίνοι, καὶ ὅλα τὰ μέλη τοῦ σώματος μετ' εἰρήνης εἰσίν· ἡ δύναμις δὲ καὶ ἡ φρόνησις ἐκ τοῦ ἥπατος ἀναπέμπεται τῷ ἐγκεφάλῳ, καὶ αυτὴ ἡ ψυχὴ ἐκει ἐστιν, και ὁ βυθὸς τῶν νοημάτων. Ἔχει δὲ ἡ κεφαλὴ ῥαφὰς πέντε· ἔστι δὲ καὶ κεφαλὴ μονόῤῥαφος, καὶ ἔστιν αυτὴ πάντοτε υγιής. Ὁ δὲ ἐγκέφαλος ἔχει μήνιγγας τρεῖς· ὁ μὲν πρῶτος ὑποζωματίας· ὁ δὲ δεύτερος, χαρακοειδής· ὁ δὲ τρίτος,.... τοειδής. Τοῦ δὲ ἐγκεφάλου εἰσὶ μέρη τρία· ὁ μὲν εἷς, κυρσοειδής [c]· ὁ δεύτερος, ὁ θῖτος, καὶ ὁ τρίτος νοερός. Ἔστι δὲ οὐσία θερμώδης. Διαφέρει δὲ τοῦ μυελοῦ ὁ D ἐγκέφαλος καὶ ἀνελυπεῖς [d] καὶ ἀναίματος, ὁ δὲ μυελὸς, ῥυπαρὸς καὶ αἱματώδης. Τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τεσσάρων στοιχείων συνίσταται, ἐπειδὴ ἔχει ἐν ἑαυτῷ αἷμα, φλέγμα, χολὴν ξανθὴν, καὶ χολὴν μέλαιναν. Ἕκαστον δὲ τούτων τὸν ἴδιον τόπον δημιουργεῖ· το αἷμα εἰς τὸ δεξιὸν μέρος ἐπάνω τοῦ ἥπατος· ἡ χολὴ ἡ ξανθὴ εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἐπάνω τῆς σπλήνης· ἡ δὲ χολὴ ἡ μελαίνη εἰς τὰς ψόας ἐπανω τῶν νεφρῶν· τὸ δὲ φλέγμα εἰς τὸ στῆθος ἐπάνω τοῦ

VARIÆ LECTIONES

[a] Lego τῷ μὲν αἷμα. [b] Forte τῷ στήθει, ut infra. [c] Forte κυρτοειδής. [d] Leg. ὅτι λευκός.

πνεύματος *. Καὶ τὸ μὲν αἷμα ἐστὶ θερμὸν καὶ ὑγρὸν καὶ γλυκύ· χολὴ ἡ ξανθὴ ἐστὶ θερμή...,

A denique pituita in pectore supra pneumonem. Sanguis itaque calidus est, humidusque et dulcis: flava bilis calida est...

VARIÆ LECTIONES.

* Lege πνεύμονος.

---

## 583 IN ORATIONEM DE IIS QUI IN FIDE DORMIERUNT ADMONITIO.

Vir doctissimus Leo Allatius in dissertatione 2 *De libris ecclesiasticis Græcorum*, orationem *De iis qui in fide dormierunt*, Joannis Damasceni non esse libere pronuntiavit: idemque confirmavit in diatriba *De Joanne Damasceno et ejus operibus*; in primis propter styli dictionisque dissonantiam, necnon propter iambos qui in ea occurrunt, quique auctoris nostri venam et ingenium non redolent. Ei suffragatus est Combefisius noster, t. II *Auctar. Bibl. PP. Græc.* annotatione postrema in orationem historicam de restitutione imaginum, ubi fabellas memorat salvatorum ab inferis Trajani et Falconillæ, quas magno præsidio fuisse ait Græcis, ut perinde liberatum Theophilum imp. fingerent. *Quanquam Damascenus antiquior est*, inquit, *cujus nomine libri Græcorum ecclesiastici eam orationem inscriptam habent, stylus tamen reliquis Damasceni vel dogmaticis vel* ἑορταστικοῖς (festalibus) *collatus haud leviter alterius suadeat. Videas certe rhythmice magis quam oratorie, aliter quam pro Χρυσαόρου illius puritate dicentem. Nihil autem mirum ut ita Græcis imponi potuerit nomine Damasceni, quando et nobis impositum fuerit in sermone Assumptionis S. Mariæ nomine Hieronymi*, etc. Hæc quidem vir eruditus: qui nihilominus mentem et dictum mutavit, quando in Bibliotheca PP. Concionatoria, orationem illam de qua nunc agimus Latine edidit. Nam in Præfatione declarat se non tanta quam Allatius dictionis vitia in ea deprehendere. Verum re diligenter examinata, perpensis utriusque partis momentis, Leonis mihi sententiam, quæ prima Combefisii fuit, magis arridere fateor, quam et propugno in singulari prolixiorique dissertatione, de precibus fundendis pro defunctis secundum doctrinam Ecclesiæ Orientalis. Hic solum dicam, nullibi me Damasceni mei loquelam hoc in sermone agnoscere. Nec fucum faciant lucubrationis inscriptiones quas in editione Basil. et in duobus codd. Colb. n° 7 et 2443, reperi: quarum prima est, Ἰωάννου ταπεινοῦ μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ, περὶ τῶν ἐν πίστει, κ. τ. ἑ. *Joannis humilis monachi et presbyteri Damasceni, de iis qui*, etc.; altera, Ἰωάννου μοναχοῦ Δαμασκηνοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ, περὶ τῶν, κ. τ. ἑ. *Joannis monachi et peccatoris, de iis qui*, etc. Quæ sane familiares satis fuerunt humili nostro Damasceno. Nam facile a librariis transumi mutuarique potuerunt ex genuinis ejus operibus aliis, quibus similes inscriptiones præfixerat. Id probat discrepantia utriusque codicis Colbertini in eo titulo referendo. Orationem hanc quotannis Græci in Ecclesiis recitant Sabbato τῆς ἀπόκρεω, *Carnisprivii*, quo commemorationem faciunt fidelium omnium defunctorum.

Veterem translationem Latinam hujus orationis, quam sanctus Thomas consuluerat, reperire nusquam potui. Aliam adornavit Joannes Œcolampadius, et Chunrado Peutingero nuncupavit anno 1520, quo tempore, inquit Gravius noster, in castris adhuc Ecclesiæ militabat, nec cucullum Brigittanum abjecerat. Alteram postea Ludovicus Nogarola condidit. Quartam Jacobus Billius, quam Combefisius hinc inde passim mutandam censuit, castigata dictione Græca ad mss. codices aliquot: quorum labori manum iterato addere pro more non dubitavi.

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΠΕΡΙ

# ΤΩΝ ΕΝ ΠΙΣΤΕΙ ΚΕΚΟΙΜΗΜΕΝΩΝ

*ΟΠΩΣ ΑΙ ΥΠΕΡ ΑΥΤΩΝ ΓΙΝΟΜΕΝΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙ ΚΑΙ ΕΥΠΟΙΙΑΙ ΤΟΥΤΟΥΣ ΟΝΙΝΗΣΙΝ.*

## S. JOANNIS DAMASCENI

# DE IIS QUI IN FIDE DORMIERUNT

*QUOMODO MISSIS ET ELEEMOSYNIS ET BENEFICENTIIS QUÆ PRO ILLIS FIUNT, ADJUVENTUR.*

**584** 1. Suavibus exquisitisque dapibus appositis, A usu sæpe venit, ut non ii tantum qui fame laborant, ad edendum attrahantur, sed et illi nonnunquam quos jam satietas cepit, exstimulentur: quemadmodum etiam dulcissimis fragrantibusque poculis, non ii duntaxat qui sitim patiuntur, sed et illi qui sitim expleverunt, allici ad bibendum solent. Consimiliter qui erga opes inhiant, cum amplissimas divitias sunt adepti, hos semper cupiditas adigit, ut occasiones undecunque capiant quibus facultates suas in dies augeant. Ad eumdem modum, o præstantissima Ecclesiæ Dei membra, sacerdotes et Patres, fratres et matres, filiique charissimi, nec divinorum eloquiorum fames, nec ulla sacræ doctrinæ sitis, nec rursus divinæ scientiæ penuria, hoc efficit ut ad eas quas apponimus sermonis epulas accumbatis: sed desiderium divinis vere confertissimum gratiis, quod de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de memoria in recordationem nos provehit. Plerumque etenim accidit ut quod ætatis adultæ homines fugerat, hoc puer inveniat; et quod eruditos præteriit, indoctis occurrat; quod denique magistris latuit, discipulis fiat obvium. Quanquam ne hoc quidem mihi licet ad vos uti sermone: quin potius, velut qui racemulum post vindemiam relictum, et spicam ob ingentem frugum copiam post demessas segetes omissam, aut demum poma aliquot post collectos arborum fructus congesserunt: ita et nos, Christo qui Deus verus est adjuvante, et per opera sermonem confirmante, eos qui voluerint, epulis excipiemus.

α'. Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια προτιθέμενα πολλάκις, οὐ μόνον τοὺς πεινῶντας εἰς βρῶσιν ἕλκουσιν, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ τοὺς ἤδη κεκορεσμένους προσερεθίζουσιν· ὥσπερ καὶ τῶν πομάτων τὰ λίαν ἡδύποτα καὶ εὐώδη, οὐ τοὺς διψῶντας μόνον, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἔμπαλιν πρὸς μετάληψιν θέλγουσιν. Ὡσαύτως πάλιν καὶ τοὺς φιλοπλούτους, ὅταν μεγάλης περιουσίας κρατήσωσιν, ἔρως ἀεὶ ἀναγκάζει τούτους ζητεῖν ἀφορμὰς, ὅσαι καθ' ἡμέραν τὸν πλοῦτον τούτοις προσεπεκτείνουσιν. Οὐκοῦν καὶ ὑμᾶς, ὦ τιμιώτατα τῆς Ἐκκλησίας ἐκλόγια, ἱερεῖς καὶ Πατέρες, ἀδελφοὶ καὶ μητέρες καὶ τέκνα φίλτατα, οὐ τῶν θείων λογίων λιμὸς, οὔτε τις δίψα τῶν ἱερῶν μαθημάτων, οὔτ' αὖ πενία γνώσεως τῆς ἐνθέου, ἐπὶ τὸν νῦν ἐκτεθέντα λόγον προσεπικλίνειν, ἀλλ' ἔφεσις B ὄντως θεοχαρίτωτος προσάγουσα ὑμᾶς ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, καὶ ἐκ χαρίτων εἰς χάριτας, καὶ ἐκ μνήμης εἰς ἀνάμνησιν. Ὃ γὰρ πολλάκις τελείοις λέλοιπε [a], τοῦτο παιδίον ηὕρατο· καὶ ὃ σοφοὺς παρέδραμεν, ἰδιώταις ἐνέσκηψε· καὶ ὃ διδασκάλους διέλαθε, μαθηταῖς ἐπεφοίτησεν. Ἡμῖν δὲ οὐδὲ ταῦτα εἰπεῖν τολμητέον, ἀλλ' ὥσπερ ἐπιφυλλίδα μετὰ τὸν τρυγητὸν καταλελειμμένην, καὶ στάχυν μετὰ τὸν ἀμητὸν διὰ τὸ πλῆθος παρεωραμένον, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἐπὶ δένδροις ὀπώραν μετὰ τὴν συλλογὴν ἐκλελησμένην [b] ἐπισωρεύσαντες, οὕτω τοὺς βουλομένους, Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ συνεργοῦντος Θεοῦ, καὶ τὸν λόγον διὰ τῶν ἔργων καὶ ἀποδείξεων βεβαιοῦντος, δεξιωσόμεθα.

2. Ergo serpens ille et hostis exsecrandus, qui ob præclaras omnes religiosasque actiones cogitationesque intimis torquetur visceribus et enecatur: qui fraterna quidem charitate percellitur, fide dirumpitur, spe interimitur, mutua commiseratione concutitur; ille, inquam, nefarius novam

β'. Ὁ περὶ πάντα τοίνυν τὰ καλὰ καὶ θεοφιλῆ πράγματα καὶ διανοήματα κοιλαινόμενος ὄφις, καὶ σφαττόμενος παλαμναῖος ἐχθρὸς, τῇ μὲν φιλαδελφίᾳ πληττόμενος, τῇ δὲ πίστει ῥηγνύμενος, τῇ ἐλπίδι νεκρούμενος, τῇ συμπαθείᾳ κραδαινόμενος, ἐνέσκηψέ τισιν ὁ παράνομος [c] σκῆψίν τινα ἔκφυλον καὶ ἀλλό-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Reg. 2 τελείους ἔλιπε. R. alter et Colb. 1 λέληθε. [b] Reg. 2, et Colb. 1 λελειμμένην. [c] Reg. 1 τισι παρανόμοις.

τριον, καὶ τῶν ἱερῶν θεσμῶν εἰς ἅπαν ἀντίθετον· A ὡς ὅτι τὰ μετὰ θάνατον πάντα τὰ θεοφιλῆ ἔργα οὐδὲ τοὺς προλαβόντας ὀνίνησιν. « Ἀπέκλεισε γάρ, φησίν, ὁ Θεὸς κατ' αὐτῶν· » καί, « Κομιεῖται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε φαῦλον· » καί, ὅτι « Ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; » καὶ πάλιν, « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· » καί, « Ὅτι ὃ ἔσπειρεν ἕκαστος, τοῦτο [d] καὶ θερίσει. Ἀλλ', ὦ σοφοί, εἴπωμεν πρὸς αὐτούς, ἐρευνήσατε καὶ διδάχθητε, ὅτι πολὺς μὲν ὁ φόβος τοῦ τῶν πάντων Δεσπότου Θεοῦ, πολλῷ πλέον ἡ ἀγαθότης· καὶ φοβεραὶ μὲν αἱ ἀπειλαί, ἀνείκαστος δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· καὶ φρικταὶ πάλιν αἱ καταδίκαι, ἄφατον δὲ τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ τὸ πέλαγος.

aliquam et absurdam, sacrisque sanctionibus contrariam omnino opinionem, quibusdam in animum injecit : nimirum, pia omnia opera, nullam prorsus defunctis utilitatem post mortem ipsorum afferre : eo quod Scriptura dicat : « Conclusit Deus super eos [a]. » Et : « Referet unusquisque quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum [b]. » Itemque : « In inferno quis confitebitur tibi [c]? » et rursus : « Quia tu reddes unicuique secundum opera sua [d]. » Ac denique : « Quod quisque seminaverit, hoc et metet [e]. » Sed, o sapientes viri (ut ad eos verba faciamus), scrutamini et discite, magnum quidem esse Dei omnium **585** Domini timorem, verum multo majorem esse bonitatem : horrendas quidem ipsius minas esse : cæterum quanta ejus benignitas sit, nulla fingi conjectura posse : ac tandem in ejus judiciis tametsi multum terroris insit, ipsius tamen miserationum pelagus orationis vim omnem superare.

γ'. Ἴδετε γὰρ τί φησιν ἡ θεία Γραφή· ὡς Ἰούδας B ὁ Μακκαβαῖος ἐν τῇ Σιὼν τῇ πόλει τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου, ὁπηνίκα τεθανατωμένον εἶδε τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἐχθρῶν, ἐρευνήσας αὐτῶν τοὺς κόλπους καὶ τούτων ἔνδοθεν εὑρὼν εἰδωλεῖα, ἱλασμὸν αὐτίκα ὑπὲρ ἑκάστου τούτων πρὸς τὸν εἰς οἶκτον ἕτοιμον Κύριον προσενήνοχε, πανευσεβῶς ποιήσας καὶ φιλαδέλφως λίαν, ὅθεν καὶ παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, ὡς ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτῳ τεθαυμάστωται [e]. Οἱ δέ γε μύσται καὶ αὐτόπται τοῦ λόγου, οἱ τὸν τοῦ κόσμου γῦρον ζωγρήσαντες μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ θεῖοι ἀπόστολοι, ἐπὶ τῶν φρικτῶν καὶ ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων μνήμην ποιεῖσθαι τῶν πιστῶν κοιμηθέντων ἐθέσπισαν· ὃ καὶ κατέχει βεβαίως καὶ λίαν ἀναντιῤῥήτως ἡ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἀπὸ περάτων μέχρι περάτων ἀποστολικὴ καὶ καθολικὴ C Ἐκκλησία, ἐκ τότε μέχρι τοῦ νῦν, καὶ τῆς τοῦ κόσμου λήξεως ἄχρι· οὐκ ἀλογίστως πάντως, οὐδὲ ματαίως, οὐδὲ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε τοῦτο θεσπίσαντες. Οὐδὲν γὰρ ἀνόνητον ἡ τῶν Χριστιανῶν ἀπλανὴς θρησκεία παρείληφεν, καὶ εἰς αἰῶνα κατέσχεν ἀπαρασάλευτον, ἀλλὰ πάντα ἐπωφελῆ καὶ θεάρεστα καὶ λίαν ὀνησιφόρα, καὶ σωτηρίας μεγίστης πρόξενα.

3. Videte enim quid divina Scriptura ferat : quemadmodum Judas Machabæus in Sion, quæ civitas est Regis magni, cum populum, cui præerat, ab alienigenis hostibus cæsum vidisset, vestibusque eorum excussis, condita in eis idolorum donaria comperisset, expiandi uniuscujusque eorum causa, sacrificia statim propensissimo ad misericordiam Domino obtulerit, inque ea re summæ religionis et charitatis munere perfunctus sit. In quo quidem, ut et in omnibus aliis, divina Scriptura summis eum laudibus demirandum præbuit. Quinimo verbi interpretes, quique testes oculati fuerunt, quorum retibus captus orbis fuit : illi, inquam, Salvatoris discipuli divinique Apostoli, ut in tremendis et intemeratis mysteriis eorum qui in fide dormierunt, memoria fieret instituerunt. Quod etiam firme et sine ulla prorsus controversia apostolica et catholica Christi Deique Ecclesia quæ ad usque fines orbis diffusa est, ab eo tempore ad hunc usque diem semper retinuit, et dum mundus hic stabit, retentura est. Nec quidem inconsulte omnino; nec temere et sine ratione hoc ab illis est institutum. Neque enim quidquam quod utilitate careat Christianorum, quæ nescit errare religio suscepit, fixumque et stabile retinuit : sed utilia omnia Deoque accepta, et quæ magno emolumento sint, ac valde salutaria.

δ'. Ἔφη τοιγαροῦν ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ βαθὺς Διονύσιος ἐν τῇ περὶ τῶν κεκοιμημένων μυστικῇ θεωρίᾳ οὑτωσὶ λέξας· ἵν' ἐκ τῶν αὐτοῦ θείων τε καὶ σεβαστῶν λόγων πρὸς ἐναργῆ ἀπόδειξιν ἐφαψώμεθα· ὡς « Αἱ τῶν ἁγίων προσευχαί, καὶ κατὰ τὸν τῇδε βίον, μήτιγε μετὰ θάνατον, εἰς τοὺς ἀξίους ἱερῶν εὐχῶν, ἤγουν εἰς τοὺς πιστοὺς ἐνεργοῦσι. » Τὸ δέ, *μήτιγε*, πάντως ἐνταῦθα μηδὲν ἕτερον ἢ τό, *πόσῳ γε μᾶλλον*, ὑποληπτέον. Καὶ μετ' ὀλίγον· « Οὐ γὰρ ὁ θεῖος ἱεράρχης, ὁ τῆς θεαρχικῆς δικαιώσεως ὑπο-

4. Quocirca eximius profundusque divinorum interpres Dionysius [f], in mystica sua de iis qui dormierunt speculatione, diserte hoc asserit, cujus divina venerandaque verba hic libet adjungere, ad clariorem eorum de quibus dicere proposui, demonstrationem. « Sanctorum preces in hac quoque vita, inquit, nedum post mortem, iis qui sacris precibus sunt digni, hoc est fidelibus efficaces sunt. » (Per voculam *nedum* nihil prorsus intelligere sit, nisi *quanto magis*.) Et paulo post : « Non

[a] Job III, 23. [b] II Cor. V, 10. [c] Psal. VI, 6. [d] Psal. LXI, 13. [e] Galat. VI, 8. [f] *De Eccl. Hier.*, [illegible]

VARIÆ LECTIONES.

[d] Edit. Reg. 1 et Colb. 1 ἐκεῖνο. [e] Edit. τεθαύμασται.

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ

# ΤΩΝ ΕΝ ΠΙΣΤΕΙ ΚΕΚΟΙΜΗΜΕΝΩΝ

*ΟΠΩΣ ΑΙ ΥΠΕΡ ΑΥΤΩΝ ΓΙΝΟΜΕΝΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙ ΚΑΙ ΕΥΠΟΙΙΑΙ ΤΟΥΤΟΥΣ ΟΝΙΝΗΣΙΝ.*

## S. JOANNIS DAMASCENI

# DE IIS QUI IN FIDE DORMIERUNT

*QUOMODO MISSIS ET ELEEMOSYNIS ET BENEFICENTIIS QUÆ PRO ILLIS FIUNT, ADJUVENTUR.*

**584** 1. Suavibus exquisitisque dapibus appositis, A non sæpe venit, ut non ii tantum qui fame laborant, ad edendum attrahantur, sed et illi nonnunquam quos jam satietas cepit, exstimulentur: quemadmodum etiam dulcissimis fragrantibusque poculis, non ii duntaxat qui sitim patiuntur, sed et illi qui sitim expleverunt, allici ad bibendum solent. Consimiliter qui erga opes inhiant, cum amplissimas divitias sunt adepti, hos semper cupiditas adigit, ut occasiones undecunque captent quibus facultates suas in dies augeant. Ad eumdem modum, o præstantissima Ecclesiæ Dei membra, sacerdotes et Patres, fratres et matres, filiique charissimi, nec divinorum eloquiorum fames, nec ulla sacræ doctrinæ sitis, nec rursus divinæ scientiæ penuria, hoc efficit ut ad eas quas apponimus sermonis epulas accumbatis: sed deside- B rium divinis vere confertissimum gratiis, quod de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de memoria in recordationem nos provehit. Plerumque etenim accidit ut quod ætatis adultæ homines fugerat, hoc puer inveniat; et quod eruditos præteriit, indoctis occurrat; quod denique magistris latuit, discipulis fiat obvium. Quanquam ne hoc quidem mihi licet ad vos uti sermone: quin potius, velut qui racemulum post vindemiam relictum, et spicam ob ingentem frugum copiam post demessas segetes omissam, aut demum poma aliquot post collectos arborum fructus congesserunt: ita et nos, Christo qui Deus verus est adjuvante, et per opera sermonem confirmante, eos qui voluerint, epulis excipiemus.

2. Ergo serpens ille et hostis exsecrandus, qui ob præclaras omnes religiosasque actiones cogitationesque intimis torquetur visceribus et enecatur: qui fraterna quidem charitate percellitur, fide dirumpitur, spe interimitur, mutua commiseratione concutitur; ille, inquam, nefarius novam

α'. Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια προτιθέμενα πολλάκις, οὐ μόνον τοὺς πεινῶντας εἰς βρῶσιν ἕλκουσιν, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ τοὺς ἤδη κεκορεσμένους προσερεθίζουσιν· ὥσπερ καὶ τῶν πομάτων τὰ λίαν ἡδύποτα καὶ εὐώδη, οὐ τοὺς διψῶντας μόνον, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς ἔμπαλιν πρὸς μετάληψιν θέλγουσιν. Ὡσαύτως πάλιν καὶ τοὺς φιλοπλούτους, ὅταν μεγάλης περιουσίας κρατήσωσιν, ἔρως ἀεὶ ἀναγκάζει τούτους ζητεῖν ἀφορμάς, ὅσαι καθ' ἡμέραν τὸν πλοῦτον τούτοις προσεπεκτείνουσιν. Οὐκοῦν καὶ ὑμᾶς, ὦ τιμιώτατα τῆς Ἐκκλησίας ἐκλόγια, ἱερεῖς καὶ Πατέρες, ἀδελφοὶ καὶ μητέρες καὶ τέκνα φίλτατα, οὐ τῶν θείων λογίων λιμός, οὔτε τις δίψα τῶν ἱερῶν μαθημάτων, οὔτ' αὖ πενία γνώσεως τῆς ἐνθέου, ἐπὶ τὸν νῦν ἐκτεθέντα λόγον προσεπικλίνειεν, ἀλλ' ἔφεσις ὄντως θεοχαρίτωτος προσάγουσα ὑμᾶς ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, καὶ ἐκ χαρίτων εἰς χάριτας, καὶ ἐκ μνήμης εἰς ἀνάμνησιν. Ὃ γὰρ πολλάκις τελείοις λέλοιπε [a], τοῦτο παιδίον ηὕρατο· καὶ ὃ σοφοὺς παρέδραμεν, ἰδιώταις ἐνέσκηψε· καὶ ὃ διδασκάλους διέλαθε, μαθηταῖς ἐπεφοίτησεν. Ἡμῖν δὲ οὐδὲ τοῦτο εἰπεῖν τολμητέον, ἀλλ' ὥσπερ ἐπιφυλλίδα μετὰ τὸν τρυγητὸν καταλελειμμένην, καὶ στάχυν μετὰ τὸν ἀμητὸν διὰ τὸ πλῆθος παρεωραμένον, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἐπὶ δένδροις ὀπώραν μετὰ τὴν συλλογὴν ἐκλελησμένην [b] ἐπισωρεύσαντες, οὕτω τοὺς βουλομένους, Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ συνεργοῦντος Θεοῦ, καὶ τὸν λόγον διὰ τῶν ἔργων καὶ ἀποδείξεων βεβαιοῦντος, δεξιωσόμεθα.

β'. Ὁ περὶ πάντα τοίνυν τὰ καλὰ καὶ θεοφιλῆ πράγματα καὶ διανοήματα κοιλαινόμενος ὄφις, καὶ σφαττόμενος παλαμναῖος ἐχθρός, τῇ μὲν φιλαδελφίᾳ πληττόμενος, τῇ δὲ πίστει ῥηγνύμενος, τῇ ἐλπίδι νεκρούμενος, τῇ συμπαθείᾳ κραδαινόμενος, ἐνέσκηψε τισὶν ὁ παράνομος [c] σκῆψίν τινα ἔκφυλον καὶ ἀλλό-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Reg. 2 τελείους [illegible]. R. alter et Colb. 1 λέληθε. [b] Reg. 2, et Colb. 1 λελειμμένην. [c] Reg. 1 τισι παρανόμοις.

τρόπον, καὶ τῶν ἱερῶν θεσμῶν εἰς ἅπαν ἀντίθετον· ὡς ὅτι τὰ μετὰ θάνατον πάντα τὰ θεοφιλῆ ἔργα οὐδὲ τοὺς προλαβόντας ὀνίνησιν. « Ἀπέκλεισε γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς κατ' αὐτῶν· » καὶ, « Κομιεῖται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον· » καὶ, ὅτι « Ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ὁμολογήσεταί σοι; » καὶ πάλιν, « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· » καὶ, « Ὅτι ὃ ἔσπειρεν ἕκαστος, τοῦτο [d] καὶ θερίσει. Ἀλλ', ὦ σοφοὶ, εἴπωμεν πρὸς αὐτοὺς, ἐρευνήσατε καὶ διδάχθητε, ὅτι πολὺς μὲν ὁ φόβος τοῦ τῶν πάντων Δεσπότου Θεοῦ, πολλῷ πλέον ἡ ἀγαθότης· καὶ φοβεραὶ μὲν αἱ ἀπειλαὶ, ἀνείκαστος δὲ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· καὶ φρικταὶ πάλιν αἱ καταδίκαι, ἄφατον δὲ τῶν οἰκτιρμῶν αὐτοῦ τὸ πέλαγος.

aliquam et absurdam, sacrisque sanctionibus contrariam omnino opinionem, quibusdam in animum injecit: nimirum, pia omnia opera, nullam prorsus defunctis utilitatem post mortem ipsorum afferre: eo quod Scriptura dicat: « Conclusit Deus super eos [1]. » Et: « Referet unusquisque quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum [2]. » Itemque: « In inferno quis confitebitur tibi [3]? » et rursus: « Quia tu reddes unicuique secundum opera sua [4]. » Ac denique: « Quod quisque seminaverit, hoc et metet [5]. » Sed, o sapientes viri (ut ad eos verba faciamus), scrutamini et discite, magnum quidem esse Dei omnium **585** Domini timorem; verum multo majorem esse bonitatem; horrendas quidem ipsius minas esse: cæterum quanta ejus benignitas sit, nulla fingi conjectura posse: ac tandem in ejus judiciis tametsi multum terroris inest, ipsius tamen miscrationum pelagus orationis vim omnem superare.

γ'. Ἴδετε γὰρ τί φησιν ἡ θεία Γραφή· ὡς Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος ἐν τῇ Σιὼν τῇ πόλει τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου, ὁπηνίκα τεθανατωμένον εἶδε τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων ἐχθρῶν, ἐρευνήσας αὐτῶν τοὺς κόλπους καὶ τούτων ἔνδοθεν εὑρὼν εἰδωλεῖα, ἐξιλασμὸν αὐτίκα ὑπὲρ ἑκάστου τούτων πρὸς τὸν εἰς οἶκτον ἕτοιμον Κύριον προσενήνοχε, πανευσεβῶς ποιήσας καὶ φιλαδέλφως λίαν, ὅθεν καὶ παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, ὡς ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτῳ τεθαυμάστωται [e]. Οἱ δέ γε μύσται καὶ αὐτόπται τοῦ λόγου, οἱ τὸν τοῦ κόσμου γῦρον ζωγρήσαντες μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ θεῖοι ἀπόστολοι, ἐπὶ τῶν φρικτῶν καὶ ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων μνήμην ποιεῖσθαι τῶν πιστῶν κοιμηθέντων ἐθέσπισαν· ὃ καὶ κατέχει βεβαίως καὶ λίαν ἀναντιῤῥήτως ἡ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἀπὸ περάτων μέχρι περάτων ἀποστολικὴ καὶ καθολικὴ Ἐκκλησία, ἐκ τότε μέχρι τοῦ νῦν, καὶ τῆς τοῦ κόσμου λήξεως ἄχρι· οὐκ ἀλογίστως πάντως, οὐδὲ ματαίως, οὐδὲ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε τοῦτο θεσπίσαντες. Οὐδὲν γὰρ ἀνόνητον ἡ τῶν Χριστιανῶν ἀπλανὴς θρησκεία παρείληφεν, καὶ εἰς αἰῶνα κατέσχεν ἀπαρασάλευτον, ἀλλὰ πάντα ἐπωφελῆ καὶ θεάρεστα καὶ λίαν ὀνησιφόρα, καὶ σωτηρίας μεγίστης πρόξενα.

3. Videte enim quid divina Scriptura ferat: quemadmodum Judas Machabæus in Sion, quæ civitas est Regis magni, cum populum, cui præerat, ab alienigenis hostibus cæsum vidisset, vestibusque eorum excussis, condita in eis idolorum donaria comperisset, expiandi uniuscujusque eorum causa, sacrificia statim propensissimo ad misericordiam Domino obtulerit, inque ea re summæ religionis et charitatis munere perfunctus sit. In quo quidem, ut et in omnibus aliis, divina Scriptura summis eum laudibus demirandum præbuit. Quinimo verbi interpretes, quique testes oculati fuerunt, quorum retibus captus orbis fuit: illi, inquam, Salvatoris discipuli divinique Apostoli, ut in tremendis et intemeratis mysteriis eorum qui in fide dormierunt, memoria fieret instituerunt. Quod etiam firme et sine ulla prorsus controversia apostolica et catholica Christi Deique Ecclesia quæ ad usque fines orbis diffusa est, ab eo tempore ad hunc usque diem semper retinuit, et dum mundus hic stabit, retentura est. Nec quidem inconsulte omnino; nec temere et sine ratione hoc ab illis est institutum. Neque enim quidquam quod utilitate careat Christianorum, quæ nescit errare religio suscepit, fixumque et stabile retinuit: sed utilia omnia Deoque accepta, et quæ magno emolumento sint, ac valde salutaria.

δ'. Ἔφη τοιγαροῦν ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ βαθὺς Διονύσιος ἐν τῇ περὶ τῶν κεκοιμημένων μυστικῇ θεωρίᾳ οὑτωσὶ λέξας· ἵν' ἐκ τῶν αὐτοῦ θείων τε καὶ σεβαστῶν λόγων πρὸς ἐναργῆ ἀπόδειξιν ἐφαψώμεθα· ὡς « Αἱ τῶν ἁγίων προσευχαὶ, καὶ κατὰ τὸν τῇδε βίον, μήτιγε μετὰ θάνατον, εἰς τοὺς ἀξίους ἱερῶν εὐχῶν, ἤγουν εἰς τοὺς πιστοὺς ἐνεργοῦσι. » Τὸ δὲ, μήτιγε, πάντως ἐνταῦθα μηδὲν ἕτερον ἢ τὸ, *πόσῳ γε μᾶλλον*, ὑποληπτέον. Καὶ μετ' ὀλίγον· « Οὐ γὰρ ὁ θεῖος ἱεράρχης, ὁ τῆς θεαρχικῆς δικαιώσεως ὑπο-

4. Quocirca eximius profundusque divinorum interpres Dionysius [6], in mystica sua de iis qui dormierunt speculatione, diserte hoc asserit, cujus divina venerandaque verba hic libet adjungere, ad clariorem eorum de quibus dicere proposui, demonstrationem. « Sanctorum preces in hac quoque vita, inquit, nedum post mortem, iis qui sacris precibus sunt digni, hoc est fidelibus efficaces sunt. » (Per voculam *nedum* nihil prorsus intelligere sit, nisi *quanto magis*.) Et paulo post: « Non

[1] Job III, 23. [2] II Cor. v, 10. [3] Psal. VI, 6. [4] Psal. LXI, 13. [5] Galat. VI, 8. [6] *De Eccl. Hier.*, cap. 7.

VARIÆ LECTIONES.

[d] Edit. Reg. 1 et Colb. 1 ἐκεῖνο. [e] Edit. τεθαύμασται.

enim divinus pontifex, divinæque justificationis interpres, ea unquam postularet, quæ gratissima Deo non essent, quæque sibi neganda divinitus accepisset. Ob idque profanis, sive illis qui non sunt baptizati, haudquaquam ista precatur. » Et rursus : « Divinus igitur antistes, quæ grata Deo sunt postulat, quæque ille prorsus daturus est. » Et iterum : « Hoc ergo supplex a divina bonitate petit pontifex, ut errata, quæ per humanam imbecillitatem admissa sunt, ei, qui e vivis excessit, remittat, eumque in viventium regione collocet, in sinu Abraham, Isaac, et Jacob : in loco unde fugit dolor, tristitia, et gemitus ; dissimulante divinæ firmitatis bonitate quas defunctus maculas ex humana fragilitate contraxit : quoniam *nemo*, ut divina Scriptura loquitur [1], *mundus est a sorde*. » Videsne, o adversarie, quomodo utiles esse preces affirmat, quæ pro illis fiunt, qui spe divina freti mortem obierunt !

D φήτης, ἐζήτει ποτὲ τὰ μὴ τῷ Θεῷ προσφιλ[illegible] καὶ πρὸς αὐτοῦ δοθήσεσθαι θειωδῶς ἐπηγγελμένα · διὸ τοῖς ἀνιέροις, ἤγουν τοῖς ἀφωτίστοις, οὐχ ἱκεύεται ταῦτα κεκοιμημένοις. » Καὶ αὖθις · « Οὐκοῦν ὁ θεῖος ἱεράρχης ἐξαιτεῖται τὰ φίλα Θεῷ, καὶ πάντως δωρηθησόμεθα. » Καὶ πάλιν · « Ἡ μὲν οὖν εὐχὴ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος, δεῖται πάντα μὲν ἀφιέναι τὰ δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν τῶν κεκοιμημένων πταίσματα · τάξαι δὲ τοῦτον ἐν χώρᾳ ζώντων εἰς κόλπους Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ἐν ᾧ ἀπέδρα τόπῳ ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός · παρορώσης ἀγαθότητι τῆς θεαρχικῆς εὐσθενείας [f] τὰς ἐγγενομένας τῷ κεκοιμημένῳ ἐξ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας κηλῖδας, ἐπείπερ, ὡς τὰ λόγιά φησιν, *οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου*. » B Βλέπεις, ὁ ἀντιλέγων, πῶς βεβαιοῖ ἐπωφελεῖς ὑπάρχειν τὰς ὑπὲρ τῶν ἐν ἐλπίδι θείᾳ κατοιχηθέντων αἰτήσεις ;

586 5. Post hunc vero rursum Gregorius [8], qui a rerum divinarum elocutione cognomentum habuit, in oratione quam in Cæsarii fratris funere pronuntiavit, hoc modo de matre sua loquitur : « Auditum est, inquit, præconium omnium auribus dignum, ac matris mœror per egregiam et sanctam pollicitationem, qua se pro filio quidquid opum ipse haberet, in parentale munus oblaturam spoponderat, exhauritur. » Et quibusdam interjectis : « Atque hæc sunt quæ a nobis proficiscuntur : ac quidem aliqua jam persolvimus, quædam rursus persolvemus, anniversarios nimirum honores commemorationesque, quandiu superstites erimus. » Cernis, ut pia et sancta munera esse asserit, quæ pro defunctis Deo offeruntur, utque anniversarias memorias approbat.

ε'. Μετὰ δὲ τοῦτον αὖθις ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος θεοῤῥήμων Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφὸν ἐπιταφίῳ λόγῳ, περὶ τῆς ἰδίας μητρός. « Ἠκούσθη, φησὶ, κήρυγμα πάσης ἀκοῆς ἄξιον, καὶ μητρὸς πάθος κενοῦται δι' ὑποσχέσεως καλῆς καὶ ὁσίας, δοῦναι τὰ πάντα τῷ παιδὶ τὸν ἐκείνου πλοῦτον ὑπὲρ ἐκείνου δῶρον ἐπιτάφιον. » Καὶ μεθ' ἕτερα · « Τὰ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν τοιαῦτα · καὶ τὰ μὲν ἀποδέδωκεν [11], τὰ δὲ δώσομεν, τὰς δι' ἔτους προσφέροντες τιμάς τε καὶ μνήμας, οἵ γε τῷ βίῳ περιλειπόμενοι. » C Ὁρᾷς πῶς βεβαιοῖ, καὶ καλὰς καὶ ὁσίας καλεῖ, τὰς ὑπὲρ τῶν κατοιχομένων τῷ Θεῷ προσαγωγὰς, καὶ τὰς ἐτησίους μνήμας εἰσδέχεται ;

6. Deinde post illum Joannes [9] aureo sermone facundus, aureoque cognomine donatus, ille amoris erga pauperes ac pœnitentiæ dux et magister, in sua divinis radiis micante enarratione in Epistolas ad Philippenses et ad Galatas ait : « Nam si gentiles simul cum eis qui diem obierunt, bona sua comburunt : quanto magis te qui fide præditus es, operam dare par est, ut fidelem bona ipsius sequantur : non ut et ista in cinerem velut illa redigantur ; sed majorem ei gloriam concilies, ac si obstrictus peccatis erat, qui vita functus est, ipsius peccata deleas : sin autem justus, ea illi in mercedem et remunerationem cedant ? » Et rursus in alia oratione [10] : « Animum attendamus, quo pacto de iis qui decesserunt bene mereamur : auxilium præsens ac necessarium illis offeramus, eleemosynas scilicet et oblationes. Hoc enim uberem eis fructum ingentemque utilitatem affert. Nam hæc temere instituta sunt, et sapientissimis discipulis Ecclesiæ Dei sunt tradita : ut nempe sacerdos

ς'. Εἶτα μετ' αὐτὸν ὁ χρυσοῤῥήμων ὄντως καὶ χρυσεπώνυμος Ἰωάννης, ὁ τῆς φιλοπτωχίας καὶ τῆς μετανοίας ὁδηγὸς καὶ διδάσκαλος, ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ καὶ Γαλάτας θεοφεγγεῖ ἑρμηνείᾳ, « Εἰ γὰρ Ἕλληνες, φησὶ, συγκατακαίουσι τοῖς ἀπελθοῦσι τὰ ἑαυτῶν, πόσῳ γε μᾶλλον σὲ τὸν πιστὸν συμπαραπέμψαι δεῖ τῷ πιστῷ τὰ οἰκεῖα, οὐχ ἵνα τέφρα γένωνται, καθὼς ἐκεῖνα καὶ ταῦτα, ἀλλ' ἵνα μείζονα τούτῳ περιβάλῃς τὴν δόξαν · καὶ εἰ μὲν D ἁμαρτωλὸς ὁ τεθνηκὼς ᾖ, ἵνα τὰ ἁμαρτήματα λύσῃ, εἰ δὲ δίκαιος, ἵνα προσθήκη γένηται μισθοῦ καὶ ἀνταποδόσεως. » Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ, « Ἐπινοήσωμεν, φησὶ, τοῖς ἀπελθοῦσιν ὠφέλειαν · δῶμεν αὐτοῖς τὴν προσοῦσαν βοήθειαν, ἐλεημοσύνας λέγω, καὶ προσφοράς · καὶ φέρει τούτοις πολλὴν τὸ πρᾶγμα τὴν ὄνησιν, καὶ μέγα τὸ κέρδος καὶ τὴν ὠφέλειαν. Καὶ γὰρ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε ταῦτα νενομοθέτηται, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ πανσόφων μαθητῶν παραδέδοται, φημὶ δὴ τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων εὐχὴν ποιεῖσθαι τὸν ἱερέα ὑπὲρ τῶν ἐν

[7] Job xxv, 4. [8] Orat. 10. [9] Vide hom. 32 in Matth. [10] Hom. in Epist. ad Philipp.

VARIÆ LECTIONES.

[f] Apud Dionys. φιλανθρωπίας, quod in mss. legit Billius. Œcolampadius etiam posuit *clementiam*. Nagarola, *sua benignitate*. [11] Legendum ἀποδεδώκαμεν.

πίστει κεκοιμημένων, εἰ μὴ ᾔσασιν αὐτοῖς πολὺ τὸ A κέρδος ἐκ τούτου καὶ πολλὴν τὴν ὠφέλειαν. »

ζʹ. Εἶτα σὺν τούτοις ὁ πάνσοφος αὖθις Νυσσαέων Γρηγόριος οὕτω φησίν· « Οὐδὲν ἀλογίστως, οὐδ' ἀκερδῶς ὑπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ κηρύκων καὶ μαθητῶν παραδέδοται, καὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ Ἐκκλησίᾳ διακεκράτηται· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα πάντως ἐπωφελὲς καὶ θεάρεστον, τὸ μνήμην δηλονότι ποιεῖν ἐπὶ τῆς θείας καὶ παμφαοῦς μυσταγωγίας, τῶν ἐν ὀρθῇ τῇ πίστει καὶ κεκοιμημένων.

ηʹ. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι « Σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, » καὶ, « Θερίσει πᾶς τις ὃ ἔσπειρε, καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα, περὶ τῆς παρουσίας πάντως τοῦ Κτίστου [g], καὶ τῆς τότε φρικτῆς B ἀποφάσεως εἴρηται, καὶ τῆς τοῦ κόσμου τοῦδε συμπεράτωσεως. Τότε γὰρ ὅλως βοηθείας οὐκ ἔσται καιρὸς, ἀλλὰ πᾶσα παράκλησις ἄπρακτος. Τῆς πανηγύρεως γὰρ διαλυθείσης, οὐκ ἔστι πραγματείας ἐμπόρευμα. Ποῦ γὰρ οἱ πένητες τότε; ποῦ λειτουργίαι; ποῦ ψαλμῳδίαι; ποῦ εὐποιΐαι; ποῦ ἀγαθοεργίαι; Διὸ πρὸ τῆς ὥρας ἐκείνης ἀλλήλοις ἐπικουρήσωμεν, καὶ τῷ φιλαδέλφῳ καὶ φιλανθρώπῳ καὶ φιλοψύχῳ Θεῷ τὰ τῆς φιλαδελφίας προσοίσωμεν· δέχεται γὰρ εὖ μάλα, καὶ τοῖς ἀσυμφθάστως [h], καὶ οἷον εἰπεῖν, ἀνετοίμως ἐκδημήσασι, τὰς ὑπὸ τῶν αὐτοῖς προσφερομένας τῶν ὑστερημάτων ἀναπληρώσεις εἰς ἔργον τούτοις καὶ πρᾶξιν λογίζεται. Θέλει γὰρ οὕτως ὁ φιλάνθρωπος [i] Κύριος αἰτεῖσθαι, καὶ νέμειν τὰ τῶν ἰδίων κτισμάτων πρὸς σωτηρίαν C αἰτούμενα, καὶ τότε μᾶλλον ὁλικῶς ἐπικάμπτεται· οὐχ ὅταν τις μόνον ὑπὸ ἰδίας ψυχῆς ἀγωνίζηται, ἀλλ' ὅταν ὑπὲρ τοῦ πέλας τοῦτο ἐργάζηται. Ἐντεῦθεν γὰρ ἐπὶ τὸ θεομίμητον ἐκτυποῦται, καὶ τὰς ἑτέρων δωρεὰς, ὡς οἰκείας ἐξαιτεῖ χάριτας, καὶ τῆς τελείας ἀγάπης τὸν ὅρον ἐμπερικλείει, καὶ τὸν μακαρισμὸν ἐκ τούτου πορίζεται [j], καὶ τὴν ἰδίαν σὺν τῇ τοῦ πέλας εὐεργετεῖ ψυχὴν ὅτι μάλιστα.

θʹ. Τί δὲ καὶ δυσαχθὲς τὸ πρᾶγμα νενόμισται; μήτι τὴν Φαλκονίλλαν (1) ἡ πρωτόμαρτυς οὐκ ἔσωσε μετὰ θάνατον; Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς, ὅτι αὕτη κατ' ἀξίαν, ἐπεὶ πρωτόμαρτυς, καὶ ταύτης δέον εἰσακουσθῆναι τὴν δέησιν. Ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτό φημι· Καλῶς ἡ πρω- D τόμαρτυς ἐκεῖ. Σκόπει δὲ πάλιν, ὑπὲρ τίνος ἡ αἴτησις· ὅτιπερ ὑπὲρ Ἑλληνίδος, εἰδωλολάτριδός τε καὶ

A pro illis qui in fide dormierunt, in tremendis mysteriis orationes fundat, nisi scivissent quæstum inde magnum et emolumentum illis obvenire.

7. Illis astipulatur sapientissimus Gregorius Nyssenus [11], cujus hæc verba sunt : « Nihil inconsulte, nihilque perperam a Christi præconibus et discipulis traditum fuit, et in omnibus Dei Ecclesiis invaluit : sed res utilis est et Deo placens, ut in divina splendidissimaque mysteriorum celebratione, eorum qui in recta fide obierunt, memoriam agamus. »

8. Enimvero dictum hoc : « Tu reddes unicuique secundum opera sua [12]; » et : « Quod quisque seminaverit, hoc et metet [13], » et quæ his similia sunt, de Creatoris dubio procul adventu, deque B ferenda tunc terribili sententia, nec non de mundi consummatione pronuntiata sunt. Non enim tunc auxilii tempus suppetet, sed omnis frustra deprecatio erit. Quippe solutis nundinis, mercaturæ vacare non licet [14]. Nam ubi tunc pauperes erunt? ubi missæ? ubi psalmorum pensa? ubi beneficentiæ opera? quamobrem ante illam horam alii aliis opitulemur, ac fratrum hominumque et animarum amantissimo Deo, quæ fraterni officii sunt offeramus. Libentissime siquidem hæc accipit, et iis qui præmature, atque, ut ita dicam, imparati, vivis excesserunt, eas quas sibi familiares et propinqui 587 eorum offerunt, prætermissi officii vices ascribit, perindeque reputat ac si illimet his functi operibus fuissent. Sic enim clementissimus C Dominus abs se peti vult, et iis quos condidit, ea rogatus præstare, quæ saluti ipsorum conducat. Ac tunc demum inflectitur, cum quis non modo pro anima sua enititur, sed proximi causa operis aliquid navat. Hac enim ratione expressam in se Dei similitudinem refert, donaque pro aliis, veluti gratias sibi concedendas postulans, perfectæ charitatis rationem asciscit, sibique beatitudinem parat, suam ipse animam una cum proximi anima beneficiis afficiendo.

9. Quidnam autem est, cur hoc molestum et grave quibusdam videatur? Annon quæ prima in feminis martyrium obiit, Falconillæ vita functæ salutem attulit? At fortasse dices, id eam conse- D cutam esse quod martyrum princeps erat, æquum fuisse ut preces ipsius exaudirentur. Recte, inquam ego, ais, illam fuisse martyrum

[11] Locus nusquam occurrit in editis. [12] Psal. LXI, 13. [13] Galat. VI, 6. [14] Gregor. Naz. orat. 40.

## VARIÆ LECTIONES.

[g] Forte τοῦ κριτοῦ, *judicis*. [h] ἀσυμφθάστως, Billius vertit *improvise*. Sit velut præmature, cum necdum metam vel expiationis, vel perfectionis attigerint. [i] Reg. 1 φιλάγαθος. [j] Edit. καὶ μακαρισμὸν ἐκ τοῦ τὴν τοῦ πέλας εὐεργετεῖν ψυχὴν, ὅτι μάλιστα κομίζεται. Media desunt. Favet Colb. 1.

## NOTÆ.

(1) *Μήτι τὴν Φαλκονίλλαν. Falconillæ vita functæ.* Liberatam esse ab inferis Falconillam significatur quidem in Actis sanctæ Theclæ, quæ vir eruditissimus mihique amicissimus D. Grabius in Spicilegio primi sæculi edidit : nec Basilius Seleuciensis omisit, lib. I de miraculis sanctæ Theclæ. Ejus etiam, ut et ereptæ rursum ex inferis Gregorii Magni precibus Trajani animæ, mentio fit in Euchologio, cap. 96, et in aliis libris Græcorum. Unde multa de eis disputat Allatius in dissertationibus *De lib. Eccl. Græc.*

primum. Verum hoc velim rursus consideres, pro quanam hæc postulabat? Nempe pro gentili, idolorum cultrice, profanaque prorsus, et quæ alieno domino operam locarat. Hic vero fidelis pro fideli ad Dominum eumdem preces fundit. Alterum igitur cum altero compara, ut res æqualis fiat, nullumque relinquetur dubium.

10. Confer te rursum ab istis ad alia ejusdem generis et roboris: nimirum ad Palladii ad Lausum historiam, in qua miracula quæ magnus mirificusque Macarius patravit, summa fide verissimeque descripta sunt. Is enim aridum quoddam cranium de iis qui obierant sciscitatus, cuncta perdidicit. Cumque insuper quæsiisset, Nunquamne solatii aliquid recepperitis? (consuetum enim viro sancto erat pro defunctis orare, avebatque scire, an fructuosæ illæ preces essent:) hoc Dominus qui amat animas servo suo patefacere volens, veritatis sermonem siccæ huicce calvariæ inspiravit. Quo tempore, inquit, preces pro defunctis offers, nunc sane nonnihil solaminis accipimus.

11. Iterum alteri cuipiam divinorum Patrum, cujus discipulus quidam negligenter vixerat, itaque ea negligentia vitæ tandem metam attigerat, misericordissimus animarum amator Dominus, senis lacrymis et precibus motus, eum instar divitis cujus in Lazari parabola fit mentio [14], ad collum usque igne flagrantem illi ostendit. Cum deinde senex multis se laboribus afflixisset, Deum assiduis fletibus obsecrando, rursus ad zonam usque flammarum incendio mersum vidit. Demum postquam vir sanctus labores laboribus addiderat, liberum illum prorsus atque ab igne exemptum per visum Deus ostendit seni.

12. **588** Quis sane tot de istis rebus testimonia, quæ sanctorum Vitæ divinæque revelationes complectuntur, ex ordine queat recensere? Quibus prespicue evincitur, etiam post mortem magnopere defunctis prodesse, quæ pro illis preces ac missæ atque eleemosynæ fiunt. Neque enim omnino perit quidquam eorum quæ Domino feneramur: sed maxima cum usura ejus remuneratio provenit.

13. Nam quod attinet ad illud Prophetæ effatum: « In inferno quis confitebitur tibi [15]? superius dictum a nobis est, minas quidem illius omni-

πάμπαν ἀνιέρου καὶ ἀλλοτρίου κυρίου ἐργατιδος. Ἐνταῦθα δὲ πιστὸς ὑπὲρ πιστοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Δεσπότην. Θὲς τοίνυν ἐκ θατέρου εἰς θάτερον, ὡς ἂν τὸ πρᾶγμα ἐξισωθήσεται, καὶ τὸ διστάζον οὐχ ὑπολειφθήσεται.

ι'. Διελθὲ μοι αὖθις ἐκ τούτων (2) εἰς ἕτερα ταυτοδύναμα καὶ ὁμότροπα· λέγω δὴ τὴν Παλλαδίου πρὸς Λαῦσον ἱστορικὴν βίβλον, ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὸν μέγαν καὶ θαυματουργὸν Μακάριον πανάληθῶς ἀναγέγραπται θαύματα· πῶς τὸ ξηρὸν κρανίον πυθόμενος, τὰ περὶ τῶν κεκοιμημένων μεμάθηκεν ἅπαντα. Εἶτα πρὸς τοῦτο· Οὐδέποτε τοίνυν τινὰ παραμυθίαν εὑρίσκετε; (ἦν γὰρ ὁ ἅγιος συνήθως ποιῶν ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων εὐχὰς, καὶ γνῶναι ἐφίετο εἰ ἄρα πρὸς ὄνησιν γίνονται·) τοῦτο δὲ βουληθεὶς ἐπιδεῖξασθαι ὁ φιλόψυχος Κύριος, καὶ τὸν ἑαυτοῦ πληροφορῆσαι θεράποντα, τῷ ξηρανθέντι κρανίῳ λόγον ἀληθείας ἐνέπνευσεν. Ὅτε, φησὶν, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν τὰς δεήσεις προσφέρεις, τότε μικρᾶς παραμυθίας τινὸς αἰσθανόμεθα.

ια'. Ἄλλῳ δὲ πάλιν τῶν θεοφόρων Πατέρων μαθητὴν ἔχοντι ἐν ἀμελείᾳ βιοῦντα, καὶ τοῦτον πρὸς τὸ τοῦ βίου πέρας ῥαθύμως ἐπιφθάσαντα, ὁ πανοικτίρμων καὶ φιλόψυχος Κύριος, μετὰ δακρύων αἰτησαμένου τοῦ γέροντος, ὡς τὸν κατὰ τὸν Λάζαρον πλούσιον ἐν τῇ φλογὶ καυσούμενον μέχρι τραχήλου ὑπέδειξεν· ὡς ἐντεῦθεν πολλὰ τοῦ ἁγίου πονήσαντος, καὶ σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν ἐκλιπαρήσαντος, μέχρι τῆς ζώνης πάλιν ὑπέδειξεν. Εἶτα καὶ αὖθις κόπους τοῖς κόποις τοῦ ἁγίου προσθέντος [k], παντελεύθερον, καὶ τοῦ πυρὸς λελυτρωμένον ἐν ὀπτασίᾳ τῷ γέροντι δέδειχε.

ιβ'. Καὶ τίς ἂν δυνηθείη καθ' εἱρμὸν τὰς τούτων μαρτυρίας ἐκδιηγήσασθαι, τὰς ἐν τοῖς τῶν ὁσίων βίοις ἐντεταγμένας, ἐν μαρτυρίοις τέ φημι καὶ θείαις ἀποκαλύψεσιν, ἐναργῶς παριστώσας, καὶ μετὰ θάνατον μέγιστα τοὺς κατοιχομένους εὐεργετεῖν, τὰς ὑπὲρ αὐτῶν γινομένας εὐχάς τε καὶ λειτουργίας καὶ ἐλεημοσύνας; Οὐδὲν γὰρ τῶν δανεισθέντων Θεῷ ἀφανίζεται ὅλως, ἀλλὰ σὺν μεγίστῃ προσθήκῃ παρ' αὐτοῦ ἀνταμείβεται.

ιγ'. Περὶ δὲ τοῦ φάναι τὸν Προφήτην, « Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογηθήσεταί σοι, » προειρήκαμεν, ὡς αἱ ἀπειλαὶ μὲν φρικώδεις τοῦ παντεπόπτου· νικᾷ δὲ

[14] Luc. xvi, 23. [15] Psal. vi, 6.

## VARIÆ LECTIONES.

[k] Edit. προσθήσαντος.

## NOTÆ.

(2) *Διελθὲ καὶ αὖθις ἐκ τούτων· Confer te rursum ab istis.* Historia hæc in Vitis Patrum Ruffino auctore lib. III, nec non Incerti, Paschasio interprete lib. VI, invenitur. Billius ait se accepisse a Gentiano Herveto et exstare illam in libro qui *Doctrina Patrum* inscribitur, cum hodie non legatur in *Historia Lausiaca*, ex qua citatur ab auctore. Ac plane quidem reperitur in Apophthegmatis PP. quæ Cl. Coteterius edidit t. I *Mon. Eccl. Græcæ*, in *Macario*. Leo item Allatius dissert. 2 *De lib. Eccl. Græc.* p. 412, eam ex Lausiaca a Nicephoro Blemmyda transsumptam asserit. In hac explicanda sanctus Thomas operam posuit in 4, dist. 45, q. 2, a. 2 ad 4, et alii.

νότας ἡ ἄφατος αὐτοῦ φιλανθρωπία. Καὶ γὰρ μετὰ A τὸ φάναι τὸν ὑποφήτην [1] ταῦτα, γέγονε πάντως ἐν τῷ ᾅδῃ ἐξομολόγησις· ἐκείνων λέγω τῶν ἐκεῖ πιστευσάντων ἐν τῇ σωτηρίῳ τοῦ Δεσπότου καθόδῳ. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔσωσε πάντας ὁ ζωοδότης, ἀλλ' ὡς εἴρηται, ἐκεῖ τοὺς πιστεύσαντας.

Τινὲς γοῦν φασι τοὺς προπεπιστευκότας,
Οἵ τινές εἰσι πατέρες καὶ προφῆται,
Κριταὶ, βασιλεῖς σὺν αὐτοῖς, καὶ τοπάρχαι,
Καί τινες ἄλλοι τοῦ λαοῦ τῶν Ἑβραίων
Εὐαρίθμητοι, καὶ πρόδηλοι τοῖς πᾶσιν.
Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα ἀντεροῦμεν,
B Τοῖς δοξάζουσιν ὧδε· ὡς οὔτε δῶρον,
Οὔτε θαυμαστὸν, καὶ παράδοξον τοῦτο,
Τὸ σῶσαι Χριστὸν τοὺς πεπιστευκότας.
Ἐπεὶ κριτὴς δίκαιος ὑπάρχει μόνος,
Καὶ πᾶς ὁ τούτῳ πιστεύσας οὐκ ὄλλυται.
Ἔδει τοιγαροῦν τούτους σωθῆναι πάντας,
Καὶ τῶν τοῦ ᾅδου δεσμῶν ἀπαλλαγῆναι,
Τῇ καταβάσει τοῦ Θεοῦ καὶ Δεσπότου.
Ὃ καὶ γέγονε τῇ τούτου προμηθείᾳ.
Οἱ δέ γε χάριν φιλανθρωπίας μόνης
Σωθέντες ὑπάρχουσιν, ὡς οἶμαι, πάντες,
Ὅσοι τὸν βίον καθαρώτατον εἶχον,
Καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἀρίστην ἐπετέλουν.
Ἰσχνῶς βιοῦντες, ἐγκρατῶς, καὶ σωφρόνως.
C Τὴν δέ γε πίστιν ἀκραιφνῆ [m] τε καὶ θείαν,
Οὐ κατέλαβον, μὴ γυμνασθέντες ὅλως,
Ἀλλ' ἀδίδακτοι μείναντες τὸ παράπαν,
Τούτους ὁ πάντων ταμίας καὶ Δεσπότης,
Εἵλκυσεν, ἐζώγρησε δικτύοις θείοις.
Καὶ τούτους ὑπέκλινε πιστεῦσαι τούτῳ,
Λάμψας ἐπ' αὐτοὺς τὰς θεϊκὰς ἀκτῖνας,
Καὶ δείξας αὐτοῖς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας.
Οὐ γὰρ ἠνέσχετο ὁ συμπαθὴς τῇ φύσει,
Εἰς κενὸν τούτων τοὺς κόπους γεγενῆσθαι.
Ἐκέκτηντο γὰρ ἐργωδέστατον βίον,
Ἐπίμοχθόν τε καὶ στενὸν ὑπὲρ λόγον·
Αὐτοκράτορες τῶν παθῶν γεγονότες,
Καὶ τῶν ἡδονῶν καταπτύσαντες ἅμα,
D Ἀκτησίαν τε πᾶσαν ἐξησκηκότες,
Ἐγκράτειάν τε σὺν ἀγρυπνίᾳ πάλιν,
Καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἀρίστην ἐργασίαν·
Οὐκ εὐσεβῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως διελθόντες,
Τὴν ἀνωτάτω πρόνοιαν, ὡς ἐδόκουν,
Ἄριστα σεβόμενοι, πλὴν ἐσφαλμένως.
Εἰσὶ δέ τινες, οἳ καὶ τὴν θείαν δόξαν,
Τῆς πανσθενουργοῦ κατέλαβον Τριάδος
Ἰσχνῶς, ἀμυδρῶς· ἀλλ' ἐδόξασαν ὅμως.
Ἄλλοι δὲ τὴν σάρκωσιν εἶπον τοῦ Λόγου (3),

nium inspectoris horrendas esse: eas vero ab inenarrabili ipsius humanitate superari. Nam postquam Propheta hæc pronuntiavit, fuit nihilominus quibusdam in inferno confessionis locus; illis videlicet, qui in salutari Domini descensu crediderunt. Neque enim ille vitæ auctor cunctis nullo discrimine salutem dedit; sed illis demum, qui illic quoque sicut dictum est crediderunt.

Itaque quidam aiunt salutem esse adeptos [qui ante fidem habuerant,
Patres nimirum atque prophetas,
Judices, et reges, ac præsides,
Ac cum eis alii ex Hebræorum plebe,
Numero pauci, cunctisque manifesti.
Nos vero ad hæc sic respondebimus:
His qui ita sentiunt, non beneficium,
Nec mirum quid, nec novum istud est,
Christum hos salvare qui crediderunt:
Quando solus ipse justus est judex,
Nec ullus perit, in ipsum qui credidit.
Ergo oportebat hos omnes salvos esse,
Et ab inferni vinculis liberari,
Descendente illuc Deo atque Domino.
Id quod et ejus providentia accidit:
At illi sola ipsius bonitate,
Mea sententia salutem acceperunt,
Quicunque vitam purissimam egerunt,
Omnique actione optima perfuncti sunt,
Modeste vivendo, temperanter et caste,
Tametsi puram atque divinam fidem
Non perceperunt; nec tamen eruditi
Sed nulla omnino imbuti doctrina manentes,
Hos provisor omnium ac Dominus
Attraxit ad se: divino cepit rete.
Istos et inflexit, ut in ipsum crederent,
Radios in eos divinos injiciens,
Et veritatis ostendens ipsis lucem.
Non enim sustinebat, qui natura est miseri-[cors,
Horum incassum tot labores cedere.
Perdifficilem enim vitam nacti fuerant,
Ærumnosamque et angustam supra modum,
Affectionibus imperantes animi:
Et voluptates insimul respuerant,
Paupertatemque colentes omnigenam,
589 Continentiam, ac rursum vigilias,
Universa demum virtutis munera,
Et si non pie, at tamen expleverant;
Summam Providentiam, ut videbatur ipsis,
Recte colentes, non sine erroris labe.
Quin sunt nonnulli qui divinam gloriam
Cunctipotentis agnoverunt Triadis
Tenuiter, ac obscure; attamen agnoverunt.
Verbum dixerunt carnem factum alii,

### VARIÆ LECTIONES.

[1] Reg. 2 et Colb. προφήτην. [m] R. 1, Colb. 1 τὴν ἀκραιφνῆ καί.

### NOTÆ.

(3) Sibyllas, ni fallar, innuit, quibus Montanistæ carmina supposuerunt, quæ res omnes quas Christus gessit, tanquam prænuntiatas repræsentant.

Colendas pœnas, ac resurrectionem.
Alii natales illius ex Virgine,
Quam et proprio indicarunt nomine:
Maria quippe puellæ nomen est, inquit.
Omnia rursus prædixerunt aliqui
Eximia a Christo edita miracula,
Circa defunctos, circa claudos et mutos
Circa leprosos, circa surdos, et febres,
Circa hydropicos atque manus aridas.
Deambulantem supra mare dixerunt:
Benedictionem panum atque piscium,
In vina rursum conversas aquas,
Hæmorrhoussam et incurvam curatas,
Una prænuntiantes cum pluribus aliis.
Hos, inquam, divina Verbi potentia
In interitum non passa est ruere,
Nec recte factorum mercedem amittere,
Nulla enim pars temporis quam dederit,
Ut prædiximus, in obscuritatem abit:
Sed conservata universis redditur,
Auctiore mensura, his qui bene vixerunt.
Qui vero vitam transegerunt turpiter,
Quique nihil prorsus gesserunt unquam boni,
Ut neque semen, nec fructum habuerint:
Quinimo vita, sermonibus, et fide.
Modis omnibus aberrando lapsi sunt,
Nec imbre divino irrigati cœlitus,
Germinis quidpiam ediderunt.
Non enim sementem dederunt, ut dicebam [modo,
Nec illucente vero sole gloriæ,
Effloruerunt, quia steriles erant.
His Christus nulli emolumento fuit;
Nec lapsos, ut puto, secum suscitaverit,
Ut qui salutis indigni prorsus essent:
Quin nec in ipsum hos credidisse arbitror.
Horum enim mentes obcæcaverat,
Spiritualesque cordis oculos,
Tenebrarum elatio, primus scilicet draco.
Quem a prima ætate coluerunt,
590 Ne videntes viderent, ut est in oraculo,
Neve intelligentes, omnino intelligerent.
Reliqui autem omnes qui semen habuerant,
Jubare solis exorto floruerunt,
Et immissa pluvia germinarunt.

En qua nos oratio provexerit, ut rem pene opertam, Deo juvante, explicaremus, idque non velut sententiam ferentes (hoc enim indignitas nostra non patitur), sed rationibus et conjecturis, ut charitas postulat, indulgentes. Hi sunt itaque, ut opinor, quibus in inferno salutem Christus attulit.

A Πάθη τὲ σεπτὰ, καὶ τὴν ἔγερσιν τούτου·
Ἕτεροι δὲ γέννησιν τὴν ἐκ Παρθένου,
Ὀνομασίαν τε ταύτης προειπόντες.
Μαρία γὰρ, φησὶν, ὄνομα τῇ κόρῃ.
Αὖθις ἔνιοι προκατέλεξαν πάσας
Τὰς ὑπερφυεῖς [n] Χριστοῦ θαυματουργίας.
Τῶν νεκρῶν τε καὶ πηρῶν, καὶ μογιλάλων,
Λεπρῶν, καὶ κωφῶν, καὶ τῶν πυρεκτιώντων,
Παραλελυμένων τε καὶ δαιμονιώντων,
Ὑδεριώντων ἅμα καὶ ξηροχείρων,
Καὶ τῆς θαλάσσης τὸν περίπατον ἔνθεν,
Ἄρτων τὴν εὐλόγησιν καὶ τῶν ἰχθύων,
Μεταβολὴν ὕδατος αὖθις πρὸς οἶνον,
Αἱμοῤῥοούσης καὶ συγκυπτούσης ἄρδην,
Τὰς ῥώσεις προφήσαντες, σὺν ἄλλοις πλείστοις·
B Τούτους ἡ θεία τοῦ Λόγου δυναστεία,
Οὐκ ἠνέσχετο παριδεῖν ὀλωλότας,
Οὐδ' ἀπολέσαι τὰς πράξεις τὰς ἀρίστας.
Τὸ γὰρ δανεισθὲν αὐτῷ τοῦ χρόνου μέρος,
Καθὸ προειρήκαμεν, οὐκ ἀμαυροῦται·
Epistola, quam damus, respondetur ad quemdam qui quæsierat quo jure monachi, qui presbyteri seu sacerdotes non essent, confessiones fidelium exciperent, eosque pronuntiata absolutione reconciliarent. Etsi ejusmodi consuetudo apud Latinos non inolevit, invaluisse tamen apud Græcos certum est, eamque divinorum ascetarum libris testatam auctor fatetur. Monumenta quæ ipse triverat, præ manibus hodie non habemus, quæ consulamus. Ut vero quæ non clara, nec diserta narrantur, quæque leguntur quæstione VI Anastasiana, omittam, Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus in epistola canonica, ubi respondet quæstioni 16 *De presbyteris orthodoxis, sive etiam Hilarione et Eustathio monacho, haberentne potestatem pœnitentiæ censuras dandi*, hoc declarat : Ἐπειδὴ δὲ ἐμφαίνει ἡ ἐρώτησις, εἰ δεῖ τὸν μὴ ἔχοντα ἱερωσύνην, διδόναι κατὰ ἀπορίαν πρεσβυτέρου κατὰ πίστιν προσιόντος, οὐκ ἔξω εἰκότος καὶ τὸν ἁπλῶς μοναχὸν ἐπιτίμιον διδόναι· *Quia vero interrogatio innuit, num qui sacerdos non sit, infligere pœnitentiam possit, ubi non adest presbyter, secundum fidem illius qui accedit nihil obsoni est, quin simplex monachus pœnæ censuram impertiat*. Quocirca actione 9 synodi octavæ Theodorus Protospatharius coram Patribus declaravit, se perjurium quod contra sanctum Ignatium CP. admiserat, eximio cuidam monacho Stylitæ confessum esse, injunctamque ab eo pœnitentiam ad eum usque diem obiisse : καὶ ἐξηγόρευσα τὸ ἁμάρτημα, καὶ ἔλαβον ἐπιτίμια, καὶ φυλάσσω ταῦτα μέχρι τοῦ νῦν. Romanus Lecapenus imperator, cum se simili perjurii scelere obstrictum sentiret, accitis undique trecentis monachis, peccata sua omnia ex charta cunctis illis audientibus recitavit, καὶ πάντων τῶν μοναχῶν συγχώρησιν δόντων. *omnibusque monachis indulgentiam dantibus, mox communionem obtinuit*. Hæc narrat incertus continuator historiæ Constantini Porphyrogennetis. Joannes Antiochenus patriarcha, qui undecimo labente sæculo scribebat, in epistola *Contra donationes monasteriorum laicis factas*, asserit *ab annis quadringentis*, τετρακοσίων ἤδη χρόνων παρῳχηκότων, et ab exortu præsertim hæresis Iconoclasticæ, cum Leo Isaurus ejusque filius Copronymus, monachos inprimis vexarent, eo honoris monasticum ordinem provectum fuisse, ὡς καὶ τὰς ἐξομολογήσεις καὶ ἐξαγγελίας τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τὰς ἐπ' αὐταῖς ἐπιτιμίας καὶ ἀφεσίμους λύσεις εἰς μοναχοὺς μετατεθῆναι, *ut confessiones et enuntiationes peccatorum, eorumque pœnæ et absolutiones ad monachos translatæ sint* : καὶ ἔτι νῦν ὁρᾶται γινόμενον, *quemadmodum nunc quoque fieri videmus*. Atqui hæc consuetudo vigebat adhuc apud Græcos sæculo decimo tertio. Nam Balduinus Latinorum imperator Constantinopolitanus in epistola *Ad omnes toto orbe Christianos*, hæc inter alia schismaticis impingit : *Hæc est gens, quæ omnes Latinos non hominum nomine dignatur, sed canum, quorum sanguinem effundere pene inter merita reputatur, nec ulla satisfactione satisfaciunt laici monachi, penes quos, sacerdotibus submotis, tota ligandi atque solvendi consistit auctoritas*. Hanc ecclesiasticæ disciplinæ perturbationem prohibitam reperio canone 44 Nomocanonis, quem Cotelerius t. 1 *Monum. Eccl. Græcæ* evulgavit. Sic enim habet : *Qui suscipit confessiones, debet esse, aut sæcularis sacerdos, aut* ἀββαδιπρεσβύτερος. *monachus presbyter* : μοναχὸν μὴ δέχεσθαι, *non autem monachus* (simplex utique) *excipiat*. Huc forsan facit quod Balsamon in expositione canonis Carthaginensis declarat, *sacratos, seu sacerdotes monachos*, ἱερωμένοι μοναχοί, *male facere confessiones excipiendo sine* **599** *permissione episcopi*, *a fortiori vero eos qui sacerdotes non sint*, πολλῷ δὲ μᾶλλον οἱ ἀνίεροι. A qua lege neque præfectos cœnobiorum excipit. Omitto ejus responsionem ad quæst. 19 ad Marcum quam videre est in jure Græco-Romano. Disertius vero abusum improbat eique adversatur Nicephorus Chartophylax in epistola ad Theodosium inclusum, quæ habetur pag. 342 Juris Græco-Rom. Οἱ δὲ μὴ ὄντες ἱερεῖς μοναχοί, inquit, δεχόμενοι λογισμοὺς τινῶν, καὶ δεσμοῦντες καὶ λύοντες, γινωσκέτωσαν, ὅτι ἀκανονίστως τοῦτο ποιοῦσι· *Monachi sacerdotes, qui aliorum ratiocinia confessionesve suscipiunt, ligantes et solventes, noverint se id contra canones facere. Sancti enim Patres, nec sacerdotes ipsos volunt sine jussu antistitis regionis pœnitentes reconciliare, ut canon 6 et alii synodi Carthaginensis declarant*. Νῦν δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως καταφρονεῖται ἡ τοιαύτη διάταξις· *Nunc vero qui factum sit, ut constitutio hæc sperneretur. Verum nos ea quæ scripta sunt referimus*. Cæterum in fragmento alterius, ni fallor, epistolæ ad eumdem Theodosium, *De ligandi et solvendi potestate*, quod Latine exstat in Biblioth. PP. hæc rursum ait : *Ligandi solvendique potestas pontificibus ipsis a clementissimo Deo nostro mandata est. Siquidem ad Petrum ait : «Quæcunque ligaveritis, ligata erunt; et quæcunque solveritis, soluta.» Unde olim omnes oportebat ad ipsos pontifices accedere, suaque illis occulta prodere; et sic vel renuntiationem vel repudium facere. Ignoro autem qui factum sit, ut hæc minus observentur : quamvis existimem, pontifices negotii tædio et frequentis multitudinis turbulentia fatigatos, id operæ ad monachos transmisisse, ad eos scilicet, qui vere probati sint, aliisque valeant esse utiles. Nihil enim inexpertis et indoctis permiserunt*, etc. Hæc Nicephorus iste, quem

nono sæculo scripsisse aiunt; sed de cujus ætate nihil certi comperi. Præter ejus ac Joannis Antiocheni opinationes, auctor epistolæ alteram hanc affert causam, cur quivis monachi, quamlibet sacerdotes non essent, confessionibus auditis, peccatores reconciliare consuescerent. Nimirum populos ob frequentia schismata et hæreses quas episcopi presbyterique sui identidem amplectebantur, necnon propter ipsorum imperitiam et inordinatos mores, propter quos omni ecclesiastico gradu et auctoritate privandi secundum canones fuissent, iis neglectis, monachos convenire satius duxisse, a quibus, uti spiritualioribus, vitæ mutandæ rationem et documenta addiscerent. Quanquam vero Epistolæ scriptor, remittendarum culparum potestatem ab episcopis et presbyteris fuisse translatam dicit, haud tamen eos ob vitam male compositam illa proprie et in totum destitutos censet, nec nisi consuetudine sola fas esse [illegible]it monachum reconciliationis causa adire nullo sacerdotali gradu decoratum. Quinimo [illegible]ata *remittere posse sacerdotes solos posse* docet : ἱερουργοῖς γὰρ καὶ μόνοις αὐτὸ συγκεχώρηται : cæterum illis duntaxat, qui necessariis ad id hoc muneris dotibus instructi; qui scientia, [illegible] moribus, ardenti charitate, et fervidis ad Deum supplicationibus habiles et idonei sint ad [illegible]torem revocandum ad meliorem frugem. Frustranea quippe est pronuntiata labiis tenus ab[illegible]endi formula; nisi confessarius, ceu medicus alter, operam prius omnem ponat ad inflicta animo vulnera sananda : nisi tanquam consiliarius, ad sinceram conversionem peccatorem informet; suisque demum apud Deum precibus reconciliationem illius veluti mediator et sequester procuret, pœnitentis peccata in semet suscipiendo, quæ simul cum illo expiet. Istis namque muneribus, non judicis solum, fungi confessarius debet, ut vere sit πνευμα[illegible] *Spiritualis* (hoc enim nomine confessarium Græci significant). Quæ omnia fuse enarrantur ab auctore epistolæ, nunquam satis Ecclesiæ ministris inculcanda. Quanquam vix benignam interpretationem admittunt, quæ in fine subjungit de magistro quondam suo, quem, licet sacerdos non esset, propter eximias virtutes animi dotes, vero habuisse ait potentiam ligandi atque solvendi; ut similibus monachis eamdem perinde concedere non dubitet.

At vero Damascenus noster sententiam hanc minime tenuit, qui in libro *De hæresibus*, inter Massalianorum errores hunc refert, quod cum asceticam vitam ostentarent, *eos qui variis criminibus obnoxii ad se accederent*, ἄνευ ἱερέων αὐθεντείας, *nulla sacerdotum auctoritate muniti, omni peccati labe abs se mundandos pollicerentur*. Insuper Joannes Antiochenus morem illum, de quo disputamus, Copronymo antiquiorem non censet, nec proinde Damasceno : auctor vero eum ab ascetis qui dudum ante **600** se vixerant, testatum asserit; imo a sancti Pachomii ævo incepisse insinuat, ex quo is regulam et habitum monachorum ab angelo susceperat : id quod etiam monachi tempore Balsamonis sæculo duodecimo contendebant. Enimvero fieri posse non videtur, ut Joannes Damascenus qui sæculo octavo currente floruit, illius abusus testes priscos Patres citaret, cum sæculo septimo saltem medio Anastasius monachus Sinaita in oratione *De sacra synaxi*, non alios confessionum exceptores agnoscat, præter sacerdotes : Ἐξομολόγησαι Χριστῷ διὰ τῶν ἱερέων τὰς ἁμαρτίας σου· *Confitere Christo per sacerdotes peccata tua*. Quod vero Anastasius iste sæculo septimo scripserit, nec proinde diversus sit ab eo qui Ὁδηγὸν contra Acephalos scripsit, infero, ex ejusdem homilia in Psalmum sextum, in qua se non solum Mauritio imperatore recentiorem prodit, verum et in primis ipsomet loco ubi de illo loquitur, significat se in ea regione morari, quæ non jam Christianis principibus, sed Mohammedanis potius pareret, dum his verbis utitur : Ἐν οἷς καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς ἐπὶ Μαυρικίου τοῦ τῶν Χριστιανῶν βασιλέως· *In his quæ nostro ævo contigerunt, sub Mauritio Christianorum imperatore*. Frustra siquidem vocem *Christianorum* interjecisset, nisi infideles, adeoque Sarraceni, Palæstina, in qua orationes habebat, tunc potiti essent. Quod enim idem ipse auctor sit utriusque illius homiliæ, non ex sola nominis conformitate, sed et ex styli dictionisve consonantia agnoscitur. Atqui Eutychius Alexandrinus in Annalibus narrat, Anastasium, qui homiliam istam pronuntiavit in Psalmum sextum, esse Baanem illum, qui cum ab Heraclio defecisset quo tempore Sarraceni Syriam invadebant, perduellionis suæ pœnam veritus, monachum in monte Sinai assumpto Anastasii nomine professus est. Unde ulterius colligitur, cur in Ὁδηγῷ Mohammedani Arabes perstricti sint ab Anastasio. Rursumque propter ambarum homiliarum, quam dixi convenientiam, deterritus fui, ne eam quæ est *De sacra synaxi*, propter codicis Palatino-Vaticani n. 269 auctoritatem Joanni Damasceno ascribi posse vel saltem suspicarer. Sed Joannes cœnobii Raythensis præfectus longe disertius Anastasio, eodem sæculo septimo sacerdotem solum peccata remittendi potestate frui testificatus erat in scholio ad hæc verba gradus IV *Scalæ* Joannis Climaci : *Ad confessionem peccatorum, sine qua nullus remissione potietur. Quia simpliciter*, inquit, *confiteri peccata tenemur ex necessitate divini mandati, patet ex apostolicis traditionibus et regulis ab eis propositis Ecclesiæ catholicæ per Spiritum sanctum, quorum et canones et instituta tenentes*, SIC SACERDOTIBUS, *juxta eorum præceptum, peccata confitentes, indulgentiam et remissionem accipere efficimur digni*. Hæc profecto evincunt, vetustiores Damasceno vitæ spiritualis magistros non solum ignorasse, verum et improbaturos potius fuisse pravum illum morem quo monachi, qui sacerdotes non essent, peccatores au[illegible]ditis confessionibus reconciliarent. Quin et hoc opus Joannis Raythensis Joanni Damasceno fuisse ignotum nunquam concessero. Mea itaque de auctore Epistolæ opinio hæc est, eum nec Syrum, nec Palæstinum fuisse, sed alterius regionis quæ patriarchæ Byzantino subesset : quia nullo aperto monumento constat, Orientales Christianos perturbationem hanc ordinis ecclesiastici tolerasse, tam catholicos, quam Nestorianos et Jacobitas; cum ex testimoniis quæ præmonitionis hujus initio allata sunt, certum habeamus eam invaluisse apud Græcos

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ
# ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΡΙ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΕΩΣ
## ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ ΔΕΣΜΕΙΝ ΚΑΙ ΛΥΕΙΝ.

—

# S. JOANNIS DAMASCENI
# EPISTOLA DE CONFESSIONE
## NECNON POTESTATE LIGANDI ET SOLVENDI.

—

601 1. Quæsisti a tenuitate mea, Pater et frater, A tibique ut exponerem mandasti, num liceat peccata confiteri aliquibus illorum qui monasticam vitam agunt, nec tamen sacerdotio ornati sunt. Sed et illud adjicis: « quia scilicet audimus potestatem ligandi et solvendi solis sacerdotibus fuisse datam. » Et hæc sane sunt divinæ animæ tuæ et fervidæ religionis verba. At nos quidem amplexi sumus tuum istud circa res bonas propositum. Nam cupis erudiri in iis quæ divina sunt et sacra: verum haud profecto idonei sumus, qui de istis, aut disceptemus, aut quidquam scribamus: quamobrem et silere plane maluissemus. Nam de rebus spiritualibus spiritualiter dijudicare eorum est, qui sunt ab affectibus liberi et sancti: a quibus nos nimium quantum distamus et vita et sapientia B et virtutibus.

2. Enimvero, quoniam, ut scriptum est: « Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate [1], » hæc tibi non meis quidem verbis, sed ex ipsa divinitus inspirata Scriptura [respondeo] non tam docens, quam ex illa testimonia afferens, ad ea quæ a me quæsivisti illustranda. Ita fiet, Dei gratia, ut a præcipitiis hinc inde mihi et meis auditoribus caveam; hinc quidem vitans exemplum illius, qui occultavit talentum; illinc vero illius audaciam, qui dogmata divina indigne et ex vana gloria, imo obscura ratione explicat. Unde igitur potius sumamus principium sermonis, quam ab eo rerum omnium principio, quod principio caret? C Hoc enim melius est, et sic firma stabunt quæ sumus dicturi. Neque enim ab angelis creati fuimus, sed a sapientia illa superna, saltem si a gratia Spiritus mystice informati fuerimus, et quotidie semper doceamur: quam etiam nunc invocantes, dicere aggrediamur, primum exponendo quis sit confessionis modus, et quæ illius potestas.

[1] Psal. CLIV, 19.

α'. Ἐπέταξας τῇ εὐτελείᾳ ἡμῶν, Πάτερ καὶ ἀδελφὲ, ἐρωτηματικῶς, εἰπεῖν σοι, εἰ ἄρα ἐνδέχεται εἰς μονάζοντάς τινας ἐξαγγέλλειν τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ἱερωσύνην μὴ ἔχοντας· προσθεὶς καὶ τοῦτο, « Ἐπειδὴ ἀκούομεν τοῦ λύειν καὶ δεσμεῖν ἐξουσίαν τοῖς ἱερεῦσι δίδοσθαι μόνοις. » Ταῦτα μὲν τῆς σῆς φιλοθέου ψυχῆς, καὶ τοῦ διαπύρου φόβου καὶ τὰ [a] ῥήματα. Ἡμεῖς δὲ ἀπεδεξάμεθά σου τὴν πρὸς τὰ καλὰ πρόθεσιν, ὅτι ζητεῖς μανθάνειν περὶ θείων καὶ ἱερῶν πραγμάτων· οὐχ οἷοί τε δὲ πρὸς τὸ ταῦτα διακρίνειν καὶ γράφειν ἐσμὲν, καὶ διὰ τοῦτο σιωπᾷν ἐβουλόμεθα· τὰ γὰρ πνευματικὰ συγκρίνειν πνευματικῶς, τῶν ἀπαθῶν καὶ ἁγίων ἀνδρῶν ἐστιν, ὧν ἡμεῖς κατὰ πολὺ βίῳ καὶ λόγῳ καὶ ἀρεταῖς μακρὰν ἀφεστήκαμεν.

β'. Ἀλλ' ἐπεὶ « Ἐγγὺς, ὡς γέγραπται, Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, » ταῦτά σοι οὐδὲ ἡμῶν λόγων, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, οὐ διδάσκων, ἀλλὰ τὰς μαρτυρίας περὶ τῶν ἐπερωτηθέντων μοι φέρων σοι ἐξ αὐτῆς· ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων κρημνῶν ἐμαυτὸν Θεοῦ χάριτι, καὶ τοὺς ἀκούοντάς μου διατηρήσω· ἀπὸ δὲ τοῦ τὸ τάλαντον καταχρύψαντος, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀναξίως τὰ θεῖα, καὶ κενοδόξως, μᾶλλον δὲ ἐσκοτισμένως ἐκτιθεμένου δόγματα. Πόθεν οὖν τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ποιήσωμεν, ἢ ἐκ τῆς ἀνάρχου τῶν πάντων ἀρχῆς; Τοῦτο γὰρ ἄμεινον, ἵνα καὶ τὰ λεγόμενα βέβαια· οὐδὲ γὰρ παρ' ἀγγέλων ἐκτίσθημεν, οὐδὲ παρ' ἀνθρώπων ἐμάθομεν, ἀλλὰ ἐκ τῆς ἄνωθεν σοφίας, εἴπουν τῆς διὰ τοῦ Πνεύματος χάριτος, μυστικῶς ἐδιδάχθημεν, καὶ καθ' ὥραν ἤδη διδασκόμεθα· καὶ νῦν ἐπικαλεσάμενοι λέξωμεν ὧδε, τὸν τρόπον πρότερον τῆς ἐξαγορεύσεως, καὶ τὴν δύναμιν ἐκτιθέμενοι.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Leg. καλὰ τά.

γʹ. Ἐξαγόρευσις τοίνυν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ χρεῶν A ὁμολογία, εἴτουν ἐπίγνωσις σφαλμάτων καὶ ἀφροσύνης ἰδίας, ἤγουν πτωχείας κατάγνωσις. Καὶ καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις παραβολικῶς εἶπεν ὁ Κύριος δανειστῇ τινι, φησίν· « Ἦσαν δύο χρεωφειλέται, καὶ ὁ μὲν εἷς ὤφειλεν αὐτῷ δηνάρια πεντακόσια, καὶ ἕτερος πεντήκοντα· μὴ ἐχόντων οὖν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. » Τοιγαροῦν ἅπας πιστὸς χρεῶν ὑπάρχει ὑπεύθυνος τοῦ ἰδίου Δεσπότου καὶ Θεοῦ, καὶ ὃ παρ' αὐτοῦ ἔλαβε, τοῦτο δὴ καὶ ἀπαιτηθῆναι μέλλει ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ φρικτοῦ κριτηρίου αὐτοῦ, ὅτε γυμνοὶ καὶ τετραχηλισμένοι ἅπαντες, βασιλεῖς ὁμοῦ καὶ πτωχοὶ, παριστάμεθα. Τινὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα, ἃ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἰσχύσει ἀναριθμῆσαι· τέως δὲ τὰ κρείττονα καὶ τελεώτερα· τὴν ἐκ τῆς καταδίκης ἐλευθερίαν, τὸν ἐκ μιασμοῦ ἁγιασμὸν, τὴν ἐκ τοῦ B σκότους εἰς τὸ ἀνεκλάλητον αὐτοῦ φῶς πρόοδον [b], τὸ τέκνα καὶ υἱοὺς αὐτοῦ καὶ κληρονόμους διὰ τοῦ θείου γενέσθαι βαπτίσματος, τὸ αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐπενδύσασθαι, τὸ μέλος γενέσθαι αὐτοῦ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα λαβεῖν ἐνοικοῦν ἐν ἡμῖν· ὅπερ σφραγὶς ὑπάρχει βασιλικὴ, ἐν ᾗ τὰ ἴδια πρόβατα σφραγίζει ὁ Κύριος. Καὶ τί τὰ πολλὰ λέγω; Τὸ ὁμοίους αὐτοῦ ἀπεργάσασθαι· ταῦτα πάντα καὶ ἄλλα πλείονα τούτων τοῖς βαπτιζομένοις εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δίδοται, ἅτινα καὶ θεῖος κλῆρος καὶ πλοῦτος ὀνομάζονται.

δʹ. Αἱ δὲ ἐντολαὶ τοῦ Δεσπότου, ὥσπερ τῶν ἀποῤῥήτων τούτων χαρισμάτων καὶ δωρεῶν ἐδόθησαν φύλακες· οἷα δὴ πάντοθεν περικυκλοῦσαι τὸν πιστὸν, C καὶ τὸν ἀποκείμενον θησαυρὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ἄσυλον διατηροῦσαι, καὶ πᾶσιν ἐχθροῖς καὶ κλέπταις ποιοῦσαι ἀνεπιχείρητον. Ἀλλὰ γὰρ νομίζομεν φυλάττεσθαι παρ' ἡμῶν τὰς ἐντολὰς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀχθόμεθα [c], ἀγνοοῦντες, ὅτι μᾶλλον παρ' ἐκείνων ἡμεῖς φυλαττόμεθα. Ὁ γὰρ τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολὰς τηρῶν, οὐκ ἐκείνας, ἀλλ' ἑαυτὸν διατηρεῖ καὶ φυλάττει ἀπὸ τῶν ὁρωμένων καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, περὶ ὧν ἀναριθμήτων ὄντων καὶ φοβερῶν ὁ Παῦλος λέγων ἐδήλωσεν· « Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, » καὶ τὰ ἑξῆς, τὰ ἐν τῷ ἀέρι δηλονότι, τούτων ἀφανῶς ἀεὶ παρατασσομένων καθ' ἡμῶν. Ὁ οὖν φυλάττων τὰς ἐντολὰς, φυλάττεται ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὸν ἐμπιστευθέντα αὐτῷ πλοῦτον τὸν τοῦ παρὰ Θεοῦ οὐκ ἀπόλλυσιν. Ὁ δὲ ἐκείνων D καταφρονῶν, γυμνὸς εὑρίσκεται, καὶ εὐχείρωτος τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τὸν πλοῦτον ἀπολέσας ἅπαντα, ὑπόχρεως τῷ βασιλεῖ καὶ Δεσπότῃ γίνεται, πάντων ἐκείνων ὧν εἴπομεν, ὑπὲρ ὧν ἀνταποδοῦναί τι ἢ ταῦτα εὑρεῖν δυνατὸν οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ. Οὐράνια γάρ εἰσι, καὶ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἦλθε, καὶ καθ' ἑκάστην ἔρχεται κομίζων καὶ διανέμων αὐτὰ τοῖς πιστοῖς. Καὶ ποῦ οἱ λαβόντες καὶ ἀπολέσαντες ταῦτα εὑρεῖν πάλιν δυνήσονται; Ὄντως οὐδαμοῦ· ὡς οὐδὲ Ἀδὰμ ἤ τις τῶν ἐκείνου υἱῶν ἀνάκλησιν ἑαυτοῦ, ἢ τῶν συγγενῶν

3. Igitur confessio nihil est aliud quam debitorum professio, sive errorum agnitio, vel propriæ stultitiæ et inopiæ condemnatio. Quemadmodum et in Evangelio parabolice loquitur Dominus : « Erant, inquit, duo debitores quidam fœneratori : unus debebat denarios quingentos, et alter quinquaginta. Non habentibus itaque illis unde redderent, utrique condonavit [1]. » Omnis igitur fidelis debitor est Domino suo, et Deo obnoxius, et quod ab illo accepit, hoc reposcendum est ab eo in tremendo et terribili illo judicio, quando nudi et discooperti coram eo, reges simul et inopes, apparebimus. Audi vero quænam **602** sint ab eo nobis data. Multa sane sunt illa, quæ et nullus mortalium enumerare valeat : inter alia ista sunt meliora et perfectiora, scilicet liberatio a condemnatione, sanctificatio a pollutione, transitus e tenebris in lucem ejus inenarrabilem, quod ejus liberi filii et hæredes per sacrum baptismum facti simus, quod Deum ipsum induerimus, quod Spiritum sanctum in nobis inhabitantem acceperimus; qui quidem sigillum regium est quo Deus proprias oves obsignat : ac ne plura memorem, quod Deo ipsi similes effecti simus. Hæc, inquam, omnia et alia his plura, illico nobis baptizatis per Spiritum sanctum conferuntur : quæ et divina portio et thesaurus solent appellari.

4. Porro mandata Domini tanquam custodes harum ineffabilium gratiarum et donorum data fuerunt, quippe quæ fidelem hominem et thesaurum in ejus anima repositum, undequaque circumcingentia, inviolabilem conservent, eumque ab omnibus hostibus et furibus intactum præstent. Atqui existimamus mandata Dei hominum amantissimi nobis custodiri, et ideo ingemiscimus gravati, ignorantes nos potius ab illis custodiri. Nam qui Dei mandata servat, non tam illa quam seipsum servat et custodit ab hostibus visibilibus, de quibus, cum sint innumerabiles et metuendi, Paulus hoc judicium fecit, cum scriberet : « Non est nobis lucta adversus sanguinem et carnem [2], » etc.. sed adversus aerios spiritus qui semper, licet invisibiliter contra nos militant. Qui igitur mandata Dei custodit, ab ipsis vicissim custoditur, et opes sibi a Deo creditas non perdit. Qui vero mandata Dei negligit, nudus deprehenditur, et ab hostibus facile capitur, ac opibus istis omnibus deperditis, Regi et Domino eorum omnium, de quibus præloqui sumus, debitor constituitur. Sunt autem ea ejusmodi, ut vel similia homo retribuere vel repræsentare nequeat. Sunt enim cœlestia et e cœlis venerunt, et quotidie venit, qui eadem fidelibus afferat et dispenset. Ubinam autem qui hæc acceperunt, si semel illa amiserint, eadem rursus reperire possunt? certe nullibi. Sicut neque Adamus, nec ejus

[1] Luc. vii, 41, 42. [2] Ephes. vi, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Forte πάροδον. [c] In marg. καυχώμεθα.

posterorum quisquam sui ipsius aut cujusquam consanguineorum restaurationem efficere valuit, nisi solus qui supra naturam est Deus, Dominus, inquam, Jesus Christus, secundum carnem ejus filius factus venisset, ipsum Adamum et nos divina potentia a lapsu excitaturus. Porro qui aliqua tantum e mandatis Dei servare vult, alia autem prodit, sciat is, quod si vel unum neglexerit, se sic universas illas opes esse amissurum. Finge apud te mandata Dei esse duodecim armatos viros, qui in circuitu consistant, teque nudum in medio ipsorum custodiant. Finge rursus alios ejusmodi adversarios, qui undique te obsideant, qui te comprehendere et statim interficere contendant. Si igitur unus e duodecim sponte cadat, locumque suum velut apertam januam hosti derelinquat, quid commodi ex reliquis undecim perpicies, uno aliquo in medium eorum irrumpente, et te audacter obtruncante, iis in auxilium tuum se nequaquam convertere valentibus? fac etiam illos velle sese ut te tueantur convertere, sane et 603 ipsi ab adversariis absumentur. Verum non ita se res habebit erga te, si mandata servaveris. Nam ubi tu ab uno hoste vulneratus corrueris, illa continuo avolant omnia, utpote quæ vires suas paulatim amiserint. Aliud adhuc exemplum habe. Quemadmodum dolium vino oleove repletum, etiamsi undequaque non sit pertusum, tamen si unum fuerit ex aliqua parte foramen, totum quod intus est paulatim effundit: pari modo qui unum aliquod ex mandatis negligit, paulatim a reliquis omnibus excidit. Ita enim dixit Christus: « Habenti dabitur, et abundabit: ei autem qui non habet, et quod videtur habere, auferetur ab eo [4]. » Et rursus: « Quisquis solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit (nempe per suam transgressionem) homines sic facere, minimus vocabitur in regno cœlorum [5]. » Et Paulus: « A quo enim et quis superatus est, hujus est et servus [6]. » Et iterum: « Aculeus mortis peccatum est [7]. » Et non dixit, hoc aut aliud peccatum, sed omne qualecunque fuerit peccatum, illud esse aculeum mortis. Illud autem vocat aculeum mortis, quoniam ab eo vulnerati moriuntur. Igitur omne peccatum est ad mortem [8]. Quicunque enim vel semel peccavit, mortuus jam est, ut ait Paulus [9], cum debito peccatoque factus obnoxius, quasi dejectus a prædonibus jaceat.

ἴσχυσεν ἀπεργάσασθαι, εἰ μὴ ὁ ὑπὲρ φύσιν Θεὸς κατὰ σάρκα Υἱὸς αὐτοῦ γεγονὼς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐλθὼν, κἀκεῖνον καὶ ἡμᾶς τοῦ πτώματος θεϊκῇ τῇ δυνάμει ἐξήγειρεν. Ὁ δὲ μὴ πάσας τὰς ἐντολὰς, ἀλλὰ τινὰς μὲν φυλάττειν δοκῶν, τινὰς δὲ προδιδοὺς, γινωσκέτω ὅτι κἂν μιᾶς ἀμελήσῃ, καὶ οὕτω τὸν πλοῦτον ὅλον ἀπόλλυσιν. Ὑπόθου μοι δώδεκα ἄνδρας ἐνόπλους εἶναι τὰς ἐντολὰς, καὶ κυκλόθεν ἱσταμένους, καὶ μέσον ἑαυτῶν γυμνόν σε ὄντα φυλάττοντας· τοιούτους δὲ πάλιν ἄλλους μοι νόει περιστοιχοῦντας πάντοθεν, καὶ ἐπικειμένους ἀντιπάλους παλαιστὰς, καὶ λαβεῖν σε ζητοῦντας καὶ κατασφάξαι εὐθύς· εἰ οὖν εἷς ἐκ τῶν δώδεκα θελήματι καταπέσειεν, καὶ ὡς θύραν ἀνεῳγμένην τῷ ἀντιπάλῳ ἐάσει τὸν τόπον αὐτοῦ, τί τῶν λοιπῶν ἕνδεκα ἀνδρῶν ἔσται ὄφελος, τοῦ ἑνὸς μέσον εἰσελθόντος αὐτῶν, καὶ σὲ ἀφειδῶς κατατεμόντος, ἐκείνων μὴ ἐπιστραφῆναι δυναμένων εἰς τὴν βοήθειαν; Εἰ γὰρ καὶ ἐπιστραφῆναι θελήσουσι, κἀκεῖνοι ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων ἀναλωθήσονται. Οὐχ οὕτως δὴ πάντως ἔσται καὶ σοῦ φυλάττοντος τὰς ἐντολάς. Τινὸς μὲν γὰρ τρωθέντος σοῦ ἐχθροῦ καὶ καταπεσόντος πᾶσαι ἀφίπτανται κατὰ μικρὸν τὴν ἰσχὺν ἀφαιρούμεναι· ἄλλως δὲ καὶ ὡς ἀγγεῖον οἴνου πεπληρωμένον ἢ ἐλαίου, εἰ καὶ μὴ πάντοθεν διατρηθῇ, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς μέρους μιᾶς γενομένης ὀπῆς, ὅλον τὸ ἔνδον κατ' ὀλίγον ἀπόλλυσιν, οὕτως καὶ ὁ μιᾶς ἀθετῶν ἐντολῆς, κατὰ μικρὸν τῶν ἄλλων ἁπασῶν ἐκπίπτει, καθώς φησιν ὁ Χριστός· « Τῷ ἔχοντι δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν· « Ὁ λύσας μίαν τῶν ἐντολῶν μου τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξας, ὁ διὰ τῆς παραβάσεως δηλονότι, οὕτως τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. » Καὶ ὁ Παῦλος [d]· « Ὧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. » Καὶ πάλιν· « Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. » Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι ἥδε ἢ ἥδε, ἀλλὰ οἵα δ' ἂν καὶ εἴη ἡ ἁμαρτία, αὕτη κέντρον τοῦ θανάτου ἐστίν. Κέντρον δὲ τοῦ θανάτου καλεῖ, ἐπειδὴ τιτρωσκόμενοι θνήσκουσι· καὶ ἔστιν οὖν πᾶσα ἁμαρτία πρὸς θάνατον. Ἅπαξ γὰρ ὁ ἁμαρτήσας, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ἤδη τέθνηκεν, ὑπόδικος γεγονὼς χρέους καὶ ἁμαρτίας ἀπὸ τῶν λῃστῶν ἐκθλιβεὶς κείμενος.

5. Qui mortuus est quid aliud cupit, quam ut resurgat? et qui debitor, nec habet unde solvat, quid optat nisi ut debiti remissionem accipiat, ne in carcerem detrudatur, donec debitum reddiderit: quod quoniam non habet unde solvat, e tenebris nunquam exiturus sit. Ita se habet ille, qui a latronibus istis spiritualibus confoditur: omnino optat ut medicus ad eum veniat compatiens et

ε'. Ὁ ἀποθανὼν τί ἄλλο εἰ μὴ τὸ ἀναστῆναι ἐπιποθεῖ; καὶ ὁ χρεωστῶν, καὶ μὴ ἔχων ἀποδοῦναι, εἰ μὴ τὸ λύσιν τοῦ χρέους λαβεῖν, καὶ μὴ εἰς φυλακὴν βληθῆναι, ἕως ἂν τὸ ὄφλημα ἀποδῷ; ὅπερ καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν, οὐδέποτε, ἤτοι τοῦ σκότους, ὑπεξελεύσεται. Οὕτως καὶ ὁ ὑπὸ τῶν νοητῶν λῃστῶν συντριβεὶς, πάντως ἰατρὸν ζητεῖ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν συμπαθῆ τε καὶ εὔσπλαγχνον. Οὐ γὰρ ἔχει ζῶντα τον

[4] Luc. xix, 26. [5] Matth. v, 19. [6] II Petr. ii, 19. [7] I Cor. xv, 56. [8] I Joan. v, 16. [9] Rom. vi, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[d] Imo Πέτρος. [illegible]

τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν ἑαυτῷ, ἵνα πρὸς τὸν ἰατρὸν ἐκεῖ- A νος μᾶλλον πορεύσηται· ἀλλὰ ὑπὸ τῆς καταφρονήσεως τὴν τῆς ψυχῆς δύναμιν ἐκλυθεὶς κεῖται θεώρημα φρικτὸν καὶ ἐλεεινὸν τοῖς ὁρῶσι καλῶς, μᾶλλον δὲ πνευματικῶς τὰ ψυχικὰ παραπτώματα. Ὁ τοίνυν δοῦλος γεγονὼς διὰ τῆς ἁμαρτίας τῷ διαβόλῳ, « Οὐκ οἴδατε γάρ, φησίν, ὅτι δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, εἴτε δικαιοσύνης εἰς δικαιοσύνην, εἴτε ἀνομίας εἰς τὴν ἀνομίαν. » Καὶ εἰς καταγέλωτα τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ, καταπάτημα δὲ τοῖς ἐχθροῖς ἀποστατήσασιν ἀπὸ Θεοῦ, ὁ τοιοῦτος γεγονώς, καὶ γυμνὸς τῆς βασιλικῆς ἁλουργίδος, καὶ μεμελανωμένος ἀπολειφθείς, ἀντὶ δὲ τέκνου Θεοῦ τέκνον τοῦ διαβόλου γενόμενον, τί διαπράξεται, ἵνα πάλιν ἐν κατασχέσει γένηται ὧν ἐξέπεσεν; Πάντως ὅτι μεσίτην καὶ φίλον Θεοῦ ζητήσει, καὶ δυνατὸν εἰς τὸ ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν B εἰς τὸ πρότερον, καὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καταλλάξαι αὐτόν. Ὁ γὰρ τῷ Χριστῷ κολληθεὶς διὰ τῆς χάριτος, καὶ μέλος αὐτοῦ γεγονώς, καὶ υἱοθετηθεὶς αὐτῷ, εἶτα τοῦτον ἀφεὶς ὥσπερ κύων εἰς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπιστρέψῃ, καὶ ἢ πόρνῃ γυναικί, παλλακῇ, ἢ ἑτέρῳ σώματι συναφθῇ, ὡς τὸν Χριστὸν ἀτιμάσας καὶ ἐνυβρίσας, μετὰ τῶν ἀπίστων κατακρίνεται, ἐπειδή, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, « Σῶμα Χριστοῦ ἐσμεν, καὶ μέλη ἐκ μέρους [a]. Ὁ οὖν συμπλεκόμενος τῇ πόρνῃ, τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ μέλη πόρνης ποιεῖ. » Ὁ δὲ ταῦτα πεπραχώς, καὶ οὕτω παροργίσας αὐτοῦ τὸν Δεσπότην καὶ Θεόν, οὐ δύναται ἄλλως καταλλαγῆναι, εἰ μὴ διὰ μεσιτείαν ἀνδρὸς ἁγίου καὶ φίλου καὶ δούλου Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀποφυγῆς τοῦ κακοῦ. C

ς'. Διὰ τοῦ[το] φύγωμεν τὴν ἁμαρτίαν πρῶτον. Εἰ γὰρ ταύτης τῷ βέλει τρωθῶμεν, ἀλλὰ μὴ ἐγχρονίσωμεν τῷ ἰῷ ταύτης, καὶ μέλιτι γλυκαινόμενοι, μηδὲ ὡς ἄρκτος πληγεῖσα τὸ τραῦμα μεῖζον διὰ τῆς αὐτῆς πράξεως ἐργασώμεθα, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς τὸν ἰατρὸν τὸν πνευματικὸν δράμωμεν, καὶ τὸν ἰὸν τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς ἐξαγορεύσεως ἐξεμέσωμεν· τὸ δηλητήριον αὐτῆς ἀποπτύσαντες, καὶ ὡς ἀντιφάρμακον τὰ διδόμενα μετανοίας ἐπιτίμια σπουδαίως παρ' αὐτοῦ λάβωμεν, καὶ μετὰ πίστεως ἀεὶ θερμῆς ταῦτα ἐπιτελεῖν καὶ ἐν φόβῳ Θεοῦ ἀγωνισώμεθα. Πάντες γὰρ οἱ τὸν ἐμπιστευθέντα πλοῦτον αὐτοῖς κενώσαντες D ἅπαντα, καὶ μετὰ πορνῶν καὶ τελωνῶν τὴν πατρικὴν οὐσίαν καταναλώσαντες, καὶ ὑπὸ πολλῆς αἰσχύνης τὸ συνειδὸς αὐτῶν κάτω νεῦον, καὶ μηδὲ ἀνανεῦσαι δυνάμενον ἔχοντες, ἀπαρρησίαστοι ὄντες, ζητοῦσιν εἰκότως ἄνθρωπον Θεοῦ ἀνάδοχον γενέσθαι τοῦ χρέους αὐτῶν, ὅπερ, ὡς οἶμαι, γενέσθαι ἀδύνατον ἄνευ μετανοίας εἰλικρινοῦς καὶ ἐπιπόνου, τοῦ μέλλοντος ἢ καὶ βουλομένου καταλλαγῆναι Θεῷ. Οὐδὲ γὰρ ἠκούσθη ποτέ, ἢ ἐν ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, ἵνα τις ἀναδέξηται ἁμαρτίας ἑτέρου, καὶ ὑπὲρ

A misericordia plenus. Non enim habet in seipso ferventem Dei timorem, quo ipse potius ad medicum accedat; sed solutis animæ viribus per præceptorum Dei contemptum jacet spectaculum terribile simul et miserandum omnibus qui recte, hoc est spiritualiter, animarum lapsus contemplantur. Qui igitur per peccatum factus est diaboli servus: « An nescitis, inquit, quod servi estis ejus cui obeditis, sive justitiæ ad justitiam, sive iniquitatis ad iniquitatem[10]. » Qui, inquam, jam factus est ludibrium Deo et Patri, et ab hostibus qui a Deo desciverunt, conculcatur, nudatus regia purpura, fuligine oppletus et abjectus, ex Filio Dei jam filius diaboli factus, quo se vertet, ut rursum in possessionem eorum unde excidit restituatur, omnino mediatorem quærat oportet, qui et Deo acce- B ptus sit et qui valeat eum in priorem locum restituere; hoc est Deo et Patri ipsum reconciliare. Qui enim Christo conjunctus est per gratiam, membrum ejusdem est factus, et in filium adoptatus, si illum postea derelinquens, cum cane ad proprium vomitum redeat, et mulieri meretrici, vel concubinæ, vel alii cuilibet corpori copuletur; is, inquam, ut qui Christum dedecore et contumelia affecerit, cum infidelibus damnatur. Quandoquidem enim secundum divinum Apostolum, « Corpus Christi sumus et membra ex parte. Qui igitur meretrici copulatur, Christi membra fecit membra meretricis[11]. » Qui ista perpetrarit, atque ita Dominum et Deum suum ad iram provocaverit, 604 C non alia ratione potest in gratiam restitui, nisi per mediationem cujuspiam viri sancti, amici et servi Christi, et per fugam ab omni malo.

6. Propterea igitur fugiamus primo peccatum: sin vero contingat nos illius telo vulnerari, ejus tamen veneno ne tempus agendi concedamus, ac si melle inescati essemus, neque ut ursa saucia vulnus efficiamus majus, eadem iterum atque iterum factitando: sed continuo ad spiritualem medicum curramus, venenum peccati per confessionem evomamus, virus ejus exspuamus, et tanquam antidotum, ab eo viro pœnitentiæ multas studiose recipiamus, quas fervida fide et cum Dei timore solvere contendamus. Omnes enim qui opes uni- D versas sibi creditas dilapidarunt, qui cum scortis et publicanis substantiam paternam absumpserunt, qui præ nimio pudore conscientiam habent deorsum vergentem, nunquam in sublime suspicientem, illi cum sint omni fiducia destituti, quærunt ut par est virum Dei qui ipsorum debita in se suscipiat: quod quidem, ut opinor, impossibile est, nisi ille qui vult reconciliari Deo, sinceram et cum labore pœnitentiam egerit. Neque enim unquam audivimus, neque in divinis paginis legimus quempiam in se alterius peccata suscepisse, et pro eis

[10] Rom. vi, 16. [11] I Cor. vi, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Forte μέλους.

apologiam instituisse, nisi primum qui peccavit, labores ipse dignos, et pœnitentiæ congruentes ostenderit, fructusque pariles ediderit. Clamat enim vox Præcursoris: « Facite fructus dignos pœnitentiæ: et ne putetis dicere in vobis ipsis, Patrem habemus Abraham [12]. » Siquidem et ipse Dominus noster sic pronuntiat de iis qui stolide vivunt: « Etiamsi Daniel, etiamsi Noe assurrexerint, nec filios suos, nec filias liberabunt [13]. » Quid igitur facere nos decet; qua ratione remissionem debiti et a lapsu revocationem inveniamus, nos qui pœnitentiam meditamur? Audite, Deo volente, ut cum vestrum singulis agam.

7. Mediatorem si placet, et medicum, et bonum consiliarium exquire; ut instar boni consiliarii, tibi modos pœnitentiæ congruentes suggerat. Porro, uti medicus, ille pharmacum dabit unicuique vulneri accommodum. Denique, ut mediator, stans coram ipso facie ad faciem numen tibi propitium reddet. Noli igitur laborare ut consiliarium invenias qui sit adulator, aut ventri addictus, ne forte tuo ipsius animo gratificans, non tam ea quæ Deus amat, quam quæ tu cupias te doceat, atque ita permaneas hostis interim irreconciliatus. Noli imperitum medicum quærere, ne nimia severitate, aut intempestivis excisionibus, ustionibusve, in desperationis profundum te projiciat: aut contra qui nimia usus lenitate relinquat te ægrotantem: sed qui, dum bene valere te putas, ad æternas pœnas te contra exspectationem tuam, quod omnium est gravissimum transmittat. Quippe certissime hoc nobis effectum dabit animæ morbus, una nobiscum si excesserit. Interim mediatorem Dei et hominum non adeo facile est invenire, ut ego quidem existimo. « Neque enim omnes qui ex Israel, ipsi sunt Israel [14]; » sed ii **605** demum qui et nomen illud, et vim nominis manifeste intelligunt, jamque facti sunt mentes quæ Deum videant. Neque omnes qui Dei Christi nomen invocant, vere sunt Christiani: « Non enim quicunque dixerit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei [15]. » Sicut et alibi: « Multi, inquit, dicent mihi die illo: Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus? et dicam illis: Non novi vos. Discedite a me, operatores iniquitatis [16]. »

8. Quamobrem, fratres, diligenter nos omnes cavere oportet, ipsos aio mediatores, tum etiam illos qui peccarunt, et qui Deo reconciliari cupiunt: ne forte aut mediatores iram sibi pro mercede comparent, aut qui offenderunt, et ad reconciliationem aspirant, pro mediatore incidant in

A αὐτῶν ἐκεῖνος ἀναλογίζηται [f], μὴ ἀξίοις τῆς μετανοίας τοῦ ἡμαρτηκότος πρῶτον καὶ ἀναλόγους ἐνδεξαμένου καὶ καταβαλλομένου τοὺς πόνους, καὶ πεποιηκότος τοὺς καρπούς. Φησὶ γὰρ ἡ πρόδρομος φωνή· « Ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ, » ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν περὶ τῶν ἀνοήτως διακειμένων οὕτως ἔφη· « Κἂν Δανιὴλ, κἂν Νῶε στήσωνται, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας οὐ μὴ ἐξέλωνται. » Τί οὖν ποιήσομεν, ἢ τίνα τρόπον πρὸς ἄφεσιν τοῦ χρέους, καὶ ἀνάκλησιν τοῦ πτώματος οἱ μετανοῆσαι βουλόμενοι ἐπινοησόμεθα; Θεοῦ διδόντος ἀκούσατε, ἵνα πρὸς ἕκαστον ὑμῶν διαθήσωμαι.

B ζ'. Μεσίτην εἰ βούλει, καὶ ἰατρὸν καὶ σύμβουλον ἀγαθὸν ἐκζήτησον, ἵνα μετανοίας μὲν τρόπους τῇ ἀγαθῇ ἁρμοζόντως ὑπόθηται, ὡς σύμβουλος ἀγαθός· ὡς ἰατρὸς δὲ φάρμακον καταλλήλῳ [g] τραύματι ἐπιδώσει σοι, ὡς δὲ μεσίτης δι' εὐχῆς καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἐντεύξεως ἐνώπιον αὐτοῦ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον παραστὰς, ὑπὲρ σοῦ τὸ Θεῖον ἐξιλεώσεται. Μὴ οὖν κόλακα ἢ κοιλιόδουλον εὑρεῖν σύμβουλον ἀγωνίσῃ, ἵνα μὴ τῷ σῷ θελήματι συνερχόμενος, οὐχὶ ἃ ὁ Θεὸς ἀγαπᾷ, ἀλλ' ἅπερ σὺ καταδέχῃ, ταῦτα διδάξῃ σε, καὶ μένῃς πάλιν ὄντως ἐχθρὸς ἀκατάλλακτος· μηδὲ ἄπειρον ἰατρὸν, ὡς ἂν μὴ τῇ πολλῇ ἀποτομίᾳ καὶ ταῖς ἀκαίροις τομαῖς τε καὶ καύσεσιν, εἰς ἀπογνώσεως βυθὸν παραπέμψῃ σε, ἢ πάλιν ὑπερμέτρῳ συμπαθείᾳ νοσοῦντα ἰάσηται, καὶ ὑγιαίνειν οἰόμενον, C τὸ δεινότατον, τῇ αἰωνίῳ παραδώσῃ, ὡς οὐκ ἐλπίζεις, κολάσει. Τοῦτο γὰρ ἡ ἐνταῦθα νόσος τῆς ψυχῆς συναποθνήσκουσα ἡμῖν προξενεῖ. Μεσίτην δὲ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων οὐκ οἶμαι οὕτως ἁπλῶς εὑρίσκεσθαι. « Οὐ γὰρ πάντες οἱ Ἰσραὴλ, ἀλλ' οἱ κατὰ τὸ ὄνομα καὶ αὐτὴν τοῦ ὀνόματος τὴν δύναμιν ἐναργῶς ἐπιστάμενοι, καὶ νοῦς [h] ὄντες ὁρῶντες Θεόν. Οὐδὲ πάντες οἱ τὸ τοῦ Θεοῦ Χριστοῦ ὄνομα καλούμενοι ὄντως Χριστιανοί· « Οὐ γὰρ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, φησὶν ὁ Χριστὸς, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός. » Ὥσπερ γὰρ καὶ πάλιν, « Πολλοὶ, φησὶν, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐροῦσί μοι· Κύριε, οὐκ ἐν τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλλομεν; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς· Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Ἀπέλθατε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργάται τῆς D ἀνομίας.

η'. Διὰ τοῦτο οὖν προσέχειν δεῖ πάντας ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τούς τε μεσιτεύοντας, τούς τε ἡμαρτηκότας, καὶ αὐτοὺς τοὺς βουλομένους καταλλαγῆναι Θεῷ, ἵνα μήτε οἱ μεσιτεύοντες ὀργὴν ἀντὶ μισθοῦ ἐπισπάσωνται, μήτε οἱ προσκεκρουκότες καὶ καταλλαγῆναι σπουδάζοντες, ἐχθρῷ, καὶ φονεῖ, καὶ πονηρῷ συμ-

[12] Luc. III, 8. [13] Ezech. XIV, 14. [14] Rom. IX, 16. [15] Matth. VII, 21. [16] ibid. 22, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[f] Forte legit Clariss. interpres ἀπολογίζηται. Alias *pro eis rationes subiisse.* [g] Lege καταλλήλως, vel κατάλληλον. [h] Edit. νόες.

δούλῳ ἀντὶ μεσίτου ἐντύχωσιν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι μετὰ ἀπειλῆς φρικτῆς ἀκούσονται· « Τίς ὑμᾶς κατέστησεν ἄρχοντας καὶ δικαστὰς τοῦ λαοῦ μου; » Καὶ πάλιν· « Ὑποκριτὰ, ἔκβαλλε τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβάλλειν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου. » Δοκὸς δέ ἐστι πάθος, ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ[i] τις ἐπισκοτοῦσα τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς. Καὶ αὖθις· « Ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν. » Καὶ πάλιν· « Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· « Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀπολαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. » Καὶ παρὰ Παύλου· « Σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ Κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει. Δυνατὸς δέ ἐστιν ὁ Θεὸς » διὰ τοῦ πιστοῦ δούλου αὐτοῦ « στῆσαι αὐτόν. »

θ'. Διὰ τοῦτο τοιγαροῦν πάντα φρίττω καὶ τρέμω, ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες μου, παρακαλῶ δὲ πάντας ὑμᾶς, ἐξασφαλιζόμενος καὶ ἐμαυτὸν διὰ τῆς πρὸς ὑμᾶς παρακλήσεως, μὴ καταφρονητικῶς ἔχειν περὶ τὰ θεῖα ταῦτα καὶ φρικτὰ τοῖς πᾶσι μυστήρια, μηδὲ κατὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν[j] διὰ κενοδοξίαν, ἢ φιλοδοξίαν, ἢ ἐμπορίαν ἢ ἀναισθησίαν. Γίνεται γὰρ διὰ τὸ Ῥαββὶ καὶ Πατέρες καλεῖσθαι, ἀλλοτρίους ἀναδέχεσθαι λογισμούς. Μὴ, παρακαλῶ, μὴ ἀναισχύντως οὕτως τὴν τῶν ἀποστόλων ἀξίαν ἁρπάζωμεν, ἀπὸ τοῦ τῆς γῆς ἐπιδείγματος παιδευόμενοι. Εἰ γὰρ τῷ ἐκπροσωποῦντι[k] τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ ἐξομοιωθῆναί τις τολμήσειε κατ' αὐθάδειαν, καὶ τὰ ἐκείνῳ ἐμπιστευθέντα κρατεῖν καὶ ποιεῖν λάθρα βουληθῇ, ἢ καὶ φανερῶς μετεπαγγέλληται διαπράττεσθαι, αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ συμμύσται καὶ ὑπήκοοι τιμωρίαις ἐσχάταις καθυποβάλλονται εἰς φόβον τῶν ἄλλων, καὶ ὡς ἄφρων καὶ ἀναίσθητος παρὰ πάντων καταγελᾶται· τί πείσονται εἰς τὸ μέλλον οἱ τὴν τῶν ἀποστόλων ἀξίαν ἀναξίως ἁρπάζοντες;

ι'. Ἀλλὰ γὰρ μηδὲ μεσῖται τῶν λοιπῶν πρὸ τοῦ πλησθῆναι ὑμᾶς Πνεύματος ἁγίου γενέσθαι θελήσητε, καὶ πρὸ τοῦ γνωρίσαι[l] καὶ φιλιωθῆναι ὑμᾶς ἐν αἰσθήσει ψυχῆς τῷ Βασιλεῖ τῶν ἁπάντων· ἐπειδὴ οὐδὲ πάντες οἱ τὸν Βασιλέα γνωρίζοντες καὶ τοὺς ἄλλους εἰς αὐτὸν δύνανται μεσιτεύειν. Ὀλίγοι γὰρ λίαν τοῦτο δύνανται ποιεῖν, οἵτινες ἐξ ἀρετῆς καὶ ἱδρώτων, ἤτοι δουλειῶν αὐτῶν, τὴν πρὸς αὐτὸν παῤῥησίαν ἐκτήσαντο, καὶ οὐχὶ μεσίτου ἐκεῖνοι δεόμενοι, ἀλλὰ στόμα πρὸς στόμα συλλαλοῦντες αὐτῷ. Οὐ φυλάξομεν τοιγαροῦν καὶ ἐπὶ Θεῷ ταύτην τὴν τάξιν, Πατέρες καὶ ἀδελφοί; οὐ τιμήσομεν τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν ἀντὶ τῆς ἐπιγείου; ἀλλ' ἑαυτοῖς τὴν ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων καθέδραν, καὶ πρὸ τοῦ αἰτήσασθαι καὶ λαβεῖν προαρπάζοντες χαρισό-

A hostem, et in homicidam, et in malum consiliarium. Quippe tales audient non sine terribili interminatione: « Quis vos constituit principes et judices super populum meum [17]? » Et rursus: « Hypocrita, ejice primo trabem ex oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam ex oculo fratris tui [18]. » Trabs ista affectus est aliquis, cum mala cupiditate conjunctus, animæ oculum obscurans. Et rursus: « Medice, sana teipsum [19]. » Iterumque: « Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras judicia mea, et assumis testamentum meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam, et projecisti sermones meos retrorsum [20]. » Item quod a Paulo dicitur: « Tu vero quis es qui judicas alienum servum? Domino suo stat. Potest autem Deus eum sta-
B tuere [21], » per fidelem servum suum.

9. Propter hoc igitur, Patres et fratres mei; totus horreo et tremo, vosque omnes hortor, etiam per hanc exhortationem ad vos meipsum communiens, ne contemptui habeatis divina ista atque omnibus veneranda mysteria; nolite, quæso, ludos facere res maxime serias: nolite contra animas vestras pugnare per vanam gloriam, per ambitionem, per lucri studium, per stuporem mentis. Fit enim ut cogitationes alienas sæpe admittamus, quod Rabbi et Patres appellemur. Obtestor vos ut nolimus ita inverecunde arripere nobis apostolorum auctoritatem, eorum quæ in terra fiunt exemplo edocti. Si enim quispiam, eo
C quod aspectu sit augustiori se terreno regi æquiparare audacter præsumat, et ea quæ illi credita sunt arripiat, et velit facere clam, vel manifeste illa exsequi comperiatur; tam ipse quam ejus symmystæ, et qui illi obsecuti sunt, in aliorum terrorem extremis suppliciis subjiciuntur, et tanquam demens et insensatus ab omnibus deridetur: quid eis futurum est, qui apostolorum potestatem sibi indigne usurpant?

10. At etenim ne velitis mediatores agere pro aliis, priusquam ipsi Spiritu sancto repleti fueritis, priusquam conciliati, et in intimis sensibus Regi omnium amici facti sitis. Itaque enim omnes qui norunt Regem, continuo et aliorum mediatores apud ipsum fieri possunt. Pauci sunt
D admodum **606** qui hoc præstare possint: illi scilicet, qui per virtutem, per sudores, per labores, fiduciam apud eum obtinuerunt: nec ipsi mediatore opus habent, sed ore ad os cum eo loquuntur. Annon igitur, Patres et fratres, hunc ordinem apud Deum servare nos decet? Annon honorem exhibebimus cœlesti Regi magis quam terreno? An nobis gratificantes cathedram concedemus ad dexteram ejus et sinistram; imo occu-

[17] Exod. II, 14; [18] Matth. VII, 5. Luc. VI, 42. [19] Luc. IV, 23. [20] Psal. L, 17, 17. [21] Rom. XIV, 5.

VARIÆ LECTIONES.

[i] Leg. ἡ ἐπιθυμία. [j] Leg. ὑμῶν. [k] Legit doctiss. interpres τῶν εὐπροσωποῦντων. [l] Fort. γνωρισθῆναι.

pantes arripiemus, priusquam eam expetiverimus. A O miram audaciam! quo perfundi nos pudore decet? Certe si ob nullam aliam culpam accusandi sumus, ob hanc tamen quod præsides et antistites contempserimus, tolli mereamur et in ignem projici inexstinguibilem. Atque hæc sufficiunt ad eos commonendos qui sibi ipsis attendere velint, et per longiorem disgressionem hactenus ab argumento proposito deflexisse satis sit. Nunc autem dicamus de eo quod dicere voluisti.

11. Quod enim fas sit monacho sacris ordinibus nondum decorato confiteri nos peccata ex quo pœnitentiæ vestem et habitum a Deo donatum accepit hæreditas eorum, et monachi nominati fuerunt, omnino invenies hoc factum fuisse, quemadmodum in divinitus inspiratis Scripturis Patrum scriptum habetur, quas si diligenter perscrutaberis, vera esse quæ dixi comperies. Ante hos autem pontifices soliper successionem a divinis apostolis potestatem ligandi et solvendi acceperunt. Tempore autem procedente cum pontifices inutiles facti essent, terribilis illa potestas ad sacerdotes inculpabilis vitæ et divina gratia donatos devenit. Postea quando isti cum aliis confusi essent, et præsules et sacerdotes reliquo populo similes evasissent, multique, ut nunc fit, incidissent in spiritus deceptorios, inanesque sermocinatores, simulque periissent, potestas illa, ut dixi, translata fuit in electum Dei populum, intelligo monachos: non ita quidem ut a sacerdo- C tibus et præsulibus ablata sit, sed quoniam ipsi se ab ea alienos effecerunt: « Omnis enim sacerdos mediator Dei et hominum constituitur, in iis quæ sunt ad Deum, » dicente Paulo, « et debet, quemadmodum pro populo, ita et pro seipso offerre sacrificia [22]. »

12. Sed sermonem paulo superius exordiamur, et consideremus, quomodo et a quo, et quibus tandem ista potestas sacra offerendi, ligandi et solvendi concessa fuerit; et sic ordine illustrabimus, quæ interrogasti, nec tibi tantum, sed et omnibus satisfaciemus. Cum Dominus Deusque noster et Salvator ei qui aridam manum habebat, dixisset: « Dimittuntur tibi peccata tua. » Judæi hæc audientes dicebant, « Blasphemiam hic loqui- D tur. Quis enim potest dimittere peccata, nisi solus

μεθα. Ὦ τῆς τόλμης! ποία αἰσχύνη ἡμᾶς καταλάβοι; Ὅτι εἰ μὴ δι' ἄλλο τι ἐγκληθησόμεθα, διὰ δὲ τοῦτο μόνον ὡς καταφρονηταὶ τῆς προεδρίας ἀρθῶμεν, καὶ εἰς τὸ πῦρ ἀποῤῥιφθῶμεν τὸ ἄσβεστον. Ἀλλ' ἀρκεῖ ταῦτα πρὸς νουθεσίαν τῶν προσέχειν ἑαυτοῖς βουλομένων, δι' ὧν καὶ παρεκβατικώτερον τῆς προκειμένης ὑποθέσεως τὸν λόγον πεποιήκαμεν. Ἡμεῖς δὲ εἴπωμεν ἄρτι ὅπερ μαθεῖν ἐπεζήτησας.

ια'. Ὅτι γὰρ ἐνδέχεται εἰς μοναχὸν ἱερωσύνην μὴ ἔχοντα ἐξαγγέλλειν ἡμᾶς [m], ἀφ' οὗ τὸ τῆς μετανοίας ἔνδυμά (1) τε καὶ πρόσχημα ἐκ Θεοῦ ἐδωρήθη τῇ κληρονομίᾳ αὐτῶν, καὶ μοναχοὶ ὠνομάσθησαν, ἐπὶ παντὸς εὑρήσεις τοῦτο γινόμενον, καθὼς ἐν ταῖς θεο-
B πνεύστοις Γραφαῖς τῶν Πατέρων ἐγγράφεται, ἐν αἷς ἐγκύψας, εὑρήσεις ἀληθῆ τὰ λεγόμενα. Πρὸ τούτων δὲ καὶ ἀρχιερεῖς [n] μόνον τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν κατὰ διαδοχὴν ἐκ τῶν θείων ἀποστόλων ἐλάμβανον· τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, καὶ τῶν ἀρχιερέων ἠχρειωμένων, εἰς ἱερεῖς βίον ἔχοντας ἄμωμον καὶ χάριτος θείας ἠξιωμένους ἡ φρικτὴ ἐγχείρησις αὕτη προβέβηκεν. Εἶτα καὶ τούτων ἀναμὶξ γενομένων, τῶν ἱερέων ὁμοῦ καὶ ἀρχιερέων τῶν λοιπῶν ἐξομολογουμένων λαῶν [o], καὶ πολλῶν, ὡς καὶ νῦν περιπιπτόντων πνεύμασι πλάνης καὶ ματαίαις κενοφωνίαις, καὶ ἀπολλυμένων, μετήχθη, ὡς εἴρηται, εἰς ἐκλεκτὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, λέγω δὴ τοὺς μοναχούς· οὐκ ἐκ τῶν ἱερέων ἢ ἀρχιερέων ἀφαιρεθεῖσα, ἀλλὰ ταύτης ἑαυτοὺς ἐκεῖνοι ἀπαλλοτριώσαντες. « Πᾶς γὰρ ἱερεὺς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, « ὡς ὁ Παῦλός φησι, » καὶ ὀφείλει, ὥσπερ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, οὕτως καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσφέρειν θυσίας. »

ιβ'. Ἀλλ' ἀνώτερον τὸν λόγον ἀρξώμεθα, καὶ ἴδωμεν πῶς καὶ πόθεν καὶ τίσιν ἐξ ἀρχῆς ἡ ἐξουσία αὕτη τοῦ ἱερουργεῖν καὶ δεσμεῖν καὶ λύειν ἐδόθη, καὶ κατὰ τάξιν ἅπερ ἠρώτησας σαφέστερον γενήσεται, οὐ σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. Τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος εἰπόντος τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα, ὅτι « Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, » ἀκούσαντες οἱ Ἰουδαῖοι ἔλεγον· « Βλασφημίαν οὗτος λαλεῖ· τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; » Ἐπειδὴ οὕτως οὐδέποτε ἄφεσις ἐδίδοτο

[22] Hebr. v, 1-3.

VARIÆ LECTIONES.

[m] Leg. ἁμαρτίας. [n] Leg. οἱ ἀρχιερ. [o] Leg. τῷ λοιπῷ ἐξομολογουμένων λαῷ.

NOTÆ.

(1) *Ἀφ' οὗ τὸ τῆς μετανοίας ἔνδυμα· Ex quo pœnitentiæ vestem et habitum a Deo accepit.* Hoc jure monachi Græci sibi potius quam sæcularibus presbyteris commissam esse contendebant reconciliationem pœnitentium Theodor. Balsamonis ætate, quos ita refutat in responsione ad interrogationem 19 Marci Alexandrini: Οἱ θεῖοι κανόνες τὴν ἐξαγορείαν τῆς καταλλαγῆς τοῖς ἱερεῦσι μετὰ προτροπῆς ἐπισκοπικῆς ἀναθέμενοι, κατὰ πολὺ προγενέστεροι τοῦ ἁγίου Παχωμίου εἰσὶν, ἀξιωθέντος ἰδεῖν δι' ὀπτασίας ἀγγελικῆς τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν· *Divini canones, qui confessionem reconciliationis sacerdotibus cum episcopali indulgentia committunt, multo antiquiores sunt sancto Pachomio, qui per visionem angelicam monachorum videre habitum meruit. Quamobrem* οὐδὲ μοναχῶν μέμνηται, *monachorum nusquam meminerunt, sed presbyterorum simpliciter.*

[illegible]ρτιῶν, οὐ παρὰ προφητῶν, οὐ παρὰ ἱερέων, οὐ A παρὰ τῶν τότε πατριαρχῶν τινος. Διὸ καὶ ὡς καινοῦ δόγματος καὶ παραδόξου κηρυττομένου οἱ Γραμματεῖς δυσχέραινον. Ὁ δὲ Κύριος οὐκ ἐνεμέμψατο αὐτοῖς, τούτου γε ἕνεκα, ἀλλὰ μᾶλλον ὃ ἠγνόουν ἐδίδαξεν, δείξας ὡς Θεὸς τὴν ἰδίαν ἐξουσίαν, καὶ ὡς Θεὸς, καὶ οὐχ ὡς ἄνθρωπος, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν δωρούμενος ἄφεσιν. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτούς· « Ἵνα εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, λέγει τῷ ξηρὰν ἔχοντι τὴν χεῖρα, Ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐξέτεινε, καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, » διὰ τοῦ δρωμένου θαύματος τὸ μεῖζον καὶ ἀόρατον πιστωσάμενος. Οὕτως καὶ τὸν Ζακχαῖον, οὕτως καὶ τὴν πόρνην, οὕτως καὶ τὸν Ματθαῖον ἀπὸ τοῦ τελωνίου, οὕτως τὸν Πέτρον τρὶς ἀρνησάμενον, οὕτως καὶ τὸν παραλυτικὸν, ὃν B ἰασάμενος καὶ μετὰ ταῦτα εὑρὼν, εἶπεν· « Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. » Τοῦτο δὲ εἰπὼν ἔδειξεν ὅτι διὰ ἁμαρτίας ἐκεῖνος εἰς τὴν νόσον ἔπεσεν, καὶ ταύτης ἀπαλλαγεὶς, ἔλαβε καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων. Οὐ χρόνου τις [illegible] τούτων δεηθέντων πολλῶν, οὐ νηστείας, οὐ χαμευνίας, ἀλλ' ἢ μόνον ἐπιστροφῆς καὶ πίστεως ἀδιστάκτου, καὶ ἐκκοπῆς τοῦ κακοῦ, καὶ μετανοίας ἀληθινῆς, καὶ δακρύων πολλῶν, ὡς ἡ πόρνη καὶ ὁ Πέτρος κλαύσας πικρῶς. Ἐντεῦθεν ἡ ἀρχὴ τοῦ μεγάλου δώρου καὶ μόνῳ Θεῷ πρέποντος, ὃ μόνος ἐκέκτητο, εἶτα τοῖς μαθηταῖς ἀντ' ἐκείνου καταλέλοιπε, πρὸς οὐρανὸν ἀπελθεῖν μέλλων. Πῶς δὲ τὴν ἀξίαν ταύτην καὶ ἐξουσίαν αὐτοῖς ἐπιδέδωκε, καταC μάθωμεν, καὶ [illegible] τίνας καὶ πόσους καὶ πότε τοὺς προκρίτους ἕνδεκα μαθητὰς, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, καὶ συνηγμένων ἔνδον ὁμοῦ. Εἰσελθὼν γὰρ καὶ στὰς ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐνεφύσησε, καὶ φησι· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται. » Ἔτι οὐδὲν περὶ ἐπιτιμίων αὐτοῖς ἐντέλλεται, ὡς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέλλοντος διδάσκειν.

Deus [11]? » Quippe hoc pacto nunquam data fuerat peccatorum remissio; nec a prophetis, nec a sacerdotibus, nec a patriarchis. Quare Scribæ ægre tulerunt, ac **607** si novum et paradoxum dogma quodpiam prædicasset, Dominus autem non propter hoc eos incusavit, sed potius quod ignorabant, edocuit, suam ut Deus ostendens potestatem, atque ut Deus, et non ut homo peccatorum remissionem indulgens; scilicet ille, dixit: « Ut videatis quod Filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata, dixit aridam manum habenti: Extende manum tuam, et extendit, et restituta est manus ejus sana sicut erat altera [11]. » Atque ita per miraculum manifestum, id quod majus erat, sed invisibile, demonstravit. Sic etiam Zacchæum, sic et meretricem, et Matthæum a telonio, sic et Petrum post ternam abnegationem sanavit, sic et paralyticum, quem cum restituisset, et postea reperisset, monuit: « Ecce sanus factus es, noli amplius peccare, ne forte quid deterius tibi contingat [12]. » Hoc dicendo ostendit paralyticum propter peccatum incidisse in morbum, et morbo sanato etiam accepisse peccatorum suorum remissionem. Nullus horum multo indiguit tempore, non jejunio, non in terram prostratione, sed sola conversione et fide non hæsitante, recessione a malo, pœnitentia vero et lacrymis uberrimis. Nam meretrix et Petrus amare fleverunt. Hinc exordium habuit magnum illud et solo Deo dignum donum, quod et solus illud possedit, et cœlos conscensurus discipulis suis vice sua reliquit. Quomodo autem hanc dignitatem et potestatem iis contulerit cognoscamus: quos et quot elegerit et quando præcipuos undecim discipulos. Cum fores essent clausæ simulque essent intus omnes, ingressus ipse, et in medio eorum consistens, insufflavit et dixit: « Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur illis; quorum retinueritis, retenta sunt [13]. »

Nihil de pœnis exigendis præcipit illis, utpote qui ea de re per Spiritum sanctum edocendos noverat.

ιγ'. Ὡς οὖν εἴρηται, κατὰ διαδοχὴν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι εἰς ἀποστόλους [r] πάλιν τὴν ἐξουσίαν ταύτην μετέδωκαν, καὶ εἰς ἐκείνους μόνον πρὸς τοὺς καὶ D τοὺς θρόνους αὐτῶν ἐπέχοντας· ὡς εἴ γε οἱ λοιποὶ, οὐδὲ ἐννοῆσαι τοῦτο ἐτόλμων. Οὕτως γὰρ ἐφύλαττον ταύτην μετὰ ἀκριβείας πάσης οἱ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου. Καὶ, ὡς εἴπομεν, προϊόντος τοῦ χρόνου συνεχύθησαν καὶ συνεφύρησαν τοῖς ἀναξίοις οἱ ἄξιοι, καὶ ὑπὸ τοῦ πλήθους συνεκαλύπτοντο, ἄλλος ἄλλου προέχειν φιλονεικῶν, καὶ τὴν προεδρίαν τῇ ἀρετῇ ὑποκρινόμενος [s]. Ἀφ' οὗ γὰρ οἱ τοὺς θρόνους τῶν

13. Quemadmodum igitur dixi, potestatem hanc sancti apostoli per successionem transmiserunt ad episcopos, atque illos solum; ad eos, inquam, qui ipsorum thronos obtinuerunt: ita quidem ut ne reliqui alii cogitare quidem ista de re auderent. Tanta scilicet cura discipuli Domini eam custodiebant. Post vero, sicut diximus, procedente tempore, digni cum indignis commisti confusique sunt, et a multitudine obruti fuerunt, cum alius alium ambitiose prævertere certarit, ad præsidentiam hypocrisi, non virtute, aspirans.

[10] Matth. xii, 10; Luc. vi, 8. [11] Matth. ix, [illegible] Marc. iii, 5; Luc. vi, 10. [12] Joan. v, 14. [13] Joan. xx, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[p] Superflua vox, aut corrupta. [q] Deest hic verbulum unum aut alterum. [r] Lege ἐπισκόπους, [illegible] scopos, ad quos solos pertinuisse potestatem dimittendorum peccatorum dixerat. Hic plane textus totus [illegible] est, sensu tamen auctoris integro. [s] Vel lege προκρινόμενος, *antepauens præsidentiam virtu*[illegible]

Postquam enim qui thronos apostolorum obtinuerant, carnales, voluptuosi, ambitiosi facti sunt, et in hæreses degenerarunt, divina gratia eos dereliquit, hæcque potestas a talibus ablata est, eo quod carerent aliis omnibus quæ oportuit sacerdotes habere. Nam hunc quod sit orthodoxus, haud ego valde reputo. Non enim is est orthodoxus qui in Ecclesiam nullum novum dogma inducit, sed ille demum qui vitam agat consonam rectæ rationi. Hujusmodi homines suis quique temporibus patriarchæ et metropolitæ quærebant, nec inveniebant, aut si forte inveniebant, ei aliquem minus **608** dignum præferebant, hoc unum exigentes ab eo, scilicet ut fidei Symbolum, in scriptis ederet, hocque solum ex eo postulabant. Interim an zelum pro bono, an odium in malos profiteretur, non admodum solliciti erant; pacem videlicet Ecclesiæ hoc pacto procurantes, quod omni hostilitate et perturbatione longe est deterius. Hinc factum igitur ut sacerdotes evilescerent, et fierent sicut populus [27]. Cum enim nulli jam ex eis essent, ut Dominus dicit, sal [28], nec per correptiones vitam hominum diffluentem quoquo modo distringerent, et corrigerent (imo vero ignoscebant sibi mutuo, et sua vitia invicem occultabant), sane ipsi facti sunt pejores populo, et populus ipsis rursum deterior. Quanquam et aliquando ex populo quidam exstiterunt ipsis sacerdotibus meliores, et lucidi fuerunt tanquam carbones in obscuris istorum tenebris. Sed si sacerdotes secundum verbum Domini micuissent in vita sicut sol [29], carbones nunquam splenduisse cognoscerentur, sed majori luce oppressi emarcuissent. Postquam ergo sacerdotii nudum schema et vestimentum solum apud plerosque remansisset, et donum Spiritus ad monachos concessisset, idque jam constaret ex certis signis, cum ipsi nempe vitam apostolorum operibus suis exprimerent, ecce hic iterum diabolus suas res egit. Cum enim animadverteret monachos, tanquam novos quosdam Christi discipulos, in mundo illustres fieri, et tum vita tum miraculis resplendere, falsos fratres, suaque instrumenta subinduxit, et cum iis miscuit. Hi per temporis diuturnitatem crevere, et, ut vides, inutiles facti sunt, nihiloque meliores istis qui schemate tantum monachi erant, aut sacerdotibus ad sacrum gradum per manuum impositionem vocatis, aut illis qui ad præsulatus honorem ascenderunt; patriarchas dico, metropolitas et episcopos.

A ἀποστόλων ἐπέχοντες σαρκικοὶ καὶ φιλήδονοι καὶ φιλόδοξοι ἐπεφάνθησαν, καὶ εἰς αἱρέσεις ἐξέκλιναν. ἐγκατέλιπεν αὐτοὺς ἡ θεία χάρις, καὶ ἡ ἐξουσία αὕτη ἐκ τῶν τοιούτων ἀφῄρηται, διὸ καὶ πάντα τὰ ἄλλα ἃ οἱ ἱερουργοῦντες ἔχειν ὀφείλουσι. Τὸ γὰρ εἶναι τοῦτον ὀρθόδοξον, οἶμαι δὲ οὐδὲ τοῦτο. Οὐδὲ γὰρ ὁ μὴ παρεισφέρων νεώτερον δόγμα εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ οὗτος ὀρθόδοξος, ἀλλ' ὁ βίον τῷ ὀρθῷ λόγῳ κεκτημένος συνᾴδοντα. Τοῦτον δὲ καὶ τὸν τοιοῦτον οἱ κατὰ καιροὺς πατριάρχαι καὶ μητροπολῖται ζητοῦντες οὐχ εὕρισκον, ἢ εὑρόντες τὸν ἀνάξιον μᾶλλον ἀντὶ ἐκείνου ἐτιμήσαντο, τοῦτο μόνον αὐτὸν ἐπαιτοῦντες, τὸ ἐγγράφως ἐκθέσθαι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, καὶ τοῦτο μόνον ἀποδεχόμενοι, τὸ μήτε ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ ζηλωτὸν εἶναι, μήτε διὰ τὸ B κακόν τινι ἀντιμάχεσθαι, εἰρήνην ἐνταῦθα τῇ Ἐκκλησίᾳ περιποιούμενοι, ὃ χεῖρον πάσης ἔχθρας ἐστὶ, καὶ μεγάλης ἀκαταστασίας. Ἐκ τούτου οὖν οἱ ἱερεῖς ἠχρειώθησαν, καὶ γεγόνασιν ὡς ὁ λαός· μὴ ὄντων γάρ τινων ἐξ αὐτῶν ἅλας, ὡς Κύριος ἔφη, ἵνα διὰ τῶν ἐλέγχων σφίγγωσι καὶ ἀναστέλλωσι κἂν ὁπωσοῦν τὸν διαῤῥέοντα βίον, ἀλλὰ συγγινωσκόντων καὶ συγκαλυπτόντων τῶν ἀλλήλων τὰ πάθη, ἐγένοντο χείρους μὲν αὐτοῦ τοῦ λαοῦ, χείρων δὲ αὐτῶν ὁ λαός. Τινὲς δὲ τοῦ λαοῦ κρείττονες ἀπεφάνθησαν τῶν ἱερέων ἐν τῷ ἐκείνων [t] ἀφεγγεῖ ζόφῳ, ὡς ἄνθρακες οὕτω φαινόμενοι. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον ἔλαμπον τῷ βίῳ, ὡς ὁ ἥλιος, οὐδ' ἂν ἑωρῶντο ὡς ἄνθρακες διαυγάζοντες, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ C τρανοτέρου φωτὸς ἠμαυρωμένοι ἐδείκνυντο ἄν. Ἐπεὶ δὲ τὸ πρόσχημα μόνον, καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἔνδυμα ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐναπελείφθη, τῆς τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς ἐπὶ τοὺς μοναχοὺς μεταβάσης, καὶ διὰ τῶν σημείων γνωριζομένης, ὡς τὸν βίον τῶν ἀποστόλων διὰ τῶν πράξεων μετερχομένους, κἀκεῖ πάλιν ὁ διάβολος τὰ οἰκεῖα εἰργάσατο. Ἰδὼν γὰρ αὐτοὺς ὅτι ὡς νέοι τινὲς μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ αὖθις ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς θαύμασιν ἔλαμψαν, τοὺς ψευδαδέλφους καὶ τὰ ἴδια σκεύη εἰσαγαγὼν, τούτοις ἀνέμιξε, καὶ κατὰ καιρὸν πληθυνθέντες, ὡς ὁρᾷς, ἠχρειώθησαν, καὶ γεγόνασιν, οὔτε τοῖς τῷ σχήματι μοναχοῖς, οὔτε τοῖς κεχειροτονημένοις, καὶ εἰς ἱερωσύνης ἐγκαταλεγεῖσι βαθμὸν, οὔτε τοῖς τῆς ἀρχιερωσύνης τετιμημένοις ἀξιώμασι, πατριάρχαις D φημὶ, καὶ μητροπολίταις, καὶ ἐπισκόποις [u].

14. Non igitur hoc pacto simpliciter manuum impositioni, et ejusdem dignitati a Deo conceditur remittendorum peccatorum potestas? Apage! conceditur sacra operantibus, ipsisque solis. Sed nec hoc, ut opinor, eorum plurimis, ne forte, fenum cum sint, exinde ardeant. Denique solis illis sacerdoti-

ιδ'. Καὶ ἁπλῶς [v] οὕτως τῇ χειροτονίᾳ, καὶ τῇ ταύτης ἀξίᾳ τὸ ἀφιέναι ἁμαρτίας ἀπὸ Θεοῦ δέδοται; Ἄπαγε, ἱερουργοῖς γὰρ καὶ μόνοις αὐτὸ συγκεχώρηται. Οἶμαι δὲ οὐδ' αὐτὸ τοῖς πολλοῖς ἐν αὐτοῖς, ἵνα μὴ χόρτος ὄντες ἐκεῖθεν καυθήσωνται, ἀλλὰ μόνοις ἐκείνοις ὅσοι ἐν ἱερεῦσι καὶ ἀρχιερεῦσι καὶ μο-

[27] Osee IV, 9. [28] Matth. V, 3. [29] Matth. VIII, 43.

VARIÆ LECTIONES.

[t] Quid si legas ἐκείνῳ, *in illa caligine*. [u] Hic vocula deest, forte βελτίους. [v] Leg. οὐχ ἁπλῶς.

νεχεῖς τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ ἐγκαταριθμουμένους χορῷ.

ιε'. Πόθεν οὖν αὐτοί τε οἱ ἐγκαταλεγέντες ἐκεῖνο νοήσουσι, καὶ οἱ αὐτοὺς ἐκζητοῦντες, τούτους ἀκριβῶς ἐπιγνώσονται; Ὅθεν ὁ Κύριος ἐδίδαξεν οὕτως εἰπών· «Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς, ὄφεις ἀροῦσι, κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ.» Καὶ πάλιν· «Τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς φωνῆς μου ἀκούει. — Ἐκ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.» Ποίων καρπῶν; ὧν ὁ Παῦλος ἐπαριθμούμενος οὕτω λέγει· «Ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, ἐλεημοσύνη, χρηστότης, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια·» μεθ' ὧν εὐσπλαγχνία, φιλαδελφία, ἐλεημοσύνη, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Πρὸς τούτοις, «Λόγος γνώσεως, χαρίσματα ἰαμάτων,» καὶ ἕτερα πλεῖστα· «Ἃ πάντα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.» Οἱ γὰρ τούτων ἐν μετοχῇ γεγονότες τῶν χαρισμάτων, ἢ ἐκ πάντων, ἢ ἐκ μέρους κατὰ τὸ συμφέρον αὐτοῖς ἐν τῷ χορῷ τῶν ἀποστόλων ἐγκαταλέγονται. Διὸ καὶ φῶς εἰσιν αὐτοὶ τοῦ κόσμου, ὡς αὐτός φησιν ὁ Χριστός· «Οὐδεὶς λύχνον ἅψας τίθησιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα φάνῃ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.» Οὐκ ἐκ τούτων δὲ μόνων[x] οἱ τοιοῦτοι γνωρίζονται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ βίου αὐτῶν διαγωγῆς· οὕτω καὶ οἱ ζητοῦντες αὐτοὺς καὶ αὐτοὶ ἑαυτῶν ἕκαστον ἀκριβέστερον ἐπιγνώσονται· οἷοι εἰ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνεπαισχύντως, μᾶλλον δὲ ὡς μεγίστην δόξαν ἡγήσαντο τὴν εὐτέλειαν καὶ ταπείνωσιν, καὶ ὡς ἐκεῖνος τὴν ὑπακοὴν ἀνυποκρίτως εἰς τοὺς ἑαυτῶν πατέρας καὶ ὁδηγοὺς, ἔτι γε μὴν εἰς τοὺς πνευματικῶς ἐπιτάττοντας ἀπεδείξαντο, καὶ ὕβρεις, καὶ ὀνειδισμοὺς, καὶ λοιδορίας ἀπὸ ψυχῆς ἠγάπησαν, καὶ τοὺς ἐπιφέροντας αὐτοῖς ταῦτα, ὡς ἀγαθῶν μεγάλων προξένους ἀπεδέξαντο, καὶ ἀπὸ ψυχῆς μετὰ δακρύων αὐτοῖς ηὔξαντο, οἱ πᾶσαν δόξαν τὴν ἐν τῷ κόσμῳ κατέπτυσαν, καὶ ὡς σκύβαλα καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς τερπνὰ ἡγήσαντο· καὶ τί τὰ πολλὰ καὶ προφανῆ λέγων τὸν λόγον μηκύνω; ἐὰν πᾶσαν μὲν τὴν ἀρετὴν ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀκούωσιν ὑπαναγινωσκομένην Γραφαῖς, ταύτην ἑαυτὸν ἕκαστος τῶν εἰρημένων εὑρίσκῃ κατωρθωκότα, πᾶσαν δὲ πρᾶξιν τῶν ἀγαθῶν ὡσαύτως μετελθόντα, καὶ ἐπὶ μιᾷ τούτων ἑκάστῃ προκοπὴν, τὴν ἀλλοίωσιν, τὸν βαθμὸν ἐπεγνωκότα, καὶ πρὸς τὸ ὕψος τῆς θεϊκῆς δόξης αἰρόμενον, τότε καὶ αὐτόν τις γνώτω μέτοχον Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων γεγονότα, καὶ ὑπὸ τῶν καλῶς ὁρώντων, ἢ καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀμβλυωπούντων γνωσθήσεται. Καὶ οὕτως οἱ τοιοῦτοι εἴποιεν ἂν τοῖς πᾶσιν ἐν παῤῥησίᾳ· «Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος, δι' ἡμῶν καταλλάγητε τῷ Θεῷ.» Πάντες γὰρ οἱ

libus et monachis qui mereantur choro discipulorum Christi accenseri.

15. Unde igitur illud intelligere possint, tum qui in sacris ordinibus constituti sunt; tum ii quoque qui illos quærunt, unde certo eos cognoscent? Unde profecto Dominus edocuit, sic dicens: « Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit [30]. » Et rursus: « Oves meæ vocem meam audiunt [31]. — Ex fructibus eorum cognoscetis eos [32]. » Quinam sunt ii fructus? Quos Paulus sic enumerando designat: « Charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, fides, mansuetudo, continentia [33], » quibus additur compassio, fraternus amor, misericordia, et his similia. Et illa quoque, « sermo sapientiæ, **609** donum curationum » et alia plura: « quæ quidem operatur et idem Spiritus, dividens unicuique prout vult [34]. » Qui enim horum charismatum participes sunt, vel omnium vel ex parte, prout iis expedit, in apostolorum choro numerantur. Quapropter et lux mundi sunt hi, quemadmodum et Christus ipse dixit: « Nemo lucernam accendens ponit eam sub modio, aut sub lecto, sed in candelabro, ut luceat omnibus qui in domo sunt [35]. » Nec ex istis solum cognoscuntur, sed ex universæ vitæ suæ institutione. Pari modo et qui illos quærunt, ipsi eorum quemvis perfectissime cognoscent. Tales sunt qui ad exemplum Domini nostri Jesu Christi paupertatem et contemptum ferunt, imo ea habent in loco maximi honoris, qui quod ille fecit, obedientiam suam ostenderunt adversus suos Patres et duces, et iis qui spiritualiter ipsis quidpiam imponunt. Tales sunt, qui injurias, improperia, convicia animitus accipiunt; qui eos qui ista ingerunt, tanquam magnorum auctores beneficiorum suscipiunt, et toto ex corde preces et lacrymas pro iis fundunt; qui universam mundi gloriam conculcant, qui omnes ejus voluntates tanquam detrimentum reputant; et, quid multa et vulgaria colligo, orationemque produco? dico si omnes eas virtutes quas in Scripturis audiunt et legunt, unusquisque eorum de quibus loquor comperiat se explevisse, omnemque pariter bene agendi occasionem fideliter implevisse; si insuper in singulis virtutibus sentiat se profectum, incrementum et gradum fecisse, imo ad culmen divinæ gloriæ se ascendisse, tunc percipiet se in Dei et divinorum charismatum participatione venisse: quod facile videbunt, et agnoscent omnes, qui non tantum clare soleant videre, sed etiam qui obscure. Qui sunt hujusmodi, possunt fidenter apud omnes pronuntiare: « Legatione pro Christo fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. obsecramus, re-

[30] Matth. XVI, 17, 18. [31] Joan. X, 27. [32] Matth. VII, 36. [33] Galat. V, 22. [34] I Cor. XII, 8-11. [35] Luc. XI, 33.

VARIÆ LECTIONES.

[x] Leg. μόνον.

conciliamini Deo [26]. » Omnes enim ejusmodi mandata Dei usque ad mortem custodiverunt : vendiderunt possessiones suas, et distribuerunt pauperibus ; Christum secuti sunt per tolerantiam tentationum. Invenerunt animas et quidem in luce mentali, invenerunt eas in vita æterna : atque ita hac luce viderunt lucem illam inaccessibilem, nempe Deum ipsum, quemadmodum scriptum est : « In lumine tuo videbimus lumen [27]. » Quomodo igitur animam quam habet, poterit quisquam reperire ? attende. Anima uniuscujusque nostrum est illa drachma, quam ipse perdidit (non autem Deus), cum se in profundas peccatorum tenebras demerserit ; Christus autem, qui est lux vera, et quærentibus se occurrens (quomodo ipse solus novit) ipsis se concedit. Hoc est igitur animam suam reperire, Deum nimirum videre, et in ejus lumine extolli super omnem visibilem creaturam. Is Deum habet pastorem et magistrum, a quo percipiet quid [illegible] si placet, ligare et solvere ; et eum perfecte intellexerit, Deum adorabit, qui donum dederit, idque indigentibus impertiet.

16. Et sic hujusmodi viris intelligo potestatem, o fili, ligandi et solvendi concedi a Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo per Spiritum **610** sanctum, iis qui facti sunt filii ejus et servi in sanctitate. Talis ego ipse Patris discipulus fui, qui quidem ordinationem non ab hominibus acceperat, sed Dei manu, hoc est Spiritu sancto ducente, me in discipulatum admisit : et eam ordinationem quam homines conferunt, præcepit mihi juste suscipere secundum formam congruam, magno ad hoc desiderio a Spiritu sancto olim permotus.

17. Optemus igitur, Patres et fratres, primo ut nostrum quilibet talis sit, atque ita demum apud alios de affectibus exstirpandis et de consiliis admittendis disseremus ; et hos spirituales quæramus. In primis igitur laboriosos istos viros investigemus, discipulos dico Christi, et cum studio cordis et lacrymis multis supplicemus Deo per constitutos dies, ut revelare dignetur oculos cordium nostrorum, ad discernendum, si quis forte talis exsistat in perversa hac generatione : ut eo invento accipiamus per eum remissionem peccatorum nostrorum ; ut et præceptis ejus et mandatis toto animo obtemperemus, quemadmodum ipse Christo obtemperans particeps factus est ejus gratiæ et donorum, adeoque ab ipso accepit potestatem ligandi et solvendi, inflammatus a Spiritu sancto, cui debetur omnis gloria et honos et adoratio una cum Patre et Filio unigenito, in secula. Amen.

A τοιοῦτοι τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἐφύλαξαν μέχρι θανάτου· ἀπώλεσαν τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, καὶ διένειμαν τοῖς πτωχοῖς· ἠκολούθησαν τῷ Χριστῷ διὰ τῆς τῶν πειρασμῶν ὑπομονῆς· ἀπώλεσαν τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς εἵνεκεν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ εὗρον αὐτὰς εἰς ζωὴν αἰώνιον. Εὑρόντες δὲ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐν φωτὶ νοητῷ εὗρον αὐτάς· καὶ οὕτως ἐν τῷ φωτὶ τούτῳ εἶδον τὸ ἀπρόσιτον φῶς, αὐτὸν τὸν Θεόν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, « Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. » Πῶς οὖν ἔστιν εὑρεῖν τινα ἣν ἔχει ψυχήν, πρόσεχε· Ἡ ἑκάστου ψυχή ἐστιν ἡ δραχμή, ἣν ἀπώλεσεν, οὐχ ὁ Θεός, ἀλλ' ἡμῶν ἕκαστος, ἐν τῷ σκότει τῆς ἁμαρτίας βυθίσας ἑαυτόν· ὁ δὲ Χριστὸς τὸ ὄντως φῶς ἐλθών, καὶ τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν συναντῶν, ὡς οἶδε μόνος αὐτὸς ἰδεῖν ἑαυτὸν αὐτοῖς ἐχαρί-
B σατο. Τοῦτό ἐστιν εὑρεῖν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τὸ ἰδεῖν τὸν Θεὸν καὶ ἐν τῷ ἐκείνου φωτὶ αὐτὸν γενέσθαι ἁπάσης κτίσεως τῆς ὁρωμένης ἀνώτερον, καὶ τὸν Θεὸν σχεῖν ποιμένα καὶ διδάσκαλον, παρ' οὗ καὶ τὸ δεσμεῖν καὶ λύειν, εἰ βούλει, γνώσεται, καὶ γνοὺς ἀκριβῶς προσκυνήσει τὸν δεδωκότα, καὶ τοῖς χρῄζουσι μεταδώσει.

ιϛʹ. Οὕτω τοιούτοις οἶδα, τέκνον, δίδοσθαι τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν [7] ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῖς θέσει οὖσιν υἱοῖς καὶ ἁγίοις δούλοις αὐτοῦ. Τοιούτῳ καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἐμαθητεύθην Πατέρι, χειροτονίαν ἐξ ἀνθρώπων μὴ ἔχοντι, ἀλλὰ χειρί με Θεοῦ, εἴτουν Πνεύματι εἰς μαθητείαν ἐγκαταλέξας, καὶ τὴν ἐξ ἀνθρώ-
C πων χειροτονίαν διὰ τὸν παρακολουθήσαντα τύπον καλῶς λαβεῖν ἐκέλευσε, πάλαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τοῦτο σφοδρῷ πόθῳ κινούμενος.

ιζʹ. Τοιγαροῦν γενέσθαι πρῶτον τοιοῦτον [8] εὐξώμεθα, ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, καὶ οὕτως τοῖς ἄλλοις περὶ παθῶν ἀπαλλαγῆς καὶ ἀναδοχῆς λογισμῶν ὁμιλήσωμεν, καὶ τούτων πνευματικῶν [9] ζητήσωμεν. Μᾶλλον μὲν οὖν τοιούτους ἐμπόνους ζητήσωμεν ἄνδρας τοὺς ὄντας μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ, καὶ μετὰ πόνου καρδίας καὶ δακρύων πολλῶν ἐπὶ ῥητὰς ἡμέρας ἱκετεύσωμεν τὸν Θεόν, ἵνα ἀποκαλύψῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν καρδιῶν ἡμῶν πρὸς τὸ ἐπιγνῶναι, εἴ που καὶ τοιοῦτός τις ἐν τῇ πονηρᾷ ταύτῃ γενεᾷ ὢν εὑρεθήσεται,
D ὅπως εὑρόντες αὐτόν, ἄφεσιν λάβωμεν δι' αὐτοῦ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐντολαῖς, ὅλῃ ψυχῇ ὑπακούοντες, καθάπερ ἐκεῖνος ἀκούσας τὰς τοῦ Χριστοῦ γέγονε μέτοχος τῆς χάριτος καὶ τῶν δωρεῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεῖν, καὶ λύειν τὰ ἁμαρτήματα παρ' αὐτοῦ ἔλαβε, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι πυρωθείς· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ προσκύνησις σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ μονογενεῖ Υἱῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[26] II Cor. v, 20. [27] Psal. xxxv, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[7] Supple τὴν ἐξουσίαν. [8] Leg. τοιούτους. [9] Leg. τοιούτους πνευματικούς.

## IN ORATIONEM ADVERSUS CONSTANTINUM CABALINUM ADMONITIO.

Orationem quæ sequitur, Combefisius, t. II Auctar. Biblioth. PP. Græc. edidit, *dignamque censuit, quæ tribus aliis Damasceni pro imaginibus adjungatur, alio licet scriptam schemate. Illos dixeris*, inquit, *libros in otio scriptos, quibus sana doctrina multiplici argumentorum genere defenditur : hanc velut declamationem qua hæreticos omnes velut coram provocet, ablatumque fidei libellum ab eorum calumniis vindicet. Hoc enim velit illud*. Λόγος ἀποδεικτικ... *Demonstrativus sermo* (quo nempe nomine inscribitur in cod. Reg. 1829, in Bodleiano 224, et Cæsareo 1?? membranaceo, *pervetusto et optimæ notæ*, ut testatur Lambecius. Alium deinde codicem Regium, nº. 2428, memorat, in quo titulus hic alius habetur : Ἐπιστολὴ Ἰωάννου Ἱεροσολύμων ἀρχιεπισκόπου, τῆς αὐτῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, πεμφθεῖσα Κωνσταντίνῳ βασιλεῖ τῷ Καβαλίνῳ, περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων· ἢ πῶς δεῖ πιστεύειν τοὺς ὀρθοδόξους Χριστιανούς· *Epistola Joannis Hierosolymitani, archiepiscopi ejusdem sanctæ Christi Dei nostri civitatis, missa ad Constantinum Cabalinum, pro sanctis et venerandis imaginibus : sive quomodo Christiani qui fidem rectam profitentur credere debeant*. Ob hanc inscriptionem vir doctus conjecit, tractatus hujus auctorem fuisse Joannem patriarcham, cujus meminit Damascenus in epistola *De hymno Trisagio*, quam post ejus obitum scripsit. Addit vero *multa esse quæ suadeant auctorem esse hominem Constantinopolitanum, cum et Germanum antistitem suum et pastorem nominet, et loca urbis Constantinopolitanæ in exemplum afferat*; scriptam tamen 611 censet ante septimam synodum. Verum Theophanes in tabulis Chronologicis Joannem illum patriarcham obiisse refert anno 19 Leonis Isauri, Christi 735, nec proinde Constantini Leonis filii adulterinam proscribere synodum potuit, quæ hujus imperatoris anno 11, et Christi 754, coacta fuit, multo minus mentionem facere depositionis Constantini patriarchæ impii, quem Copronymus posthac abjecit, imperii sui anno 26, Christi 766. nisi forsan Joannes alter ipsi proxime vel post alium successerit, a quo fidei libellus quem dissertatio exhibet et defendit, editus sit. Cæterum ne ille etiam epistolam integram scripserit; quia, ut narrat Theophanes, jam anno Constantini 23 et Christi 765, Theodorus patriarcha Hierosolymitanam Ecclesiam regebat, unaque cum Alexandrino et Antiocheno conspiratione, eadem die Pentecostes, Cosmam Apameæ profani dogmatis reum anathemate percussit, anno 9 Abdallæ Caliphæ, qui alio nomine dicebatur *Abujafar Almansor*. Eumdem porro Theodorum usque ad Tarasii Constantinopolitani præsulatus initia, sive ad annum saltem 784 perseverasse fidem faciunt septimæ synodi Acta in quibus Synodica Theodori ad Tarasum legitur. Theodoro successit Elias qui, anno sequenti, quo synodus septima celebrata est, iniqua barbari Caliphæ jussione exsulabat, cum tamen Theodorus alter per vim, ut ferunt Acta sancti Stephani Sabaitæ, sanctæ civitatis thronum occuparet. Nullum igitur Joannem Hierosolymitanum habemus, cui epistola synodica adversus Constantinum Copronymum ejusque profanam synodum attribuatur. Ad Joannem vero Damascenum quod spectat, cum ejus Vitæ auctor testetur, eum in Syria et Palæstina eminus semper pugnasse adversus Iconoclastas, nec ab obitu Joannis patriarchæ e laura Sancti Sabæ discessisse, profecto sanctum Germanum antistitem pastoremque suum nominare non potuit. Quod enim in Synaxario quod Basilii imperatoris nomen præfert, laudaturque a doctissimis Bollandi continuatoribus ad diem 8 Maii, Joannes noster *ab hæreticis imperatoribus varie relegatus carceribusque traditus*, propter causam imaginum legitur, Ὅθεν καὶ διαφόρως ἐξορισθεὶς παρὰ τῶν αἱρετικῶν βασιλέων καὶ φυλακαῖς παραδοθεὶς, esse falsum alibi ostendam. Insuper vero quin opusculum istud illi vindicem, non solum obstant gravissimi qui in eo occurrunt memoriæ lapsus, verum et ipsa dictionis dissonantia. Non enim nævos illos familiaris Damasceno elocutio admittit, qui hac in dissertatione deprehenduntur : nec in genuinis ejus operibus hactenus animadverti compositum hunc loquendi modum, qui in isto frequentissimus est, θέλεις εἰπεῖν, θέλεις λέγειν, ut significetur id quod Latinis *objicis, dicis* : quod sane corruptum idioma Græcorum sapit. Quamobrem haud alio jure præfixum orationi nomen Joannis Damasceni fuerit, quam eidem attributa est Epistola trium patriarcharum Orientis ad Theophilum imperatorem quam mox subjiciemus : quanquam et longe potiori, quia Damascenicis argumentis tota fere constat hæc de qua nunc quæstio est. Hoc sane egregius Ecclesiæ defensor in vindicando sacrarum imaginum honore obtinuerit, ut multa ejus nomine opera inscriberentur, quibus causa eadem propugnaretur : quemadmodum nimirum nobilissimi deitatis Verbi patroni Athanasii nomen aliorum quoque auctorum libris ascriptum fuit, in quibus pro sincera Athanasii fide certabatur. Insuper quæ hinc inde obviæ sunt nominum compositiones, ut puta ἀνδρογύνα, quo viri cum uxoribus significentur, σεπτομόρφων pro σεπτῶν μορφῶν, θρυλλολέκται, σαρκομοιομόρφῳ ὄψει, etc., similes sunt illis quas Leo Allatius observavit in orationibus Joannis Euboeensis, quarum nonnullis præfixum item a librariis fuit Joannis Damasceni nomen. Quinimo in Colb. 7 sat vetusto codice, post ejus orationem de Conceptione Deiparæ, quæ inscribitur : Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου Εὐβοίας εἰς τὴν Σύλληψιν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, *Joannis monachi et presbyteri Eubææ in Conceptionem sanctæ Deiparæ* ;
τῆς ἁγίας Θεοτόκου, *Joannis monachi et presbyteri Eubææ in Conceptionem sanctæ Deiparæ* ;
altera sequitur cum hoc titulo : Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ ἐπισκόπου Εὐβοίας, λόγος ἱστορικὸς εἰς τὴν

sum. An Joannes Eubœensis Damasco oriundus fuerit, res obscura est. Vivebat autem Copronymi ætate anno 744, velut ipse testatur in oratione in SS. Innocentes ut dissertationem de qua modo agitur, ejus forsitan esse conjectare quis possit. Quidquid id est, in cod. Reg. 2428 nulla professioni fidei præfatio præmittitur, reliqua 612 vero compendiaria forma tractantur. In cod. 2951, eadem lucubratio dempto quoque exordio habetur cum hac inscriptione : Συνοδικὸν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων στηλιτεῦον τοὺς κατὰ τὴν ἄσικον καὶ ἀκέφαλον ψευδώνυμον ἑβδόμην σύνοδον. *Synodicum Joannis archiepiscopi Hierosolymorum quo spuria et acephala synodus traducitur, quæ septima falso nuncupatur*. Formulam fidei quæ, primo loco legitur similis sequitur dissertationis ejusdem synopsis ; quanquam altera uberior paucis hinc inde interjectis, quæ ex sinceris Damasceni orationibus transumpta sunt. Pene crediderim hanc fidei professionem usque ad hæc verba, τοὺς ἐκχέοντας τὸ αἷμα αὐτῶν ὑπὲρ ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, *qui pro Christi amore sanguinem suum effuderant*, ipsam esse quam Joannes Hierosolymitanus sub nascentis Iconomachorum hæresis primordiis edidit, cui posthac tum adjuncta, tum præmissa alia fuerint, quæ ad ejus declarationem et defensionem conferrent. Non enim ejusmodi synodicæ concertationum more scribebantur a conciliis episcoporum ; sed hoc negotii polemicis doctoribus concedebant, nuda contenti expositione fidei, qua id duntaxat docerentur fideles, quod esset fide certa tenendum. Sic Theodorus eodem tenore, etsi prolixiori schemate, Palæstinæ itidem synodi nomine synodicam perinde epistolam ad Tarasium misit, absque ulla adversus hæresim velitatione.

Porro Regius iste codex 2951, ille est ex quo illustrissimus doctissimusque Parisiensis præsul D. Petrus de Marca nonnulla ad quintam synodum spectantia deprompsit et publici juris fecit : exaratusque dicitur a Leone Cinnamo, anno mundi ,ςψπδ', 6784, seu Christi 1278, imperante Michaele Palæologo, ejusque filio Andronico Comneno. Testatur insuper Cinnamus amanuensis, volumen illud a se transcriptum esse ex alio qui in veteri Bibliotheca Romanæ Ecclesiæ asservabatur, quique exaratus fuerat ἐν τῷ ἔτει, ,ςσξζ', *anno mundi* 6267, hoc est anno Christi 753 ; ὡς ἀριθμεῖσθαι τοὺς χρόνους τοῦ τοιούτου βιβλίου ἄχρι τοῦ παρόντος ιζ' πρὸς ταῖς πεντακοσίοις, *adeoque voluminis illius* (Romani) *ætatem ad præsens tempus* 517 *annorum summam complecti*. Verum deceptus Cinnamus fuit, nec numerorum notas accurate assecutus est. Nam quo tandem pacto Romanus codex anno Christi 753 exaratus esset, cum pseudosynodus Copronymi, nonnisi insequente anno, nempe 754, habita, nec nisi quatuordecim abhinc annis impius patriarcha Constantinus exauctoratus sit a Copronymo. Hanc enim, ut ante fuit observatum, Joannis Hierosolymitani synodicam illud quod ex Romano codice cum multis aliis a Cinnamo descriptum est, perstringit : Λοιπὸν ποιεῖ σύνοδος πατριάρχην μὴ ἔχουσα· ἀλλὰ καὶ ὃν ἐποίησεν ἀπέκτεινεν· *Cæterum qualis isthæc synodus quæ patriarcham non habuit; quin et eum quem creaverat, interfecit*, τίς οὐ μὴ καταγελάσηται τὴν σύνοδον ταύτην τὴν ἀκέφαλον; κεφαλὴν μὴ ἔχουσα, ἐποίησεν ἑαυτῇ κεφαλὴν, καὶ στραφεῖσα ἔῤῥιψεν αὐτὴν, μᾶλλον δὲ ἀπέκτεινεν αὐτήν· *Quis synodum hanc caput non habentem non deriserit? capite cum careret, caput præfecit sibi quod postmodum conversa abjecit; quinimo interfecit*. Constantino patriarchatus abrogatus est die 3 Augusti, indict. 4. Nicetas in ejus locum intrusus die 17 Novembris, indict. 5, tum sequenti die obversa facie asino vectus per equestres ludos traductus est, ut conviciis a populo appeteretur, et paulo post in Cynegio truncatus. Vide Theoph. et Nicephorum in Breviario.

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

## ΛΟΓΟΣ ΑΠΟΔΕΙΚΤΙΚΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΣΕΠΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

***Πρὸς πάντας Χριστιανοὺς, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον τὸν Καβαλῖνον, καὶ πρὸς πάντας αἱρετικούς***

—

# 613 JOANNIS DAMASCENI

## ORATIO DEMONSTRATIVA, DE SACRIS ET VENERANDIS IMAGINIBUS.

***Ad Christianos omnes, adversusque imperatorem Constantinum Cabalinum ac hæreticos universos***

—

α'. Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι A διήγησιν, κατὰ τὸν μακάριον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, περὶ πίστεως ὀρθοδόξου καὶ κρατήσεως τῆς Ἐκκλησίας, ἥνπερ διὰ τοῦ πάθους αὐτοῦ περιελάβετο Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ἀγαπητοὶ [a], ταῦτα μὴ κρύψαι τῇ ὑμῶν τιμιότητι, ἀλλὰ δεῖξαι ὑμῖν τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας· ἥνπερ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία κρατεῖ ἐν βεβαιότητι, περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων· καὶ μὴ τρέπεσθαι ἔνθεν κἀκεῖθεν, καθάπερ κάλαμος ὑπὸ ἀνέμου περιφερομένη, τῇ δεινῇ ταύτῃ αἱρέσει τῶν μὴ προσκυνούντων τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ δι' ἡμᾶς ὀφθέντος διὰ τῆς εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως, ἀλλ' ἀτιμαζόντων [b] διὰ κακοηθείας, καὶ διὰ λογισμῶν ἀτόπων, καὶ τῶν δοκούντων εἶναι ἐκ τῆς φυλῆς τῶν B Χριστιανῶν, διά τε βαπτίσματος, καὶ διὰ τοῦ τιμίου σώματος καὶ ἀχράντου αἵματος, ἀλλοτρίους δὲ καθεστῶτας, καὶ τοὺς κατέχοντας ἀξίας ποιμένων, λύκους δὲ καὶ θηρία γεγονότας, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ προθέσει καὶ τῇ πίστει, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τὸ τηλαυγῶς ἀναβοῶν, ὅτι « Ὁ μὴ ἐρχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής. » Τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ τῆς γενεᾶς ἡμῶν ἀνέφυ δεινὸν εὕρεμα, ἐκ γοήτων καὶ σκοτεινῶν ἀνδρῶν, τῶν διὰ τῆς κενοδοξίας αὐτῶν καὶ μεγαλαυχίας ἐμπεσόντων εἰς βάραθρον ἀπωλείας, καὶ ἀνυποίστου βορβόρου. Ὑμεῖς δὲ, ὦ σεπτὸν ἀκροατήριον, τὸ νεόχριστον καὶ ἀρχαῖον, τὸ ἐξακολουθῆσαν φωναῖς προφητῶν, καὶ γραφαῖς ἀποστόλων, καὶ Πατέρων ὅροις, τὴν ἄγκυραν τῆς πί- C στεως βεβαίαν κατέχοντες, ταύτην ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς διαφυλάξατε, πρὸς τὸ μὴ ἁρπαγῆναι αὐτὴν ἐκ τοῦ ἀνθρωποκτόνου καὶ δολίου ἐχθροῦ, καὶ ἀκεραίους καὶ ἀπαρασαλεύτους περιφρουροῦντες ἑαυ-

Quoniam multi, ut cum beato apostolo et evangelista Luca loquar [1], conati sunt ordinare narrationem de fide orthodoxa et Ecclesiæ traditione, quam Christus Jesus verus Deus noster sua sibi passione comparavit, operæ pretium duxi, dilectissimi, ut ne hæc celarem vestram excellentiam, sed viam vobis veritatis ostenderem, quam ab initio et a primis temporibus catholica et apostolica Ecclesia, in sacrarum venerandarumque imaginum negotio firmam tenet; ne huc illuc velut arundo vento agitata [2] transferamini a sæva ista hæresi eorum, qui Dei in carne propter nos in terris visi dispensationem imaginibus expressam non adorant, sed maligne potius, ac per absonas rationes, contumelia afficiunt: qui per baptismum atque pretiosi corporis et sanguinis impolluti communionem Christiani videntur, suntque revera a Christo alieni; qui denique pastorum dignitatem tenent, suntque nihilominus in lupos et feras mutati; non quidem natura, sed proposito et fide, juxta ac sacro Evangelii textu aperte pronuntiatur: « Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro [3]. » Hujusmodi grave quoddam hisce temporibus ex præstigiatorum tenebricosorumque hominum studiis emersit inventum; hominum, inquam, qui in perditionis barathrum, cœnumque intolerabile, ob inanem gloriam fastumque suum prolapsi sunt. Vos autem, venerandi auditores, sive qui nuper, sive qui olim unctionem accepistis; qui prophetarum vocibus, scriptis apostolorum, et institutis Patrum obsecuti estis, qui firmam fidei anchoram apprehendistis, hanc in vestris animis ne hostis homicidæ dolo auferatur, servate, vosque ipsos integros et inconcussos custodientes, rectæ fidei consubstantialis et individuæ Trinitatis libel-

[1] Luc. I, 1. [2] Ephes. IV, 14. [3] Joan. x, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Sorb. ἀγάπη. [b] Sorb. addit ἀχράντων.

ramis palmarum videamus; pelvim quoque et linteum; osculum Judæ, ac comprehensionem a Judæis; Pilati instantiam, etc., similiter et crucifixionem, clavos et alapas; spongiam atque lanceam, ac titulum cruci impositum hac inscriptione: *Ecce Rex Judæorum*, etc. Resurrectionem quæ mundi gaudium fuit: quomodo Christus infernum conculcet, Adamumque resuscitet; similiter et ascensionem. Veniamus vero ad ejus quoque miracula; cæci illuminationem, paralytici astricta membra, fimbriæ contactu sanatam hæmorrhoissam, quæ etiam omnium prima imaginem Christi ex ære fabricavit. Pari quoque ratione sanctorum corpora, cum iis cruciatibus ac quæstionibus, quæ propter Christum Deum nostrum tolerarunt. Præclaram hanc enarrationem utilemque picturam, quomodo idololatriam appellare audetis? Brevis quippe quædam ac pulchra descriptio est; quemadmodum etiam sanctus Pater noster Chrysostomus dixit: « Ego quoque picturam cera fusam dilexi, pietate plenam [a]. » Sanctus item ac magnus Pater noster Basilius in Elogio sanctorum quadraginta Martyrum, ait: « Quia sæpe et historici et pictores res exhibent: illi quidem eas oratione exornantes; hi vero in tabellis pingentes. » Enimvero Evangelium scripsit sacer scriptor: quid vero in eo scripsit? utique universam Christi in carne dispensationem, quam et Ecclesiæ tradidit. Pictor etiam simile **616** quid facit. In tabella descripsit Ecclesiæ decorem a primo Adam ad Christi nativitatem, totamque in carne œconomiam, sanctorum item confessiones, parique modo Ecclesiæ ipse tradidit: atque adeo unam potius ambo contexuerunt narrationem, qua nos erudirent. Cur ergo librum adoratis, et tabellam conspuitis? Cedo, hæretice, quod utriusque discrimen, ut cum eamdem ambo narrationem annuntient, alterum adoretur, alterum sputis oblinatur? O calamitatem! quis judicium hoc non irrideat? quis doctrinam istam non abominetur, ut duobus narrationem eamdem exponentibus, horum aliud venerationem habeat, spernatur aliud? En scientiam; verius dicam inscitiam. Plane, si quis attente perspexerit, pulchra quædam probaque Evangelii interpretatio est repræsentatio hæc et enarratio. Quippe cum ea pictor exhibeat, quæ Evangelium sermone refert. Eccur ergo unum adoratur, alterum contemnitur? Quid inter chartam et asbestum interest? nonne ambo e materia in operam unam transeunt? Quid vero membranam inter et asserem? non utrumque ferro secatur et scinditur, sicque in operam transit? Quid denique differt atramentum a syrico et reliquis coloribus? Nonne hæc omnia ex pigmentis multis parantur, itemque scriptori et pictori usui

βαΐων, τὸν νιπτῆρα καὶ τὸ λέντιον, τὸν ἀσπασμὸν τοῦ Ἰούδα, τὴν κράτησιν τῶν Ἰουδαίων, τὴν ἔνστασιν τοῦ Πιλάτου, καὶ τὰ ἑξῆς· ὁμοίως καὶ τὴν σταύρωσιν, τοὺς ἥλους, καὶ τὰ ῥαπίσματα, τὸν σπόγγον καὶ τὴν λόγχην, καὶ ἄνωθεν τὸν τίτλον ἔχοντα τὴν ἐπιγραφήν· *Ἰδὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*, καὶ τὰ ἑξῆς· τὴν ἀνάστασιν, τοῦ κόσμου τὴν χαράν· πῶς ὁ Χριστὸς πατεῖ τὸν ᾅδην, καὶ ἐγείρει τὸν Ἀδάμ· ὁμοίως καὶ τὴν ἀνάληψιν. Ἔλθωμεν καὶ ἐπὶ τὰ θαύματα αὐτοῦ, τοῦ τυφλοῦ τὴν ἀνάβλεψιν, τοῦ παραλυτικοῦ τὴν σύσφιγξιν, τῆς αἱμοῤῥοούσης τὴν ἐπαφὴν τοῦ κρασπέδου, ἥτις καὶ πρώτη πάντων ἐποίησε τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ ἐκ χαλκοῦ· ὁμοίως καὶ τὰ τῶν ἁγίων σώματα μετὰ τῶν βασάνων καὶ κριτηρίων, ὧν ὑπέμειναν διὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν· ταύτην τὴν καλὴν ἐξήγησιν καὶ ὠφέλιμον γραφήν, πῶς δύνασθε εἰπεῖν εἰδωλολατρείαν; Ἡ γὰρ γραφή ἐστι σύντομος καὶ καλή, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ἡμῶν Χρυσόστομος εἶπεν· « Ἐγὼ καὶ τὴν κηρόχυτον γραφὴν ἠγάπησα, εὐσεβείας πεπληρωμένην. » Καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν, ἐγκωμιάζων τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα λέγει· « Ἐπειδὴ καὶ λογογράφοι πολλάκις καὶ ζωγράφοι διασημαίνουσιν· οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες. » Καὶ γὰρ ὁ λογογράφος ἔγραψε τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ τί ἔγραψεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ; πᾶσαν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ παρέδωκε τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ὁμοίως καὶ ὁ ζωγράφος [k] ποιεῖ. Ἐζωγράφησεν ἐν τῷ πίνακι τῆς Ἐκκλησίας τὴν εὐπρέπειαν, ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδὰμ, ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· καὶ πᾶσαν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς μαρτυρίας τῶν ἁγίων, καὶ παρέδωκε καὶ αὐτὸς τῇ Ἐκκλησίᾳ· ὡς μᾶλλον ἀμφότεροι μίαν ἐξήγησιν ἀπεγράψαντο, καὶ διδάσκουσιν ἡμᾶς. Καὶ διὰ τί τὴν βίβλον προσκυνεῖτε, καὶ τὸν πίνακα ἐμπτύετε; Εἰπέ μοι, αἱρετικέ· τίς ἡ διαφορὰ τῶν δύο, ὅτι ἀμφότεροι μίαν ἐξήγησιν εὐαγγελίζονται· καὶ ὁ μὲν εἷς προσκυνεῖται, ὁ δὲ ἕτερος ἐμπτύεται; Ὢ τῆς συμφορᾶς! τίς οὐ μὴ καταγελάσῃ τὴν κρίσιν ταύτην; τίς οὐ μὴ βδελύξηται τὴν διδασκαλίαν ταύτην, ὅτι ἀμφότεροι μίαν ἐξήγησιν ἑρμηνεύουσι, καὶ ὁ μὲν εἷς προσκυνεῖται, ὁ δὲ ἕτερος καταφρονεῖται; Ἰδὲ γνῶσις· μᾶλλον δὲ ἀγνωσία· ὄντως ἐὰν καλῶς κατανοήσῃ ἄνθρωπος, ἑρμηνεία ἐστὶ τοῦ Εὐαγγελίου καλὴ καὶ ἐνάρετος ἡ ἱστορία αὕτη καὶ ἐξήγησις. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπερ Εὐαγγέλιον λόγῳ ἐξηγεῖται, οὗτος ἔργῳ δεικνύει, καὶ διὰ τί οὗτος προσκυνεῖται, οὗτος δὲ καταφρονεῖται; Τί διαφέρει ὁ χάρτης τοῦ ἀσβέστου; οὐχὶ ἀμφότεροι ἐκ τῆς ὕλης μετέρχονται εἰς ἐργασίαν μίαν; Ἢ τί διαφέρει ἡ μεμβράνα τῆς σανίδος; οὐχὶ ἀμφότερα ὑπὸ ξίφους τέμνονται καὶ διασχίζονται, καὶ οὕτω μετέρχονται εἰς ἐργασίαν; Ἢ τί διαφέρει ὁ μέλας τοῦ συρικοῦ καὶ τῶν λοιπῶν χρωμάτων; οὐχὶ ἀμφότεροι ἐκ πολλῶν ἑδεσμάτων κατασκευάζονται, καὶ

[a] Refertur 7 synodi act. 1 et 4.

VARIÆ LECTIONES.

[k] Bodl. et R. 2426 ἱστοριογράφος.

τῶν Θεῶν [ἡμῶν] μακαρίζονται, καὶ τιμῶνται καὶ A προσκυνοῦνται. Ἐὰν [f] γὰρ αὐτὰ οὐχ ὑπέμειναν διὰ Χριστὸν, οὐκ εἴχομεν εἰκονικὴν αὐτῶν γράφεσθαι [g] τιμὴν, οὔτε ἐν βίβλοις, οὔτε ἐν ἐκκλησίαις. Πολλοὶ γὰρ ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν ἔγραψαν [h] εἰκόνας τῶν ἀνθρώπων, εἴτε [οἱ] γονεῖς τῶν τέκνων, εἴτε [τὰ] τέκνα τῶν γονέων αὐτῶν, διὰ τὸν πόθον καὶ τὴν σχέσιν, ἣν εἶχον πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἵνα μὴ [i] εἰς λήθην αὐτῶν ἔλθωσιν, ἀνέγραψαν εἰκόνας αὐτῶν ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν· ὅθεν καὶ ἀσπάζονται αὐτὰς, οὐχ ὡς θεοὺς, ἀλλ' ὡς προεῖπον, διὰ τὸν πόθον καὶ τὴν σχέσιν αὐτῶν. Οὕτω χρὴ λογίζεσθαι καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ἁγίων εἰκόνας, ὅτι πρὸς ὑπόμνησιν ἡμετέραν καὶ ἀγάπην, καὶ διόρθωσιν τοῦ βίου ἡμῶν, ἅμα καὶ τῶν ἐπερχομένων ἐθνῶν, καὶ πιστευόντων εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, πρὸς ἐπίδειξιν τῆς καλῆς αὐτῶν μαρτυρίας ἀπεγράφησαν, B ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐν ταῖς βίβλοις. Καὶ γὰρ ὅσον ἀναγινώσκονται αἱ θεῖαι Γραφαὶ, τοσοῦτον καὶ ἐπιγινώσκονται, καὶ πλέον ἐξάπτουσιν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἰ ὅλως οὗτοι διὰ σαρκικὴν ἀγάπην τῶν τέκνων αὐτῶν εἰκόνας ἀνιστοροῦσι πρὸς ὑπόμνησιν αὐτῶν, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ὀφείλομεν τὰς τῶν ἁγίων εἰκόνας ἀνιστορῆσαι σὺν τοῖς παθήμασιν αὐτῶν· τοὺς ἐκχέοντας τὸ αἷμα αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ. »

« Διὰ τί δὲ, παράνομε αἱρετικὲ, λέγεις με εἰδωλολατρεῖν, τίνος γὰρ εἴδωλον προσκυνῶ, εἰπέ μοι; Ἀπόλλωνος, μᾶλλον δὲ τοῦ ἀπόλλοντος, ἢ τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν διδάσκουσάν C με τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ οἰκονομίαν; εἰπέ μοι, Ἰουδαιόφρον, τίνος εἴδωλον προσκυνῶ; τῆς Ἀρτέμιδος, τῆς μητρὸς τῶν δαιμόνων, ὡς Ἕλληνες μυθεύονται, ἢ τὴν εἰκόνα τῆς παναγίας ἀχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῆς Μητρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; Εἰπέ μοι τίνος εἴδωλον προσκυνῶ; τοῦ Διὸς, ἢ τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ; τοῦ Διὸς, ἢ τὰς εἰκόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ μαρτύρων καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων τῷ Κυρίῳ; Καὶ τίς τολμᾷ εἰπεῖν εἰδωλολατρείαν τὴν καλὴν ἐξήγησιν ταύτην, καὶ ἐνυβρίσαι τὰ πάθη τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, ἅμα καὶ παραδόντων ἡμῖν τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν; Οὕτως γὰρ παρελάβομεν αὐτὴν ἐκ τῶν ἁγίων Πατέ- D ρων κεκοσμημένην, καθὼς καὶ αἱ θεῖαι Γραφαὶ διδάσκουσιν ἡμᾶς· τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ, τὴν δι' ἡμᾶς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ συγκατάβασιν, τὸν εὐαγγελισμὸν [j] τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Παρθένον, καὶ τὰ ἑξῆς· τὴν γέννησιν, τὸ σπήλαιον, τὴν φάτνην, τὴν μαῖαν καὶ τὰ σπάργανα· τὸν ἀστέρα, καὶ τοὺς μάγους, καὶ τὰ ἑξῆς· τὴν βάπτισιν, τὸν Ἰορδάνην, τὸν Ἰωάννην ἁπτόμενον τῆς κορυφῆς αὐτοῦ, καὶ ἄνωθεν τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς. Ἔλθωμεν καὶ ἐπὶ τὸ πάθος αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν τοὺς παῖδας μετὰ

sionea repræsentant. Quippe etiam ob ea quæ Christi Dei causa passi sunt, beati prædicantur, honores habent, et adorantur. Nisi enim hæc propter Christum sustinuissent, haudquaquam eorum gloriam picturæ arte, vel in libris, vel in ecclesiis describere liceret. Nam et multi in suis domibus hominum depinxerunt imagines; tum parentes filiorum, tum parentum filii, propter eorum desiderium ac mutuum affectum, ac ne oblivio subreperet, sic eos apud se et domi depinxerunt; proindeque salutant eas et amplexantur, non uti deos, sed, sicut dixi, amoris causa, suique erga illos propensionis. Sic etiam de sacris imaginibus ratiocinari licet, fuisse nimirum illas tum in libris, tum in ecclesiis depictas, ad memoriam perfricandam excitandamque dilectionem, ad nostros item mores rite instituendos, earumque gentium quæ veniunt ut in Christum credant: ut demum præclaro illorum testimonio sint. Quantum enim divinæ Scripturæ leguntur, tantum **615** et percipiuntur, nosque ad Dei dilectionem magis accendunt. At si quicunque parentes ex carnali erga filios amore imagines eorum pingendas ad recordationem ducunt, potiori utique jure sanctorum nobis ipsi pinxerimus imagines pœnarumque ipsorum, qui pro Christi amore sanguinem effuderunt. »

5. Ut quid vero, scelerate hæretice, me idololatram dicis? nam rogo, cujusnam idolum colo? Num Apollinis, seu potius illius qui pro sui nominis ratione pernicies quædam est; an Domini nostri Jesu Christi imaginem, quæ ejus in carne adventum edoceat? cujus velim, tu qui mente et sensu Judæus es, idolum adoro? num Dianæ illius dæmonum matris, ut Græci fabulantur; an imaginem sanctissimæ et intemeratæ Dominæ nostræ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ? cedo, hæretice, cujus idolum veneror? Jovisne, an sancti Joannis Præcursoris ac Baptistæ imaginem? cujus idolum colo? num, inquam, Jovis, an sanctorum apostolorum ac martyrum, omniumque electorum, qui a sæculo Domino placuerunt? Quis vero pulchram hanc enarrationem idololatriam nominare audeat; Christique ac sanctorum passionibus, necnon eorum qui sanctam Dei Ecclesiam nobis tradiderunt, injuriam irrogare? Sic quippe ornatam eam a sanctis Patribus accepimus; quemadmodum et Scripturæ sacræ nos docent. Descripta, inquam, accepimus, Christi in carne adventum, ejus ad nos nostri causa demissionem, Gabrielis faustum ad Virginem nuntium, ac nativitatem, speluncam, præsepe, obstetricem, et pannos; stellam et Magos, etc., baptismum, Jordanem, Joannem qui sacrum ejus verticem tetigit, sanctumque Spiritum in columbæ specie superne descendentem. Verum ad ejus passionem procedamus, puerosque cum

VARIÆ LECTIONES.

[f] Bodl. et Seth. δι' ὧν καὶ τιμῶνται καὶ μακαρίζονται. Ἐάν. [g] Ibid. αὐτοῦ, ἀναγράφεσθαι. [h] Ibid. ἐνέγραψαν. [i] Ibid. αὐτῶν· ἵνα μή. [j] Edit. τὸ Εὐαγγέλιον.

ramis palmarum videamus; pelvim quoque et linteum; osculum Judæ, ac comprehensionem a Judæis; Pilati instantiam, etc., similiter et crucifixionem, clavos et alapas; spongiam atque lanceam, ac titulum cruci impositum hac inscriptione: *Ecce Rex Judæorum*, etc. Resurrectionem quæ mundi gaudium fuit: quomodo Christus infernum conculcet, Adamumque resuscitet; similiter et ascensionem. Veniamus vero ad ejus quoque miracula; cæci illuminationem, paralytici astricta membra, fimbriæ contactu sanatam hæmorrhoissam, quæ etiam omnium prima imaginem Christi ex ære fabricavit. Pari quoque ratione sanctorum corpora, cum iis cruciatibus ac quæstionibus, quæ propter Christum Deum nostrum tolerarunt. Præclaram hanc enarrationem utilemque picturam, quomodo idololatriam B appellare audetis? Brevis quippe quædam ac pulchra descriptio est; quemadmodum etiam sanctus Pater noster Chrysostomus dixit: « Ego quoque picturam cera fusam dilexi, pietate plenam [a]. » Sanctus item ac magnus Pater noster Basilius in Elogio sanctorum quadraginta Martyrum, ait: « Quia sæpe et historici et pictores res exhibent: illi quidem eas oratione exornantes; hi vero in tabellis pingentes. » Enimvero Evangelium scripsit sacer scriptor: quid vero in eo scripsit? utique universam Christi in carne dispensationem, quam et Ecclesiæ tradidit. Pictor etiam simile **616** quid facit. In tabella descripsit Ecclesiæ decorem a primo Adam ad Christi nativitatem, totamque in carne œconomiam, sanctorum item confessiones, C parique modo Ecclesiæ ipse tradidit: atque adeo unam potius ambo contexuerunt narrationem, qua nos erudirent. Cur ergo librum adoratis, et tabellam conspuitis? Cedo, hæretice, quod utriusque discrimen, ut cum camdem ambo narrationem annuntient, alterum adoretur, alterum sputis oblinatur? O calamitatem! quis judicium hoc non irrideat? quis doctrinam istam non abominetur, ut duobus narrationem camdem exponentibus, horum aliud venerationem habeat, spernatur aliud? En scientiam; verius dicam inscitiam. Plane, si quis attente perspexerit, pulchra quædam probaque Evangelii interpretatio est repræsentatio hæc et enarratio. Quippe cum ea pictor exhi- D beat, quæ Evangelium sermone refert. Eccur ergo unum adoratur, alterum contemnitur? Quid inter chartam et asbestum interest? nonne ambo e materia in operam unam transeunt? Quid vero membranam inter et asserem? non utrumque ferro secatur et scinditur, sicque in operam transit? Quid denique differt atramentum a syrico et reliquis coloribus? Nonne hæc omnia ex pigmentis multis parantur, tumque scriptori et pictori usui

A βαΐων, τὸν νιπτῆρα καὶ τὸ λέντιον, τὸν ἀσπασμὸν τοῦ Ἰούδα, τὴν κράτησιν τῶν Ἰουδαίων, τὴν ἔνστασιν τοῦ Πιλάτου, καὶ τὰ ἑξῆς· ὁμοίως καὶ τὴν σταύρωσιν, τοὺς ἥλους, καὶ τὰ ῥαπίσματα, τὸν σπόγγον καὶ τὴν λόγχην, καὶ ἄνωθεν τὸν τίτλον ἔχοντα τὴν ἐπιγραφήν· *Ἰδὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*, καὶ τὰ ἑξῆς· τὴν ἀνάστασιν, τοῦ κόσμου τὴν χαράν· πῶς ὁ Χριστὸς πατεῖ τὸν ᾅδην, καὶ ἐγείρει τὸν Ἀδάμ· ὁμοίως καὶ τὴν ἀνάληψιν. Ἔλθωμεν καὶ ἐπὶ τὰ θαύματα αὐτοῦ, τοῦ τυφλοῦ τὴν ἀνάβλεψιν, τοῦ παραλυτικοῦ τὴν σύσφιγξιν, τῆς αἱμοῤῥοούσης τὴν ἔφαψιν τοῦ κρασπέδου, ἥτις καὶ πρώτη πάντων ἐποίησε τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ ἐκ χαλκοῦ· ὁμοίως καὶ τὰ τῶν ἁγίων σώματα μετὰ τῶν βασάνων καὶ κριτηρίων, ὧν ὑπέμειναν διὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν· ταύτην B τὴν καλὴν ἐξήγησιν καὶ ὠφέλιμον γραφήν, πῶς δύνασθε εἰπεῖν εἰδωλολατρείαν; Ἡ γὰρ γραφὴ ἐστὶ σύντομος καὶ καλή, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ἡμῶν Χρυσόστομος εἶπεν· « Ἐγὼ καὶ τὴν κηρόχυτον γραφὴν ἠγάπησα, εὐσεβείας πεπληρωμένην. » Καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν, ἐγκωμιάζων τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα λέγει· « Ἐπειδὴ καὶ λογογράφοι πολλάκις καὶ ζωγράφοι διασημαίνουσιν· οἱ μὲν τῷ λόγῳ κοσμοῦντες, οἱ δὲ τοῖς πίναξιν ἐγχαράττοντες. » Καὶ γὰρ ὁ λογογράφος ἔγραψε τὸ Εὐαγγέλιον· καὶ τί ἔγραψε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ; πᾶσαν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ παρέδωκε τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ὁμοίως καὶ ὁ ζωγράφος [k] ποιεῖ. Ἐζωγράφησε ἐν τῷ πίνακι τῆς Ἐκκλησίας τὴν εὐπρέπειαν, ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδὰμ, ἕως τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· C καὶ πᾶσαν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς μαρτυρίας τῶν ἁγίων, καὶ παρέδωκε καὶ αὐτὸς τῇ Ἐκκλησίᾳ· ὡς μᾶλλον ἀμφότεροι μίαν ἐξήγησιν ἀπεγράψαντο, καὶ διδάσκουσιν ἡμᾶς. Καὶ διὰ τί τὴν βίβλον προσκυνεῖτε, καὶ τὸν πίνακα ἐμπτύετε; Εἰπέ μοι, αἱρετικέ· τίς ἡ διαφορὰ τῶν δύο, ὅτι ἀμφότεροι μίαν ἐξήγησιν εὐαγγελίζονται· καὶ ὁ μὲν εἷς προσκυνεῖται, ὁ δὲ ἕτερος ἐμπτύεται; Ὢ τῆς συμφορᾶς! τίς οὐ μὴ καταγελάσῃ τὴν κρίσιν ταύτην; τίς οὐ μὴ βδελύξηται τὴν διδασκαλίαν ταύτην, ὅτι ἀμφότεροι μίαν ἐξήγησιν ἑρμηνεύουσι, καὶ ὁ μὲν εἷς προσκυνεῖται, ὁ δὲ ἕτερος καταφρονεῖται; Ἰδὲ γνῶσις· μᾶλλον δὲ ἀγνωσία· ὄντως ἐὰν καλῶς κατανοήσῃ ἄνθρωπος, ἑρμηνεία ἐστὶ τοῦ Εὐαγγελίου καλὴ καὶ ἐνάρετος ἡ ἱστορία αὕτη καὶ ἐξήγησις. Ἐπειδὴ γὰρ ὅπερ D Εὐαγγέλιον λόγῳ ἐξηγεῖται, οὗτος ἔργῳ δεικνύει, καὶ διὰ τί οὗτος προσκυνεῖται, οὗτος δὲ καταφρονεῖται; Τί διαφέρει ὁ χάρτης τοῦ ἀσβέστου; οὐχὶ ἀμφότεροι ἐκ τῆς ὕλης μετέχονται εἰς ἐργασίαν μίαν; Ἢ τί διαφέρει ἡ μεμβράνα τῆς σανίδος; οὐχὶ ἀμφότερα ὑπὸ ξίφους τέμνονται καὶ διασχίζονται, καὶ οὕτω μετέρχονται εἰς ἐργασίαν; Ἢ τί διαφέρει ὁ μέλας τοῦ συρικοῦ καὶ τῶν λοιπῶν χρωμάτων; οὐχὶ ἀμφότεροι ἐκ πολλῶν ἐδεσμάτων κατασκευάζονται, καὶ

[a] Refertur 7 synodi act. 1 et 4.

VARIÆ LECTIONES.

[k] Bodl. et R. 2428 ἱστοριογράφος.

οὕτως ὑπηρετοῦσι τῷ γράφοντι; Εἰπέ μοι, τίνα προσ- A
κυνεῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ; τὴν ὕλην, ἢ τὴν ἐξήγησιν; πάντως ἐρεῖς μοι τὴν ἐξήγησιν τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ. Οὕτως κἀγὼ, οὐχὶ τὴν σανίδα τιμῶ, οὐδὲ τὸν τοῖχον, τὴν ὕλην τῶν χρωμάτων, ἀλλὰ τὸν χαρακτῆρα τοῦ σώματος, καὶ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Κυρίου, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ἡμῶν Χρυσόστομος λέγει *Εἰς τὸν νιπτῆρα*· « Ὅταν εἰκόνες καὶ χαρακτῆρες βασιλικοὶ εἰς πόλιν εἰσέρχωνται, καὶ ὑπαντῶσιν αὐταῖς ἄρχοντες καὶ δῆμοι μετ' εὐφημίας καὶ φόβου, οὐ σανίδα τιμῶντες, οὐ τὴν κηρόχυτον γραφὴν, ἀλλὰ τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἐπιγείου βασιλέως. » Καὶ εἰ ὅλως τοῦ ἐπιγείου βασιλέως τοιαύτη τιμὴ πρέπει, μὴ παρόντος τοῦ βασιλέως ἐκεῖ, εἰ μὴ μόνης τῆς εἰκόνος, πόσῳ μᾶλλον τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τιμᾶσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι τὴν εἰκόνα δεῖ; B
Ὢ τῆς συμφορᾶς! ὅτι τοῦ ἐπιγείου [l] βασιλέως ἡ εἰκὼν προσκυνεῖται, καὶ τοσαύτης τιμῆς ἀξιοῦται, ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ καταφρονεῖται. Ὢ τῆς ἀπάτης τῶν Χριστιανῶν! ὢ κρίσις καὶ δόγμα Πατέρων! τίς οὐ μὴ καταγελάσῃ τὴν κρίσιν ταύτην; τίς οὐ μὴ βδελύξηται, τὸ ἀσεβὲς δόγμα τοῦτο; πολλάκις ἄφρων ἄνθρωπος, ἐὰν εὑρεθῇ ἐμπτύων τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπιγείου βασιλέως, τί μανθάνει; οὐ κεφαλῆς [m] τιμωρίας ἀξιοῦται; Καὶ γὰρ ὁ ἀτιμάζων τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως, τὸν βασιλέα ἀτιμάζει. « Ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος, » ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, « ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει· » ὁμοίως καὶ ἡ ἀτιμία. Οὕτως χρὴ λογίζεσθαι καὶ ἐπὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως, ὅτι ὁ ἀτιμάζων C
αὐτὴν, τὸν Χριστὸν ἀτιμάζει. Ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος εἰς Χριστὸν ἀνατρέχει, ὁμοίως καὶ ἡ ἀτιμία· ὁ ἀτιμάζων τὴν εἰκόνα ἐπὶ τὸ πρωτότυπον ἄγει τὴν ὕβριν· τοῦτο νοητόν ἐστι πᾶσι· καὶ τίς οὐ μὴ φύγῃ τὴν ὕβριν τοῦ Χριστοῦ;

δ. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι πάντως, ὅτι ὁ Χριστὸς ἀπερίγραπτός ἐστι, καὶ ἀκατανόητος, καὶ ἀπαθὴς, καὶ ἀκατάληπτος. Κἀγὼ οὕτως ὁμολογῶ, ὅτι τὸ θεῖον ἀπερίγραπτόν ἐστι καὶ ἀκατανόητον καὶ ἀπαθές· ἡ δὲ σὰρξ περιγραπτὸς, καθὼς ὡράθη ἐπὶ τῆς γῆς σὺν τοῖς παθήμασιν αὐτῆς. Ἀλλὰ πάλιν λέγεις μοι, ὅτι Λοιπὸν χωρίζεις τὴν σάρκα ἐκ τῆς θεότητος; Μὴ γένοιτο [n]· οὐδέποτε γὰρ ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων, οὔτε ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς, οὔτε ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, οὔτε ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, οὔτε ἐπὶ τοῦ ᾅδου. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι· D
ὅτι Εἰ οὐδέποτε ἐχωρίσθησαν, πῶς τὴν σάρκα περιγράφεις μόνον; Ἀλλ' εἰπέ μοι αἱρετικέ· τίς ἐθήλασε γάλα ἐκ τῆς Μητρὸς καὶ Παρθένου; οὐχὶ ἡ σάρξ; τίς ἐστάθη γυμνὸς ἐν τῷ Ἰορδάνῃ; οὐχὶ ἡ σάρξ; τίς ἔφαγε; τίς ἔπιε; τίς ὡδοιπόρησε; τίς ἥπλωσε τὰς χεῖρας ἐν τῷ σταυρῷ; τίς ἐτέθη ἐν τῷ μνημείῳ; οὐχὶ ἡ σάρξ; Ταῦτα μὲν ὑπέμεινεν ἡ σάρξ, τῆς δὲ θεότητος οὐκ ἐχωρίσθη. Καὶ τίς τολμᾷ λαλῆσαι περὶ θεότητος, ἢ συζητῆσαι, καὶ ἀπολέσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ὡς οἱ λοιποὶ αἱρετικοί; τίς δύναται, εἰπέ μοι

A sunt? Plane dices, adorare te œconomiæ Christi historiam. Sic et ego, absit ut asseream adorem, vel parietem, colorumve materiam? sed adoro corporis Christi figuram, et Dominicam incarnationem: quemadmodum etiam sanctus Pater noster Chrysostomus ait, *Homilia in pelvim*: « Cum imperatoris imagines ac expressæ effigies civitati inferuntur, ipsi quoque magistratus ac populi, cum faustis acclamationibus ac metu obviam procedunt; non tabellæ honorem habentes, non scripturæ cera fusæ, sed terreni imperatoris expressæ figuræ. » Sin autem honor ejusmodi terrenum decet imperatorem, cum ille præsens non sit, sed sola imago: quam potiori jure cœlestis imperatoris Christi Dei nostri imago coli debeat et adoB rari? O rem miseram! ut terreni imperatoris imago adoretur, ac tantum habeat honorem; Christi autem imago contemnatur. O Christianorum errorem! O Patrum judicium et doctrina! quis judicium hoc risu non prosequatur? quis impium istud dogma non exsecretur? quid si deprehensus sit amens quispiam in terreni imperatoris imaginem spuere, pœnæ non sustineat? nonne capitis reus agitur? Imperatoris enim imagini contumeliam irrogans, ipsius imperatoris honori detrahit. Nam « honor imaginis, ut ait magnus Basilius [a], ad exemplar transit; » similiter etiam dedecus et probrum. Sic quoque de Domini nostri Jesu Christi cœlestis Regis imagine est cogitandum;
C nimirum, qui eam probro afficit, Christo etiam probrum inferre. Honor quippe imaginis ad Christum recurrit, pariterque dedecus. Plane qui imaginem ignominiose habet, ipsi exemplari injuriam infert. Communis hæc universorum notio est. Quis vero cavere non debeat a Christi injuria?

4. Verum omnino mihi dicturus es, incircumscriptum esse Christum, cogitatu majorem, 617
impassibilem, incomprehensum. Ipse quoque et hoc dico. Nam et ego ita confiteor esse deitatem incircumscriptam, cogitatu majorem et impassibilem: nihilominus caro circumscribi potest, qualis in terra apparuit, cum iis quæ perpessa est. Sed dices iterum: jam deinceps carnem a deitate separas? absit! nunquam illæ ab invicem separatæ
D sunt, nec in matris utero, neque in baptismo, neque in cruce, neque in inferno. At inquies: Si nunquam deitas et caro separatæ fuerunt, quomodo carnem solam circumscribis? Te autem mihi cedo, hæretice; quisnam suxit lac ex Matre et Virgine? nonne caro? quis nudus stetit in Jordane? nonne caro? quis comedit? quis bibit? quis iter fecit? quis manus extendit in cruce? quis positus est in monumento? nonne caro? hæc omnia sustinuit caro, nec tamen a deitate sejuncta fuit. Quis vero de deitate loqui, aut quæstionem movere audeat,

[a] Lib. *De Spir. sancto*, cap. 27.

VARIÆ LECTIONES.

[l] Bodl. deest in utroque loco ἐπιγείου. [m] Ibid. κεφαλικῆς. [n] Bodl. ἀλλ' ἄκουε ὁ ἐνάλλαγμα.

animamque suam perdere, uti reliquæ hæreticorum A fæces? quis, rogo, hominem, qua parte ad Dei imaginem factus est, circumscribere possit? nullus plane. Non enim quod in homine oculis subjectum est, accipimus ad Dei esse imaginem; sed quod mente concipitur. Nam quod est oculis subjectum, compositum est et circumscriptum; Deus autem simplex est, compositionis expers, ac circumscriptione major. At caro quam Christus ex intaminata matre sua induit, ipsa circumscribitur, quemadmodum in terris apparuit. Neque hoc idololatria est, sed imaginis expressio. Prorsus vero siquidem venerit Christus ad abolenda idola super terram, cur nobis iterum idola reliquisset? nam et ipse Christus imaginem fecit, quam non manufactam appellant, hactenusque superest et adoratur, nec B quisquam mentis compos eam idolum vocat. Sed si scivisset Deus per hanc committi idololatriam, haud ipsam reliquisset in terris.

5. Forte opponas, non dixisse Christum ut imagines faceremus et adoraremus: siquidem enim dixisset, tunc plane divinus eis impensus fuisset cultus. Verum ego quoque alias tibi plures orationes ostendo, quas ab apostolis et sanctis Patribus nostris accepimus, de quibus non exstat Christi sermo. Ubinam eos Christus dixisse perhibetur, ut ad orientem conversi adoraremus? vel ut crucem aut Evangelium adoraremus; vel ut sacrum suum corpus et sanguinem jejuni sumeremus; vel ut novos conjuges coronaremus? Possimque alia quædam tibi referre, quæ Christus locutus non est: C sed quid iis opus est? nos quoque, ut a sanctis Patribus accepimus, ita et credimus: qui a Deo h[illegible] edocti fuerunt. Nihil quippe Deus sanctis suis esse occultum voluit, sive ea velis, quæ hominum commodo et saluti cessura erant, sive quæ damno. Qui ergo illud occultatum sit, siquidem idololatria est, ut pereat populus qui idola sic multa adorat? O calamitatem! ut ab eo tempore quo Christus ad nos descendit, ad usque Germanum patriarcham, adorans idola perierit populus Christianus. Quandonam impleri debet supernus mundus? sed absit, o Deus, ut hoc idololatria sit! alioqui si idololatria foret, quædam hanc saltem synodus abjicere curasset, ac eos **618** qui adorarent proscribere. Si prima synodus non abjecisset, debuisset omnino D secunda de illis aliquid dicere. Sin secunda, at saltem tertia; sin tertia vel rursum quarta; sin q[illegible], vel quinta; sin denique quinta, cur non eas abjecit sexta, quin potius rem illustravit. Atque si mihi fidem negas, versa canones sextæ synodi [1], ac eorum caput octogesimum secundum, illicque invenies quo arguaris. Sic enim pronuntiarunt deiferi Patres: « In nonnullis venerabilium imaginum picturis depictus est agnus, quem

[1] Can. 82.

A [πάλαι] περιγράψαι ἄνθρωπον τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονότα; οὐδείς. Οὐ γὰρ τὸ φαινόμενον λαμβάνομεν τοῦ ἀνθρώπου κατ' εἰκόνα Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ νοούμενον· τὸ γὰρ φαινόμενον, σύνθετόν ἐστι καὶ περιγραπτόν· ὁ δὲ Θεὸς ἁπλοῦς ἐστι, καὶ ἀσύνθετος καὶ ἀπερίγραπτος. Ἡ δὲ σάρξ, ἣν περιελάβετο ὁ Χριστὸς ἐκ τῆς ἀχράντου μητρὸς αὐτοῦ, περιγράφεται, καθὼς ὡράθη ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ τοῦτο εἰδωλολατρεία οὐκ ἔστιν, ἀλλ' εἰκονογραφία· καὶ εἰ ὄντως ὁ Χριστὸς ἐλθὼν ἐπὶ τῆς γῆς τὰ εἴδωλα κατήργησε, πῶς ἡμῖν πάλιν εἴδωλα ἐγκατέλιπε [o]; Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς εἰκόνα ἐποίησε τὴν λεγομένην ἀχειροποίητον, καὶ ἕως σήμερον ἵσταται καὶ προσκυνεῖται, καὶ οὐδεὶς αὐτὴν εἴδωλον εἶπε τῶν εὐφρονούντων. Καὶ γὰρ ἐὰν ᾔδει ὁ Θεὸς, ὅτι εἰδωλολατρεία γίνεται δι' αὐτῆς, οὐκ ἂν αὐτὴν B ἐγκατέλιπεν ἐπὶ τῆς γῆς.

ε'. Θέλεις εἰπεῖν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ εἶπεν ἡμᾶς ποιεῖν εἰκόνας καὶ προσκυνεῖν [p]· εἰ γὰρ εἶπε, τότε ἂν ἐθεοποιήθησαν· ἀλλὰ κἀγώ σοι δεικνύω πολλὰς καὶ ἄλλας παραδόσεις ἃς παρελάβομεν ἔκ τε τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, ὅσπερ Χριστὸς οὐκ ἐλάλησε. Ποῦ γὰρ εἶπεν ὁ Χριστὸς ἵνα προσκυνῶμεν κατὰ ἀνατολάς; ἢ σταυρὸν, ἢ Εὐαγγέλιον; ἢ μεταλαμβάνειν τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα νήστεις, ἢ στεφανεῖν [q] ἀνδρόγυνα; καὶ ἄλλα τινὰ λέγω σοι, ἅπερ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐλάλησεν· ἀλλὰ τίς χρεία; καὶ ἡμεῖς ὡς παρελάβομεν ἐκ C τῶν ἁγίων Πατέρων, οὕτως πιστεύομεν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ αὐτὰ ἐδιδάχθησαν· οὐδὲν γὰρ ἀπέκρυψεν ὁ Θεὸς τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, οὔτε τὰ πρὸς ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, οὔτε τὰ πρὸς βλάβην. Καὶ τοῦτο πῶς ὑπεκρύβη ἀπ' αὐτῶν, ἐὰν εἰδωλολατρεία ἦν, καὶ τοσαῦτα ἀπόλλυται ὁ λαὸς εἴδωλα προσκυνῶν; Ὢ τῆς συμφορᾶς! ἐὰν ἀπὸ Χριστοῦ καταβάσεως ἕως τοῦ καιροῦ Γερμανοῦ τοῦ πατριάρχου εἴδωλα προσκυνεῖ, καὶ ἀπώλετο [r] ὁ λαὸς τῶν Χριστιανῶν, πότε δεῖ τὸν ἄνω κόσμον ἀναπληρωθῆναι; Ἀλλὰ μὴ γένοιτο, ὦ Θεὸς, τοῦτο εἰδωλολατρεία [s] εἶναι. Ἐὰν γὰρ ἦν εἰδωλολατρεία, κἂν μία σύνοδος ῥίψαι αὐτὰς εἶχε, καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὰς, ἐὰν ἡ πρώτη σύνοδος οὐκ ἔρριψεν αὐτὰς, ἡ δευτέρα πάντως τι περὶ αὐτῶν ἐχρῆν λαλῆσαι. Ἐὰν μὴ ἡ δευτέρα, ἡ D τρίτη· ἐὰν μὴ ἡ τρίτη, ἡ τετάρτη· ἐὰν μὴ ἡ τετάρτη, ἡ πέμπτη· ἐὰν μὴ ἡ πέμπτη, ἡ ἕκτη διὰ τί οὐκ ἔρριψεν αὐτὰς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐτράνωσε; Καὶ εἰ οὐ πιστεύεις, ψηλάφησον εἰς τοὺς ὅρους τῆς ἕκτης συνόδου εἰς κεφάλαιον πβ'. καὶ εὑρήσεις ἐκεῖ τὸν ἔλεγχον· οὕτω γὰρ εἶπον οἱ θεοφόροι Πατέρες· « Ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ τοῦ νόμου προϋποφαίνων ἀμνὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν.

VARIÆ LECTIONES.

[o] Bodl. προσκυνεῖν κατέλ. [p] Ibid. προσκυνεῖν κἀγώ σοι δεικνύω καὶ ἄλλας πολλάς. [q] Bodl. στέφει[illegible] [r] Ibid. προσκ...ων ἀπώλετο. [s] Ibid. εἰδωλολατρείας

...ν καὶ τοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα παραδεδομένα τῇ Ἐκκλησίᾳ κατασπασάμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεξάμενοι. Ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον κἂν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς τῶν πάντων ὄψεσιν ὑπογράψωμεν, τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ νῦν, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ ἀναστηλοῦσθαι ὡρίσαμεν, δι' αὐτοῦ ... ταπεινώσεως ὕψος τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦν... καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐνσάρκου πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου αὐτοῦ χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενομένης τοῦ κόσμου ἀπολυτρώσεως. » Ἐὰν οἱ Πατέρες οὕτοι, αἱρετικὲ, οὕτως ὥρισαν, ἡμεῖς τί εἴχομεν ἀνάγκην ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους αὐτῶν, καὶ βάλλειν σχίσμα εἰς τὴν Ἐκκλησίαν; καὶ οὐκ οἶδας, ὅτι ὁ καταλύων τὰ ὅρια τῶν Πατέρων, τὸ ἀνάθεμα λαμβάνει; Βλέπετε τί ἐποιήσατε, καὶ ἀκμὴν ἐπιμένετε τοῦ κακοῦ; Ἐὰν εἴπῃς, ὅτι ἀπὸ τῆς ς' συνόδου ἀπεδείχθησαν, εἶχές τι λέγειν. Εἰ δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ καταβάσεως ἤρξατο γίνεσθαι, οὐκ ἔχετέ τι λέγειν κατ' αὐτῶν. Εἰπέ μοι, ὦ παράνομε, ὅτε Ἰουδαῖοι προσήγαγον τὸ νόμισμα τῷ Χριστῷ εἰκόνα φέρον τοῦ Καίσαρος, καὶ πειράζοντες ἔλεγον, εἰ δεῖ αὐτὴν προσκυνεῖσθαι [1], οὐχὶ αὐτοὺς ἀπεστόμισε λέγων· « Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ; » Ὁρᾷς τὸ ἄχραντον ἐκεῖνο στόμα, πῶς τὴν ἄδικον αὐτῶν γλῶσσαν ἐσίγησε;

ς'. Βλέπε μοι καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν καὶ ἀπόστολον Λουκᾶν· οὐχὶ τῆς παναχράντου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τὴν τιμίαν εἰκόνα ἀνιστόρησε, καὶ πρὸς Θεόφιλον ἔπεμψε; Καὶ ταῦτα οὐ συνιεῖς; Οὐ δέχῃ τὴν διδαχὴν ταύτην ἀπὸ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδαχθησομένην; ἐὰν γὰρ εἰδωλολατρεία ἦν, πάντως κἂν μία σύνοδος ῥίψαι αὐτὰς εἶχε. Θέλεις εἰπεῖν, ὅτι οἱ Πατέρες τῶν ἓξ συνόδων, ἄλλας βλασφημίας καὶ αἱρέσεις ἠγωνίζοντο καταλῦσαι, καὶ περὶ αὐτῶν οὐκ ἐφρόντιζον. Ἀλλ' εἰπέ μοι, ποία βλασφημία ἐστὶ μείζων τῆς εἰδωλολατρείας; Καὶ πῶς οἱ Πατέρες τὰ κουφότερα κατήργησαν, καὶ τὸ βαρύτερον πάντων ἀφῆκαν εἰς ἀπώλειαν τοῦ λαοῦ; Ἀλλ' ἐρεῖς μοι, ὅτι οἱ Πατέρες αὐτὰς οὔτε προσεκύνησαν, οὔτε εἶχον αὐτὰς εἰς ψῆφον. Καὶ ὁ Χρυσόστομος πῶς εἶπε, ὅτι « Ἐγὼ καὶ τὴν κηρόχυτον γραφὴν ἠγάπησα; » Καὶ πῶς Γρηγόριος ὁ Νύσσης εἶπεν ὅτι, « Οὐδέποτε εἶδον εἰκόνας ἁγίων καὶ γραφὰς, καὶ ἄνευ δακρύων παρῆλθον ἐκεῖθεν; » Καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος, τί εἶχεν ἀνάγκην τοσοῦτον κόπον καταβαλέσθαι εἰς Καισάρειαν, ἵνα ἱστορήσῃ τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ; καὶ σὺ λέγεις, ὅτι οὐ προσεκύνουν αὐτάς; Τινὲς δὲ οὐδ' ἠσπάσαντο αὐτὰς, οὐδ' ἐτίμησαν αὐτάς.

Præcursor digito, qui ad gratiæ figuram assumptus est; verum nobis per legem Agnum Christum Deum nostrum præmonstrans. Antiquas ergo figuras et umbras, ut veritatis signa et characteres Ecclesiæ traditos complectentes, gratiam tamen anteponimus, et veritatem, eam ut legis complementum suscipientes. Ut ergo quod perfectum est, vel colorum expressionibus omnium oculis subjiciatur, ejus qui tollit peccatum mundi, Christi Dei nostri humana forma characterem, etiam in imaginibus deinceps pro veteri Agno exhiberi ac depingi jubemus : ut per ipsum, Verbi Dei humiliationis altitudinem considerantes, ad memoriam quoque ejus in carne conservationis; passionisque ac salutaris mortis ducamur, et mundi quæ ex iis parta est, redemptionis. » Quandoquidem, o hæretice, Patres sic deunierunt, quid necesse habuerimus terminos transgredi, quos illi posuerunt, ac schisma in Ecclesiam invehere? An nescis eum qui Patrum terminos convellit anathema recipere [8]? Ipsi videtis quid patraveritis, nec tandem a malo cessatis. Si quidem id causareris, fuisse receptas imagines post sextam synodum, haberes aliquid quod objectares. Cum autem ab ipso Christi descensu cœperint fieri, nulla vobis eas criminandi ratio constat. Quæso te, scelestе, Judæis offerentibus Christo numisma Cæsaris insignitum imagine, ac tentantibus num ea adoranda esset; nonne eis os obstruxit dicens : « Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo [9]? » Vides ut os illud impollutum, iniquam eorum linguam compescuerit?

6. Videsis et sanctum evangelistam ac apostolum Lucam; nonne is pretiosam intemeratissimæ semperque virginis Mariæ imaginem pinxit, et ad Theophilum misit? Nec vero hæc intelligis? Non recipis hanc doctrinam quæ ab ipso Christi Jesu Domini nostri adventu prædicanda erat? siquidem enim idololatria esset, una saltem aliqua synodus objectura erat imagines. Ais sex anteriorum synodorum Patres, blasphemias alias ac hæreses conatas esse profligare, nec de imaginibus fuisse sollicitos. At, quæso, ullane blasphemia idololatriam superat? Qui vero Patres, quæ leviora essent, aboleverunt, quodque omnium gravissimum erat, in perniciem populi intactum reliquerunt? sed dices, neque eas Patres adorasse, neque calculo comprobasse. Qui ergo Chrysostomus ait : « Ego quoque adamavi picturam ex cera fusilem [10]? » 619 Qui item Gregorius Nyssenus [11] : « Nunquam vidi sanctorum pictas imagines, et sine lacrymis transivi? » Quamobrem vero sanctus Basilius necesse habuit ut tanto labore Cæsaream poterat imaginem Christi conspecturus? tu vero ais, quod ii imagines non adorarent? Ac certe neque eas pro-

[8] Deut. xxvii, 17. [9] Matth. xxii, 21. [10] Chrys. homil. *Quod idem sit legislator*, VI. [11] Greg. Nyss. Orat. de Deitate Filii et Spiritus sancti.

VARIÆ LECTIONES.

[1] εἰ δεῖ αὐτὴν προσκυνεῖσθαι. Genus quoddam adorationis erat census pensitatio Cæsari, seu supremo orbis Domino, de quo accurate Franciscus Lucas in Matth. Jansenius, Estius. Combefis.

bris affecerunt, neque proculcaverunt, neque idola appellaverunt. Tu quoque, si non vis eas adorare, neminem habes qui cogat. Interim autem, nec probrum eis inferas, nec idola vocans, animæ tuæ interitum afferas. Quam multa templa ædesque sacræ sanctorum exornabantur imaginibus, cum divini Patres synodos celebrarent! quis animus Dominum cruci affixum in imagine considerans, non adoret?

7. Illud Moysis objicies: « Non facies tibi omnem similitudinem, neque quæ in cœlo, neque quæ in terra sunt [11]? » Ita: nihil quippe ejusmodi fecimus, aut venerati sumus, non solem, neque lunam, neque stellas; neque ea quæ sunt in terra; non bestias, non pecora, non reptilia; non horum quidquam fecimus vel coluimus, aut gentilium more illis servivimus. Subit id dicas cum Davide propheta: « Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur [12], » etc. Enimvero hæc ita se habebant, ut aiebat Propheta. Verum gentiles ea deos nominabant, ac tanquam deos colebant, nec Deum ullo modo agnoscebant. Nos autem non ita: absit! Imo, ut prius declaravi, sanctam et individuam, inconfusamque Trinitatem colo; sanctamque Dei Genitricem ac sanctos omnes: venerandas autem ac sacras eorum imagines, propter desiderium, multamque in eos dilectionem adoro et osculor; non tanquam deos, gentilium more, absit! sed sicut dicebam, uti summariam pictoria arte descriptionem, et quam facile interpreteris; quemadmodum eas recepit Ecclesia. Proinde etiam loquuntur, nec mutæ prorsus sunt omnisve sensus expertes, uti gentium idola. Omnis enim pictura quam in ecclesia legimus, aut Christi ad nos demissionem, aut Dei Genitricis miracula, aut sanctorum certamina et res gestas, velut imagine loquente, enarrat, sensumque ac mentem aperit, ut miris eos infandisque modis æmulemur.

8. Nam rogo, ubi repræsentante imagine secundum Christi Dei nostri adventum inspexeris, quomodo veniat in majestate; angelos item innumera multitudine cum timore ac tremore ejus assistentes throno; igneum flumen, quod de throno egrediens peccatores devorat; rursus vero, ubi ad ejus dexteram justorum gaudium ac lætitiam videris, utque exsultant in conspectu Sponsi: quis, quæso, sic animo et corde durus et obstinatus exsistis, ut tremendæ illius horæ memoria non compungaris, nec apud te reputans, actionum tuarum evolvas libros, ac gemebundus non lacrymis oppleas oculos? Ecce enim loquitur expressa hæc in imagine figura, cum egregia piorum gesta, tum **620** impiorum facinora. Vides accuratam repræsentatio-

A οὐδὲ εἴπασιν αὐτὰς εἴδωλα. Καὶ σὺ, εἰ μὴ θέλεις αὐτὰς προσκυνεῖν, οὐδείς σε ἀναγκάζει· τέως μηδὲ ἀτιμάζῃς αὐτὰς, μηδὲ λέγῃς αὐτὰς εἴδωλα, καὶ ἀπόλλῃς τὴν ψυχήν σου. Πόσοι ναοὶ καὶ ἐκκλησίαι κατεκοσμοῦντο τὰ ἱερὰ μορφώματα [u] τῶν ἁγίων εἰκόνων, ὅταν τὰς συνόδους ἐξετέλουν οἱ θεῖοι Πατέρες! ποῖος ὁ νοῦς ὁρῶν τὸν Κύριον ἐν εἰκόνι ἐσταυρωμένον, οὐ προσκυνεῖ;

ζ'. Θέλεις εἰπεῖν κατὰ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν [v], ὅτι, « Οὐ ποιήσεις πᾶν ὁμοίωμα, μήτε τὰ ἐν οὐρανῷ, μήτε τὰ ἐν τῇ γῇ; » Οὐδὲ γὰρ τοιοῦτον ἐποιήσαμεν, οὔτε ἐσεβάσθημεν· οὔτε ἥλιον, οὔτε σελήνην, οὔτε ἀστέρας, οὔτε τὰ ἐν γῇ, οὔτε θηρία, οὔτε κτήνη, οὔτε ἑρπετὰ, οὔτε ἄλλην τινὰ τῶν τοιούτων ἐποιήσαμεν, B οὔτε ἐσεβάσθημεν, ἢ ἐλατρεύσαμεν ὡς τὰ ἔθνη· Θέλεις εἰπεῖν κατὰ τὸν προφήτην Δαβίδ· « Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσονται [x], » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ γὰρ ἀληθῶς οὕτως ἦσαν, ὡς εἶπεν ὁ Προφήτης, ἀλλ' ἐκεῖνοι οἱ Ἕλληνες θεοὺς αὐτὰ ὠνόμαζον, καὶ ὡς θεοὺς ἐσεβάσθησαν, Θεὸν δὲ οὐδέποτε ἔγνωσαν· ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὡς προεῖπον, σέβομαι τὴν ἁγίαν Τριάδα, τὴν ἀδιαίρετον καὶ ἀσύγχυτον, καὶ τὴν παναγίαν Θεοτόκον, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους, καὶ τὰς τιμίας καὶ ἱερὰς αὐτῶν εἰκόνας διὰ τὸν πόθον καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγάπην προσκυνῶ καὶ ἀσπάζομαι· οὐχ ὡς θεοὺς, ὡς οἱ Ἕλληνες· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὡς προεῖπον, C ὡς γραφὴν σύντομον καὶ εὐερμήνευτον, καθὼς [y] παρέλαβεν αὐτὰς ἡ Ἐκκλησία. Ὥστε καὶ λαλοῦσι, καὶ βωβαὶ οὐκ εἰσὶν, ὡς τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν. Πᾶσα γὰρ γραφὴ ἀναγινωσκομένη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἴτε συγκατάβασιν τοῦ Χριστοῦ, εἴτε τῆς Θεοτόκου τὰ θαύματα, εἴτε τῶν ἁγίων τοὺς ἄθλους καὶ τοὺς βίους, διὰ εἰκονικῆς ἱστορίας ἡμῖν διηγοῦνται, καὶ ἀνοίγουσι τὸν νοῦν ἡμῶν πρὸς τὰς αὐτῶν ἀῤῥήτους καὶ ἀφράστους ζηλοτυπίας.

η'. Ἐπεὶ, εἰπέ μοι, ἐὰν ἴδῃς διὰ εἰκονικῆς τυπώσεως τὴν δευτέραν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν παρουσίαν, πῶς μετὰ δόξης ἔρχεται, καὶ τὰς τῶν ἀγγέλων μυριάδας ἔμπροσθεν τοῦ θρόνου αὐτοῦ παρεστῶσας μετὰ φόβου καὶ τρόμου· ποταμὸν δὲ ἐκπορευόμενον D πύρινον ἐκ τοῦ θρόνου αὐτοῦ κατεσθίοντα τοὺς ἁμαρτωλούς· πάλιν δὲ ὅταν θεάσῃ ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ τῶν δικαίων τὴν χαρὰν καὶ εὐφροσύνην, καὶ πῶς ἀγάλλονται ἔμπροσθεν τοῦ Νυμφίου· εἰπέ μοι, οἷος σκληρὸς καὶ ἀμείλικτος τὸν νοῦν καὶ τὴν καρδίαν ὑπάρχῃ, οὗ μὴ [z] κατανυγῇ ἡ καρδία ἐκ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ὥρας· καὶ ἐνθυμηθεὶς τῶν πράξεων αὐτοῦ τὰς βίβλους ἀναπτύξῃς, καὶ στενάξας, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑαυτοῦ δακρύων πληρώσῃς; Ἰδοὺ γὰρ λαλεῖ αὕτη ἡ εἰκονικὴ μορφὴ, εὐσεβῶν τὰς ἀριστείας καὶ τῶν

[11] Exod. xx, 8. [12] Psal. cxiii, 4, 5. [13] Luc. i, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[u] Bodl. τοῖς ἱεροῖς μορφώμασι. [v] Emendandum, vel Μωϋσέα, ut Combefis, vel Μωϋσῆν. Desunt hæc in Bodl. usque ad Δαβίδ. [x] Bodl. λαλήσουσι. [y] Bodl. deest καθώς. [z] Bodl. ἵνα μή.

ἀσεβῶν τὰς πράξεις. Βλέπεις θεωρίαν ἀκριβῆ; οὐχ A ὁρᾷς τὴν ὥραν ἐκείνην, ὅταν ἵστασαι, καὶ θεωρεῖς αὐτά· ὅτι πρὸς τοῦ Χριστοῦ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἀπολογίαν, ἐν ᾗ μέλλεις ἐξετάζεσθαι, παρίστασαι; Ἀνάνηψον ὀψέ ποτε, ἄθλιε, καὶ τοῦ σκότους, οὗ περίκεισαι, ἄνελε τὸ κάλυμμα· καὶ ὡς ἐγένου ἡμῖν κοινωνὸς βαπτίσματος, καὶ τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, γενοῦ καὶ τῆς προσκυνήσεως, καὶ μὴ τὰ τῶν Χριστιανῶν πιστεύων, καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις ἐνσείων, ἄλλα μὲν πιστεύοις, ἄλλα δὲ ἀποβάλλῃ, καὶ οὐ γίνῃ ὡς τέλειον αὐτῆς τέκνον.

Θ'. Θέλεις λέγειν, ὅτι Ἐγὼ χειροποίητα οὐ προσκυνῶ· καὶ οὐ γινώσκεις τί λαλεῖς, ἢ τί προσκυνεῖς. Εἰπέ μοι, ἡ ἐκκλησία οὐκ ἔστι χειροποιήτη, καὶ ὁ B σταυρὸς, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὰ λοιπὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας; οὐχὶ παρὰ ἀνθρωπίνων χειρῶν, ὃ μὲν κατασκευάζεται, ὃ δὲ οἰκοδομεῖται, καὶ ἄλλα καταρτίζονται εἰς Θεοῦ ὑπηρεσίαν; Πάντα τὰ ὄντα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χειροποίητά εἰσι καὶ ὁρατά· καὶ εἰ ταῦτα φρονεῖς, οὐδένα τὰ ἐν αὐτοῖς ὁραθέντα προσκυνήσεις. Τί γὰρ ὑπάρχεις; οὐχὶ ὁρατοὺς κέκτησαι καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ χεῖρας, καὶ πόδας καὶ πᾶν μέλος; Πῶς ὁ ὁρατὸς προσκυνεῖς τὰ ἀόρατα; ἔστι γὰρ καιρὸς ὅτε προσκυνήσεις τὰ ἀόρατα, ὅταν ἐν τῇ ψυχῇ σου ἀναπετάσῃς τὸ ὀπτικὸν τοῦ νοῦ πρὸς τὸν μόνον ἄϋλον καὶ ἀόρατον Θεὸν, ἐν διανοίᾳ σου καὶ ἐκ καθαρᾶς καρδίας. Εἰ ταῦτα ἔχεις ἐν τῇ διανοίᾳ σου, ἄνθρωπε, οὐδὲν προσκυνήσεις τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πάντα βδελύξῃ· καὶ ὁ C ἔχων ὑψηλὸν τὸ φρόνημά σου πρὸς τὴν πίστιν, καὶ μεγαλαυχῶν, εὑρέθη ὡς ἄθεος.

Ι'. Εἰπέ μοι, ἄνθρωπε, ἐὰν ἐκ τῶν ἐθνῶν ἔλθῃ τις λέγων σοι, Δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου, ἵνα πιστεύσω κἀγώ· τί αὐτῷ δεικνύεις; Οὐχὶ ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἀνάγεις αὐτὸν εἰς τὰ ἀόρατα πρὸς τὸ δέξασθαι αὐτὰ εὐμενῶς; ἐὰν γὰρ εἴπῃς αὐτῷ· Ἀόρατός ἐστι, τί ἰδὼν ἔχει πιστεῦσαι πρὸς τὴν σὴν συνείδησιν καὶ πίστιν; Ἀλλὰ πρῶτον, ἐκ τῶν αἰσθητῶν εἰσάγεις αὐτὸν, καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν ἀνάγεις πρὸς τὰ ἀόρατα. Καὶ ὅπως, ἄκουε· Φέρεις αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· δεικνύεις αὐτῷ τὸν κόσμον, ὃν περιβέβληται. Ἀναπετάζεις αὐτὸν πρὸς τὰς τῶν ἁγίων D εἰκόνων μορφάς· ὁρᾷ αὐτὸς ὁ ἄπιστος, καὶ λέγει· Τίς ἐστιν οὗτος ὁ σταυρούμενος; τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἀνιστάμενος καὶ καταπατῶν τὴν κεφαλὴν τοῦ γηραιοῦ τούτου; Οὐχὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτὸν διδάσκεις, λέγων· Οὗτος ὁ ἐσταυρωμένος, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὃς διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου ἐσταυρώθη; οὗτος ὁ ἀνιστάμενος, αὐτὸς ὑπάρχει ὁ συνεγείρων τὸν προπάτορα τοῦ κόσμου Ἀδὰμ, ὃς πέπτωκε διὰ τῆς παρακοῆς, καὶ συμπατεῖ τὸν ᾅδην τὸν κατέχοντα τοσούτους χρόνους τὸν δεδεμένον δεσμοῖς καὶ μοχλοῖς ἀλύτοις ἐν τοῖς καταχθονίοις; Καὶ οὕτως πως φέρεις αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπίγνωσιν. Πάλιν εἰσάγεις αὐτὸν ἐν τῷ λουτηρίῳ τοῦ βαπτίσματος. Καὶ ὁρᾷ ἐκεῖνος ὕδωρ μόνον ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας, σὺ δὲ ὁ πιστὸς

nem? nonne illam horam aspicis, dum stas, et hæc contueris; ac si nimirum ad Christi diem et judicium, in quo abs te exigenda est ratio, actutum sistaris? Expergiscere tandem, o miser, offusasque tenebras, quibus obnuberis, amove: ac sicut una nobiscum baptismi gratiam consecutus es, pretiosique corporis ac sanguinis communione donatus, ita et ejusdem adorationis consors fias: nec simul ea quæ fidei Christianæ sunt credens, Ecclesiis miniteris, alia quidem credas, ut alia vero rejicias, nec perfectus filius ejus efficiaris.

9. Verum ais: Manufacta non adoro. Nec quid loquaris nosti, aut quid adores. Nam rogo, nonne ecclesia manufacta est, crux item, Evangelium, altare, ac reliqua ecclesiæ vasa? nonne hæc hominum manibus, qua componuntur, qua scribuntur, qua ædificantur, qua denique aptantur ad Dei ministerium? Universa quæ in ecclesia sunt, manu sunt fabricata, oculisque cernuntur: ac siquidem hujus sententiæ es, nulla eorum quæ oculis subjecta sunt adorabis. Nam quidnam ipse es? nonne visibiles oculos habes, manusque, ac pedes et omnia membra? Quomodo qui visibilis es, adoras invisibilia? est enim tempus cum invisibilia adores; cum nempe in tuo ipse animo, ad solum materia expertem ac invisibilem Deum, in mente tua, et ex mundo corde, perspicacem mentis oculum aperueris. Sin vero hoc solum cogitas ac sentis, o homo, nihil eorum quæ in ecclesia sunt, adoraturus es: quin omnia exsecraberis: unde fit ut qui altum, in his quæ ad fidem spectant, sapit, ac fastu gloriatur, impius inveniatur.

10. Quæso te, o homo, si te gentilis quispiam conveniat, rogaveritque: ostende mihi fidem tuam, ut ego credam: quid es ostensurus? Nonne eum a rebus sensibilibus ad invisibilia subvehes, ut hæc libens amplectatur? nam si dicas: Is in quem credimus invisibilis est; cujusnam contuitu movebitur, ut conscientiæ tuæ ac fidei credat? Sed ei primum sensibilia proponis ceu rudimenti loco, tum vero paulatim ad invisibilia attollis. Qui vero istuc? Audi. Ducis eum ad ecclesiam; cujus ei ornatum ostendis: sacrarum imaginum figuras aperis. Videt infidelis, aitque: quisnam est iste, qui cruci affixus est? Quis hic qui resurgit ac senis illius caput calcat? nonne eum per imaginem erudiendo, respondes: Hic qui affixus est cruci, Dei Filius est, qui ad tollenda mundi peccata eo fuit supplicio affectus. Hic qui resurgit, ipse est qui secum primum parentem Adam, ob prævaricationem lapsum mortuumque resuscitat. Quique infernum tot jam sæculis vinctum, a quo ille insolubilibus vinculis ac vectibus in inferioribus terræ partibus tenebatur, proculcat: sicque sensim eum ad Dei cognitionem provehis. Deinde cum ducis ad sacrum baptismi lavacrum; videtque in piscina solam aquam: tu autem qui fidelis es, aquam pari-

ter ignemque ac spiritum inspicis. Cum vero etiam A ille baptismi factus particeps fuerit; tunc et ipse ex sensibili materia ad invisibilem regenerationem robur accipiet. Tum ubi ad sacram corporis et sanguinis Domini sacramentorum celebrationem venerit, **621** videt solum panem et vinum: tu autem corpus et sanguinem qui ex intemerato latere fluxit, intueris: ac si quidem dignus efficiatur, particeps illius fit, paulatimque ad tuam fidem et cognitionem assurgit. Vides quo pacto a rebus oculis subjectis ad invisibilia eum subvehis? sic et imaginem mihi considera. Vides in ecclesia positam, sive Dei imaginem, sive sanctissimæ Dei Genitricis, sive sancti Joannis, aut quamcunque demum in templo reperias: tum ex corporeis coloribus animum elevas ad imaginem contemplandam, atque ad ipsam depictæ rei formam et conspectionem. Nam et ego ex te quæram, o imaginum hostis, vidistin, Petrum? vidistin, Paulum? vidistin, sanctorum apostolorum aliquem? Aspexisti primum martyrem Stephanum, aut sanctum quempiam alium? At vero ex ista materiali figura, mens et cogitatio tua expanditur ad eorum desiderium et amorem, et quos carne tuis oculis non vides, hos spiritu, repræsentante imagine, contueris.

11. Ad hæc objicis nemo angelum vidit; cur angelum quoque pingunt? Quinimo viderunt multi angelos. Vidit quippe non raro sanctissima Deipara Gabrielem [14]; mulieres etiam unguenta ferentes, cum ivissent ad monumentum, viderunt angelos [15]; apostoli quoque viderunt, non solum C in monumento; sed et cum in carcere essent, venit angelus, eosque inde eduxit [16]. Prophetæ quoque Isaias, Ezechiel, et Daniel, atque, ut verbo dicam, multi sancti angelos viderunt, quantum humanus obtutus ferre poterat. Unde etiam Dionysius Areopagita [17], distributos ordinum eorum principatus describit, ac veluti in imagine repræsentat, nec quin id fiat prohibet: quinimo diligenter exponit, quamobrem quadriformia illa exprimantur in avium ac bestiarum figuris.

12. At rursus Iconomachus arguit dicens: quare vero angelos effingunt et repræsentant velut haberent hominis formam, ac duabus alis instructos? Num natura angelorum alata est? Verum audi qui contradicis: nonne sancta et ejus- D dem essentiæ Trinitas incomprehensibilis est, inseparabilisque et individua, et quæ nequeat corporeis oculis aspectari? qui ergo voluit in tabernaculo Abrahæ hospitio recipi [19]? nonne Dei famulus Abraham velut hominis formam vidit et adoravit [20]? nonne etiam Lot fratris ejus filius, quos vidit angelos duos ad subvertenda Sodoma profectos, hos in hominis forma secum carpentes

A καθορᾷς τὸ ὕδωρ φῶς [a] καὶ πνεῦμα. Ὅταν δὲ ἐκεῖνος μέτοχος γένηται τοῦ βαπτίσματος, τότε καὶ αὐτὸς τὸ βέβαιον ἐκ τοῦ αἰσθητοῦ λαμβάνει πρὸς τὴν ἀόρατον ἀναγέννησιν. Εἶτα προσφερόμενος ἐπὶ τῆς μυσταγωγίας τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Σωτῆρος, ὁρᾷ αὐτὸς ἄρτον καὶ οἶνον μόνον· σὺ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ αἷμα τὸ ἐκ τῆς ἀχράντου χεόμενον πλευρᾶς· καὶ εἰ ἄξιος γένηται, μεταλαβεῖ ἐξ αὐτοῦ· καὶ κατὰ μικρὸν ἀνυψοῦται πρὸς τὴν σὴν πίστιν καὶ ἐπίγνωσιν. Ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ τῶν ὁρατῶν ἀνάγεις αὐτὸν εἰς τὰ ἀόρατα; οὕτω μοι νόει καὶ τὴν εἰκόνα. Καθορᾷς αὐτὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, εἴτε τοῦ Θεοῦ, εἴτε τῆς παναγίου Θεοτόκου, εἴτε ἁγίου [Ἰωάννου [b]] εἴτε ἣν ἂν εὑρήσῃς ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἐκ τῶν ὑλικῶν ἀνάγεις τὸν νοῦν σου πρὸς τὴν τῆς εἰκόνος θέαν, καὶ τὴν τοῦ ὑπογραφομένου μορφὴν καὶ ὅρασιν. Ἐπεὶ κἀγώ σοι λέγω, Εἰκονομάχε, εἶδες Πέτρον; εἶδες Παῦλον; εἶδές τινα ἐκ τῶν ἁγίων ἀποστόλων; Ἑώρακας Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα, ἢ ἕτερον ἅγιον; Ἀλλ' ἐκ τῆς ὑλικῆς ταύτης μορφῆς ἀναπετάζεται ὁ νοῦς σου καὶ ἡ διάνοιά σου πρὸς τὸν τούτων πόθον καὶ ἔρωτα· καὶ οὓς οὐ βλέπεις σαρκικῶς τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, τούτους ὁρᾷς πνευματικῶς διὰ εἰκονικῆς τυπώσεως.

ια'. Θέλεις εἰπεῖν, ὅτι ἄγγελον οὐδεὶς εἶδε, καὶ πῶς καὶ ἄγγελον ἱστοροῦσι; Ναὶ, πολλοὶ εἶδον ἀγγέλους. Καὶ γὰρ [c] καὶ ἡ παναγία Θεοτόκος πολλάκις εἶδε τὸν Γαβριήλ. Καὶ αἱ μυροφόροι ὅτε ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα, εἶδον ἀγγέλους· καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἐν τῷ μνημείῳ· καὶ ἐν τῇ φυλακῇ ἄγγελος ἀπῆλθε καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς. Καὶ οἱ προφῆται, Ἡσαΐας, Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιὴλ, καὶ ἁπλῶς πολλοὶ τῶν ἁγίων εἶδον ἀγγέλους καθὼς ἠδυνήθησαν. Ὅθεν καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης τὰς ταξιαρχίας ἱστορεῖ καὶ εἰκονίζει, καὶ οὐκ ἀπαγορεύει, ἀλλὰ καὶ ἑρμηνεύει δι' ἣν αἰτίαν τὰ τετράμορφα ἐν ὀρνίθων καὶ θηρίων μορφαῖς ἐκτυποῦνται.

ιβ'. Καὶ πάλιν ἐγκαλεῖ ὁ Εἰκονομάχος, λέγων· Καὶ πῶς τοὺς ἀγγέλους ποιοῦσι καὶ ἱστοροῦσιν, ὡς ἀνθρώπου μορφὴν ἔχοντας, καὶ δυσὶ πτέρυξι κεκοσμημένους; Μὴ τῶν ἀγγέλων ἡ φύσις πτεροῖς ἔγκειται; Ἀλλ' ἄκουσον ὁ ἀντιλέγων· Ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος D Τριὰς, οὐχὶ ἀκατάληπτος, καὶ ἀχώριστος, καὶ ἀδιαίρετός ἐστι, καὶ τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ἀθεώρητος; καὶ πῶς ηὐδόκησεν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀβραὰμ φιλοξενηθῆναι; οὐχ ὡς ἀνθρώπου μορφὴν τεθέαται ὁ [Θεοῦ] θεράπων καὶ προσεκύνησεν, οὐχὶ καὶ Λὼτ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, εἰς τὴν τῶν Σοδόμων καταστροφὴν τοὺς δύο ἀγγέλους οὕσπερ ἐθεάσατο, ἐν εἴδει ἀνθρώπου αὐτοὺς ἑώρακε συνοδεύοντας αὐτῷ, καὶ βιαζό-

[14] Luc. I, 28. [15] Marc. XVI, 18. [16] Act. V, 19-2?. [17] *Cœlest. Hierarch.*, cap. 15. [18] Ezech. I, 5. [19] Gen. XVIII, 1 seqq. [20] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Boll. et Sorb. πῦρ. [b] Bodl. deest Ἰωάννου. [c] Bodl. Ἰδοὺ γάρ.

ζοντας ἐκ τῆς πόλεως ἐκείνης τῆς παρανόμου; Καὶ A οἱ ἀθεώρητοι τῇ φύσει, ὁρατοὶ διὰ τὴν συγκατάβασιν γεγόνασιν; οὐχὶ τῆς φύσεως αὐτῶν οὕτως ἦν ἡ μορφή· ἀλλὰ τὸ ἀσώματον, ὅσον ἠδύνατο ὁμιλῆσαι τῷ σώματι, οὕτως ὤφθησαν τοῖς γινομένοις ἀξίοις θεωρῆσαι αὐτούς· διὸ καὶ ἡμεῖς εἰκονίζομεν αὐτοὺς, καθὼς ὤφθησαν τότε ἐν σχήματι ἀνθρωπίνῳ. Τῶν δὲ πτερύγων ἡ διακόσμησις σημαίνει αὐτῶν τὸ κοῦφον, καὶ μετάρσιον καὶ ἀόρατον, καὶ ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ γινομένην ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῶν συγκατάβασιν καὶ ἔλευσιν· οὕτως, ἀνόητοι, οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχετε λέγειν κατ' αὐτῶν.

ιγ'. Θέλεις λέγειν, ὅτι ἡ γενεὰ αὕτη ἐθεοποίησεν αὐτάς· ἀλλ' οὐ δίκαιον ἢ εὔλογον πρόφασιν ἔχεις. Ὀφείλεις B γὰρ διδάξαι τὸν ἀγράμματον λαὸν τὸ πῶς δεῖ τὰς σεπτὰς εἰκόνας τιμᾶσθαι καὶ ἀσπάζεσθαι. Ἐπεὶ, εἰπέ μοι, ἐὰν ἀπαντήσῃ ἄνθρωπος χωρικὸς, ἄγνωστος τῆς βασιλικῆς ἀξίας καὶ τιμῆς, ἄνθρωπον τοῦ βασιλέως, καὶ ὡς βασιλέα αὐτὸν προσκυνήσῃ· εἴτε εἴπῃ αὐτῷ ῥῆμα ἀγνοῶν, ὡς βασιλεῖ· ὅτι *Ἐλέησόν με, Δέσποτα*· κελεύεις ἵνα τελευτήσῃ καὶ ὁ προσκυνήσας, καὶ ὁ προσκυνηθεὶς, διότι τοῦτο κατὰ ἄγνοιαν ἐποίησεν; Οὐ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν· ἀλλὰ πρέπει, ὡς ἄπειρον ὑπὸ τῶν ἐμπείρων διδαχθῆναι. Βλέπεις ἵνα ὁ ἔμπειρος τὸν ἄπειρον διδάξῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς, ἀλλ' ἄρχων αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτης ὑπάρχει· καὶ ἀπαγγέλῃ αὐτῷ ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ καθίζεται, καὶ οὐδεὶς θεωρεῖ αὐτὸν, εἰ μὴ ὅταν μέλλει C προέρχεσθαι. Οὕτως χρὴ διδαχθῆναι τοὺς κατὰ ἄγνοιαν πλανωμένους εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐκ ἔστιν οὗτος Χριστὸς ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ὅτι εἰκὼν αὐτοῦ ἐστιν. Ὁ γὰρ Χριστὸς ἀπερίγραπτός ἐστι κατὰ τὴν θεότητα, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν θεωρεῖ, εἰ μὴ ὕστερον, ὅταν μέλλῃ προέρχεσθαι ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ· καὶ πάντως εἶχον προσκυνεῖσθαι καὶ ἀσπάζεσθαι αὐτάς.

ιδ'. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτό εἰσιν οἱ ἐπίσκοποι καὶ τὰ τάγματα τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων διὰ τὸ διδάσκειν τὸν λαὸν τὸ πῶς δεῖ πιστεύειν, καὶ τὸ πῶς εὔχεσθαι. Καὶ γὰρ οἱ φωστῆρες ἐκεῖνοι, οἱ ἀληθεῖς D ποιμένες καὶ διδάσκαλοι οἱ θεοφόροι, οἱ ὁδηγοὶ τῆς σωτηρίας, οὐδὲν ἄλλο βιωτικὸν ἐφρόντιζον, εἰ μὴ τὸ διδάσκειν τὸν λαὸν τὰ πρὸς σωτηρίαν, ὡς κατὰ ἀλήθειαν βουλόμενοι λόγον δοῦναι τῷ Θεῷ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. Οἱ δὲ ἐπίσκοποι τῆς γενεᾶς ταύτης ἄλλο οὐδὲν μεριμνῶσιν, εἰ μὴ ἵππους καὶ βουκόλια, καὶ ἀγέλας, καὶ ἀγροὺς καὶ συνδέσμους χρυσίου· πῶς πωλήσωσι τὸν σιτόν· πῶς διανέμωσι τὸν οἶνον· πῶς καμπανίσωσι τὸ ἔλαιον· πῶς πραγματεύσωνται τὸ ἔριον καὶ τὸ μέταξον· καὶ ἄλλο οὐδὲν θεωροῦσιν ἐπιμελῶς, εἰ μὴ τοῦ νομίσματος τὴν χαραγὴν, καὶ τὸν σταθμόν· καὶ περιβλέπουσι καθημέραν τὰς τραπέζας τὰς Συβαριτικὰς, καὶ τὸν οἶνον τὸν εὔοσμον, καὶ

iter, atque ab scelesta illa urbe servantes aspexit [21]? Ac qui natura aspectabiles non erant, ea demissione qua se hominibus accommodant, visibiles facti sunt: non velut eorum naturæ forma ejusmodi quædam esset; sed quantum res incorporea consuetudinem cum corpore inire poterat, tantum se conspicuos illis præbuere, qui eo spectaculo digni exstiterunt. Quocirca nos etiam humano illos habitu pingimus, quo tunc apparuerunt. Alarum autem ornatus subtilem eorum naturam significat, sublimemque ac invisibilem, et qua in ictu oculi a cœlo ad terram descendendo veniunt. Atque adeo vos insanientes rationem nullam habetis quam adversus imagines afferatis.

13. Verum objicis: Generatio hæc imagines **622** B sibi deos fecit. At nec quod justum aut consentaneum sit causaris. Tuum quippe est, ut imperitam plebem doceas, quo honore prosequi oporteat venerandas imagines, eisque venerationem exhibere. Nam rogo, si quis rusticus, apparatus honorisque regii nescius, unum aliquem palatinum hominem obvium habeat, quem velut imperator esset adoret, sive etiam ignorans, hunc velut imperatorem ista voce compellet: *Domine, miserere mei*: num jussurus es, ut moriatur, cum is qui adorat, tum cui adoratio adhibita est, quia istud per ignorantiam fecit? Plane non est justa sententia. Quin decet rudem a scientibus instrui. Curas, ut gnarus quis hunc doceat non esse illum C imperatorem, sed ejus præfectum ac ministrum; moneatque in palatio sedere imperatorem, nec cuiquam, ni in publicum procedat, sui videndi copiam facere. Hunc in modum, si qui per ignorantiam erga Christi imaginem errabant, hi docendi erant non esse eam Christum in carne, sed ejus imaginem. Nam Christus deitate incircumscriptus est, nec quisquam eum visurus est, nisi postremo, cum in secundo adventu suo processurus est: sicque omnino imagines adorassent, amplexatique essent.

14. Ad hoc siquidem instituti sunt episcopi, presbyterorumque ac diaconorum ordines, ut plebem doceant quomodo precandum sit, quave ratione oporteat adorare. Etenim lumina illa, veri D pastores et doctores, duces illi salutis, nihil aliud in sæculo curabant quam ut populum docerent quæ ducunt ad salutem, utpote qui vere Deo vellent rationem pro populo reddere [22]. At nostrates episcopi nihil aliud animo agitant, nisi equos, boumque armenta, ac reliqui pecoris, agros quoque, et ut aurum congerant: ut frumentum vendant, ut vinum distribuant, ut oleum sint libraturi, ut lanæ et serici mercaturam facturi; nihil aliud attente considerant, nisi monetæ notam et pondus: mensas Sybariticas quotidie persequuntur, vinumque odoratum ac grandes pisces, gregem autem suum despiciunt, suorumque corporum

[21] Gen. XIX, 1 seqq. [22] Hebr. XV. 17.

solliciti, animæ nullam curam habent. Ita plane hujus temporis episcopi lupi facti sunt, ut Scriptura loquitur [33]. At si quos de subjecto sibi grege in leve aliquod peccatum lapsos deprehenderint, facile contra eos insurgunt, aliasque aliis succedaneas pœnas irrogant: pastoralis dignitatis partes neutiquam attendentes, suum quotidie gregem, non uti pastores, sed velut mercenarii considerant.

A τοὺς ἰχθύας τοὺς μεγάλους· τὴν δὲ ποίμνην αὐτῶν ἀμελῶς βλέπουσι· καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐπιμελῶνται, τῆς δὲ ψυχῆς καταφρονοῦσιν. Ὄντως κατὰ τὸ γεγραμμένον, οἱ ποιμένες τοῦ αἰῶνος τούτου λύκοι γεγόνασι. Καὶ ὅταν θεάσωνται ἐκ τοῦ ποιμνίου αὐτῶν τινας μικρόν τι ἁμάρτημα ποιήσαντας, εὐκόλως κατεπανίστανται, καὶ ἐπιτίμια ἀλλεπάλληλα καταπέμπονται· καὶ μὴ βλέποντες τῆς ποιμαντικῆς αὐτῶν τιμῆς τὴν ἀκρίβειαν, τὴν ποίμνην αὐτῶν καθημέραν περισκοποῦσιν οὐχ ὡς ποιμένες, ἀλλ' ὡς μισθωτοί.

15. Jam quæso, quem sequamur? Magnum Basilium miraculorum patratorem, an Pastilam, qui multorum animis exitio fuit? Cui fidem habeamus? Sancto Joanni Chrysostomo pœnitentiæ viam docenti et salutis magistro, an Tricacabo, perturbationis ac perditionis magistro? Cui erimus dicto audientes? Gregorio theologia præcellenti, an profano patriarchæ, universique populi **623** malæ pesti Constantino, qui sanctam de sacris et venerandis imaginibus doctrinam ex sancta Christi Ecclesia exagitavit una cum suo cognomine, qui Romani imperii sceptra indigne tenet? Quæso te, o homo, quibus obsequamur; venerabilium patriarcharum choro, qui in sancta et universali prima synodo ad sextam usque claruerunt, quam nulla non regio a summo cœlorum ad terminos eorum comprobavit; an hypocritis hisce sacerdotibus, nunc tandem spurium dogma Ecclesiæ inferentibus, quod patriarcharum nemo, nullusque thronus auctoritate sua firmavit, quin potius proscripserunt, libellis emissis quibus illius auctores traduxerunt, ceu invisam Deo doctrinam commenti fuerint, adversaque ecclesiasticis regulis sanxerint?

ιε'. Ἄρτι εἰπέ μοι· τίνα ἐξακολουθήσωμεν; Τὸν ἅγιον Βασίλειον τὸν θαυματουργὸν, ἢ τὸν Παστιλᾶν τὸν πολλὰς ψυχὰς ἀπολέσαντα; Τίνα πιστεύσωμεν; Τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον τὸν τῆς μετα- B νοίας ὁδοῦ καὶ τῆς σωτηρίας διδάσκαλον, ἢ τὸν Τρικάκαβον τὸν διδάσκαλον τῆς ἀταξίας καὶ ἀπωλείας; Τίνα ὑπακούσωμεν; Γρηγόριον τὸν ἐν Θεολογίᾳ διαπρέψαντα, ἢ τὸν Κωνσταντῖνον τὸν ἀνίερον φατριάρχην (1), καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἀπώλειαν; ὅστις τὸ ἅγιον δόγμα τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἐξωστράκισεν ἐκ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, μετὰ τοῦ ὁμωνύμου αὐτοῦ, τοῦ ἀναξίως τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας κρατήσαντος. Εἰπέ μοι, ἄνθρωπε· τίνας ὑπακούσομεν, τὸν χορὸν τῶν σεπτῶν πατριαρχῶν τῶν ἐκλαμψάντων ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου ἕως τῆς ἕκτης, ἣν καὶ πᾶσα χώρα, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἕως τῶν ἄκρων ἐσφράγισεν, ἢ τοὺς ὑποκριτὰς ἱερεῖς τούτους, τοὺς νόθον δόγμα ὕστερον τῇ Ἐκκλησίᾳ περι- C φέροντας [d], ὃ οὐδεὶς τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν θρόνων ἐκύρωσεν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐξωστράκισαν, καὶ στηλιτευτικοὺς αὐτῶν λόγους ἐξαπέστειλαν, ὡς ἐχθρῶδες Θεῷ δόγμα μελετήσαντας, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων ἀλλότρια θεσπίσαντας;

16. Quem rogo nobis præponamus ducem, num celeberrimam ac plane venerandam signiferorum sanctorumque Patrum synodum, an acephalum istud Deoque ac sanctis ejus exsecrabile conventiculum? Plane enim acephalum est, et Deo exosum. Nam quis patriarcharum ei interfuit? Romanus venire noluit. Alexandrinus nullatenus pacto adfuit, neque plane Antiochenus, ac nec prorsus Hierosolymitanus. Qualis ergo est ista synodus nullum habens patriarcharum? Ea synodus sit, cum quinque sedes patriarchales unam sanxerint fidem et confessionem. Sin autem vel unus defuerit, vel se non submiserit synodo, ejusmodi nec synodus sit, sed perversa congregatio, vanitatisque et arrogantiæ concilium. En vide malignum conciliabulum, quod raptores,

ις'. Τίνα, εἰπέ μοι, ἐξακολουθήσωμεν, τῶν σημειοφόρων καὶ ἁγίων Πατέρων σύνοδον πολύχυδον καὶ παγκόσμιον, ἢ τὴν ἀκέφαλον ταύτην, τὴν ἐβδελυγμένην παρὰ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ; Καὶ γὰρ ἀκέφαλός ἐστι καὶ θεομίσητος. Καὶ εἰπέ μοι· ποῖος πατριάρχης εὑρέθη ἐν αὐτῇ; Ὁ Ῥώμης, οὐ κατεδέξατο ἐλθεῖν. Ὁ Ἀλεξανδρείας, οὐδὲ ὅλως· ὁ Ἀντιοχείας, οὐδὲ τὸ σύνολον· ὁ Ἱεροσολύμων, οὐδὲ ἅπαξ. Λοιπὸν ποταπή ἐστιν αὕτη ἡ σύνοδος πατριάρχην μὴ ἔχουσα; Σύνοδός ἐστιν ὅτε τὰ πέντε D πατριαρχεῖα θεσπίσουσι μίαν πίστιν, καὶ ἕνα λόγον· εἰ δὲ ἐκ τούτων κἂν εἷς ἀπολείψῃ, ἢ οὐχ ὑποκύψεις τῇ συνόδῳ, αὕτη σύνοδος οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ παρασυναγωγὴ καὶ συνέδριον ματαιότητος καὶ ἀλαζονείας. Ὁρᾷς ταύτην τὴν παρασυναγωγὴν, ἣν ἐμελέτησαν οἱ ἅρπαγες, καὶ οὐχὶ ποιμένες, κατὰ τῆς τοῦ

[33] Ezech. XXII, 27; Mich. III, 21; Soph. III, 3.

## VARIÆ LECTIONES.

[d] Forte παρεισφέρ., vel ἐπιφέρ.

## NOTÆ.

(1) *Φατριάρχην· patriarchæ*. Patriarchalis dignitatis indignum virum φατριάρχην potius, quam patriarcham appellitabant Catholici, ὁ ἀνάξιος τοῦ πί, inquit Stephanus Vitæ Stephani Junioris scriptor, καὶ μᾶλλον ἐπάξιος τοῦ φί. Φατριάρχης γὰρ, ἤπερ πατριάρχης τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐξέφανεν· *Ille inquam indignus* τοῦ πί, *sed potius dignus* τοῦ φί. *Quippe qui magis fatriarcha, quam patriarcha Ecclesiæ visus est*. Allusionem quam primo loco omisit Combefisius, in utroque servavi.

Χριστοῦ Ἐκκλησίας; Εἰ δὲ θέλεις ταύτην μαθεῖν A βεβαιότερον, ὅτι σύναξίς ἐστι ματαιότητος, καὶ οὐχὶ σύνοδος· ἐρεύνησον καὶ μάθε, ὅτι καὶ τὸν αὐτῆς πατριάρχην τὸν ἀνάξιον τοῦ πατριαρχεῖν ὃν ἐποίησεν, ἀπέκτεινε. Τίς οὐ μὴ καταγελάσῃ τὴν σύνοδον ταύτην τὴν ἀκέφαλον, καὶ κεφαλὴν μὴ ἔχουσαν; ἐποίησεν ἑαυτῇ κεφαλὴν, καὶ ἐστράφη καὶ ἔῤῥιψεν αὐτήν· μᾶλλον δὲ ἀπέκτεινεν αὐτήν. Ὢ ἀβλεψίας! ὢ μωρίας καὶ ἀσοφίας! Τίς οὐ μὴ καταγελάσῃ τὴν σύνοδον ταύτην; Κἂν ἐκ τούτου γνώσονται πάντες, ὅτι [e] ἄκυρος καὶ ἀδεκτός ἐστι, καὶ παρὰ Θεῷ, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

ιζ'. Καὶ οὐχ ἁρμόζει αὐτὴν λέγεσθαι σύνοδον, ἀλλὰ συνέδριον Ἰουδαϊκόν· καὶ γὰρ ὅμοιον αὐτοῦ γέγονε κατὰ τοῦ Σωτῆρος. Ἐπειδὴ ὁ ἀρχέκακος ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος, ὁ ἐξ ἀρχῆς πολεμῶν τὸ γένος B τῶν ἀνθρώπων, ἰδὼν τὸ γένος τῶν Ἑβραίων, ὅτι ἀγαπητὸν ἦν τότε παρὰ τῷ Θεῷ, ἐφθόνησεν αὐτούς [f]· καὶ θέλων ἀπολέσαι αὐτοὺς, ἐνέβαλεν εἰς αὐτοὺς λογισμὸν πονηρὸν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν Υἱὸς Θεοῦ, ἀλλὰ πλάνος ἐστὶ, καὶ θέλει ἀπολέσαι τὸ γένος τῶν Ἑβραίων· διὸ κρατήσαντες ἀποκτείνατε αὐτόν. Καὶ ποιήσαντες οἱ ἱερεῖς τῶν Ἰουδαίων συνέδριον, συμβούλιόν τε λαβόντες ἐξ [g] αὐτοῦ κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ἵνα κρατήσωσιν καὶ ἀποκτείνωσιν αὐτόν· κρατήσαντες δὲ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ μίξαντες ὄξος καὶ χολὴν, ἔβαλον σπόγγον ἐπὶ τοῦ καλάμου, καὶ προσήνεγκαν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ λαβόντες λόγχην ἐκέντησαν αὐτοῦ τὴν ἁγίαν πλευράν. Καὶ γεγόνασιν οἱ ποτὲ υἱοὶ, ἀλλότριοι τῆς τῶν πατριαρχῶν C καὶ Πατέρων αὐτῶν εὐγενείας. Ὁμοίως πάλιν ὁ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος, ἰδὼν τὸ γένος τῶν Χριστιανῶν, ὅτι ἀγαπητόν ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ, ἐφθόνησεν αὐτὸ σφόδρα· καὶ θέλων ἀπολέσαι πολλοὺς ἐξ αὐτῶν, ἐνέβαλεν εἰς αὐτοὺς τὸν πονηρὸν λογισμὸν τοῦτον, ὅτι Ἡ προσκύνησις τῶν σεπτομόρφων εἰδωλολατρεία [h] ἐστίν· ἀλλ' ἐμπτύσατε αὐτὴν, καὶ ἀπόστητε ἐξ αὐτῆς, ἐπεὶ ἀπόλλυσθε. Καὶ ποιήσαντες συνέδριον οἱ ἱερεῖς τῶν Χριστιανῶν ἅμα τοῖς βασιλεῦσιν ἀναξίως τῆς βασιλείας δραξαμένοις, καὶ τυραννικῶς εἰς τὰ προαύλια τῆς βασιλείας εἰσπηδήσαντες, συμβούλιόν τε λαβόντες ἐκ τῶν [i] πονηρῶν λογισμῶν, καὶ αὐτοὶ κατὰ τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐμελέτησαν κενὰ καὶ μάταια· καὶ κατέκριναν αὐτὴν καταπατηθῆναι ὑπὸ τοὺς πό- D δας αὐτῶν παρανόμους, ἀντὶ τῆς ἐνσάρκου σταυρώσεως ἣν ἐτέλεσαν οἱ Ἰουδαῖοι· καὶ καθὼς οἱ ἄνομοι, ὄξος καὶ χολὴν μίξαντες, προσήνεγκαν τῷ στόματι

non pastores, adversus Christi Ecclesiam moliti sunt. Ut autem certius noscas eum cœtum synodum non esse, sed concilium vanitatis, inquire et disce, ut suum ipsum patriarcham, indignum plane qui patriarcha foret, quem creaverat, occidit. Quis tandem cœtum hunc acceptum, i. e. capite carentem, non riserit? Postquam enim caput sibi impossuisset, dein projecit, imo obtruncavit. O cæcitatem! o dementiam et insaniam! Quis bellam hancce synodum non irrideat? vel hinc quisque noverit, nullius eam esse roboris et indignam quæ vel apud Deum, vel apud homines accepta sit.

17. Non itaque consentaneum est ut eam synodum dicamus, sed concilium Judaicum. Quippe contra Christum simile huic coactum concilium fuit. Quia enim malorum auctor hostis noster diabolus, qui ab initio genus humanum impugnat, cum Hebræorum gentem id temporis Deo charam esse cerneret, invidia in eam exarsit, utque illos perderet, pessimam eis cogitationem immisit; scilicet Christum non esse Dei Filium, sed seductorem, qui perdere Judæorum gentem vellet. Quamobrem, inquit, apprehensum eum occidite. Tum sacerdotes coacto Judæorum synedrio, ex illo concilium inierunt adversus Salvatorem, ut eum tenerent et occiderent. Illum itaque **624** tenentes affixerunt cruci, mistumque felle acetum, imposita calamo spongia, ejus ori admoverunt, acceptaque lancea sacrum ipsius latus transfixerunt. Sicque illi qui olim filii fuerant, a patriarcharum ingenuitate exciderunt. Simili rursum ratione videns hostis noster diabolus a Deo Christianam gentem redamari, ingenti erga eam concepto livore, multis eorum exitium moliens, malam hanc ipsis cogitationem immisit; nimirum idololatriam esse venerabilium imaginum adorationem; suggessitque ut eum cultum despuerent, utque ab eo, ni vellent perire, resilirent. Concilium itaque facientes Christianorum sacerdotes una cum Augustis indigne imperii sceptra tenentibus, et more tyrannico in regiæ vestibula convolantes, accepto ex malis cogitationibus consilio, ipsi quoque inania ac stulta adversus Domini nostri Jesu Christi imaginem meditati sunt; ac pro Christi carnis crucifixione, quam Judæi patraverant, sacram ejus imaginem scelestis suis pedibus proculcandam damnarunt: utque perditi Judæi acetum felle mistum propi-

VARIÆ LECTIONES.

[e] Bodl. γνώσετε ὅτι. [f] Bodl. αὐτό. [g] Al. ἐκ τοῦ διαβόλου. [h] Bodl. εἰκόνων εἰδολ. [i] Als. ἐκ τοῦ διαβόλου.

NOTÆ

(2) *Ποῖος πατριάρχης εὑρέθη ἐν αὐτῇ. Quis patriarcharum ei interfuit.* Eodem modo Stephanus Junior disputasse refertur in Vita sua, p. 481: Πῶς δὲ οἰκουμενικῆς πρὸς ἣν οὐδὲ ὁ Ῥώμης εὐδόκησεν, καίπερ κανόνος προκειμένου μὴ δεῖν τὰ ἐκκλησιαστικὰ δίχα τοῦ Πάπα Ῥώμης κανονίζεσθαι, οὐδὲ ὁ Ἀλεξανδρείας, ἵν' εἴπω, οὔτε ὁ Ἀντιοχείας, ἢ ὁ Ἱεροσολύμων; *Quomodo œcumenica synodus sit, cui Romanus pontifex assensus non est, canone præcipiente res ecclesiasticas absque papa constitui non debere; neque Alexandrinus, ne hoc omittam, neque Antiochenus, neque Hierosolymitanus?* Nicephorus quoque CP. legendus est initio disputationis cum Leone Armeno, et in fragmento libri de inculpata Christianorum fide, quod refert Allatius lib. I *De perp. consens.* c. 22, n. 111.

narant, sic et isti aquam calci miscentes, baculo spongiam imponentes, imaginis vultui quo ejus in carne forma exhibebatur, admoverunt et obliverunt. Loco autem lanceæ illius, qua fons vitæ Christi latus compunctum fuit, accepto gladio eam effossam et abrasam ex Ecclesia obliteraverunt, impletoque Judæorum opere se ipsi diabolo tradiderunt. O calamitatem! o stultitiam! o Christianorum errorem! ut et qui videntur esse Christiani imperatores et pontifices, alienos se ab inculpata fide fecerint: ut et ipsi, quanquam modica occasione, in Judæorum barathrum seipsos præcipites dederint. Væ tibi, aliene a Deo diabole, qui Christianum genus cum Judæis permiscueris.

18. Etenim si hæresim hanc nos qui Ecclesiæ alumni sumus, scrutati diligenter fuerimus, impiam novitate inventam nanciscemur. Quippe superas hæreses impietate longe superat. Nam quæ ante exstiterunt, in humanam Christi naturam offenderunt; hæc autem offendit in deitatem: quia nimirum in ea fide quam sibi Christus adventu suo vindicavit, et qua nos ab idolorum insano cultu liberavit, tum per sanctos discipulos suos, tum per venerandos martyres; iis penitus deletis, ut ne memoria superstes esset, nec ea aliquis ex nomine appellaret, hæc blaterones rursus comminiscuntur, memoriamque revocant idolorum, et ea [illegible]lant: nec scelesti atque iniqui noverunt, ab eo tempore quo crucifixus Christus est ac resurrexit, paulatim cœpisse cultum et adorationem idolorum de terra profligari.

19. Nam qui primus hæresim inspiravit, quia veterator et subdolus erat, imperium arripuit. Cum enim Conon appellaretur, Leonis sibi nomen ascivit; propositum hoc animi sensumque mutuatus ab Hebræis. Etenim aliquando deambulanti ante susceptum imperium, ait Hebræus quidam: Futurum est ut sis imperator. Cæterum imperio et honore longævo potiere, si **625** modo eorum quæ tibi dixero, tenax fueris. Abjice quod habes nomen, deincepsque Leo nominare. Te quippe imperante subvertenda sunt simulacra, quæ Christianorum fides colit. Quamobrem tu mihi pollicere fore, ut ea evertas cum imperium inieris. His ergo ceu esca deceptus abyssi draco, sponsionem scripto dedit, ut nuem honoris cupiditas indignum licet jam teneret. Quocirca ut res eventu probarentur, imperii ille sceptra capessivit. Post decimum autem annum, cum in publicum procedens in ducem illum perditionis offendisset, oblatumque veluti supplicis libellum scelestus legisset, mox jussit eum ad se in regiam venire. Ex quo tempore accito Hebræo isto, Im-

A τοῦ Χριστοῦ, οὕτως καὶ οὗτοι μίξαντες ὕδωρ [illegible] ἄσβεστον, καὶ βαλόντες σπόγγον ἐπὶ τοῦ ξύλ[illegible] προσήνεγκαν τῇ σαρκομοιομόρφῳ ὄψει τῆς τιμίας εἰκόνος, καὶ ἐνέχρισαν αὐτήν· καὶ ἀντὶ τῆς λόγχης τῆς νυξάσης τὴν ζωόδωρον πλευρὰν τοῦ Χριστοῦ, λαβόντες ῥομφαίαν, κατώρυξαν αὐτὴν, καὶ κατέξεσαν, καὶ ἠφάνισαν ἐκ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἐξεπλήρωσαν καὶ οὗτοι τὸ ἔργον τῶν Ἰουδαίων, καὶ παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ διαβόλῳ. Ὦ τῆς συμφορᾶς! ὢ τῆς μανίας! ὢ τῆς ἀπάτης τῶν Χριστιανῶν· ὅτι καὶ οἱ δοκοῦντες Χριστιανοὶ βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, ἀλλοτρίους ἑαυτοὺς ἐποίησαν τῆς ἀμώμου πίστεως, καὶ αὐτοὶ εἰς τὸ βάραθρον τῶν Ἰουδαίων ἑαυτοὺς ἐνέβαλον, κἂν διὰ βραχυτάτου· οὐαί σοι, διάβολε ἀλλότριε τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἔμιξας τοὺς Χριστιανοὺς μετὰ B τῶν Ἰουδαίων.

ιη'. Καὶ γὰρ ἐὰν καλῶς ἐξερευνήσωμεν τρόφιμοι τῆς Ἐκκλησίας, τὴν αἵρεσιν ταύτην, δυσσεβῶς ἐκαινοτομήθη. Ὑπὲρ γὰρ τὰς πρώην αἱρέσεις δυσσεβεστάτη ὑπάρχει. Αἱ γὰρ αἱρέσεις αἱ πρώην εἰς τὴν ἀνθρωπότητα προσέκοψαν· αὕτη δὲ, εἰς τὴν θεότητα· ὅτι ἥνπερ ὁ Χριστὸς κατελθὼν ἰδιοποιήσατο πίστιν, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων μανίας ἡμᾶς ἐξείλατο· τὰ μὲν, διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν, τὰ δὲ, διὰ σεπτῶν αὐτοῦ μαρτύρων· καὶ εἰς τέλος ἐξηφανίσθη, καὶ ἡ μνήμη αὐτῶν ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς τῶν ὀνομάτων αὐτῶν τὸ ῥῆμα ἐφθέγξατο· πάλιν οἱ θρυλλολέκται ἀνιστοροῦσι, καὶ πάλιν εἰδώλων μνημονεύουσι· καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ παράνομοι, ὅτι τοῦ C Χριστοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναστάντος, ἀπὸ τότε εἰδωλικὴ προσκύνησις κατὰ μικρὸν ἤρξατο ἀπὸ τῆς γῆς ἀποδιώκεσθαι.

ιθ'. Καὶ γὰρ ὁ τὴν αἵρεσιν ἐμπνεύσας [1] πρῶτος, ψεύστης ὢν καὶ ὕπουλος, τῆς βασιλείας ἐδράξατο. Κόνων γὰρ ὀνομαζόμενος, Λέοντος προσηγορίαν ἑαυτῷ περιεβάλλετο, ἐξ Ἑβραίων τοῦτον τὸν σκοπὸν καὶ τὸ φρόνημα εἰληφώς. Καὶ γὰρ περιπατοῦντος αὐτοῦ, μήπω τῆς βασιλείας αὐτοῦ χειρισθέντος, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἑβραῖος· Βασιλεὺς μέλλεις γενέσθαι. Ἀλλὰ τὸν λόγον ὃν εἴπω σοι, ἐὰν κρατήσῃς, ἔσται πολυχρόνιος ἡ βασιλεία σου καὶ ἡ τιμή σου. Ἀποβαλοῦ τὴν προσηγορίαν, ἥνπερ κέκτησαι, ὀνομασθεὶς Λέων. Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῆς βασιλείας D σου καταστραφήσονται τὰ ἰνδάλματα εἰκόνων, ὧνπερ οἱ Χριστιανοὶ πιστεύουσι. Διὸ δός μοι λόγον τοῦ καταστρέψαι αὐτὰ ἐν τοῖς καιροῖς τῆς βασιλείας σου. Δελεασθεὶς οὖν ὁ βύθιος δράκων, δέδωκεν αὐτῷ, τὴν τιμὴν τῆς ἀξίας ἔχων εἰς ἐπιθυμίαν ὁ ἀνάξιος· καὶ τῶν πραγμάτων ἐλθόντων εἰς ἐμφάνισιν, ἐδράξατο τῆς βασιλείας τὰ σκῆπτρα. Καὶ μετὰ δέκατον χρόνον τοῦ ὁδηγοῦ τῆς ἀπωλείας ὑπαντήσαντος ἐπὶ προελεύσεως, καὶ δεδωκότος αὐτῷ τὴν χάρτην, ὡς δῆθεν δεητικοῦ, καὶ ἀναγνόντος αὐτὸν τοῦ παρανόμου, παρ' αὐτὰ τὸν Ἑβραῖον εἰς τὰ βασίλεια ἐκά-

VARIÆ LECTIONES.

1 Bodl. ταύτην ἐμπν.

λευσεν εἰσελθεῖν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἀπὸ τότε συμ- A
μύστην καὶ συῤῥάμμονα τῆς αὐτοῦ ἀνομίας, ὡς ἀληθῶς ὁ ἄγριος θὴρ, τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσεπήδησε, καὶ πολλοὺς ἐξ αὐτῆς ἀπέσπασε, καὶ ἐκ τῶν κόλπων αὐτῆς ἐσπάραξε, καὶ οὕσπερ αὕτη ἀνοδύνως[k] ἐγέννησε, καὶ ἐθρέψατο τοῖς τῶν Πατέρων δόγμασιν, οὕτως αὐτοὺς ἀλλοτρίους ἐποίησε, καὶ ξένους τῆς μητρικῆς αὐτῶν ἀγχιστείας.

pietatis suæ symmysta et consutore, uti vere fera bellua, in Ecclesiam insiliit, multosque ex ea abstractos, ex ejus quoque sinu discerpsit: et quos illa non sine doloribus genuerat, paternisque doctrinis educarat, hos iste a matris necessitudine alienos et exterres fecit.

κ'. Τούτου δὲ τοῦ ζῇν κακῶς ἀποῤῥήξαντος, ἀνέφυεν εὐθὺς τὸ μιαρὸν αὐτοῦ γέννημα, καὶ τῆς κακίας αὐτοῦ κληρονόμος ἐν διπλῷ γενόμενος, Κωνσταντῖνος, ὁ ἀποποιήσας ἑαυτὸν ἐκ σπαργάνων τῆς τῶν Χριστιανῶν εὐσεβείας καὶ πίστεως, ἐξ αὐτῆς τῆς ἁγίας καὶ ἀμώμου κολυμβήθρας. Καὶ πῶς, ἄκουε. Ὅτε γὰρ βρέφος ὢν ἐβαπτίζετο ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ ποιμένος ἡμῶν Γερμανοῦ εἰς τὸν B
ναὸν τῆς ἁγίας Σοφίας· τῷ φωνῆσαι τὸν πατριάρχην, « Βαπτίζεται ὁ δεῖνα, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, » παρ' αὐτὰ ὁ τῆς Ἐκκλησίας δυσειδὴς ἐχθρὸς καὶ ἀλλότριος, τὴν κολυμβήθραν ὅλην ἠχρείωσε, καὶ ἐξεπλήρωσε πάντας τοὺς παρατυγχάνοντας τῆς δυσωδίας τούτου ἐκ τῶν μιαρῶν αὐτοῦ ἐγκάτων· ὥστε φωνῆσαι τὸν ἱεροφάντην Γερμανόν· « Οὗτος φανήσεται τῇ Ἐκκλησίᾳ δυσωδία μεγάλη. » Ὁρᾶτε πρῶτον τῆς αὐτοῦ κακίας ἔργον· βλέπετε ποίαν παρανομίαν ἐποίησε καὶ ἐτεκτόνευσεν. Ἴδετε οἷα σκάνδαλα ὁ τῆς αἱρέσεως πρώταρχος ἐκαινούργησε· θεωρεῖτε σκοτεινῆς αὐτοῦ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τὴν ἀπώλειαν.

20. Is cum male vitam abrupisset, statim prodiit exsecrandum ipsius germen, ejusque malitiæ duplo effectus hæres, Constantinus ille, qui ab ipsis cunis, ab ipsa sacra et intaminata piscina, Christianam pietatem ac fidem abdicavit. Cum enim adhuc infans in sanctæ Sophiæ templo a pontifice et pastore nostro Germano baptizaretur, dum interim clamat patriarcha: « Baptizatur talis, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti; » statim turpis ille Ecclesiæ hostis, atque ab ea alienus, piscinam totam fœdavit, omnesque qui aderant, impuri alvi sui excrementorum fetore implevit: ita ut sacrorum antistes ac vates Germanus exclamaverit: « Hic erit magnus Ecclesiæ fetor. » Videtis primum ejus malitiæ facinus; cernitis quale scelus admisit operatusque est. Modo cernite qualia scandala hæresis princeps novator invexit. Intuemini caliginosæ ejus animæ corporisque interitionem.

κα'. Μετὰ γὰρ τὸ κρατῆσαι αὐτὸν τὸ κράτος τῆς C
βασιλείας, ἡ αὐθάδεια αὐτοῦ πᾶσι πρόδηλος ἐφάνη· πρόγραμμα γὰρ ἐξέπεμψε κατὰ πᾶσαν ἐξαρχίαν τὴν ὑπὸ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, πάντας ὑπογράψαι καὶ ὀμνύναι τοῦ ἀθετῆσαι τὴν προσκύνησιν τῶν σεπτῶν εἰκόνων· καὶ καθάπερ ἡμεῖς, ὦ φίλοι, σήμερον λέγομεν· Ἀπέλθωμεν εἰς τὴν παναγίαν Θεοτόκον τοῦ προσεύξασθαι· εἴτε εἰς τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· εἴτε εἰς τοὺς ἁγίους τεσσαράκοντα μάρτυρας· εἴτε εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον· τοῦτο ὁ δόλιος οὐδὲ τῇ ἀκοῇ ὑπεδέξατο, ἀλλὰ τὸ ἅγιον ἐκ τῶν ἁγίων ἀποβαλλόμενος, τὴν παναγίαν Θεοτόκον ὠνόμαζε[l], μετὰ θάνατον αὐτὴν βοηθεῖν μὴ δυναμένην· καὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, καὶ πάντας τοὺς μακαρίους μάρτυρας, πρεσβείαν μὴ κεκτημένους, μόνους ἑαυτοὺς ὠφελήσαντας διὰ τὰ πάθη, D
ἅπερ ὑπέστησαν, καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐκ τῆς κολάσεως διασώσαντας· ἐπεὶ τοὺς προσκαλουμένους αὐτοὺς ἢ προστρέχοντας, μηδὲν ὠφελοῦντας. Ὢ

21. Postquam enim imperium capessivit, ejus statim temeritas omnibus palam innotuit. Quippe edictum misit in provincias omnes ditioni suæ subjectas, jubens ut omnes subscriberent, seque ad abolendam venerandarum imaginum adorationem sacramento astringerent. Ac sicut nos hodie, charissimi, dicimus: Eamus ad sanctissimam Dei Genitricem, sive ad sanctos apostolos, vel ad sanctos quadraginta martyres, aut ad sanctum protomartyrem Stephanum; hoc vafer ille ne quidem audire sustinuit: qui *sancti* nuncupatione sanctis adempta, sanctissimam Dei Genitricem dicebat auxilio post obitum suum nemini esse posse: sanctos item apostolos, omnesque beatos
626 martyres eos non esse qui intercedere valeant, ceu qui per cruciatus quos tolerabant, sibi duntaxat profuerint, ut suas ipsorum animas a suppliciis liberarent: ac subinde nihil juvaminis illis accidere a quibus invocantur, vel qui ad ipsos

## VARIÆ LECTIONES.

[k] Quid si ἐνοδύνως, vel οὐκ ἀνοδύνως, ut legendum arbitratur Combefisius, velut Paulus aiebat, *filioli quos iterum parturio?* [l] Littera subobscurior, qua saltem significatur Copronymum prohibuisse ne vel Deipara, vel apostoli, vel martyres *sancti* nuncuparentur, neve ullo pacto fideles eos invocarent. Primum testatum habemus a sancto Stephano Jun. mart. in ipsius Vita: *Quinam ergo,* aiebat, *vestra synodus sancta appellabitur?* Οὐχὶ ἐκ πάντων ἁγίων, δικαίων, ἀποστόλων καὶ μαρτύρων τὸ ἅγιον ὑμεῖς ἐξεποιήσασθε καὶ ἐδογματίσατε λέγοντες· Ποῦ πορεύῃ; εἰς τοὺς Ἀποστόλους. Πόθεν ἥκεις; ἐκ τῶν Τεσσαράκοντα Μαρτύρων· ποῦ δὲ καὶ εἰς; εἰς τὸν Μάρτυρα Ἀκάκιον, καὶ τοὺς κατ' αὐτούς· *Annon ex omnibus sanctis, justis, apostolis, et martyribus, sancti vocabulum expunxistis, et dogma condidistis dicendo: Quo vadis? ad apostolos. Unde venis? ex Quadraginta martyribus. Quo vero? ad martyrem Theodorum; ad martyrem Acacium, et similes.* Sic exempla locorum regiæ urbis utrinque homines indicant neutiquam extraneos: id quod tandem vidit Combefisius. Secundum Copronymianæ impietatis caput videsis apud Theophanem, p. 370.

accurrunt. O impuram linguam, ad malum exacutam! o scelestum os, quod blasphemiam in sanctos loquitur! Nisi post mortem Dei genitrix auxiliari nobis possit; quæ nobis altera protectio et subsidium erit? Quis Christianorum gentis fit adjutor, qui illis opem ferat? Nam si quempiam matrem alicujus habere advocatam contingat, hanc omni modestia, atque honore colit; nec ejus intercessione spretim habita verus sincerusque filius supplices pro gentili, famulo aut amico offerentem inexauditam repulerit: quam velim ea quæ universo sublimior hominum genere est, ipsisque supernis spiritibus, quæ corporis spiritusque castitate talis tantique Filii mater effecta est, apud ipsum quem de se incarnatum genuit, intercessionis fiduciam non sit habitura? Etenim incomparabili et incomprehensa potestate pollet; cujus testes illi sunt, qui ad ejus protectionem confugiunt, et quam in calamitatibus ægritudinibusque quotidianis prompta sit nobis ad curam et auxilium impendendum.

A μιαρὰ γλῶσσα εἰς τὸ κακὸν ἠκονημένη! Ὦ μιαρὸν στόμα κατὰ τῶν ἁγίων λαλῆσαν βλασφημίαν! Εἰ ἡ Θεοτόκος μετὰ θάνατον βοηθεῖν οὐ δύναται, καὶ τίς ἄλλη προστασία ἡμῶν, καὶ βοηθὸς, καὶ ἐπίκουρος τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν καθέστηκεν; Εἰ γάρ τις τῶν ἀνθρώπων μητέρα τινὸς κτησάμενος μεσίτιν, ταύτην θεραπεύει δι' ἐπιεικείας καὶ τιμῆς, καὶ εὐχὰς ἱκετηρίους ποιούσης αὐτῆς ὑπὲρ ὁμοφύλου, οἰκέτου ἢ φίλου, οὐκ ἂν αὐτῆς ὁ γνήσιος υἱὸς παρακούσῃ τῆς δεήσεως καὶ τῆς πρεσβείας. Ἡ ὑπερτέρα παντὸς τοῦ γένους καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων, ἁγνή τε σώματι καὶ πνεύματι, τοιούτου υἱοῦ μήτηρ γενησαμένη[a], πόσην πρεσβείαν καὶ παῤῥησίαν πρὸς τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα κέκτηται; Καὶ γὰρ ἀσύγκριτον καὶ ἀκατάληπτον ἔχει τὸ δύνασθαι· καὶ μαρτυ- B ροῦσιν οἱ προστρέχοντες πρὸς[b] τὴν σκέπην αὐτῆς, καὶ πῶς εὐθὺς ἐπίκουρος καὶ βοήθεια ἡμῶν καθεκάστην ταῖ συμφοραῖς καὶ ταῖς ἀῤῥωστίαις καθέστηκε.

22. Deinde vero, qui non eum pudet in apostolos et martyres nulla verecundia blasphemare? Si enim aliquis virum sincera sibi junctum amicitia habeat, qui se sæpius pro ipso morti objecerit, tanta profecto illi necessitudine et dilectione devincitur, ut ab eo neque diebus, neque noctibus avelli patiatur; quin præ liberis, aut etiam uxore, omnive pretiosissimo pignore hunc charum habet: nosque cum simus mali, bona quædam retribuere illis contendimus a quibus diligimur: quanto magis Christus cujus viscera misericordiæ plena sunt, quique bonorum est amans, qui in Evangeliis palam clamat: « Vos amici mei estis[24]; » et rursum: « Vado vobis parare locum, et iterum veniam et accipiam vos ad meipsum[25]; » qui etiam alia voce per Prophetam declarat: « Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes[26]. » Quod si illos deos nominat propter amoris sinceritatem et necessitudinem, potiori jure post mortem habent ut summa fiducia et libertate intercedant. Annon illi sunt quibus liber accessus patet? nonne quorum est post mortem gloria? nonne firma fides apud ipsos fuit? Quinam intercessores ad Deum illos non habeamus qui talia gesserunt, hisque muneribus egregie perfuncti sunt? Quidni supplicationes eorum nobis præsidio sint? Quot barbaros hostes sua ex quo mortem obierunt ope, qua averterunt, qua deleverunt? Quot mortiferas calamitates inspectione sua in contrarium mutarunt? Quam multis hactenus ex periculis supplicationibus eorum sumus liberati? Annon oportet tot tantosque patronos ac defensores nostros expressa per imagines similitudine repræsentare, singulisque diebus honorare et pro-

κβ'. Πάλιν δὲ ὁ τοὺς ἀποστόλους καὶ μάρτυρας ἀναιδῶς βλασφημῶν, πῶς οὐκ αἰσχύνεται; Εἰ γάρ τις φίλον γνήσιον ἔχων, πολλάκις ὑπὲρ αὐτοῦ παθεῖν καταδεξάμενον, [καὶ] τοιαύτην φιλίαν καὶ ἀγάπην κέκτηται, ὡς οὔτε ἐν ἡμέρᾳ, οὔτε ἐν νυκτὶ θέλειν χωρίζεσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ τέκνων καὶ γυναικὸς καὶ παντὸς τιμιωτάτου κτήματος αὐτὸν κεχρηματικέναι· καίπερ ἡμεῖς πονηροὶ ὄντες, φιλονεικοῦ- C μεν ἀγαθοῖς τισιν ἀνταμείβεσθαι τοῖς ἀγαπῶσιν ἡμᾶς, πόσῳ μᾶλλον ὁ εὔσπλαγχνος καὶ φιλάγαθος Χριστὸς, ὁ ἐν Εὐαγγελίοις ἀναφανδὸν βοῶν· « Ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε; » Καὶ πάλιν, « Πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν, καὶ πάλιν ἔρχομαι καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. » Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ διὰ τοῦ Προφήτου βοῶντος, « Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. » Εἰ δὲ θεοὺς αὐτοὺς ὀνομάζει διὰ τὴν τῆς ἀγάπης γνησιότητα, καὶ τὴν οἰκειότητα, πόσῳ μᾶλλον μετὰ θάνατον παῤῥησίαν καὶ πρεσβείαν κέκτηνται; Οὐχὶ τούτων ἡ παῤῥησία; οὐχὶ αὐτῶν ἡ μετὰ θάνατον δόξα; οὐχὶ αὐτῶν ἡ βεβαία πίστις; πῶς τοὺς τὰ τοιαῦτα πράξαντας καὶ κατορθώσαντας μὴ ἔχωμεν πρεσβευτάς; πῶς τὰς τούτων ἱκεσίας μὴ κτησώμεθα φρουρεῖον; πόσους D πολέμους βαρβάρων δι' ἐπιστασίας μετὰ θάνατον, οὓς μὲν ἀπέτρεψαν, οὓς δὲ ἀνήλωσαν; Πόσας θανατικὰς ἡμῶν συμφορὰς δι' ὀπτασίας αὐτῶν μετέβαλον; Πόσων κινδύνων ταῖς παρακλήσεσιν αὐτῶν ἀπηλλάγημεν μέχρι τοῦ νῦν; Τοὺς τοιούτους καὶ τηλικούτους ἡμῶν προστάτας καὶ ὑπερασπιστὰς, οὐ χρὴ αὐτοὺς διὰ εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως καὶ ἱστορεῖν, καὶ καθεκάστην ἡμᾶς τιμᾷν[c] καὶ προσπίπτειν, καὶ ἐκ τῆς ὑλικῆς ταύτης ἱστορίας ἐπὶ τὸ πρωτότυπον τὴν τιμὴν ἀνάγειν; Καὶ οὓς σαρκικῶς οὐχ

[24] Joan. xv, 15. [25] Joan. xiv, 2. [26] Psal. lxxxi, 2; Joan. x, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Bodl. γενομένη. [b] Bodl. νῦν. [c] Bodl. ὁρᾶν.

ὁρῶμεν διὰ τὴν περίοδον τοῦ χρόνου, τούτους πνευ- A ματικῶς ἀσπαζόμεθα καὶ παρακαλοῦμεν· οὐχ ὡς θανόντας, ἀλλ' ὡς ζῶντας τῷ Θεῷ.

κγ'. Τούτων, εἰπέ μοι, τῆς καθαιρέσεως καὶ τῆς σκαιωρίας τίς ὑπάρχει αἴτιος; Οὐχὶ ἄλλος, εἰ μὴ ὁ ἐναρξάμενος δολίως τῆς αἱρέσεως ταύτης ἄρχων, καὶ κεκτημένος κοῦφον τὸν νοῦν καὶ τὴν φρένα. Εἰ γὰρ ἐκράτησε τῆς Ἐκκλησίας, ὥσπερ εἶδε, καὶ ὡς κατεῖχον οἱ πρώην βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, οὐκ ἂν ἐμελέτησε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, οὐδὲ ἐξηρεύξατο τὸ ἐμβρόντητον αὐτοῦ στόμα λόγον κατὰ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ γὰρ ὁ δράκων, ὁ ὑψηλὸν ἔχων φρόνημα, νῦν καταβέβληται ὡς ἀνδράποδον· καὶ ὁ τὸν νοῦν εἰς τὸ βάθος τῆς Γραφῆς καταγαγὼν, νῦν ὑπὸ τοῦ βύθου B τῆς ἀσεβείας καταπνίγεται· καὶ ὁ τῶν πρώτων βασιλέων σοφώτερος δοκῶν ἔσεσθαι, νῦν ὡς μὴ γινώσκων, ὥς τις εἴη, καὶ πῶς [p],... τοιοῦτον ἐτύφλωσεν αὐτὸν ὁ δόλιος, ὁ καὶ τοῦ Ἀδὰμ ἐπίβουλος γενόμενος. Ὡς γὰρ τῷ Ἀδὰμ εἶπεν· « Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φαγῆς ἐκ τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου, γενήσῃ Θεὸς, καὶ ἔσῃ γινώσκων καλὸν καὶ πονηρόν· » τοιοῦτον καὶ τοῦτον τὸν εὐχέτην αὐτοῦ ἀπεπλάνησε, νοητῶς καὶ αἰσθητῶς· εἰπών· Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ καταστρέψῃς τῶν εἰκόνων τὴν προσκύνησιν, ἔσῃ μακάριος, καὶ παρὰ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς ἐχέφρων καὶ πολυετὴς ἀναδειχθήσῃ. Διό [q] καὶ οἱ τούτου τῆς φύσεως, ἄλλο οὐδὲν παῤῥησιάζονται, εἰ μὴ τοῦτο, λέγοντες, ὅτι πολὺν χρόνον τῆς βασιλείας κεκράτηκε· καὶ οὐ γινώσκουσιν οἱ θεοστυγεῖς ὅπερ λέγουσι· καὶ C γὰρ ὁ διάβολος ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκληται, καὶ τοὺς ποιοῦντας αὐτοῦ τὸ θέλημα ἐνταῦθα ἀποδίδωσι.

κδ'. Καὶ γὰρ τοῦ Χριστιανισμοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκτητο οὗτος ὁ δόλιος ἀνὴρ καὶ τῆς βασιλείας ἀνάξιος, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσῄει, ὡς δοκῶν πρόβατον αὐτῆς ἐσόμενον, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ εἰ καὶ ἀναξίως πέπωκε, καὶ τοῦ σώματος ἀχράντου ἔφαγε. Διὸ ὡς ἀγαθόν τι κτισομένου [r], ἐκ τούτου τὴν μετάνοιαν ὁ φιλάνθρωπος ἀπεξεδέχετο· καὶ ὡς ἔφην ἔγωγε, τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ ζητῶν ὁ Σωτὴρ, τοῦ κόσμου Κύριος, καὶ τῶν χρόνων τὸ μῆ- D κος ἔδωκεν· ἵνα ἐὰν ἐπ' ἀγαθοῖς ἀναστραφῇ, σωθῇ διὰ τῆς ἀγαθῆς αὐτοῦ προαιρέσεως. Εἰ δὲ οὐ μεταμεληθῇ, μηδὲν αὐτὸν ἐκεῖθεν κατεσχηκέναι [s], εἰ μὴ τῆς κακίας αὐτοῦ καὶ αἱρέσεως τὰ ἔπαθλα, ἅπερ [t] οἱ ὁμόπιστοι καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀλλότριοι κληρονομήσουσιν· ἤγουν τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀκοίμητον, καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

κε'. Ἐγὼ δὲ παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ἵνα πᾶς ὁ

cidendo revereri, quo per materialem istiusmodi repræsentationem ad ipsummet exemplar primigenium honorem referamus? Quos carnalibus oculis propter temporis circumstantiam non cernimus, hos spiritu salutamus et obsecramus; non uti mortuos, sed ut qui modo vivant Deo.

627 23. Quisnam, rogo, auctor earum aversionis est tantæque malitiæ? Plane nemo alius præter illum principem, qui hæresim hanc malo dolo incepit, homo utique levi animo ac ingenio. Si enim Ecclesiam, qualem eam viderat tenuisset, utque decessores sui imperatores ac pontifices eam continuerant, haudquaquam adversus Deum injustitiam meditatus esset, nec stultum os ipsius sermonem eructasset adversus Ecclesiam. Quippe nunc draco ille superbi sensus tanquam vile mancipium dejectus est, et qui mentem in Scripturæ profundum demiserat, in imo nunc impietatis gurgite suffocatur: qui demumque decessores imperatores sapientia superaturus sibi videbatur, nunc velut nesciens quisnam fuerit, aut quomodo....... Sic eum versutus ille obcæcavit, qui et Adamo insidias olim struxerat. Quemadmodum enim Adamo dixit: « In quacunque autem hora comederis de ligno vetito, fies sicut Deus, et eris cognoscens bonum et malum [27]; » ita et hunc clientem suum eodem modo decepit, intus animo, voceque sensibili ad eum dicens: In quacunque autem die imaginum adorationem sustuleris, beatus eris, omnesque reges terræ prudentia et annorum diuturnitate superabis...... Neque aliud ejusdem cum eo ingenii homines audacter objiciunt, nisi quod is diu imperio potitus sit: nesciunt vero quid loquantur, homines Deo invisi. Nam et diabolus mundi hujus princeps appellatus est [28], atque in hac vita illos remuneratur qui voluntatem ipsius fecerint.

24. Enimvero vafer hic homo et imperio indignus, Christiani cognomen gerebat, et in Ecclesiam ingressus ac si ejus ovis fore videretur, Christi sanguinem indigne biberat, intemeratumque illud corpus comederat. Quamobrem clemens Dominus pœnitentiam ejus præstolabatur, velut inde boni aliquid edendum esset, atque, ut dicebam, Salvator mundi Dominus salutem ejus quærens, longos etiam annos ei concessit, ut siquidem in bonam frugem converteretur, bona voluntate sua salutem obtineret: sin agere pœnitentiam nollet, nihil exinde consequeretur præter nequitiæ suæ hæresisque præmia, quæ ejusdem fidei consortibus perindeque ab Ecclesia separatis reposita sunt: nempe ignem inexstinguibilem, et vermem qui non dormit, ac tenebras exteriores, et quæ his similia sunt.

25 Obsecro autem vos, dilectissimi, ac si quis-

[27] Gen. III, 5. [28] Joan. XIV, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[p] Bodl. ἢ πῶς πίστευε γέγονε. Sorb. ἢ πῶς ἐτελεύτησε in marg. [q] Sic Bodl. Deerat in Regio. Mox pro φύσεως, legitur φρονήσεως. [r] Sorb. κτησόμεν· forte κτησόμενος. [s] Bodl. κεχρεωστηκέναι. [t] Bodl. κέρδη, ἅπερ.

quis simili errore obsecratus est, resipiscat tandem, et mentem expurget. Cum enim diabolus molitur hominem perdere, animam pariter ac mentem ejus excæcat ne cognoscat bonum. Nos vero scrutemur Scripturas et traditiones Patrum, et eos imitemur ut, sicut invenimus Ecclesiam ex quo Christus ad nos descendit, ita quoque eam conservemus, ita et contradamus, nec a Patribus nostris nos ipsi separemus, alia quidem legentes, alia autem intelligentes. Ne nos futura alia generatio anathemate merito percellat, et effodiat, tanquam **628** Ecclesiæ statutis ac legibus contraria sentientes. Nihil nos plane ipsi fines terræ juvabunt. Deum precor et enixe rogo, quanquam peccator sum cœloque ac terra indignus, ut partem mihi inter Patres illos, qui septingentis abhinc annis claruerunt, sexque sanctis et œcumenicis synodis adfuerunt, non cum acephala illa, concedere dignetur. Ne, quæso, usque ad divitias, usque ad voluptatem, usque ad inanem gloriam, sed ad sanguinis usque effusionem confessionis nostræ bonum firmumque fundamentum immotum teneamus, ut et nos audire mereamur: « Fides vestra vos salvos fecit: ite in pace [39]. » Quam utinam consequamur omnes, gratia et humanitate Dei nostri Jesu Christi, cum quo gloria, honor, adoratio, Patri et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A τετυφλωμένος τῇ ἀπάτῃ ταύτῃ, ἀνανήψῃ, καὶ τὸν νοῦν ἐγκαθάρῃ [a]. Ὁ γὰρ διάβολος ὅταν θέλῃ ἄνθρωπον ἀπολέσαι, τυφλοῖ αὐτοῦ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν, εἰς τὸ μὴ διαγινώσκειν τὸ ἀγαθόν. Ἡμεῖς δὲ ἐρευνήσωμεν τὰς Γραφὰς καὶ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ τούτους μιμησώμεθα· καὶ ὡς ηὕραμεν τὴν Ἐκκλησίαν ἀπὸ Χριστοῦ καταβάσεως, οὕτως αὐτὴν καὶ παραφυλάξωμεν, οὕτως αὐτὴν παραδώσωμεν, καὶ μὴ χωρίσωμεν ἑαυτοὺς τῶν Πατέρων ἡμῶν, ἄλλα μὲν ἀναγινώσκοντες, καὶ ἄλλα νοοῦντες, μή πως ἐλθοῦσα ἑτέρα γενεὰ, μέλλῃ ἡμᾶς ἀναθεματίζειν, καὶ ἀνασκάπτειν, ὡς παρὰ τῆς Ἐκκλησίας τοὺς τύπους καὶ τοὺς νόμους φρονοῦντας. Καὶ ὄντως ἡμᾶς οὐδὲν ὠφελήσουσι τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ἐγὼ εὔχομαι καὶ παρακαλῶ τὸν Θεὸν, ἵνα εἰ καὶ ἀνάξιός εἰμι τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς B γῆς, καταξιώσῃ με μετὰ τοὺς Πατέρας τῶν ἑπτακοσίων ἐτῶν, καὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ϛʹ συνόδων ἔχειν μέρος, καὶ μὴ μετὰ τῆς ἀκεφάλης. Μὴ μέχρι πλούτου καὶ μέχρι τρυφῆς καὶ μέχρι δόξης κενῆς, ἀλλὰ καὶ μέχρι ἐκχύσεως αἵματος τῆς ὁμολογίας ἡμῶν τὴν καλὴν καὶ βεβαίαν κρηπῖδα ἀκράδαντον κατέχωμεν, ἵνα ἀκούσωμεν καὶ ἡμεῖς, « Ἡ πίστις ὑμῶν σέσωκεν ὑμᾶς· πορεύεσθε εἰς εἰρήνην. » Ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα, τιμὴ, προσκύνησις τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[39] Luc. VII, 50.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Bodl. ἀνακαθάρῃ.

## 628 IN EPISTOLAM AD THEOPHILUM IMPERATOREM ADMONITIO.

Epistolam quæ sequitur, ad Theophilum imperatorem, Combefisius jam antehac edidit in *Manipulo rerum Constantinopolitanarum*, ex Regio cod. 2503, acceptam, Joanni vero Damasceno non esse adjudicandam agnovit, tum propter stylum, tum propter temporum rationem, nec non ob decernendi auctoritatem, quam initium et finis ostentant. Nec male rursum affirmavit vir eruditissimus, eam ipsam esse quam trium Orientis patriarcharum nomine scriptam fuisse Constantinus Porphyrogennetus dicit in oratione de Christi imagine Edessena, cujus verba hic attinet recitare. Postquam enim retulit quod Edessæ in obsidione Persica acciderat, nimirum explicata supra muros Domini effigie, Persas a strue lignorum, quam ipsi circa urbem paraverant, eodem modo fuisse combustos, quo Chaldæi olim qui fornacem Babylonicam incenderant (quæ quidem infra legeris n. 51), subjungit: Ταῦτα οὐκ ἀμάρτυρός ἐστιν ὁ λόγος εἰς ἡδονὴν ἀκοῆς, ἢ πρὸς ἀπάτην παρ' ἡμῖν συμπλασθεὶς, ἀλλὰ τρεῖς ὁμοῦ πατριάρχαι, Ἰὼβ Ἀλεξανδρείας, Χριστοφόρος Ἀντιοχείας, καὶ Βασίλειος Ἱεροσολύμων ἀνέγραψαν, καὶ οὕτως ἔχειν ταῦτα ἐγνώρισαν, Θεοφίλῳ γράψαντες τῷ βασιλεῖ τὰς ἱερὰς εἰκόνας [illegible], ὅτε διὰ πολλῶν ἀποδεικνύοντες τὸ τῶν θείων εἰκόνων ἱερὸν καὶ σεβάσμιον, καὶ περὶ τούτου διέλαβον· καὶ ἔξεστι βουλομένῳ τὴν πολύστιχον ἐκείνην ἐπιστολὴν ἀναλέξασθαι· *Non hæc mulcendi aures aut fucum faciendi causa nullo teste conficta a nobis narratio est: sed tres simul patriarchæ Job Alexandrinus, Christophorus Antiochenus, et Basilius Hierosolymitanus, scripserunt, sicque rem se habere palam fecerunt, data ad Theophilum imperatorem, qui violator esset imaginum, epistola: quando nempe longa dissertatione divinas esse imagines et venerandas astruendo, hoc etiam delibarunt. Atque prolixam epistolam illam legere possit, cui lubuerit.* Cæterum non una convenisse patriarchas Orientis existimavit Combefisius ut epistolam hanc scriberent, sed in una primum diœcesi, et ab uno patriarcharum editam aliisque probatam, communi calculo, exque omnium mente ad Theophilum missam esse. Quanquam ex orationis serie videri forsan possit, unumquemque symbolam suam ad eam condendam contulisse, propter varias quæ in ea leguntur narrationes a tribus illis, sive Ecclesiis, sive diœcesibus, acceptas, quarum tamen

fides sit apud primitivos auctores. Scripserunt porro ii antistites, inquit alibi Combefisius, non per Theodorum et Theophanem, quasi illi primum sub Theophilo in urbem venerint, quod quidam opinati sunt, refelluntur que ex ejus Vita et Theodori epistola de suo et fratris certamine : sed longe postea, cum illi annos plures sub tribus quatuorve imperatoribus in Græcia vixissent, aliaque jam certamina desudassent.

---

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

### *ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΘΕΟΦΙΛΟΝ*

## ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΣΕΠΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

# SANCTI JOANNIS DAMASCENI

### *EPISTOLA AD THEOPHILUM IMP.*

## DE SANCTIS ET VENERANDIS IMAGINIBUS.

α'. Ἐπεὶ τοιγαροῦν κατὰ τὴν θεόλεκτον φωνὴν τὴν A φάσκουσαν, « Ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Καὶ πάλιν· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων δὲ κρατῆτε, κεκράτηνται. » Καὶ πάλιν· « Καθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. » Καὶ αὖθις· « Ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ, φησὶν ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ· ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σύ, Πατήρ, ἐν ἐμοί, B κἀγὼ ἐν σοί. Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσι τετελεσμένοι εἰς ἕν, καὶ ἵνα γνῷ ὁ κόσμος, ὅτι ἠγάπησας αὐτούς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας· καὶ ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν, ἣν δέδωκάς μοι. » Καὶ ὁ θεσπέσιος ἀπόστολος Πέτρος φησί· « Δοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῖς, ὡς καὶ ἡμῖν, » καὶ τὴν ἴσην δωρεὰν δέδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς ἔθνεσι, καθὼς καὶ ἐλάλουν γλώσσαις, καὶ προεφήτευον. Καὶ πάλιν ὁ μέγας Παῦλος, καὶ κῆρυξ τῆς οἰκουμένης καὶ διδάσκαλος, φησίν, ὅτι « Ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους. » Τοίνυν τῷ ὅρῳ καὶ κανόνι ἑπόμενοι τῶν θεσπεσίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων, ἐν τῇ μεγάλῃ C τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ἔνθα ὁμοφρόνως καὶ ὁμογνωμό-

629 1. Quandoquidem igitur secundum divinam vocem quæ ait : « Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cœlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum [1]. » Et iterum : « Accipite Spiritum sanctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis ; et quorum retinueritis, retenta sunt [2]. » Rursumque : « Sedebitis super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel [3]. » Et iterum : « Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlo ; et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo [4]. » Alio demum in loco : « Non pro eis autem rogo tantum, dicit Dominus, sed et pro iis qui credituri sunt per verbum eorum in me : ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint consummati in unum, et ut cognoscat mundus quia dilexisti eos, sicut et me dilexisti, et ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi [5]. » Divinus quoque Petrus apostolus ait : « Dans Spiritum sanctum illis, sicut et nobis [6], » ut par donum gentibus tribuerit Deus ; quemadmodum et linguis loquebantur et prophetabant. Rursusque magnus Paulus orbis prædicator et magister : « Posuit Deus in Ecclesia, inquit, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores [7]. » Quapropter divinorum apostolorum sanctorumque ac beatorum Patrum definitionem et regulam sequentes, in magna Dei Ecclesia, ubi concordi parique sensu atque

[1] Matth. XVIII, 19, 20. [2] Joan. XX, 22, 23. [3] Matth. XIX, 28. [4] Matth. XVIII, 18. [5] Joan. XVII, 20-24. [6] Act. XV, 18. [7] Ephes. IV, 11.

sententia fixa decisio fit, agiturque sonus epulantium in voce exsultationis et confessionis [8], eadem tenentes rectæ fidei symbola, claves scilicet religiosæ et sinceræ doctrinæ, hæc subscribimus.

2. In sanctam, consubstantialemque, ac vivificam Trinitatem credentes, Dei Verbi in carne dispensationem confitemur, necnon sanctas universales synodos: sic et venerandas imagines pari atque vivificæ crucis figuram et divina Evangelia religione et cultu amplectimur. Qui non ita sentiunt, hi sint anathema. Qui non ita credunt, procul ab Ecclesia exagitentur. Fides hæc orbem illuminavit. Quamobrem qui aliter sentire præsumpserint, autve ecclesiasticarum sanctionum aut traditionum aliquid evertere tentarint, hos anathematizamus et reprobamus. Nihil enim in Ecclesia catholica obliquum aut distortum est. « Omnia quippe facilia sunt intelligentibus, et recta invenientibus scientiam [9]. » Nam, ut divina eloquia
630 habent: « Tota pulchra est, et macula non est in ea [10]. »

3. Atque is quidem qui Christianissimi imperii primus fundamentum posuit, ille inter imperatores apostolus Christi, magnus et justus Constantinus, qui ob innumera facinora quæ nulla non laude digna fuerunt, bene de Ecclesia meritus est, quique Arianicæ impietatis turrim labyrinthi instar anfractibus perplexam difficilisque exitus, solo æquavit, prælucentemque igneis fulgoribus columnam, supersubstantialis ac vivificæ Trinitatis consubstantialis notitiam, orbis finibus accendit; prima eximiaque ac singularis erga Christum verum Deum nostrum pietatis victima, imperatorium reipublicæ numisma nota hac insignivit. Nempe quod in cœlo coruscum apparuit crucis Salvatoris signum, Christique Dei-hominis venerandam imaginem, una cum sua ipsius, cælato opere illi impressit, quo cœlestis Regis præ terreno majorem potentiam declararet, pacisque itidem fœdera et alta concordiæ commercia, cum jam unus grex unaque facta potestas esset, angelorum atque hominum. Simili porro ratione qua venerandam colendamque ejus in carne versantis erexit imaginem, orisque intemerati linteamenta omnia quibus visus est in terris perfectus homo ex intacta Dei Genitrice Maria, et cum hominibus est conversatus [11]; eam corporis formam repræsentans, quam beati ac divini apostoli Ecclesiæ catholicæ tradiderunt. Quin et pictis delineationibus, tessellatoque ac musivo opere illam exornavit, Christi Dei-hominis dedicata figura, juxta atque divino afflante Spiritu

A νως ὁ ὅρος καὶ ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως γίνεται, τὰ αὐτὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως σύμβολα, τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων δογμάτων τὰς κλεῖς κατέχοντες, τοιαῦτα ὑπεγράφομεν.

β'. Πιστεύοντες εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν Τριάδα, ὁμολογοῦμεν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς συνόδους· ὡσαύτως καὶ τὰς τιμίας εἰκόνας ἀσπαζόμεθα ἐπίσης τῷ τύπῳ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῶν θεολέκτων Εὐαγγελίων. Οἱ μὴ οὕτω φρονοῦντες, ἀνάθεμα ἔστωσαν· οἱ μὴ οὕτω πιστεύοντες, πόῤῥω τῆς Ἐκκλησίας ἐκδιωχθήτωσαν. Αὕτη ἡ πίστις τὴν οἰκουμένην ἐφώτισε. Τοὺς οὖν τολμῶντας ἑτέρως φρονεῖν, ἢ ἀνατρέπειν τι τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἢ παραδόσεων, τούτους ἀναθεματίζομεν καὶ ἀποβαλ-
B λόμεθα. Οὐδὲν γὰρ ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ σκολιὸν, ἢ στραγγαλιῶδες. « Πάντα γὰρ εὐθεῖα τοῖς νοοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. Ὅλη γὰρ καλὴ, ὡς εἴρηται, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ. »

γ'. Καὶ πρῶτος μὲν ὁ τὴν κρηπῖδα τῆς Χριστιανικωτάτης βασιλείας ταξάμενος, ὁ ἐν βασιλεῦσι τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος (1) Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ δίκαιος, καὶ τὰ μυρία ἀξιέπαινα κατορθώματα τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ βραβεύσας, τόν τε λαβυρίνθιον ἐκεῖνον καὶ δυσδιεξόδευτον τῆς θεομαχίας Ἀρειανικὸν πύργον εἰς γῆν καταῤῥάξας, ὡς στύλον πυρσοφανῆ τὴν γνῶσιν τῆς ὑπερουσίου καὶ ζωαρχι-
C κῆς ὁμοουσίου Τριάδος τοῖς πέρασιν ἐξέλαμψε. Πρώτιστον, καὶ ἐξαίρετον καλλιέρημα τῆς εἰς Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν Θεὸν εὐσεβείας, γνώρισμα ἐγχαράττει τῷ βασιλικῷ τῆς πολιτείας νομίσματι, τό τε οὐρανοφανὲς σημεῖον (2) τοῦ Σωτηρίου σταυροῦ, καὶ τὸν σεβάσμιον καὶ Θεανδρικὸν Χριστοῦ χαρακτῆρα ἐν αὐτῷ μετὰ τοῦ ἰδίου ἀνετυπώσατο, ἐνδεικνύντος τὴν τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως αὐθεντείαν πρὸς τὸν ἐπίγειον γεγονυῖαν, εἰρηνικάς τε σπονδὰς, καὶ βαθείας εἰρήνης συναλλάγματα, μιᾶς ποίμνης γινομένης, καὶ μιᾶς ἐξουσίας, ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων. Ὡσαύτως δὲ ἐνιδρῦσθαι καὶ ἀναστηλοῦσθαι τὸν σεβάσμιον καὶ σεπτὸν χαρακτῆρα τῆς ἐνσάρκου πολιτείας αὐτοῦ, τῆς τε ἀχράντου μορφῆς αὐτοῦ τὰ χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα, καθὸ ὠράθη ἐπὶ γῆς τέλειος
D ἄνθρωπος, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, ἐκ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας· ἐμφαίνοντος τὰ γνωρίσματα, καθὼς παρέδωκαν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ οἱ μακάριοι ἀπόστολοι· κατακοσμοῦντος αὐτὴν ζωγραφικαῖς ἱστορίαις καὶ μουσουργικοῖς ψηφίσιν, ἔκ τε τῆς τῶν θεοπαραδότων Εὐαγγελίων συγγραφῆς, τὸν θεανδρικὸν χαρακτῆρα τοῦ Χριστοῦ

[8] Psal. LI, 6. [9] Prov. VIII, 9. [10] Cant. IV, 4. [11] Baruch. III, 38.

NOTÆ.

(1) *Τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος*. Græci et Orientales Evangelii propagatores apostolos appellitant: in primis Constantinum sæpius in solenni officio quo memoriam ejus recolunt de 21 Maii, modo ἰσαπόστολον, modo ἀπόστολον dicunt. In tropario ante Matutinas, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀπόστολός σου. *Tuus Dominus, inter imperatores apostolus.*

(2) *Τό τε οὐρανοφανὲς σημεῖον*. Baronius ad ann. Chr. 325, n. 206, nummum repræsentat, in quo medio ventre transfixus draco, cum inscriptione SPES PUBLICA. Nullus vero exstat hodie qualem referunt hic ex Eusebio Orientales patriarchæ, *in quo pansis manibus precantis instar contueri cælum videretur.*

ἐγκαθιδρύοντος. Καὶ γὰρ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον μετὰ ὀκτὼ χρόνους τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως συνεγράφη· τὸ κατὰ Μάρκον μετὰ δέκα, τὸ κατὰ Λουκᾶν μετὰ ιε', τὸ κατὰ Ἰωάννην μετὰ λβ', ἐπὶ Δομετιανοῦ (3). Διὸ καὶ πρότερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνιστορεῖσθαι ἐνομοθέτησε, καὶ ταῦτα ἐν ζωγραφικοῖς χρώμασι διαχαράττων, τὴν Βηθλεὲμ γέννησιν, τὴν τῶν ποιμένων αὐτοψίαν, τὴν τῶν μάγων δωροφορίαν, τὸν τοῦ ἀστέρος δρόμον, τὴν τοῦ δικαίου Συμεὼν εἰσδοχὴν, τὴν ὑπὸ Ἰωάννου βάπτισιν, τὴν τῶν παραδόξων, καὶ θεϊκῶν θαυμάτων ἀνάδειξιν· τὰ ἑκούσια παθήματα, τὴν ὑπερφυῆ καὶ ζωηφόρον ἀνάστασιν, τὴν εἰς οὐρανὸν θεϊκὴν ἀνάληψιν, καὶ τὰ ἀκόλουθα τῶν ἀποστόλων τερατουργήματα. Τοῦτο γὰρ ὅρος καὶ λόγος τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδέδοται, ὅτιπερ ὁ Μονογενὴς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἄναρχος, ὁ ἀΐδιος, ὁ ἄϋλος, ὁ ἄποσος, ὁ ἄποιος, ὁ ἀπειρομεγέθης, ὁ ἀνέπαφος. ὁ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ὁ τὰς ἀγγελικὰς καὶ οὐρανίους ἀσωμάτους Δυνάμεις τῷ λόγῳ συστησάμενος· ὁ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ μετρήσας, τὴν δὲ γῆν κατέχων δρακὶ, καὶ τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ μετρήσας· ὁ χερσὶν ἀχράντοις τὸν ἄνθρωπον πλάσας, ἄνθρωπος ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως χρηματίσας, κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καθὸ ἄνθρωπος γέγονε, ζῶον λογικὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, τρίπηχυ ἴσως περιγραφῆς, καὶ σαρκὸς παχύτητι περιγραφόμενος τῇ καθ' ἡμᾶς ὁρωμένῃ, τῆς μητρῴας ἐμφερείας τὰ ἰδιώματα χαρακτηρίζων, καὶ τὴν τοῦ Ἀδαμιαίου μόρφωσιν ἐμφαίνων. Τοῦ χάριν χαρακτηριζόμενος, καθὼς οἱ ἀρχαῖοι ἱστορικοὶ διαγράφουσιν αὐτοῦ τὴν ἐκτύπωσιν, σύνοφρυν, εὐόφθαλμον, ἐπίῤῥινον, οὐλόθριξιν, ἐπίκυφον, εὔχρονον, γενειάδα μέλανα ἔχοντα, σιτόχρουν τῷ εἴδει κατὰ τὴν μητρῴαν ἐμφάνειαν· μακροδάκτυλον, εὔηφωνον, ἡδύλογον, πραότατον, ἥσυχον, μακρόθυμον, ἀνεξίκακον, καὶ τὰ παραπλήσια τῆς ἀρετῆς πλεονεκτήματα περιφέροντα, ἐν οἷσπερ ἰδιώμασιν ὁ θεανδρικὸς αὐτοῦ χαρακτηρίζεται λόγος, ἵνα μὴ τροπῆς ἀποσκίασμα, ἢ παραλλαγῆς ἀλλοίωσις ἐν τῇ θείᾳ τοῦ Λόγου ἐνανθρωπήσει φωραθείη, κατὰ τοὺς τῶν Μανιχαίων λήρους.

Δ'. Καὶ γὰρ ὁ θεσπέσιος ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς, τὸν θεῖον καὶ σεβάσμιον χαρακτῆρα τῆς πανayίου Θεομήτορος Μαρίας, ἔτι ἐν σαρκὶ αὐτῆς ζώσης ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς διατριβὰς ποιουμένης ἐν τῇ ἁγίᾳ Σιὼν, ζωγραφικαῖς τε μίξεσι τὴν τῆς πανάγνου στήλην ἐν πίναξι διεχάραξε, [καὶ] ὡς ἐν κατόπτρῳ τῇ μετέπειτα γενεᾷ ἐγκαταλελοιπώς. Καὶ ταύτην αὐτῇ ὑποδείξαντος, « Ἡ χάρις μου μετ' αὐτῆς ἔσται. » Καὶ ἕτερον δὲ παραδοξότερον· οἱ θεόπται κορυφαῖοι ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐν Λύδδῃ τῇ καλουμένῃ Διοσπόλει πρὸ μιλίων δεκαοκτὼ τῆς Ἱερουσαλὴμ, τὰς διατριβὰς ποιούμενοι, εὐκτή-

conscripta Evangelia significarant. Nam Matthæi Evangelium post annos octo a Christo in cœlum recepto exaratum est. Marci vero, post annos decem: Lucæ, post quindecim annos: Joannis denique, post triginta duos, imperatore Domitiano. Quocirca prius etiam in ecclesiis pingi sanxit, vivis coloribus exarando, nativitatem in Bethleem oppido, invisentes pastores, Magos munera offerentes, stellæ cursum, justum Simeonem suscipientem, Joannem baptizantem, inauditorum divinorumque miraculorum ostensionem, eximiam et vivificam resurrectionem, quæque deinceps patrata ab apostolis prodigia sunt. Hæc enim Ecclesiæ regula et traditio est, Unigenitum, Deique Verbum ac Deum nostrum, qui initii expers sempiternusque est, et a materia remotissimus, nulla distentus mole aut qualitate imbutus, infinitæ magnitudinis, qui tangi nequit, qui ex nihilo cuncta produxit, qui angelicas et incorporeas cœli virtutes sermone solo condidit, qui cœlum palmo metitur, ac terram manu continet, ac pugillo aquam claudit [11]; qui cum impollutis manibus formaverit hominem, homo ipse ex sancta Virgine ac Dei Genitrice Maria sine mutatione aut variatione factus, carni communicavit et sanguini, animal rationale, intelligentiæ **631** et scientiæ capax, trium forte cubitorum magnitudine, carnis crassitie circumscriptus, nostræ simili forma conspectum esse ac maternæ similitudinis proprietates exacteretulisse, Adamique formam exhibuisse. Quocirca depingi eum curavit, quali forma veteres historici descripsere; præstanti statura, confertis superciliis, venustis oculis, justo naso, crispa cæsarie, subcurvum, eleganti colore, nigra barba, triticei coloris vultu pro materna similitudine, longis digitis, voce sonora, suavi eloquio, blandissimum, quietum, longanimem, patientem, hisque affines virtutis dotes circumferentem, quibus in proprietatibus Dei virilis ejus ratio repræsentatur; ne qua mutationis obumbratio, aut diversitatis variatio in divina Verbi humanatione deprehenderetur, veluti Manichæi delirarunt.

4. Enimvero divinus Lucas apostolus et evangelista divinam ac venerabilem castissimæ Deimatris Mariæ Hierosolymis adhuc in carne viventis, et in sancta Sion morantis imaginem, temperatis coloribus in tabella expressit, posterisque velut in speculo contuendam reliquit. Quam cum ei ostendisset, ait illa: « Mea gratia hancce comitabitur. » Sed aliud quiddam est inauditum atque stupendum magis. Cum enim apostolorum principes Petrus et Joannes, qui Deum viderant, Lyddæ, quam Diospolim vocant Hierosolymisque octodecim milliaribus distat, morarentur, oratoria domo sub

[11] Isa. xl, 13.

## NOTÆ.

(3) Imo, sub Nerone: Apocalypsim vero scripsit sub Domitiano.

invocatione nominis matris Domini ac Deiparæ A ædificata, rogantibus illis ut ad templi nuncupationem veniret, respondit : « Ego quoque illic vobiscum adsum. » Ac sane divina quadam et invisibili virtute, figura illius vivaque effigies in una columnarum impressa fuit : veniensque Dei Mater ac suam contuita figuram, gaudio atque stupore plena etiam admirata est, quod ille qui ex se factus esset homo, maternam claritatem felicitatemque augeret, impertito cultu ac veneratione. Incolumis mansit hæc figura ad Julianum usque qui a Christiana religione descivit, quique ut sanctam effigiem aboleret, Hebræos quosdam statuarios submisit; qui quod in una e templi columnis imago erecta esset, omnemque staturam, purpuram et amictum intuentium oculis objiceret, ita B ut velut viventem et loquentem eam conspicerent, marmoraria arte effodere illam conati, splendidiorem adhuc nihilque variantem in columnæ profunditate repererunt, sed et plura alia signa et admiranda prodigia in sanctissimæ Deiparentis imagine facta sunt divina eadem virtute, qua fugantur dæmones, morbi curantur, leprosi mundantur, virtutes, languor omnis et infirmitas vigore restituto sanantur.

5. Quin et ipse omnium Salvator et Dominus, cum adhuc in terra ageret, sancti vultus sui expressam in texto lineo effigiem, Augaro cuidam magnæ Edessenorum civitatis regulo per Thaddæum apostolum misit. Divino namque sui vultus absterso sudore, cuncta illius lineamenta **632** in C linteo servavit. Quam effigiem præmagnifica celeberrimaque Edessenorum civitas ad hunc usque diem, haud secus atque sceptrum regium retinens, præclare gloriatur et exsultat; Christo nimirum vero Deo, qui hoc eam munere dotavit, signa prodigiaque in populo exhibente. Quo in genere cum aliquando [13] Persarum rex Cosroes incensa circa muros ejus ex lignis oleaginis pyra cuncta solo tenus in favillam et cineres redacturus esset, videns sanctissimus, qui tunc præerat metropolita, brevi fore, ut omnis populus ardentis pyræ incendio enecaretur, veneranda hac impressa a Deo sudarii elata sursum imagine circumit muros : mox divina vis quædam in venti turbine flatuque vehementiore egressa, in hostes pyram convertit, ac D pertranseundo, eos qui circum aderant, veluti quondam Chaldæos Assyrios combussit.

6. Quondam insuper, cum quis aspernantis supercilio in Salvatoris imaginem lapidem sustulisset, statim ex illius ore egressa columba, vicissim corvus intravit : plane in Spiritus sancti locum caliginoso tetroque recepto diabolo, et pro luce

ριον οἶκον ἐπ' ὀνόματι τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου καὶ Θεομήτορος οἰκοδομήσαντες, καὶ ταύτην παραγενέσθαι εἰς τὴν τοῦ ναοῦ ἐνθρονίασιν ἐκλιπαροῦντες, ἔφησε πρὸς αὐτούς· « Καὶ αὐτόθι μεθ' ὑμῶν εἰμι. » Καὶ δὴ θείᾳ τινὶ καὶ ἀοράτῳ ἐνεργείᾳ ὁ χαρακτὴρ αὐτῆς κίονι ἑνὶ ἐνίδρυστο· ἐν ᾧ καὶ αὐτὴ ἡ Θεομήτωρ παραγενομένη καὶ θεασαμένη τὸ ἴδιον ἐκτύπωμα, χαρᾶς τε καὶ θάμβης ἀναπλησθεῖσα, θαυμάσαι δὲ καὶ ἐκπλαγῆναι ἐπὶ τῇ τοῦ ἐξ αὐτῆς ἐνανθρωπήσαντος μητρικῇ εὐκλείᾳ καὶ εὐκληρίᾳ τὸ σέβας ἀπονείμαντος. Ὅνπερ χαρακτῆρα μέχρι Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου ἀποσωζόμενον, Ἑβραίους τινὰς ζωγράφους ἀποστείλας, καὶ διὰ τὸ, τὸ ἐκτύπωμα ἐφ' ἑνὶ τῶν κιόνων τοῦ ναοῦ καθιδρυμένον ὁρῶντες, ὅλην ἐκτετυπωμένην τὴν ἡλικίαν· ἥ τε πορφύρα καὶ ὁ B στολισμὸς, ὡς ἤδη ὁρῶσαν καὶ φθεγγομένην βλέποντες, μαρμαρικοῖς τεχνάσμασι ταύτην κατορύξαι πειρώμενοι, ἔτι μᾶλλον λαμπροτέραν καὶ ἀπαράλλακτον ἐν τῷ βάθει τοῦ κίονος ἐφεύρισκον. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ σημεῖα καὶ θαυμαστὰ τέρατα ἐν τῇ τῆς παναγίας Θεομήτορος εἰκόνι, τῇ αὐτῇ θείᾳ ἐνεργείᾳ διαδείκνυνται· δι' ἧς καὶ δαίμονες ἐλαύνονται, νόσοι θεραπεύονται, λεπροὶ καθαρίζονται, δυνάμεις ἐνεργοῦνται, πᾶσα μαλακία καὶ ἀσθένεια ῥώννυται.

ε'. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ἐπὶ γῆς ἔτι πολιτευόμενος, τὸ ἐκμαγεῖον τῆς ἁγίας μορφῆς αὐτοῦ ἐν σουδαρίῳ ἀπομαξάμενος, Αὐγάρῳ τινὶ τοπάρχῃ τῆς Ἐδεσσηνῶν μεγαλοπόλεως διὰ Θαδδαίου τοῦ θεσπεσίου ἀποστόλου (1) ἐκπέμψας, καὶ τὸν θεῖον C ἱδρῶτα τοῦ προσώπου ἐναπομάττεται, τὰ χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα αὐτοῦ ἀποσώζων ἐν τούτῳ. Ὅπερ ἐκμαγεῖον μέχρι τῆς σήμερον ἡ λαμπροτάτη καὶ μεγαλώνυμος τῶν Ἐδεσσηνῶν πόλις ὥσπερ σκῆπτρον βασιλικὸν κατέχουσα, αὐχεῖ καὶ κομπάζει· σημεῖα ἐν τῷ λαῷ δεικνύοντος, τοῦ ταύτην αὐτῇ τὴν χάριν παρασχημένου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ἐν ᾗ καί ποτε Χοσρόου τοῦ Περσῶν βασιλέως τῷ τείχει αὐτῆς πυρκαϊὰν ἐλαίων ξύλα περιανάψαντος κυκλόθεν κύκλῳ, καὶ ταῦτα εἰς γῆν κατατεφρώσαντος, ὁ κατὰ καιρὸν ἁγιώτατος μητροπολίτης ἰδὼν τὸν λαὸν ἐκ τῆς ἄγαν πυρκαϊᾶς ἤδη μέλλοντα ἐναποθνήσκειν, τοῦτον τὸν σεβάσμιον χαρακτῆρα τοῦ θεοτυπώτου σουδαρίου διάρας, καὶ τὰ τείχη περιπολεύσας, θεία τις δύναμις ἐξελθοῦσα ἐν ἀνέμῳ καὶ πνοῇ βιαίᾳ τὴν D πυρκαϊὰν ἐνέστρεψε τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ διώδευσε καὶ ἐνεπύρισε τοὺς πέριξ, ὡς τοὺς Χαλδαίους τοὺς Ἀσσυρίους.

ϛ'. Ποτὲ γάρ τινος καταφρονητικῶς λίθον διάραντος ἐν τῇ τοῦ Σωτῆρος εἰκόνι, εὐθὺς περιστερὰ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐξελθοῦσα, κόραξ ἀντεισάγεται· προδήλως ἀντὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ ἐζοφωμένος διάβολος κατοικιζόμενος, καὶ ἀντὶ φωτὸς μελανεμβαφὴς

[13] Narrat Evagr. lib. IV, cap. 26.

## NOTÆ.

(1) Διὰ Θαδδαίου τοῦ θεσπεσίου ἀποστόλου· *Per Thaddæum*. Thaddæum vocat apostolum, quem Eusebius e septem diaconis fuisse unum testatur: Sic alii Philippum diaconum apostolum dixere: quo sensu Lucas eumdem Philippum evangelistam dixerat, Act. XXI, 8.

σκότος ὑποδυόμενος. Καὶ ἄλλος γὰρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ A τῇ πόλει ὕπαρχος τῇ τάξει, τὴν ἐν τῷ προαυλίῳ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἁγίαν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα περιερχόμενος πολλάκις φεναχίζων καὶ διαμωκίζων, ἐν μιᾷ ὀφθεῖσα αὐτῷ ἔτι γρηγοροῦντι, ἔχουσα μετ' αὐτῆς δύο εὐνούχους, καὶ τούτου τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας διατείναντες, καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτῆς δακτύλῳ διαχαραξάσης τὰ μέλη, αἱ ἁρμογαὶ τῶν χειρῶν ἐξ ἀγκώνων καὶ τῶν ποδῶν ἐξ ἀστραγγάλων θραυσθέντες, ὡς φύλλα ἀπὸ συκῆς διαῤῥαγέντες ἐκπεπτώκασι. Καὶ ἄλλον δέ τινα ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τοιαῦτα τετολμηκότα καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν διωκόμενον, πρόσφυγόν τε γεγονότα τῇ τῆς Θεομήτορος σεπτῇ εἰκόνι, καὶ τοῦτον ἐν ὀφθαλμοῖς πάντων ἀποστραφεῖσα, προὔχειρον εἰς σφαγὴν ὡς ἐπίβουλον παραδέδωκε. Καὶ B πολλοὺς γὰρ πολλάκις τολμηρῶς προσκρούσαντας, οὐχ ἡ τυχοῦσα δίκη ἐκόλασεν.

ζ'. Ἐκλείψει με ὁ χρόνος διηγούμενον τὰ διηγήματα, ἅπερ ἐξ ἀρχαίων, καὶ ἄνωθεν ἁγίων προφητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ Πατέρων καὶ διδασκάλων νενομοθέτηται· οὐδὲν γὰρ λέληθε τοὺς πνευματοφόρους καὶ θεόπτας ἀποστόλους· ἀλλ' ἅπερ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησεν ἐν νόμῳ καὶ προφήταις καὶ εὐαγγελίοις, ταῦτα καὶ ἐδίδαξαν, ταῦτα καὶ παρέδωκαν· ταῦτα καὶ ἐκόσμησαν τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἀπὸ περάτων τῆς οἰκουμένης, ἀπὸ τῆς ἐνδόξου Χριστοῦ παρουσίας, μέχρι τερμάτων αἰῶνος. Ἀλλά γε ὁ πολέμιος καὶ ἀρχαῖος τοῦ γένους ἐπίβουλος διάβολος, C φθόνῳ καὶ βασκανίᾳ τῶν καλῶν τετηκὼς, οὐκ ἐπαύσατο τὴν πολυτάραχον αὐτοῦ καταιγίδα, ὡς λαίλαπα ἀγρίαν, τῶν αἱρέσεων ἀνακινῶν. Καὶ Κωνστάντιος μὲν, ὁ τὰ σκῆπτρα διαδεξάμενος τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ὁ τῆς μεγάλης ῥίζης σεσαθρωμένος ὄρπαξ, οὐ μέτριον κλόνον καὶ τάραχον τῆς πατρικῆς κρηπῖδος εἰσβαλὼν, πόλεμον τῇ Ἐκκλησίᾳ χείρονα τῆς εἰδωλικῆς δεισιδαιμονίας, τῇ τῶν Ἀρειανικῶν φρενῶν φεναχιζόμενος ἀπάτῃ, τοὺς προβόλους καὶ στύλους τῶν Ἐκκλησιῶν κατασείσας κατέῤῥαξε. Λιβέριον μὲν Πάπαν Ῥώμης, Ἀθανάσιον τὸν μέγιστον Ἀλεξανδρείας, Παῦλον ἄλλον Κωνσταντινουπόλεως τὸν ὁμολογητὴν, Εὐστάθιον τὸν περιώνυμον Ἀντιοχείας, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς λογάδας καὶ ἁγίους Πατέρας ἐξοστρακίστους κατεδίκασεν· ἀνθρώποις D ἀσεβέσι καὶ ἐναγέσι τὰ τῶν ἁγίων ἅγια ἐνεχειρίσατο. Αὖθις ὀπαδοὶ καὶ συνεργοὶ Ἰουλιανὸς ὁ πρωτότοκος υἱὸς τοῦ Σατανᾶ, ὁ ἀποστάτης καὶ παραβάτης, ὡσαύτως καὶ ὁ Οὐάλης, εἰ καὶ οὐκ ἀποστάτης, ἀλλά γε Χριστοδιώκτης καὶ Χριστόμαχος· ἀλλ' αὐτίκα γοῦν ἀνατέταλκεν ὁ τῆς δυτικῆς λαμπαδηφορίας πνευματικὸς ἀστὴρ ὁ μέγας Θεοδόσιος, κατὰ τοῦ πνευματομάχου Μακεδονίου ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου ἐξοστρακισθέντος, συνόδοις καὶ συνδρομαῖς τῶν ἁγίων Πατέρων, τὸ μέγιστον τῆς εὐσεβείας Χριστοῦ ἅγιον σύμβολον τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπαρεγχείρητον ἐμπήξας ἑδραίωσε.

η'. Τούτου τῆς βασιλείας διάδοχοι, Ἀρκάδιος καὶ

nigerrimis atrisque subeuntibus tenebris. Quinimo alius etiam præfecti dignitate Alexandriæ fulgens, cum sanctam Deiparæ imaginem in Majoris ecclesiæ vestibulo positam circumeundo, sæpe gestu verbisque illuderet, quadam nocte adhuc pervigili apparere visa est duos secum eunuchos comites habens. Tum illius distentis manibus ac pedibus, eaque sancto suo digito membra exarante, statim manuum pedumque ex lacertis calcaneisque confractæ compages, haud secus ac folia e ficu avulsa deciderunt. Ad hæc, alium quemdam dicunt, qui ipse his similia eadem in urbe pari procacia sibi indulgeret, quique dum apparitoribus insequentibus asylum quæritans, ad venerandam Dei Matris imaginem profugisset, ipsa sub omnium oculis hominem aversante, præsentaneæ neci velut inimicum et insidiatorem traditum esse. Enimvero multos sæpe præpeti audacia offendentes, severior nec solita ultio incessit.

7. Deficiet me tempus si ea velim enarrare, quæcunque veteribus et qui superioribus sæculis floruerunt, a sanctis apostolis, Patribus, et magistris sancita sunt. Nihil divino afflatos Spiritu quique ipsi Deum viderunt, apostolos latuit : sed ea quæ Spiritus sanctus in lege et prophetis, et Evangeliis locutus est, hæc docuerunt, hæc et tradiderunt, hisque a finibus orbis terrarum a Christo glorioso adventu adusque sæculi fines sanctam Ecclesiam exornarunt. Verum enimvero hostis ille vetustusque generis nostri insidiator, bonorum livore atque invidentia tabescens, turbulentam afflatu suo hæresium procellam, sævientes veluti fluctus, commovendi nullum finem facit. Et quidem Constantius, magni Constantini imperii sceptrorumque successor et hæres, eximiæ radicis putris ramus, Arianorum errore seductus, non levi succussione et motu tentans quod jactum a patre fundamentum erat, bello quod idolorum superstitione pejus esset Ecclesiæ illato, Ecclesiarum propugnacula columnasque concutiens **633** elisit. Liberio namque Romanæ urbis papa, Athanasio Alexandriæ viro maximo, Paulo altero Constantinopolis antistite confessore, Eustathio clarissimi nominis Antiocheno, aliisque spectatissimis sanctisque Patribus exsilio relegatis et fugatis, sancta sanctorum impiis ac sceleratis hominibus concredidit. Tum sequaces sociique et adjutores, Julianus primogenitus Satanæ Christiani nominis desertor et prævaricator, consimilique modo Valens, qui etsi a Christo non defecit, ejus tamen persecutor et impugnator fuit. Verum statim a radiantis Occidentis partibus spiritualе sidus exortum, magnus Theodosius adversus Spiritus sancti adversarium Macedonium, qui patriarchali solio ejectus erat, sanctorum Patrum concurrentibus conciliis, maximum Christianæ pietatis decus, symbolum sanctum, quod inviolabile maneret Ecclesiæ figens confirmavit.

8. Hujus successores fuerunt Arcadius et Ho-

norius, horumque rursus, Arcadii proles Theodosius: tum denuo gangræna depascens, Nestorio hominis cultore, Eutyche et Dioscoro, veritatem in injustitia detinentibus [14]. Verum « mentita est iniquitas sibi [15]. » Præstantissimus enim regiæ pietatis jurisque custos Marcianus, coacto sanctorum Patrum cœtu, impios in terram allisit. Exinde ab aliis quibusdam iterum aspersa salsugo est illius hæresis quæ Deo passionem ascribit, Severo, Jacobo, Petro Fullone, nonnullisque aliis impietatis et nequitiæ purgamentis; quibuscum Zenonis manus summa tyrannide militavit: quos religiosissimorum imperatorum Justiniani Magni sanctorumque Patrum Dei nutu collecta synodus, veluti canes famelicos ab Ecclesiæ cœtu abegit. Postea rursum, ecclesiasticæ firmitatis turritorum propugnaculorum impugnatores, Honorius Romanus, Sergius Augustæ urbis antistes, Pyrrhus item et Paulus, Cyrus Alexandrinus, Macarius Antiochenus, Theodorus Pharanita, versutissimi malorumque auctoris arte, ad hæreticæ pravitatis terram illisi, a religioso magnoque Justino [16] sanctorum Patrum aspirante Deo collectæ synodi calculis damnationis anathema retulerunt.

tradita sunt, sive pictas imagines, sive crucis, siquidem sacerdotes sint, prorsus deponantur, sin autem monachi vel laici, anathemati subjiciantur.» Hæc Antonius sigillo cum obsignasset, patriarchali domo excedit. De quibus imperatori ex se sciscitanti, ait: «Illusimus eis, o imperator, ut curis liberior sis in iis quæ moliris. O novum Manichæum et Persicæ mentis virum! o dementiam! o stoliditatem. Inter Christianos Christianum agit, inter Judæos Judæum. Quamobrem præsidentes ambo Joannes et Antonius, hæreticorum vino medicatum craterem miscuerunt. Ac sane Scripturas divinitus inspiratas et utiles secundum desideria sua pervertentes, commentitias alias inque animorum exitium comparatas proferunt, venerandis imaB ginibus velut idolis obgannientes.

22. Magnus itaque præsul divinorumque interpres Nicephorus, sanctorum ducentorum septuaginta Patrum collecta synodo, cunctisque sacerdotalibus stolis indutis in magno Sophiæ templo, una quoque congregata urbis Augustæ monachorum multitudine, sanctissimus ipse patriarcha consceusu ambone anathemate hæresiarcham ferit, hæc verba clamans: «Antonii novi Arii, Paulicianorum affinis, Anathema.» Populus: «Anathema.» Sanctissimus patriarcha dixit: «Antonius novus Arius ligatus est in hoc sæculo et futuro, et super terram, a sancta consubstantiali et vivifica Trinitate, Patre et Filio et Spiritu sancto, a sancto C apostolorumque vertice Petro, a duodeno apostolorum collegio, a sanctis trecentis decem et octo Patribus, a sanctis magnis et universalibus synodis, a sanctis magnis patriarchalibus et apostolicis sedibus, et a me qui ipsum ordinavi; cunctique communionis ejus consortes: ut qui Christi hostis sit, qui manu propria affixas cruces pessumdederit, qui a recta fide defecerit, tanquam imaginum effractor, cultor idolorum, Christianorum calumniosus accusator, Christianorum insectator, sacerdotum 642 occisor: sacerdotum et patriarcharum exsecratio scelestissimus ille est, abominatio desolationis, prima discessio ac defectio, Antichristi præcursor, homo inquitatis, filius perditionis, qui nunc temporis revelatus est.» Hæ laudes et præcoD nia miserabilis Antonii.

23. Quid igitur adjutor ejus et particeps, ille qui præcursoris, sed Antichristi, nomen habet; cujus ex ore egreditur igneus blasphemiæ clibanus; falsus vastes Balaam, pythonissæ discipulus, adversæ partis ambo tribuni, novi Pharaonis venefici et incantatores Jannes et Mambres [33] mathematici? quid Leonis ille speciem gerens, inque Leonis morem adversus Ecclesiam rugiens? Hujus auctorem hæresis imitatur, ac sicut ille divinum Germanum, hic quoque inclytum sanctissimumque Nicephorum patriarchali expellit sede, cunctosque ejus partium sanctissimos episcopos et monachos tormentis et

[33] II Tim. III, 3.

exsiliis damnat. Quid igitur? exploso Jacobo prædilecto, ejus in locum exosus etiam ante ortum Esau intruditur. Ascendunt aliunde fures et latrones in ovile Ecclesiæ. Sacrum altare contaminatum fuit. Gaudent rursum Judæi, complosis iterum manibus jubilant: rursus, dum hæc cernunt fieri, superbiunt et insolescunt adversus Christum Dei et Nazarenum, quem affixerunt cruci. Rursus tandem Montanistæ locum occuparunt.

A ἁγιωτάτους ἀρχιερεῖς, καὶ μονάζοντας, βασάνοις καὶ ἐξορίαις κατεδίκασε. Τί οὖν; ἐξάγεται Ἰακὼβ ὁ ἠγαπημένος, ἀντεισάγεται Ἠσαῦ ὁ μεμισημένος καὶ πρὸ γενέσεως. Ἀναβαίνουσιν ἀλλαχόθεν οἱ κλέπται καὶ λῃσταὶ εἰς τὴν αὐλὴν τῆς Ἐκκλησίας. Βεβεβήλωται τὸ ἅγιον θυσιαστήριον. Πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι χαίρουσι· πάλιν ἀλαλάζουσι μέγα κροτοῦντες τὰς χεῖρας· πάλιν βρενθύουσι καὶ γεγάννυνται κατὰ τοῦ Ναζωραίου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐσταύρωσαν, ταῦτα ὁρώμενα βλέποντες· πάλιν Μωντανισταὶ χώραν ἔλαβον.

24. Quid igitur Leo, altum velut in silva rugiens fremensque adversus Ecclesiam et Christum ejus? beatam urbem turbis et scandalis replet. Undique suspiria, lamenta, lacrymæ, gemitus discurrebant. Duplex siquidem erat cum animorum, tum corporum interitus. Enimvero sui custodem præsidemque imperii repulerat, dicens: Recede a me, Jesu Rex et Imperator; nolumus vias tuas scire [33]. Tum in venerandam ejus imaginem quæ in Chalce (seu porta Area) erat [34], lapidibus, stercoribus, et molli luto invadentes, in ejus faciem cum spuissent, disruptam solo dejecerunt. Ac quidem Judæi quondam Samaritanum vocantes et dæmonium habentem, lapidibus illum appetiverunt: ipse vero per medium illorum ibat. Illi vero illis pejora factitarunt. Plane « inimicus improperavit Domino, et populus insipiens irritavit nomen ejus [35]. » Nam ipse Dominus Tiberii Cæsaris manu tenens imaginem dicensque: « Cujus est imago et superscriptio [36]? » nulla eam violavit injuria: quin etiam debitum tanquam Cæsari reddidit, et censum persolvit. O popule nequam, stulte et insipiens! in quem os aperuistis, et in quem linguam vestram laxatis? at qualia nunc quoque Verbum patitur, quem blasphemiis impii onerent et contumeliis; quas sustinet, quia patiens benignusque est: dum vero pii laudibus eum celebrant, patientiam prorogat, ut his quidem pœnitentiæ spatium concedat, nostrum vero interim desiderium et amorem exploret, num deficiamus in tribulationibus et certaminibus pietatis causa desudandis. Cæterum longe plura his sunt ac lamentis digna, « propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ [37], » uti superius declaratum est, eaque nobis palam fuerunt manifesta; fames, **643** pestes, terræmotus, absorptæ urbes, mortes insolitæ, bella civilia, gentium irruptiones, ecclesiarum incendia, provinciarum urbiumque desolationes populorum ovium instar ad victimam ductarum captivitates: ad Æthiopes usque et Indos et ad extremas Orientis partes ducti servi et captivi, juvenes et virgines, senes cum junioribus, omnis denique ætas consumpta est. « Patres siquidem, inquit Scriptura, comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt [38]. »

κδ'. Τί οὖν Λέων, μέγα ὡς ἐκ δρυμοῦ ὠρυόμενος καὶ μυκώμενος κατὰ τῆς Ἐκκλησίας καὶ κατὰ τοῦ B Χριστοῦ, αὐτὸς ταραχῶν καὶ σκανδάλων τὴν εὐδαίμονα πόλιν ἐμπίπλησιν, οἰμωγαί τε καὶ θρῆνοι καὶ δάκρυα καὶ στεναγμοὶ πανταχόθεν διέτρεχον. Διπλοῦς γὰρ ἦν ὁ θάνατος, ψυχῶν τε καὶ σωμάτων· καὶ δὴ τὸν φύλακα καὶ φρουράρχην τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπαύσατο, εἰπών· Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, Ἰησοῦ βασιλεῦ· ὁδούς σου οὐ βουλόμεθα εἰδέναι. Καὶ τούτου τὸν σεβάσμιον χαρακτῆρα τὸν ὄντα ἐν τῇ Χαλκῇ, λίθοις καὶ κόπροις καὶ πηλώδεσι μάζαις, ἐμπτύοντες εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, προσέρριπτον, διαρρήξαντες αὐτὸν εἰς τοὔδαφος. Ἰουδαίοις μέν ποτε λίθοις αὐτὸν ὑπέβαλον, Σαμαρείτην καὶ δαιμονῶντα αὐτὸν ἀποκαλοῦντες, αὐτὸς δὲ διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο· οὗτοι δὲ χείρονα τούτων ἔδρασαν. Ὄντως « ἐχθρὸς ὠνείδισε τὸν Κύριον, καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ C ὄνομα αὐτοῦ. » Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος τὴν τοῦ Καίσαρος Τιβερίου εἰκόνα ἐν χερσὶ κρατήσας, καὶ εἰρηκώς, « Τίνος ἡ εἰκὼν καὶ ἐπιγραφὴ αὕτη; » οὐχ ἐνύβρισεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὀφειλὴν ἀπέδωκεν ὡς Καίσαρι, καὶ τὸν κῆνσον ἐτέλεσεν. Ὦ λαὸς ἄνομος, μωρὸς καὶ ἀσύνετος, ἐπὶ τίνα ἀνοίξατε τὸ στόμα, καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν ὑμῶν; ἀλλ' οἷα πάσχει καὶ νῦν ὁ Λόγος, παρὰ μὲν ἀσεβούντων βλασφημούμενος, καὶ ἀνέχεται τὰ τῆς ὕβρεως· μακρόθυμος γάρ· παρὰ δὲ τῶν εὐσεβῶν εὐφημούμενος, καὶ ἀναβάλλεται τὰ τῆς μακροθυμίας, τοῖς μὲν ἴσως καιρὸν διδοὺς μετανοίας, ἡμῶν δὲ δοκιμάζων τὸν πόθον, εἰ μὴ ἐκκακοῦμεν ἐν ταῖς θλίψεσιν, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι. Καὶ μὴν δὴ τούτων πλείονα καὶ θρήνων ἄξια, « δι' ἃ ἦλθεν ἡ ὀργὴ τοῦ D Θεοῦ ἐπὶ τὸν λαὸν τῆς ἀπειθείας, » ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται, καὶ πᾶσιν ἡμῖν πρόδηλα γεγόνασι· λιμοί, λοιμοί, σεισμοί, καταποντισμοί, θάνατοι ἐξαίσιοι, πόλεμοι ἐμφύλιοι, ἐθνῶν ἐπαναστάσεις, ἐμπρησμοὶ ἐκκλησιῶν, ἐρημώσεις χωρῶν καὶ πόλεων, αἰχμαλωσίαι λαῶν ὡσεὶ πρόβατα εἰς σφαγὴν πορευόμενα, μέχρις Αἰθιόπων, καὶ Ἰνδῶν, καὶ εἰς Ἀνατολὰς γῆς δοῦλοι καὶ αἰχμάλωτοι, νεάνιδες καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ τῶν νεωτέρων· καὶ πᾶσα ἡλικία ἄρδην συντετέλεσται. « Οἱ γὰρ πατέρες, φησί, φάγουσι τὸν ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἐγομφίασαν. » Καὶ πάλιν. « Ἐγώ φησι Κύριος, ἀπο-

[33] Job XXII, 17. [34] De hac imagine, Vide Greg. epist. 2, ad Leonem Isaurum. [35] Psal. LXXIII, 18.
[36] Matth. XXII, 21. [37] Ephes. V, 6. [38] Jerem. XXXI, 29.

διδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τὰ τέκνα ἕως τρίτης A καὶ τετάρτης γενεᾶς.»

κε΄. Ἐπεὶ δὲ ἡ θεία τῆς παντοκρατορικῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου μάχαιρα τοῦτον διεχειρίσατο, καὶ ὡς θῆρα μέγαν εἰς τὴν γαλεάγραν αὐτοῦ ἐνέβαλε, καθὼς καὶ ὁ προφήτης λέγει, «Ἰδοὺ ἐπάγω ἐπὶ σὲ ἀλλοτρίους, λοιμοὺς (11) ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐκκενώσουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν ἐπὶ σὲ, καὶ ἐπὶ τὸ κάλλος τῆς ἐπιστήμης σου· καὶ στρώσουσι τὸ κάλλος σου εἰς ἀπώλειαν, καὶ καταβιβάσουσί σε· καὶ ἀποθάνῃ θανάτῳ θαυματιῶν ἐν καρδίᾳ θαλάσσης· μὴ λέγων ἐρεῖς, Θεός εἰμι ἐγὼ ἐνώπιον τῶν ἀναιρούντων σε; Σὺ δὲ εἶ ἄνθρωπος, καὶ οὐ Θεός.» — «Ὑποκάτω σου στρώσουσί σοι σῆψιν, καὶ τὸ κατακάλυμμά σου σκώληξ. Οἱ ἰδόντες σε, θαυμάσονται ἐπὶ σὲ, καὶ B ἐροῦσιν· Οὗτος ὁ ἄνθρωπος ὁ παροξύνων τὴν γῆν, ὁ σείων βασιλεῖς, ὁ θεὶς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον. Τὰς δὲ πόλεις αὐτοῦ καθεῖλε, καὶ τοὺς ἐν ἀπαγωγῇ (12) οὐκ ἔλυσε· πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐκοιμήθησαν ἐν τιμῇ, ἄνθρωπος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Σὺ δὲ ῥιφήσῃ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὡς νεκρὸς ἐβδελυγμένος μετὰ πολλῶν ἐκκεκεντημένων καὶ τεθνηκότων μαχαίραις, καταβαινόντων εἰς ᾅδην.» Ἵνα γνῶσι πάντες, ὅτι Κύριος κραταιὸς καὶ ἰσχυρὸς βασιλεὺς, διαλλάσσων βασιλεῖς γῆς· παρ' αὐτῷ σοφία καὶ δύναμις· παρ' αὐτῷ κράτος καὶ ἰσχὺς, ποιῶν ταπεινοὺς εἰς ὕψος, καὶ ἀπολωλότας ἐξεγείρων, καθιζάνων βασιλεῖς ἐπὶ θρόνων· διαλλάσσων βασιλεῖς, καὶ καρδίας ἀρχόντων γῆς. Ποῦ εἰσιν οἱ ψευδομάντεις καὶ ἀπατεῶνες; Ποῦ εἰσιν C οἱ τριάκοντα τροπαιοφόροι χρόνοι τοῦ ἐπιγειόφρονος, καὶ μὴ τὸ πολίτευμα ἔχοντος μετὰ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως;

κς΄. Τί οὖν «ὁ θανατῶν καὶ ζωογονῶν; ὁ κατάγων εἰς ᾅδου, καὶ ἀνάγων; ὁ ταπεινῶν καὶ ἀνυψῶν;» Ἐξήγειρε τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ τὸν φερώνυμον τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀρχιστράτηγον (13), Μιχαὴλ τὸν πραότατον καὶ γαληνότατον βασιλέα, χριστομιμήτως λέγοντα· «Τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν σκότει, Ἀνακαλύφθητε.» — «Ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας, κατοικοῦντας ἐν τάφοις.» Πάντα σύνδεσμον ἀδικίας διαῤῥήσσων, ἀνήγαγεν ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας τοὺς ἐν ἐξορίαις καὶ θλίψεσιν, καὶ πικρᾷ δουλείᾳ κατεχομέ- D νους· πάσης χαρᾶς καὶ θυμηδίας τὴν Ῥωμαϊκὴν βασιλείαν ἐνέπλησεν· ἔδωκε γὰρ ὁ Κύριος χρηστότητα, καὶ ἡ γῆ ἡ ἀνθηφόρος βλαστάνει τὰ ἀγαθὰ,

Et iterum: «Ego, dicit Dominus, reddens peccata patrum in filios, usque ad tertiam et quartam generationem [39].»

25. Posthac autem divinus Altissimi dexteræ cuncta regentis tenentisque gladius, virum peremit, inque muscipulam suam veluti grandem bestiam conjecit, quemadmodum etiam propheta ait: «Ecce inducam super te alienos, pestes de gentibus, et evaginabunt gladios suos super te, et super pulchritudinem scientiæ tuæ: et sternent decorem tuum in perditionem: et deponent te, et morieris morte vulneratorum in corde maris. Numquid loquens dices: Deus ego sum, in conspectu interficientium te? Tu vero homo es, et non Deus [40].» — «Subter te sternent tineam, et operimentum tuum vermis. Videntes te mirabuntur super te, et dicent: Iste homo qui irritabat terram, qui concutiebat reges, qui ponebat orbem universum desertum. Porro urbes evertit, et qui fuerant abducti non solvit, omnes reges terræ dormierunt in honore, homo in domo sua. Tu autem projicieris in montibus, sicut cadaver abominatum cum multis confossis, et gladiis interfectis descendentibus in infernum [41].» Ut sciant omnes, quia Dominus fortis est et potens, qui reges terræ alios pro aliis mutat. Apud eum est sapientia et virtus; apud eum potestas et fortitudo: qui humiles sublime tollit, et eos qui perierant, exsuscitat. In soliis reges statuit: mutat corda principum terræ [42]. Ubinam falsi vates et impostores? ubi triginta annorum inclyta tropæa hominis illius terrena sapientis, qui nullas cum cœlesti Rege vitæ rationes communes autve conversationem haberet?

26. Quid igitur ille «qui mortificat et vivificat, qui deducit ad inferos et reducit, qui humiliat et sublevat [43]?» Suscitavit in imperio suo, mansuetissimum serenissimumque, qui cœlestis militiæ principis nomen habuit, Michaelem augustum; qui Christum æmulatus, dixit: «His qui in vinculis erant: Exite; ac qui in tenebris: Revelamini [44].» — «Educens vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris [45].» Qui disrupit omne vinculum iniquitatis: eduxit de lacu miseriæ [46] eos qui relegati et in angustiis et amara servitute detenti erant: omni gaudio et jucunditate imperium Romanum replevit. Dedit enim Dominus benignitatem, et terra nostra florescens, bona ac

[39] Deut. v, 5. [40] Ezech. xxviii, 7-9. [41] Isa. xiv, xi, 16-19. [42] Job xii, 24. [43] I Reg. ii, 6. [44] Isa. xlix, 9. [45] Psal. lxvii, 7. [46] Psal. xxxix, 3.

## NOTÆ.

(11) Bene Combefisius, pro λιμούς posuit λοιμούς, ut LXX habent. Quod et pestes et pestilentes significat.

(12) Hoc verius quam quod Biblia Græca vulgo habent, ἐπαγωγῇ. Nam vox Hebr. אסירים *captivos* significat.

(13) Lego, Τοῦ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀρχιστρατήγου. Hic porro Michaelis lenitatem jactitat, ad demulcendum Theophili animum. De quo tamen auctor Vitæ Theodori Grapti hæc scripsit: Ἀληθείαις οὐδὲν τοῦ προλαβόντος ἧττων τὴν δυσσέβειαν, περὶ τὸν διωγμὸν ἧττων ἦν. *Nihil reipsa superiore Leone impietate minor: persecutione paulo remissior.* A quo tamen Theodorus cum fratre civitate pulsus est. Judæorum magis quam fidelium amicus fuit. Legendi Logotheta et continuator Vaticanus, cum æqualibus ipsi βιογράφοις, Nicephori, Theodori Studitæ, Joannicii, etc.

fructum suum 644 præfert [46]. Dextera Domini fecit virtutem; dextera Domini exaltavit illum [47], multitudine gloriæ suæ contrivit adversarios [48]. Quid ergo pacis studiosissimus ac mitissimus imperator? In idipsum in pace dormivit [49]: et erit in pace sepultura ejus. Obvios enim est habiturus, qui faciunt misericordiam in judicio, nam « superexaltat misericordia judicium [50]. »

27. Quia vero is qui in brachio suo cornu salutis erigit populo suo, ejus ex radice imperii germen in solii ipsius præparationem suscitavit. Te scilicet magnum et a religiositate rite nuncupatum imperatorem, in potentia salutis dexteræ suæ: imperium potens, forte, et nobile in manu tua, conservate a Deo domine, tradidit, universorum dominator et herus. Aspice, quæso, ad antiquas piissimorum ac fidelium imperatorum generationes, quomodo claritas eorum et magnificentia immortalis maneat. In pace sepulti sunt, et sepulcra eorum revirescunt in locis suis [51]. His Dominus imperabit, quia animæ ipsorum in manu Dei sunt. Piissimum imperatorem Constantinum, beatæ Helenæ filium, imitare, qui totos triginta quatuor annos omni pietate et morum honestate clarescens, Barbaras omnes gentes sibi subjecit. Eo vir iste sacerdotes et monachos, Deumque in primis amore prosequebatur, ut ipsum ferant oblatos aliquando sibi adversus illos criminationum libellos in ignem mox conjecisse, hæcque verba inclytum imperatorem addidisse: « Ego si sacerdotem monachorumve aliquem sceleris quidpiam patrantem offenderem, mea ipse explicata chlamyde illum obtexero. » Quis ergo inter imperatores sancto isto principe religiosior et clementior exstitit, affectuque ad miserationem proniore.

28. Vestigia preme magni illius pietatis jubaris, Theodosii religiosi imperatoris, orthodoxæ fidei stemmate præfulgentis. Num hic quoque sic Christi amans, sicque affectus erga monachos fuit, qui cum in Occiduis partibus, Maximo tyranno bellum movente, ingenti angustia teneretur, ob ingruentia triginta hostium millia, ad sanctissimum quemdam monachum, qui in monte agebat, miserit, rogans ut sibi apud Deum adjutor precibus suis fieret. Donatus hic vocabatur. Tum sanctissimus Deoque plenus monachus, futuro eventu divinitus præcognito, cilicinam tunicam, palliumque et cucullum atque baculum ad imperatorem mittit. Quibus magnanimus princeps, cum gaudio et fide susceptis, bona spe concepta ea osculatus induit, et hastæ loco baculum manu tenens, equum conscendit. Cum ecce divina quædam angelorum acies in igneis equis discurrens mox præsto fuit, qui rebus in contrarium versis, hostes penitus in scrobes quas

A καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς· ἡ δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν· ἡ δεξιὰ Κυρίου ὕψωσε αὐτὸν, καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης αὐτοῦ συνέτριψε τοὺς ὑπεναντίους. Τί οὖν ὁ εἰρηνικώτατο; καὶ πραότατος βασιλεύς; Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν εἰρήνῃ κεκοίμηται, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ· συναντήσεται γὰρ τοῖς ποιοῦσι τὸν ἔλεον ἐν κρίσει· « κατακαυχᾶται καὶ ἔλεος κρίσεως. »

κζʹ. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐγείρων κέρας σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ἐν βραχίονι αὐτοῦ, ἀνέστησεν ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ φυτὸν βασιλείας ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν τοῦ θρόνου αὐτοῦ, σὲ τὸν μέγαν καὶ φερώνυμον τῆς θεοφιλίας ἄνακτα, ἐν τῇ δυναστείᾳ τῆς σωτηρίας τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. Βασιλείαν κραταιὰν, ἰσχυρὰν, καὶ ἔντιμον ἔδωκεν ἐν τῇ χειρί σου ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης B καὶ Κύριος, θεοστήρικτε δέσποτα. Ἔμβλεψον εἰς ἀρχαίας γενεὰς τῶν εὐσεβεστάτων καὶ πιστῶν βασιλέων, πῶς ἡ δόξα καὶ ἡ εὐπρέπεια αὐτῶν ἀτελεύτητος ὑπάρχει. Ἐτάφησαν ἐν εἰρήνῃ, καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀναθάλλει ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν, καὶ βασιλεύει αὐτῶν Κύριος, ὅτι αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐν χειρὶ αὐτοῦ εἰσι. Μίμησαι τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον βασιλέα. Κωνσταντῖνον, υἱὸν τῆς μακαρίας Ἑλένης, ἐν ὅλοις λδʹ χρόνοις διαπρέψαντα ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, πάντα τὰ φῦλα βάρβαρα ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ὑποτάξας· ὥστε τοσοῦτον ἦν φιλοϊερεὺς καὶ φιλομόναχος ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ θεοφιλὴς, ὅτιπέρ φασιν ἐν μιᾷ κατηγόρων ἐπιδωσάντων πιττάκια κατ' αὐτῶν, ταῦτα μὲν [γὰρ] εὐθὺς καῦσαι, φῆσαι δὲ οὕτως ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς, ὅτιπερ C « Ἐὰν εὕρω, φησὶν, ἱερέα ἢ μοναχὸν ἔν τινι παραπτώματι, ἐγὼ αὐτὸς τὴν χλαμύδα μου ἥπλωσα ἂν καὶ ἐσκέπαζον αὐτόν. » Τίς ἄρα θεοσεβέστερος, ἢ φιλάγαθος καὶ συμπαθητικώτερος ἐν βασιλεῦσι τοῦ ἁγίου τούτου;

κηʹ. Ἰχνηλάτησον τὸν μέγαν τῆς εὐσεβείας λαμπτῆρα Θεοδόσιον τὸν εὐσεβῆ βασιλέα, πίστεως ὀρθοδόξου στέμματι κατηγλαϊσμένον· ὥστε τοσοῦτον ἦν καὶ οὗτος φιλόχριστος καὶ φιλομόναχος, ὅτιπερ διὰ τὸν τοῦ τυράννου Μαξιμίνου [a] πόλεμον ἐν τοῖς Ἑσπερίοις μέρεσιν ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ συσχεθεὶς ἐν τῇ τῶν πολεμίων πληθύϊ τριακοσίων χιλιάδων, ἀποστέλλει ἐφ' ἑνὶ τῶν ἐν τῷ ὄρει ὁσιωτάτων μοναχῶν, παρακαλῶν αὐτὸν εἰς εὐχῆς συμμαχίαν ἐπικουρῆσαι αὐτῷ. D Δόνατος δὲ τοὔνομα αὐτῷ. Ὁ δὲ ἁγιώτατος καὶ θεοφόρος μοναχὸς θεόθεν προγνοὺς τὸ μέλλον, ἀποστέλλει αὐτῷ τῷ βασιλεῖ τὸν τρίχινον αὐτοῦ χιτῶνα καὶ τὸ ἐπώμιον, καὶ τὸ κουκούλλιον, καὶ τὴν βακτηρίαν αὐτοῦ. Ὁ δὲ μεγαλόψυχος καὶ εὔελπις βασιλεὺς περιχαρῶς μετὰ πίστεως δεξάμενος ταῦτα, καὶ περιπτυξάμενος, καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενος, τὴν δὲ βακτηρίαν ἀντὶ δόρατος κατασχὼν, ἔφιππος γίνεται. Καὶ δή τις θεία ἀγγελικὴ στρατιὰ ἐφ' ἵπποις ἱπτάμενοι ἐφίστανται, καὶ τοὺς πολεμίους ἄρδην ἐν τοῖς βοθύ-

[46] Psal. LXVI, 7. [47] Psal. CXVII, 16. [48] Exod. XV, 7. [49] Psal. IV, 9. [50] Jac. II, 13. [51] Eccli. XLIV, 14.

## VARIÆ LECTIONES.

[a] Legendum forsan, Μαξίμου.

νας ἐν οἷς ὤρυξαν ἐν παγίδι θηρευτῶν, ἀντιστρεπτικῶς ἐκεῖσε κατέβαλον· τὸν δὲ τύραννον ἐν τῇ μεγάλῃ λαφύρᾳ οἱ σατράπαι ζῶντα χειρωσάμενοι, τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως προσέφερον. Τί τούτου τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὑψηλότερον; ὅς κατηξίωται ἀγγελικὰς στρατιὰς συλλήπτορας αὐτῷ γενέσθαι, οὐχὶ καὶ οὕτως εὐσεβὴς ἦν, προσκυνητὴς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ τῆς Χριστοῦ εἰκόνος; Ἐρεύνησον, καὶ ἴδε τὰ ἱερὰ αὐτοῦ ἀναθήματα, τὰς ἱερὰς ἐνδυτὰς, τὰ ἱερὰ σκεύη. Ψηλάφησον, καὶ ἴδε τὸν μέγιστον αὐτοῦ δίσκον, εἰς ὅνπερ ἐγκαυστικοῖς καλιεργήμασιν ὁ μυστικὸς τοῦ Χριστοῦ δεῖπνος μετὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἐγκεκόλαπτο· ὅνπερ ἱερὸν δίσκον Θεόδωρος ὁ οἰκονόμος τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ψηφισθεὶς ἀρχιεπίσκοπος τῆς Συῤῥακουσῶν πόλεως ὑπὸ τοῦ ἀρχιεπισκόπου τῆς βασιλίδος πόλεως· καὶ δὴ οὗτος ὁ Θεόδωρος ποιήσας τὸ ἄθεον αὐτοῦ ἰδιόχειρον, τέθεικεν αὐτὸ ἐν τῷ δίσκῳ· καί φησιν Ἀντώνιος· Εἰ πληροφορεῖς ἡμᾶς, καὶ ὁμόφρων ἡμῶν εἶναι βούλει, πάτησον αὐτὸν τοῖς ποσί σου. Ὁ δὲ τῷ πόθῳ τῆς φιλαρχίας θελγόμενος, ἑτοιμότατα ἀναιδῶς καὶ ἀνερυθριάστως αὐτὸν κατεπάτησεν. Ὦ τῆς ἀνοχῆς καὶ μακροθυμίας Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τί οὖν οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐπιζητήσει ταῦτα; ναὶ πάντως· ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται Κάϊν, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Οὕτως ἄρα πρέπει τοῖς ἀρχιερεῦσι τῆς βασιλείας τῶν Χριστιανῶν. Τί οὖν ὁ δύστυχος Θεόδωρος; Ἠστόχησε τῆς ἀξίας, θανάτῳ ἀώρῳ δύσθνητος γεγονώς.

κθ'. Μίμησαι, θεοσεβέστατε δέσποτα, καὶ τοὺς μετέπειτα βασιλεῖς, Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον καὶ Θεοδόσιον, Λέοντα καὶ Μαρκιανὸν, καὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς θεοσεβεῖς βασιλεῖς· πάντες γὰρ ὁμόφρονες καὶ θεόφρονες. Ἄφες τοὺς νενεκρωμένους ἐν ἀσεβείᾳ βασιλεῖς θάψαι, καὶ κλαῦσαι τὰς ἑαυτῶν νενεκρωμένας ψυχάς· οἱ γὰρ τῶν ἀδικουμένων στεναγμοὶ, τῶν ἀδικούντων κόλασις γίνεται. Ἐννόησον καὶ ἴδε τῶν βεβιωκότων βασιλέων καὶ ἀρχόντων τὴν πάροδον, πῶς ὡς ἐνύπνιον ἐκπετασθὲν παρῆλθον. Ὅτε ἐδόκουν εἰς τέλος κατεστηρίχθαι, τότε εἰς τέλος ἀπώλοντο. Ἀσεβῶν γὰρ καταπιπτόντων, δίκαιοι ἔκφοβοι γίνονται. Τί οὖν καὶ σὺ ἀγαθὲ δέσποτα, εἰ καὶ ζῇς, καὶ διαμένεις, καὶ βασιλεύεις ἐν ὅλοις ἑκατὸν ἔτεσιν, οὐχὶ μετὰ ταῦτα ἀποθανεῖς ὡς οἱ πατέρες σου; Μικρὸς καὶ μέγας, οὐκ ἔστι θεράπων οὐ δεδοικὼς τὸν Κύριον αὐτοῦ. Μία γὰρ εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδος ἴση· οὐδεὶς γὰρ τῶν βασιλέων ἔσχεν ἑτέραν γενέσεως ἀρχήν· ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν, καὶ μὴ ἐξουδενώσῃς τὴν δέησιν αὐτῶν· οἰκτείρησον τὰς Ἐκκλησίας σου, καὶ πενθοῦντας παραμύθησαι· τοὺς ἐν θλίψει παρακάλεσον. Παῦσον τὰ σχίσματα τῶν Ἐκκλησιῶν· σβέσον τὰ φρυάγματα τῶν κακοδόξων εἰκονοκλαστῶν· τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις ταχέως κατάλυσον ἐν τῇ δυνάμει τῆς δικαίας βασιλείας σου, καὶ τῷ βραχίονι τῆς εὐσεβείας σου. Τοὺς αἰχμαλώτους ἀνακάλεσαι, τοὺς ἐσκορπισμένους ἐπισυνάγαγε, καὶ σύναψον τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκ-

fecerant, venatorum more compulerunt. Tyrannus ipse ingentis spolii loco vivus captus a satrapis, ad pedes imperatoris allatus fuit. Quid ea sublimius expeditione sanæ mentis homines cogitare queant? qui angelicas acies belli socias habere meruit, num veræ pietatis tenax, qui Trinitatis 645 cultor et imaginis Christi venerator erat? Exquire, et vide sacra illius donaria, sacras tunicas, sacra vasa. Contrecta, et inspice magnum ejus discum in quo mystica Christi cum duodecim apostolis cœna eleganti arte encausto cælata erat. Quem sacrum discum Theodorus sanctorum apostolorum œconomus, ab Augustæ urbis archiepiscopo Syracusarum archiepiscopus ordinatus: Theodorus, inquam, cum schedam propria conscriptam manu in discum misisset, dicente Antonio: Si nobis fidem facis, ejusdemque nobiscum esse sententiæ vis, ipsum pedibus tere: ille præsulatus desiderio ebrius, impudenter nullaque verecundia actutum eum conculcavit. O Christi Jesu patientiam, longamque mansuetudinem! Quid igitur? Nonne Deus requiret ista? omnino sane. Nam Caini ultio septies acta est: ex Lamech vero septuagies septies [89]. Ita nimirum Christianorum imperii episcopos decet. Quid igitur, infelix Theodorus? frustrato voto dignitate privatus fuit, immatura et acerba e vivis ereptus morte.

29. Æmulare, religiosissime domine, alios etiam qui secuti sunt imperatores, Arcadium, Honorium, Theodosium: Leonem item et Marcianum, horumque similes religiosos principes. Omnes enim eodem sensu addicti Deo fuere. Sine imperatores qui in impietate mortui sunt, sepelire et lugere mortuas animas suas. Eorum enim qui patiuntur injuriam gemitus, illorum a quibus male vexati sunt, supplicium fiunt. Cogita et vide superioris ætatis imperatorum atque principum vitam, quomodo velut somnium avolans transierunt. Cum res ipsorum constabilitæ omnino viderentur, tum prorsus perierunt. Quippe cadentibus impiis, justi pavore tremunt. Quid igitur? Tu quoque, optime princeps, vel si totos centum annos in vivis superstes fueris, rerumque potiaris, numquid non posthac sicut Patres tui morieris? Non est famulus parvus et magnus qui non timeat dominum suum. Unus quippe in vitam ingressus et par exitus est. Nullus enim unquam imperatorem ortus sui aliud initium nactus est. Respice in preces humilium, et ne spreveris petitionem eorum. Misereat te Ecclesiarum tuarum: lugentes consolare: solamen affer iis qui in tribulatione sunt: Ecclesiarum schisma tolle: superbos effractorum imaginum, qui pessime sentiunt, fremitus comprime: insurgentes hæreses in fortitudine justi imperii tui, tuæque pietatis brachio quantocius destrue, captivos revoca, dispersos congrega, sanctamque catholicam et

[89] Gen. IV, 24.

apostolicam Ecclesiam in unum charitatis vinculum in altam rectæ sinceræque fidei pacem conjunge. Quandiu apud omnes Christianos Romani [53] imaginum effractores et hæretici audient? Excita potentiam pietatis tuæ, et miserere populi tui qui dispersus dissipatusque est, sicut oves quæ perierunt domus Israel. Quam miserandum hoc spectaculum! nulla quies furoris quo inimicus adversus sanctam Salvatoris imaginem debacchatur. Implacabile bellum est adversarii in sanctæ Dei Matris effigiem. Irreconciliabile est odium eorum, qui sanctos Christi persequuntur. Quam multi imperatores Ecclesiam **646** impugnaverunt! Quam multi eam oppressere tyranni! Quanquam tantisper quidem illis facta licentia est: at portæ inferi non prævaluerunt adversus eam [54].

30. Licet vero ex sanctis Patribus scripto traditas demonstrationes quibus pia dogmata stabiliantur, potuerimus afferre, haud tamen e re nostra esse duximus, eductam a Deo regalis vestræ solertiæ sapientiam eo adurgere: verum, pro eo ac divinus sermo admonet [55], obsecrantium more placidissimeque officii nostri partes implemus, ne substracto sermone tanquam minime probati condemnemur. Nunquam enim sub superioribus imperatores ipsi nobis consuluimus ut taceremus, aut admonere et obsecrare cessaremus, velut dominos, herosque, et patres ac fratres, ne silentio nostro Dei jacturam faceremus. Attamen ut amplius certiusque orthodoxam fidem astruamus: quemadmodum a principio olimque et hactenus pura et impolluta Christianissima pietas secundum apostolicas confirmatasque a Deo traditiones, in cunctis Ecclesiis honeste ut Deum decet, nihilque a Domino dissidendo, venerabilium colendarumque imaginum ornatus fulget, easque in picturis et musivis operibus, in parietibus et tabellis atque vasis sacris, pari honore et veneratione ac vivificæ crucis figuram divinaque Evangelia amplectimur et exosculamur: ita nempe, ut cultum hunc et honorem ipsismet primigeniis exemplaribus adhibeamus; Basilio Magno dicente [56], honorem imaginis ad exemplar transire..... Quanto deterius supplicium merebitur, qui Dominicam imaginem Christi, a quo ipsa quoque crux sanctificata fuit, aspernatur et abnuit? tanquam enim perfectus desertor, atque a Christiani nuncupatione extraneus, æternæ damnationi erit obnoxius. Quamobrem ad ejus quam definivimus, divinæ doctrinæ probationem et confirmationem, venerandam insuper sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ, Verbique Dei ex ea incarnati et infantis imaginem, velut fidei gloriationem et coronam decoris, sceptrumque regium in capite confirmati a Deo et sincerissimi rectæ fidei libelli confessionis nostræ expressimus, ut divinæ vestræ eruditæ a Deo majestati, divinum ac cœlestem orthodoxæ fidei universæ diœcesis Orientalis sensum

A κλησίαν, εἰς ἕνα σύνδεσμον ἀγάπης, εἰς βαθεῖαν εἰρήνην τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀκραιφνεστάτου πίστεως. Ἕως πότε παρὰ πάντων τῶν Χριστιανῶν οἱ Ῥωμαίων παῖδες εἰκονοκλάσται καὶ αἱρετικοὶ ὀνειδίζονται; Ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν τῆς εὐσεβείας σου, καὶ οἰκτείρησον τὸν λαόν σου, τὸν διεσκορπισμένον καὶ διεσπαρμένον, ὡς ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. Τί τοῦτο τὸ ἐλεεινὸν δρᾶμα; ἀκατάπαυστος ὁ θυμὸς τοῦ ἀντιπάλου διαβόλου κατὰ τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ Σωτῆρος. Ἄσπονδος ὁ πόλεμος τοῦ ἀντικειμένου κατὰ τῆς ἀχράντου μορφῆς τῆς θεομήτορος. Ἀκατάλλακτος ἔχθρα ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους Χριστοῦ. Πόσοι βασιλεῖς ἐπολέμησαν τὴν Ἐκκλησίαν; πόσοι τύραννοι κατεδυναστεύσαντο; ἀλλὰ εἰ καὶ μικρὸν παρεχωρήθησαν, ἀλλὰ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. B

λ'. Πολλὰς μὲν γὰρ Γραφικὰς ἀποδείξεις εὐσεβῶν δογμάτων τῶν ἁγίων Πατέρων ἔχοντες γράφειν, οὐ δέον ἐστὶν ἡμᾶς τὴν τῆς βασιλικῆς ἀγχινοίας θεοδίδακτον σοφίαν ἐκβιάζειν· ἀλλὰ, κατὰ τὸν θεῖον λόγον, παρακλητικῶς καὶ εὐμενεστάτως ἐκπληροῦμεν, ἵνα μὴ τῇ ὑποστολῇ τοῦ λόγου, τὸ μὴ εὐδοκιμεῖσθαι καταχριθῶμεν. Οὐδέποτε γὰρ ἡμεῖς καὶ ἐπὶ τῶν προβεβηκότων βασιλέων σεσιωπήκαμεν, νουθετοῦντες, παρακαλοῦντες ὡς κυρίους, ὡς δεσπότας, ὡς πατέρας, ὡς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ Θεὸν ζημιωθῶμεν διὰ τῆς ἡσυχίας. Πρὸς δὲ περισσοτέραν πληροφορίαν καὶ ἀσφαλεστέραν βεβαίωσιν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καθὼς καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν μέχρι τῆς δεῦρο ἡ C καθαρὰ καὶ ἄμωμος Χριστιανικωτάτη εὐσέβεια, κατὰ τὰς ἀποστολικὰς καὶ θεοκηρύκτους παραδόσεις ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις θεοπρεπῶς καὶ εὐσχημόνως καὶ εὐπαρέδρως Κυρίῳ, ἡ τῶν σεπτῶν καὶ σεβασμίων εἰκόνων εὐκοσμία διαλάμπει ἐν ἱστορίαις καὶ μουσουργήμασιν, ἐν τοίχοις καὶ πίναξι καὶ ἱεροῖς σκεύεσι, τιμῇ καὶ σεβασμιότητι ἐπίσης τῷ τύπῳ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῶν θεολέκτων Εὐαγγελίων κατασπαζόμεθα· τὸ σέβας καὶ τιμὴν τοῖς πρωτοτύποις ἀπονέμοντες κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον· ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει..... Πόσῳ μᾶλλον χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν δεσποτικὸν Χριστοῦ χαρακτῆρα τοῦ καὶ τὸν σταυρὸν ἁγιάσαντος ἀθετῶν, ἢ ἀπαναινόμενος; ὡς τέλειος ἀποστάτης, καὶ ἀλλότριος τῆς Χριστιανικῆς προσ- D ηγορίας, ἔνοχος καὶ ὑπόδικος ἔσται αἰωνίου κατακρίσεως. Διὸ δὴ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ βεβαίωσιν τῶν παρ' ἡμῖν δεδογματισμένων θεοπνεύστων λόγων, καὶ τὸν σεβάσμιον χαρακτῆρα τῆς παναγίας θεομήτορος Μαρίας, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος καὶ νηπιάσαντος Θεοῦ Λόγου, ὡς καύχημα πίστεως καὶ στέφανον κάλλους, καὶ σκῆπτρον βασιλικὸν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῆς ἡμετέρας ὁμολογίας τοῦ θεοκυρώτου τῆς ὀρθοδοξίας ἀκραιφνεστάτου τόμου ἐνετυπώσαμεν, δεικνύντες πρὸς τὴν θεοφόρον ὑμῶν θεοδίδακτον βασιλείαν, τὸ ἔνθεον καὶ οὐράνιον φρόνημα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως πάσης ἀνατολικῆς διοικήσεως, κατὰ τὸν θεῖον λόγον· « Δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώ-

[53] Id est *Constantinopolitani*. [54] Matth. XVI, 18. [55] I Tim. II, 1, 2. [56] Lib. *De Spiritu sancto* cap. 27.

τερος ἔσται· γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει τὸ δέχεσθαι. »

λα'. Ἑπόμενοι τῷ ὅρῳ τῶν θεοφόρων Πατέρων τοιάδε πεφρονηκότων καὶ θεσπισάντων κατὰ τὰς ἀποστολικὰς παραδόσεις καὶ τὰ ἀρχαῖα ἔθη τῶν Ἐκκλησιῶν, οὕτως πιστεύοντες εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν Τριάδα, τὰς τιμίας εἰκόνας ἀσπαζόμεθα· οἱ μὴ οὕτω φρονοῦντες, ἀνάθεμα ἔστωσαν· οἱ μὴ οὕτως ὁμολογοῦντες, πόῤῥω τῆς Ἐκκλησίας ἐκδιωχθήτωσαν. Αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων· αὕτη ἡ πίστις τὴν Ἐκκλησίαν ἐφώτισε· τοὺς οὖν τολμῶντας ἑτέρως φρονεῖν, ἢ ἀνατρέπειν τι τῶν ἐνθέσμως τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένων, ἢ σταυροῦ ἐκτύπωσιν, ἢ εἰκονικὴν ἀναζωγράφησιν, ἢ ἀλλοτιοῦν τῶν ὄντων ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένων κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἔθη τῶν Πατέρων καὶ τῶν εὐσεβῶν καὶ πιστῶν βασιλέων, εἰ μὲν ἱερεῖς εἰσι, παντάπασι καθαιρέσει ὑποβάλλεσθαι καὶ ἀναθεματίζεσθαι, εἰ δὲ μονάζοντες καὶ λαϊκοί εἰσι, τῷ αὐτῷ ἀναθέματι κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς θείας κοινωνίας ἀφορίζεσθαι. Ταῦτα ὁρίζομεν τῇ κελεύσει καὶ αὐθεντίᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔθετο πρόσταγμα, καὶ οὐ παρελεύσεται· τοῦ κλείσαντος τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισαμένου αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματι αὐτοῦ· εὐλαβείσθω πᾶσα ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ὅτι φοβερός ἐστι, καὶ τίς ἀντιστήσεται αὐτῷ; καὶ, « Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος· » ὅτι πᾶσα ἡ πνοὴ καὶ κτίσις ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ περιείληπται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία αὐτοῦ ἐν πάσῃ γενεᾷ. Δόξα τῇ παναγίᾳ Τριάδι τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A significaremus, juxta atque Scriptura monet : « Da sapienti occasionem, et sapientior erit : indica justo, et adjiciet ut accipiat [97]. »

31. Sequentes itaque definitionem et regulam divinorum Patrum, qui secundum apostolicas traditiones et Ecclesiarum mores talia promulgarunt sanxeruntque, sic credentes in sanctam, consubstantialem ac vivificam Trinitatem, venerandas imagines amplectimur. Qui aliter sentiunt, anathema sint. Qui non ita profitentur, procul ab Ecclesiis exagitentur. Hæc apostolorum fides. Hæc fides Ecclesiam illustravit. Qui igitur aliter sentire ausi fuerint, vel eorum aliquid evertere quæ legitime Ecclesiæ tradita sunt, aut crucis figuram, vel pictas imagines, seu quidpiam aliorum quæ secun- B dum antiquos Patrum religiosorumque ac fidelium imperatorum mores 647 in Ecclesia constituta sunt : siquidem fuerint sacerdotes, amissi omnino gradus pœnæ atque anathemati subjaceant : sin monachi et laici, eidem sint anathemati subjecti, et communione priventur. Hæc Salvatoris nostri Jesu Christi præcepto et auctoritate decernimus, qui præceptum posuit et non præteribit : qui clausit abyssum [98], tremendoque suo et glorioso nomine obsignavit. Revereatur omnis terra a facie ejus, quia terribilis est, et quis resistet ei? et « horrendum est incidere in manus Dei viventis [99] : » quippe cujus manus spiritum omnem et creaturam comprehendat, et cujus regnum, regnum omnium sæculorum et dominatio ejus C in omni generatione. Gloria sit sanctissimæ Trinitati Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.

[97] Prov. IX, 9. [98] Psal. CXLVIII. 6. [99] Hebr. X, 3.

# ADMONITIO.

Opuscula duo de azymis sancti Joannis Damasceni nomine inscripta in codicibus manu exaratis reperiuntur. Primum, quod brevius est et alterius compendium, suppeditavit mihi vir doctissimus meique amantissimus R. admodum Pater D. Bernardus de Monfaucon ex cod. monasterii Remensis S. Remigii, n. 521. Alterum autem habet codex Regius 2982, cum præfixo Joannis Damasceni nomine, ex quo Combefisius noster pauca excerpsit et recitavit in adnotatione 6 in secundam Invectivam Isaacii Armenorum catholici, t. II Auctarii Biblioth. PP. Græc. Verum ex alio codice Reg., n. 2935, didici, secundi hujus opusculi parentem genuinum esse Meletium quemdam, de quo cæteroqui nihil mihi hactenus compertum fuit. Id prologus, quem idcirco non omittendum putavi, et cujus auctor non indicatur, diserte significat. Quin etiam Joanni Damasceno neutram lucubrationem tribuendam esse deditiori opera ostendo in singulari de azymis dissertatione, ac sanctum hunc doctorem communem Patrum traditionem hanc tenuisse, Dominum Christum ipso pridie quam pateretur, Pascha Judaicum cum discipulis edisse : quod tamen utroque opusculo præfracte negatur.

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

# ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΖΥΜΩΝ.

# S. JOANNIS DAMASCENI

# DE AZYMIS.

Nosse oportet illos qui azyma offerunt, carnem mortuam nec viventem offerre. Fermentum enim instar animæ est in massa, et sal vice mentis, Dominus siquidem assumpto ex perpetua Virgine corpore anima et mente prædito, per panem perfectum consentanee prorsus Novi Testamenti mysterium dedit; quem cum benedixisset ac fregisset dixit : « Accipite et comedite : hoc est corpus meum [1]. » Quocirca Lucas in sancto Evangelio suo ait : « Et accepto pane gratias agens, fregit [2]. » En vero hic dicit Christum accepisse panem, **648** non azymum ; nondum enim quinta dies aderat, sed decima tertia luna quando non erant azyma, quia necdum parabantur. Nam decima quinta luna hæc comedere præcipiebatur. Decima quarta vero agnum duntaxat edebant. Quamobrem decimam quartam lunæ ejusdem mensis lex Pascha nuncupat : decimam quintam vero insuper ei Sabbatum nominat, si igitur immolatus Christus fuit decima quarta lunæ, die Parasceves, Sabbatumque adeo festus azymorum dies erat, cum panes azymi primum ederentur; quandonam hos apostolis tradidit, quos illi dicunt se ab apostolis accepisse? Non enim Pascha quod lege mandatum erat, hocce anno comedit Christus : quippe qui, cum cœnatum esset, frangendo panem, novi testamenti mysterium dedit, ipsa quinta feria. At quando azymorum solemnitas fuit, Sabbato scilicet, decima quinta mensis die, Dominus in sepulcro jacebat. Cum autem azyma, ante festivum azymorum diem toto anno non exstitissent, ubinam tum reperta essent, quando Christus cœnavit cum discipulis suis. Desinite ergo, qui veritati repugnatis. Atqui hoc modo intelligitur horum verborum sensus; « *Erat autem Parasceve Paschæ* [3]. » Tunc enim præparabant, et veluti instruebant, quæ ad Paschæ festum attinerent. Quin etiam illud : « Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha [4], » quonam pacto hoc intelligas? Quod si Pascha in quintam feriam incidebat : quomodo ipsa Parasceve non introierunt in prætorium; sed hoc caverunt, cum ante jam mundati essent ob Paschæ comestionem?

A Ἰστέον, ὅτι οἱ τὰ ἄζυμα προσκομίζοντες, νεκρὰν σάρκα, καὶ οὐχὶ ζῶσαν προσφέρουσιν. Ἡ γὰρ ζύμη ἀντὶ ψυχῆς τῷ φυράματι γίνεται, καὶ τὸ ἅλας ἀντὶ τοῦ νοός· ὁ γὰρ Κύριος σῶμα ἔμψυχόν τε καὶ ἔννουν ἐκ τῆς Ἀειπαρθένου προσλαβόμενος, διὰ τελείου ἄρτου εἰκότως παρέδωκε τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης μυστήριον· εὐλογήσας αὐτὸν, καὶ κλάσας, καὶ εἰπών· « Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. » Καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, « Καὶ λαβὼν ἄρτον, φησὶν, εὐχαριστήσας ἔκλασεν. » Ἰδοὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἄρτον εἶπε λαβεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ οὐκ ἄζυμον. Οὐ γὰρ ἔτι ἦν, πέμπτης οὔσης τηνικαῦτα ἡμέρας· δεκακαιτρίτη γὰρ ἦν ἡ σελήνη τότε, καὶ οὐκ ἦν ἄζυμον διὰ τὸ μήπω γενέσθαι. Τῇ ιε' γὰρ τῆς σελήνης νενομοθετημένον ἦν ἐσθίειν ταῦτα. Τῇ δὲ B ιδ' τὸν ἀμνὸν καὶ μόνον ἤσθιον· διὸ καὶ τὴν δεκακαιτετάρτην τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τῆς σελήνης, Πάσχα προσαγορεύει ὁ νόμος· τὴν δὲ ιε' αὐτὴν καὶ Σάββατον ὀνομάζει. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἐτύθη κατὰ τὴν δεκακαιτετάρτην τῆς σελήνης, ἡμέρᾳ Παρασκευῇ· τὸ δὲ Σάββατον ἦν τῶν ἀζύμων ἑορτὴ, ὅτε τὰ ἄζυμα ἤσθιον, πότε ταῦτα τοῖς ἀποστόλοις παρέδωκεν, ὅτι λέγουσιν παρὰ τῶν ἀποστόλων ταῦτα λαβεῖν; Οὐδὲ γὰρ τὸ Πάσχα τὸ νόμιμον κατὰ τὸν χρόνον ἔφαγεν ὁ Χριστός. Καὶ γὰρ μετὰ τὸ δειπνῆσαι, παρέδωκε διὰ τῆς τοῦ ἄρτου κλάσεως, τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης μυστήριον κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν. Ὅτε δὲ ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων ἦν ἐν τῷ Σαββάτῳ κατὰ τὴν ιε' ἡμέραν τοῦ μηνὸς, ἐν τῷ τάφῳ ἔκειτο ὁ Κύριος. Ἀζύμων οὖν μὴ C ὄντων πρὸ τῆς ἑορτῆς τῶν Ἀζύμων ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, ποῦ εὑρέθησαν τότε τὰ ἄζυμα, ὅτε μετὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν τὸ δεῖπνον ἔφαγεν ὁ Χριστός; Παύσασθε οἱ τῇ ἀληθείᾳ ἀντιμαχόμενοι. Καὶ τὸ, « Ἦν δὲ Παρασκευὴ τοῦ Πάσχα, » οὕτω νοεῖται. Ἡτοίμαζον γὰρ, οἷον καὶ παρεσκεύαζον τὰ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα· καὶ τὸ, « Αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα, » πῶς νοήσεις, εἰ τῇ πέμπτῃ ἦν τὸ Πάσχα; πῶς τῇ Παρασκευῇ πρὸς τὸ πραιτώριον οὐκ εἰσῆλθον, ἀλλ' εὐλαβοῦντο προκαθαιρόμενοι ἕως διὰ τὴν τοῦ Πάσχα μετάληψιν;

[1] Matth. xxvi, 26. [2] Luc. xxii, 19. [3] Joan. xix, 14. [4] Joan. xviii, 28.

## ΕΚΤΗ ΑΙΡΕΣΙΣ ΑΡΜΕΝΙΩΝ.

## SEXTA HÆRESIS ARMENORUM.

A Τὸ ἄζυμον τὴν νεκρὰν θυσίαν ἀναισχύντῳ προσώπῳ παριστῶσιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν Ἑβραίων. Διὸ ὁ θεσπέσιος Παῦλος πολυτρόπως γράφει πρὸς Κορινθίους οὕτως· « Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. » Καὶ πάλιν· « Ἐὰν ἡ πρώτη ἄσπιλος ἦν, ἡ δευτέρα χώραν οὐκ εἶχε. » Καὶ πρὸς Γαλάτας· « Κατήργηνται ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦνται, καὶ ἐξέπεσον τῆς χάριτος. » Καὶ πάλιν λέγει· « Ἐάν τις ποιήσῃ ἓν ἐκ τῶν τοῦ νόμου, ἐπικατάρατος ἐὰν μὴ ποιήσῃ πάντα. » Καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ ὑπερῴῳ τὸν μυστικὸν δεῖπνον ὅτε ἤθελε παραδοῦναι τοῖς μαθηταῖς, οὐκ ἐν ἀζύμῳ, ἀλλ' ἐν ἄρτῳ τελείῳ παρέδωκεν, ὅτι οὐκ ἦν καιρὸς τῶν ἀζύμων κατὰ τὸν νόμον τῶν Ἑβραίων. Ἐπεὶ καὶ τὸ μυστήριον τοῦτο πρὸ τοῦ Πάσχα ἦν, καθὼς ὁ ἅγιος B Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει· « Πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα. » Καὶ πάλιν· « Τῇ ἐπαύριον, ἄγουσι τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον· καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. » Καὶ Μελέτιος δέ τις θεοφόρος ἀνὴρ καὶ τῶν Γραφῶν ἀκριβὴς ἐξεταστής, αἰτηθεὶς περὶ τῶν ἀζύμων παρά τινος συγκέλλου, γράφει πρὸς αὐτὸν οὑτωσί·

α'. [a] Τὰ ἄζυμα οὐκ ἄρτος, ὡς ἄν τις εἴποι, τέλειος καὶ ὁλόκληρος, οὐδ' αὐτοτελῆ, ἀλλ' ἐλλιπῆ καὶ ἡμιτελῆ τινα, δεόμενα τοῦ πληρώματος τῆς ζύμης. Ἄρτος, δὲ [b] ἄρτιος, αὐτοτελής, τέλειος, πληρέστατος [δεῖ γὰρ τοῦ πληρώματος [c]], ὡς τὸ ὅλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ· τὸ δὲ ἄζυμον, καλεῖται καὶ ἐγκρυφίας, ὃ Ἠλίας ποτὲ τῇ Σουναμίτιδι ἐξῃτήσατο, ἢ κολλύριον, ὃ τὰ C παρ' ἡμῖν νήπια κουλλίκιον κοινῶς ὀνομάζουσι· τὸ πλήρωμα τοίνυν τῆς ἀζύμου ζύμης τῶν Ἰουδαίων Χριστός ἐστιν, ὃς ἐλθών, τὸ ἐλλιπὲς, καὶ ἀτελὲς ἐπλήρωσε τοῦ νόμου, καὶ τοῦτο τελειώσας κατέπαυσεν. Ὅθ' οἱ τῶν Ἰουδαίων ἠγνοηκότες παῖδες βασκάνῳ ψυχῇ ἔτι ἄζυμα παρανόμως ἐσθίουσι, καὶ διὰ τοῦτο οἱ μιμηταὶ τούτων, καὶ οἱ Ἰουδαιόφρονες Ἀρμένιοι καὶ Ἰακωβῖται, ἀφρόνως τούτων μετέχουσιν, ὡς τῆς Ἀπολιναρίου κακίστης αἱρέσεως μετέχοντες. Ἐκεῖνος γὰρ σῶμα μόνον, ἄψυχόν τε καὶ ἄνουν εἶπε λαβεῖν τὸν Χριστὸν, ὅπερ ἐστὶ νεκρόν. Καὶ οἱ τὰ ἄζυμα τοίνυν ἐσθίοντες, εἰς ἀντίτυπον τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, νεκρὰν ἐσθίουσι σάρκα, καὶ οὐ ζῶσαν καὶ ἔμψυχον καὶ ἔννουν. Ἡ γὰρ προζύμη ἀντὶ ψυχῆς τῷ

A Hostiam fermenti expertem perfricta fronte offerunt secundum traditionem Hebræorum. Quocirca divinus Paulus multifarie scribit, ad Corinthios puta hoc modo: « Modicum fermentum totam massam afficit [5]. » Et rursum: « Si prius culpa vacasset, non utique secundo locus foret [6]. » Et ad Galatas: « Evacuati sunt a Christo qui in lege justificantur, et a gratia exciderunt [7]. » Et iterum ait: « Si quis unum eorum quæ legis sunt fecerit, maledictus erit nisi fecerit omnia [8]. » Et Salvator in cœnaculo, mysticam cœnam, quando discipulis dare ipsam voluit, non in azymo, sed in perfecto pane tradidit: quia tempus azymorum panum non erat, secundum legem Hebræorum. Nam mysterium istud ante Pascha gestum fuit; quemadmodum sanctus B Joannes evangelista dicit: « Ante diem festum Paschæ [9]; » et rursum: « Die crastina mane Jesum adducunt a Caipha in prætorium: et ipsi non introierunt, ut non contaminarentur; sed ut manducarent Pascha [10]. » Sed et Meletius quidam, vir Deo plenus, Scripturarumque diligens investigator, de azymis a syncello quopiam quæsitus, ad ipsum ita scripsit:

1. Azyma panis, ut ita loquar, perfectus et completus non sunt, nec omnibus numeris absoluta, sed deficientia et semiplena quædam, fermenti plenitudine indigentia: panis vero perfectus, numeris **849** suis absolutus est, et plenissimus, ut qui totum in semetipso habeat. Azymum porro vo- C catur tortula, qualem Elias olim a Sunamitide petiit [11], vel collyrida, quam pueri apud nos cullicium vulgo vocitant. Plenitudo itaque fermenti Judaicorum azymorum Christus est, qui adventu suo, quod deficiens et imperfectum erat in lege, illud implevit, et ad perfectionem perducendo cessare fecit. Quod quia Judæi nesciunt, invidenti animo azyma adhuc contra præscriptum legis manducant. Quamobrem Armenii et Jacobitæ, qui illos imitantur et Judaica mente aguntur, horum insipienter participes sunt, veluti pessimæ hæresis Apollinarii consortes et socii. Hic enim corpus solum sine anima et mente a Christo acceptum dixit, quod idem est atque mortuum. Qui igitur azyma comedunt in antitypo corporis Christi, hi mortuam car-

[5] I Cor. v, 6. [6] Hebr. viii, 7 [7] Galat. v 4 [8] Galat. iii, 10. [9] Joan. xiii, 27. [10] Joan. xviii, 28. [11] III Reg. xvii, 13.

### VARIÆ LECTIONES.

[a] In marg. Τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, Περὶ ἀζύμων, κατὰ Ἀρμενίων· *Sancti Joannis Damasceni De azymis. adversus Armenos.* [b] R. 2935 ὁ δὲ ἄρτος. [c] Ibid. δηλαδὴ τοῦ πληρώματος. Neutrum placet, nec quid sibi auctor velit, exprimit.

nem edunt, non vivam, nec anima et mente prædi-tam. Nam fermentum massæ est loco animæ : sal vero mentis instar. Quæ cum non habeat panis azymus, mortuum quid et stolidum est. Quo fit, ut qui edunt azyma, in caligine legis ambulent. Quomodo autem societatem habuerint cum Christo, qui in luce gratiæ ejus non versantur? Nam qui in gratiæ ejus lumine gradiuntur, hi panem manducant, Christi nempe corpus, ejusque sanguinem intaminatum bibunt : atque hoc pacto mutuam inter se et cum Christo Deoque nostro societatem habent, mundati cum sint ab omni peccato. Nam in azymis nulla prorsus vivida virtus est; quippe quæ mortua sunt. Verum in pane, sive Christi corpore, tria vivida sunt, vitamque præbentia; spiritus, aqua et sanguis. Quod et Joannes suo testimonio confirmat : « Tres sunt, inquit, qui testimonium dant, spiritus, aqua et sanguis : et hi tres ad unum sunt [12]; » hoc est ad corpus Christi. Quod et tempore quo cruci affixum fuit, manifestum exstitit, quando aqua et sanguis ex latere ejus effluxit, carne ipsius lanceæ ictu puncta. Hic porro vivax erat, sanctusque Spiritus sanctæ illius conjunctus carni manserat, quam cum nos transmutato per Spiritum in Christi carnem pane edimus, in ipso vivimus, quatenus vivam deificatamque carnem manducamus, consimilique modo vividum et sanguinem ipsius et calentissimum. Quoniam ex carne Spiritu vivida, calentissimus quoque Christi cruor et aqua scaturierunt : id quod in illis qui azyma comedunt, nequaquam fieri contingit. Proh absurditatem! Gloriantur, cum mortuum fermentum edunt, nobisque dicunt : non nos sale, fermento et aqua farinam depsimus, ut oblationem fermentatam faciamus; sed aqua solum et farina azymum igne paramus, et tribus istis hostiam mundam conficimus. Quapropter tria hæc, aqua, farina, et ignis, ad quid assumuntur, et cujusnam figuras ea esse arbitramini? Plane corporis Domini. At vero ille quem Christus diligebat, non dixit : « Tres sunt, qui testimonium dant, » aqua, farina et ignis; sed « spiritus, aqua et sanguis, et hi tres ad unum sunt; » utique ad Christi corpus, ut antehac dictum fuit. Nam si locum hunc de increata et incorporea natura accipitis, **650** omnino caditis ruentes in hæresim Theopaschitarum, qui deitatem cum Verbi carne passam dicunt. Haudquaquam enim deitas incarnata est, Pater scilicet et Filius et Spiritus sanctus, ut tribus istis, aqua, ut aitis, farina et igne, eam significari intelligatis, adeoque azymum duntaxat figuram illius habeatis, et in sacrificium offeratis. Sed unus de Trinitate Filius Verbumque Dei assumpta carne ex mundis carnibus sanctæ Virginis, factus homo est, patratisque omnibus quæ ad dispensationem spectabant, crucifixus est carne, nentiquam patiente divinitate. Quapropter crucifixus cum sit carne, carnem

A φυράματι γίνεται · τὸ δὲ ἅλας ἀντὶ νοός. Ἃ μὴ ἔχον τὸ ἄζυμον, νεκρὸν καὶ μωρόν ἐστι. Τοίνυν καὶ οἱ τὰ ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν τῷ σκότει τοῦ νόμου περιπατοῦσι. Καὶ πῶς κοινωνίαν ἕξουσι μετὰ τοῦ Χριστοῦ, οἱ μὴ ὄντες ἐν τῷ φωτὶ τῆς χάριτος αὐτοῦ; Οἱ γὰρ ἐν τῷ φωτὶ περιπατοῦντες τῆς αὐτοῦ χάριτος, ἄρτον ἐσθίουσι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ πίνουσιν αἷμα τὸ ἄχραντον αὐτοῦ · καὶ οὕτως ἔχουσι μετ' ἀλλήλων, καὶ μετὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν κοινωνίαν, καθαριζόμενοι ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀζύμοις οὐδεμία τίς ἐστι ζωτικὴ δύναμις, νεκρὰ γάρ ἐστι · ἐν δὲ τῷ ἄρτῳ, ἤγουν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ, τρία τὰ ζῶντα καὶ ζωὴν παρέχοντα αὐτὰ τοῖς ἀξίως ἐσθίουσι, τὸ πνεῦμα, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα · ὅτι καὶ Ἰωάννης συμμαρτυρεῖ τῷ λόγῳ · « Τρεῖς οἱ μαρτυ- B ροῦντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, » τουτέστι εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Ὃ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς σταυρώσεως δῆλον γέγονεν, ὁπηνίκα τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἔρρευσε, λόγχῃ νυγείσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, τρία ἐξέρρευσε, ὃ δὲ ζῶν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἔμεινε τῇ τεθεωμένῃ σαρκὶ αὐτοῦ, ἣν ἐσθίοντες ἡμεῖς ἐν τῷ μεταβαλλομένῳ ἄρτῳ διὰ τοῦ πνεύματος εἰς σάρκα Χριστοῦ, ζῶμεν ἐν αὐτῷ, ὡς ζῶσαν καὶ τεθεωμένην σάρκα ἐσθίοντες · ὡσαύτως καὶ τὸ αὐτοῦ αἷμα τὸ ζῶν καὶ θερμότατον, ἐπειδὴ ἐκ τῆς ζώσης σαρκὸς τῷ πνεύματι, καὶ θερμότατον τοῦ Χριστοῦ τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐξέβλυσεν, ὅπερ ἐν τοῖς τὰ ἄζυμα ἐσθίουσι χώραν οὐκ ἔχει τοῦτο γίνεσθαι. Καὶ ὢ τῆς ἀτοπίας! νεκρὰν ζύμην ἐσθίοντες αὐχοῦσι, καὶ λέ- C γουσι πρὸς ἡμᾶς, ὅτι οὐχ ὥσπως ὑμεῖς ἅλατι καὶ προζύμῃ καὶ ὕδατι ἄλευρον φύρομεν, καὶ οὕτως ποιοῦμεν τὴν ἀναφορὰν τῶν ἐνζύμων, ἀλλ' ὕδατι μόνῳ καὶ ἀλεύρῳ, πυρὶ τὸ ἄζυμον ἀπαρτίζομεν, καὶ ἐν τοῖς τρισὶ τούτοις ἁγνὴν ποιοῦμεν τὴν θυσίαν. Τὰ τρία οὖν ταῦτα τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ ἄλευρον καὶ τὸ πῦρ, εἰς τί λαμβάνεται; καὶ τίνος ἀντίτυπα εἶναι δοκεῖτε; ἀντὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν ὁ ἠγαπημένος, « Τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, » τὸ ὕδωρ, τὸ ἄλευρον, καὶ τὸ πῦρ, ἀλλὰ « τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσι, » δηλονότι τὸ σῶμα Χριστοῦ, ὡς προείρηται. Εἰ δὲ καὶ εἰς τὴν ἄκτιστον καὶ ἀσώματον φύσιν τῆς ἁγίας Τριάδος ταῦτα λαμβάνετε, σφάλλεσθε πίπτοντες εἰς τὴν Θεο- D πασχιτῶν αἵρεσιν, οἵ φασι συμπεπονθέναι τῇ σαρκὶ τοῦ Λόγου καὶ τὴν αὐτοῦ θεότητα. Οὐ γὰρ ὁμοῦ ἡ Τριὰς ἐσαρκώθη, ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον τὸ Πνεῦμα, ἵνα θεωρῆτε ταῦτα εἰς αὐτὴν τὰ τρία, τὸ ὕδωρ, ὥς φατε, καὶ τὸ ἄλευρον, καὶ τὸ πῦρ, καὶ ὡς ἀντίτυπα αὐτῆς ποιῆτε τὸ ἄζυμον, καὶ εἰς θυσίαν προσφέρητε · ἀλλ' ὁ εἷς τῆς Τριάδος, ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ σαρκωθεὶς ἐξ ἁγνῶν τῆς ἁγίας Παρθένου σαρκῶν ἐνηνθρώπησε, καὶ πάντα τελέσας τὰ τῆς οἰκονομίας, ἐσταυρώθη τῇ σαρκὶ, μὴ παθούσης αὐτοῦ τῆς θεότητος. Σαρκὶ οὖν σταυρωθεὶς, παρέδωκεν ἡμῖν ἐσθίειν διὰ τοῦ ἄρτου τὴν σάρκα αὐτοῦ, τὴν ἐν Πνεύματι ζῶσαν ἁγίῳ, οὕτως εἰπών · « Λάβετε, φά-

[12] I Joan. v, 8.

γετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. »

β'. Ἰστέον οὖν ὡς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τῶν ἁγίων ἀποστόλων αὐτοῦ, τὴν σεμίδαλιν τῶν ἀζύμων ἐσθίειν ἢ προσφέρειν οὐδεμία παρέλαβεν Ἐκκλησία· ἐπειδὴ οὔτε ὁ Χριστὸς αὐτὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ τὸ νομικὸν ἔφαγε Πάσχα. Ἄκουσον τί φησιν ὁ Ἰωάννης· « Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν Πατέρα· καὶ δείπνου γενομένου, τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ. Καὶ ὅτε, φησὶν, ἐγένετο ἡ ὥρα αὐτοῦ, » τουτέστιν ὅτε παρέστη ὁ καιρὸς τοῦ προδοῦναι αὐτὸν, B ἀνέπεσον καὶ οἱ δώδεκα ἀπόστολοι σὺν αὐτῷ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· « Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τὸ Πάσχα τοῦτο φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν. » Ὁρᾷς, « πρὸ τοῦ με παθεῖν, » φησίν. Ἐπεὶ οὖν ἔδει παθεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα τοῦ νομικοῦ, καθ' ἣν καὶ ὁ ἀμνὸς παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἐσφάζετο, ἔμελλε δὲ τοῦ γενέσθαι τὸ Πάσχα παρὰ τῶν θεοκτόνων Παρασκευῇ ἡμέρᾳ, ὡς αὖθις φησιν ὁ Ἰωάννης· « Ἐπεὶ Παρασκευὴ ἦν. Ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα τοῦ Σαββάτου ἐκείνη, » ἐν ᾗ τηνικαῦτα καὶ ἡ ιδ' τῆς σελήνης κατὰ τὸν πρῶτον μῆνα ἐν ,εφλδ' ἔτος ἐμπεσεῖν ἔτυχε. Κύκλος γὰρ ἦν ιη' τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης ε'· ἵνα μὴ παραδοθεὶς οὐ φθάσῃ τὸ οἰκεῖον Πάσχα τοῖς μαθηταῖς παραδοῦναι, ἐν τῷ δείπνῳ ἀναπεσὼν ὀψὲ καὶ C βαθὺ τὴν νύκτα, κατὰ τὴν ὀψίαν δηλονότι τῆς πέμπτης, ἔφαγε μὲν, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον Πάσχα, πρὸ τῆς ἑορτῆς τῶν ἀζύμων. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἀναπεσεῖν αὐτόν. Οὐκ ἦν γὰρ τοῦτο νενομοθετημένον· ἐπειδὴ ἱσταμένους καὶ περιεζωσμένους καὶ ὑποδεδεμένους, καὶ ἐπὶ χεῖρας τὴν βακτηρίαν ἔχοντας, ἐκέλευσε μὲν ἐσθίειν τὸ Πάσχα μετὰ σπουδῆς τοῖς Ἰουδαίοις ὁ νόμος. Κατέπαυσε μὲν πληρώσας τοῖς χρόνοις τοῦ ἰδίου κηρύγματος τὸ Πάσχα τὸ νομικόν· παρέδωκε δὲ τὸ οἰκεῖον διὰ τοῦ δείπνου. Διὸ καὶ μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν ἄρτον καὶ κλάσας παρέδωκε τοῖς ἀποστόλοις τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης καὶ τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, ἐν τῇ νυκτὶ τῇ πέμπτῃ, ἐν ᾗ καὶ παρεδόθη.

γ'. Ἰστέον δὲ ὅτι καθ' ἣν ἡμέραν ἐσταύρωσαν οἱ θεοκτόνοι τὸν Κύριον, κατ' αὐτὴν καὶ τὸν ἀμνὸν θύ- D σαντες ἔφαγον τὸ Πάσχα τὸ νομικόν· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Ἰωάννην· « Καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα· » ὅτε ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μετὰ τοῦ ἀμνοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. Ἀλλὰ τί φησι; « Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας, ἔκλασεν. » Ἰδοὺ καὶ Λουκᾶς ἄρτον εἶπε λαβεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ οὐκ ἄζυμα. Ἰδοὺ γὰρ ἔτι ἦν ε' οὔσης τηνικαῦτα τῆς ἡμέρας ιγ'· τρισκαιδεκάτη γὰρ ἔτι ἦν ἡ σελήνη· καὶ οὐκ ἦν ἄζυμον, διὰ τὸ μήπω γενέσθαι. Τῇ ιε' γὰρ τῆς σελήνης νενομοθετημένον ἦν ἐσθίειν. Τὴν ιδ' τοῦ

A proinde suam, Spiritu sancto vivam, edendam per panem dedit, verba hæc adhibens : « Accipite, comedite : hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum [12]. »

2. Scire igitur attinet, nullam Ecclesiam, neque a Christo, neque ab apostolis accepisse, ut farina minime fermentata ederetur vel offerretur : quoniam neque Christus ipse Deus noster eo quo passus est tempore Pascha legale comedit. Ausculta quid Joannes dicat : « Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ut transeat de hoc mundo ad Patrem ; et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ, ut traderet eum. Et cum esset hora ejus, inquit [13], » hoc est, tempus adesset quo traderetur, « una recu- B buerunt apostoli cum eo ; dixitque illis : Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar [14]. » Vides, « antequam patiar, » inquit. Quia ergo pati ipsum necesse erat in die Paschæ legalis, in qua nempe agnus a Judæis immolabatur, omnino futurum erat ut a deicidis Pascha ageretur die Parasceves, uti rursum Joannes ait : « Quoniam Parasceve erat. Erat enim magnus dies ille Sabbati [16], (in qua nimirum tunc temporis decima quarta lunæ in primo mense anni 5534 incidere contingebat. Erat enim cyclus solis XVIII, et lunæ V), ne cum traditus esset, minime posset Pascha suum discipulis largiri, in cœna accumbens vespere et profunda nocte, vespe- C re, inquam, quintæ diei, comedit quidem, sed Pascha proprium, ante festum azymorum. Id quod plane ex eo manifestum fit, quod recubuerit. Hoc enim lege sancitum non erat. Lex siquidem jusserat [17], Pascha cum festinatione comedi a Judæis stantibus, succinctisque, et calceatis, et baculos tenentibus præ manibus. Atqui cessare quidem fecit Pascha legale, illud implendo observandoque eo tempore quod prædicationi impendit : proprium vero suum cœnando dedit. Quamobrem postquam cœnavit, accepto fractoque pane, novi testamenti observantiæque suæ et cultus mysterium dedit apostolis, in quinta nocte, qua traditus etiam fuit.

3. Nosse autem oportet, deicidas illos, ipsa die D qua Dominum cruci affixerunt, hac eos mactato agno Pascha legale manducasse. Id quod inde perspicuum fit, cum Joannes dicat : « Et ipsi non introierunt in prætorium ut non contaminarentur : sed ut manducarent Pascha [18] ; » quando utique eadem qua agnus die una immolatus est pro nobis **651** Christus. Sed quid dicit ? « Et accepto pane, gratias agens, fregit [19]. » En Lucas quoque Christum accepisse panem ait, non azyma. Ecce enim quinta feria cum esset, quoniam decima tertia adhuc luna erat, azymus panis non apponebatur, quia nondum paratus erat : quippe qui de-

[12] I Cor. XI, 23. [13] Joan. XIII, 1, 2. [14] Luc. XXII, 15. [16] Joan. XIX, 31. [17] Exod. XII, 11 seqq. [18] Joan. XVIII, 28. [19] Luc. XXII, 19.

cima quinta lunæ manducari præcipiebatur. Lex porro decimam quartam lunæ mensis primi Pascha nuncupat: decimam quintam vero, azymorum diem, et Sabbatum nominat. Quod si igitur Christus decima quarta lunæ, ipsa die Parasceves occisus fuit, Sabbatumque erat festum Azymorum; quandonam azyma comedit? et quando rursum ea parare jussit apostolis in novo testamento? quandoquidem Judæorum imitatores et æmuli aiunt, ab apostolis se azyma conficere didicisse. Pascha siquidem legale Christus ut ederet, illo tempore non antevertit. Atqui hoc prorsus verum esse, ut his quæ dicta a nobis sunt magis fides astruatur, audias velim, quas Moyses leges tulerit, quidve de Pascha et azymis lege constituerit. « Hæ sunt, inquit, solemnitates Domini; hæ quas sanctas vocabitis in temporibus suis. In primo mense decima quarta die mensis inter vesperas Pascha Domino: et in quinta decima mensis hujus solemnitas azymorum Domino. Septem diebus azyma comedetis [20]. » En igitur addisce ex ipsamet Moysis sanctione tunc non adfuisse tempus edendorum azymorum. Enimvero Christus feria quinta post cœnam per panis fractionem novi testamenti mysterium tradidit. Quando vero festum azymorum fuit, decima quinta die, Sabbatum erat, tuncque in sepulcro tumulatus jacebat. Cum itaque ante solemnitatem azymorum per totum annum panes sine fermento non essent; quippe cum septem illis diebus, hisque solis azyma Judæi comederent, quemadmodum lege Moysis ferebatur, ut decima quinta primi mensis apponi mensæ inciperent: quomodo fieri potuit, ut tunc reperta sint azyma, quando Christus cum discipulis suis cœnavit? Sed audi, quæso, quid apostoli dicant capite, seu canone LXX: « Si quis præsbyter aut diaconus, aut quisvis alius de numero clericorum jejunat cum Judæis, vel festa agit cum ipsis, vel ab ipsis festivitatum ipsorum munuscula, ut puta azymum panem, aliudve simile accipit, deponatur. » Sed et insuper sexta synodus quæ Constantino Heraclii nepote imp. collecta fuit, cum vicarios haberet qui sancti papæ Agathonis episcopi Romani locum tenerent, inter quos et divinus Gregorius Agrigentinus aderat, capitum contra azyma sensum sacra constitutione explicavit his verbis expressum [21]: « Nemo eorum qui in sacro ordine censentur, aut etiam laicus, accepta a Judæis azyma manducet. » Quod si ab apostolis traditum esset ut azyma edantur, huicce canoni generose contradixissent sacer Agatho Romanus episcopus, divinusque Gregorius Agrigentinus; nec ullo pacto consensissent sacro huic divinoque canoni. Quocirca qui azyma parat et offert, is animo Judæus est et scelestus, qui ejusdem atque illi mentis sit, apostolorum et Patrum instituta violans, quemadmodum iis quæ dicta sunt, ostendimus.

A πρώτου μηνὸς τῆς σελήνης, Πάσχα προσαγορεύει ὁ νόμος· τὴν δὲ ιε' πρώτην τῶν ἀζύμων, καὶ Σάββατον ὀνομάζει. Εἰ οὖν ὁ Χριστὸς ἐτύθη κατὰ τὴν ιδ' τῆς σελήνης, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Παρασκευῆς, τὸ δὲ Σάββατον ἦν τῶν ἀζύμων ἑορτὴ, πότε τὰ ἄζυμα ἔφαγε, καὶ πότε αὐτὰ τοῖς ἀποστόλοις ποιεῖν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ παρέδωκεν; ὅτι λέγουσιν οἱ μιμηταὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι τὰ ἄζυμα παρὰ τῶν ἀποστόλων ποιεῖν παρελάβομεν. Οὐδὲ γὰρ τὸ Πάσχα τὸ νομικὸν κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον φαγεῖν ἔφθασεν ὁ Χριστός· καὶ ὅτι οὕτως ἔχει τὸ ἀληθὲς, πρὸς πίστωσιν τῶν εἰρημένων ἄκουσον καὶ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας, τί περὶ τοῦ Πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων νενομοθέτηκεν. « Αὗται, φησὶν, αἱ ἑορταὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ αὗται αἱ ἅγιαι, ἃς καλέσετε αὐτὰς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν· ἐν
B τῷ πρώτῳ μηνὶ ἐν τῇ ιδ' ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς ἀναμέσον τῶν ἑσπερινῶν Πάσχα τῷ Κυρίῳ· καὶ ἐν τῇ ιε' ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τούτου, ἑορτὴ τῶν ἀζύμων τῷ Κυρίῳ. Ἑπτὰ ἡμέρας ἄζυμα ἔδεσθε. » Ἰδοὺ μάνθανε καὶ ἀπὸ τῆς νομοθεσίας Μωϋσέως, ὅτι οὐκ ἦν τότε ἄζυμα ἔδεσθαι. Καὶ γὰρ μετὰ τὸ δειπνῆσαι κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πέμπτης, παρέδωκεν ὁ Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ ἄρτου κλάσεως τὸ τῆς καινῆς διαθήκης μυστήριον. Ὅτε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων ἦν τὸ Σάββατον κατὰ τὴν ιε' τοῦ μηνὸς ἡμέραν, ἐν τῷ τάφῳ ἔκειτο τεθαμμένος. Ἀζύμων οὖν μὴ ὄντων πρὸ τῆς ἑορτῆς ἀζύμων ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ· ἑπτὰ γὰρ ἡμέρας καὶ μόνας ἤσθιον τὰ ἄζυμα οἱ Ἰουδαῖοι, ὡς ἐνομοθέτησεν ὁ Μωϋσῆς, κατὰ τὴν ιε' ἡμέραν τοῦ πρώτου μηνὸς ἀρ-
C χομένης τῆς τούτων τραπέζης· πῶς δὲ εὑρέθησαν τότε ἄζυμα, ὅτε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ τὸ δεῖπνον ἔφαγεν ὁ Χριστός; Ἄκουσον τί φασιν οἱ ἀπόστολοι ἐν τῷ ο' κεφαλαίῳ· « Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ὅλως τῶν τοῦ καταλόγου κληρικῶν νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ ἑορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν ξένια, οἷον ἄζυμον, ἤ τι τοιοῦτον, καθαιρείσθω. » Ἀλλὰ καὶ ἡ ς' σύνοδος (1) ἐπὶ Κωνσταντίνου ἐκγόνου Ἡρακλείου συναθροισθεῖσα, τοποτηρητὰς ἔχουσα τοῦ πάπα, τοῦ ἱεροῦ Ἀγάθωνος ἐπισκόπου Ῥώμης τόπον ἀναπληροῦντας, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος θεῖος Γρηγόριος, ἔννοιαν κεφαλαίων κατὰ τῶν ἀζύμων διὰ τὴν ἱερὰν διάταξιν ἐξέθετο ἔχουσαν οὕτως· « Μηδεὶς τῶν ἱερατικῷ τάγματι κατειλεγμένων, ἢ λαϊκὸς τὰ παρὰ τῶν Ἰου-
D δαίων ἄζυμα ἐσθιέτω. » Καὶ εἰ παραδεδομένον παρὰ τῶν ἀποστόλων ἦν τὸ ἐσθίειν τὰ ἄζυμα, ἀντέστη ἂν γενναίως τῷ παρόντι κανόνι ὁ ἱερὸς Ἀγάθων ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος θεῖος Γρηγόριος, καὶ οὐκ ἂν μᾶλλον συνῄνουν τῷ ἱερῷ καὶ θείῳ τούτῳ κανόνι. Ἤγουν ὁ ἄζυμα ποιῶν καὶ προσφέρων Ἰουδαιόφρων ἐστὶ καὶ παράνομος καὶ ὁμόφρων ἐκείνων ἐστὶ, παραβαίνων καὶ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν Πατέρων, καθὼς ὁ λόγος ἀπέδειξεν.

[20] Levit. XXIII, 4, 5. [21] Can. 11.

NOTÆ.

(1) Error Græculi Trullanam synodum pro sexta generali accipientis. Neutri Gregorius Agrigentinus subscripsit.

# IN EPISTOLAM AD ZACHARIAM

## ET CAPUT QUOD EAM SUBSEQUITUR.

### *ADMONITIO.*

Epistolam ad Zachariam, cum capite seu homilia quæ subsequitur *De corpore et sanguine Jesu Christi*, Petrus Pantinus Bruxellensis Antuerpiæ Græce Latineque edidit anno 1601, in 8, post S. Joannis Damasceni orationem *de Sabbato sancto*, cum tria hæc opuscula reperisset in codice Antonii Covarruviæ, ex quo hunc etiam titulum epistolæ deprompsit : Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ πεμφθεῖσα πρὸς Ζαχαρίαν ἐπίσκοπον Δοάρων, περὶ τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ · *Ejusdem* (Joannis Damasceni) *epistola missa ad Zachariam episcopum Doarorum, de sacro corpore et sanguine Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi*. Epistolam subinde et orationem Fronto Ducæus cum homilia *De Sabbato sancto*, et quibusdam aliis Græce et Latine, adjici curavit ad calcem secundæ et tertiæ editionum Parisiensium anni 1603 et 1619. Multi codices manuscripti epistolam cum oratione Joanni nostro Damasceno perinde atque edita ascribunt. Solus, quem repererim, Regius, n. 2428, auctorem alterum indicat *Petrum Mansur*, adeoque hominem Joanni Damasceno consanguineum : et in eo codice initium habetur epistolæ quod in reliquis desideratur. Et certe gravis- argumenta suadent Joannem nostrum, nec epistolam, nec homiliam illam scripsisse cum ei religio esset a majorum placitis et dictis vel minimum discrepare, procul aberat, ut Domini corpus quod surrexit a mortuis, uti corruptionis, ita et sanguinis modo expers esse. Hoc enim Patrum Græcorum nemo effutiisse noscitur, nimiumque ad Origenis sensum accidit, quem Joanne Damasceno nullus persenserit melius vel exhorruerit magis. Quinimo lib. IV *De fide*, cap. 1, docet carnem eamdem quæ passa erat resurrexisse, et οὐδὲν τῶν τῆς φύσεως μερῶν, *nullam partium quæ a natura datæ sunt, defuisse, tam quoad corpus, quam animam*, οὐ σῶμα, οὐ ψυχήν. Solas quidem animæ partes, quas Christus servaverit, recenset ; hoc vero propter Monophysitarum fictiones eliminandas. Non ergo carnem omissam censuit ; veluti epistolæ et orationis auctor id videtur astruere allato Nazianzeni testimonio, quod ejus commentatores longe melius intellexerunt interpretatique sunt : non item sanguinem relictum, quem cap. ultimo Dialectices, lib. II *De fide*, cap. 12, et alibi, cum cordatis omnibus statuit nobilissimam esse humani corporis portionem, ex qua ut et tribus aliis humoribus proxime constituitur. Sed insuper prodigiosa est isthæc alia auctoris epistolæ et homiliæ existimatio, puta quamvis Domini corpus sanguine in cœlis careat, attamen ipsummet sanguinem vivum et vivificum, quo venæ ejus olim imbuebantur, quique effusus in passione fuit, nec in resurrectione, uti sibi finxit, receptus, nihilominus sub specie vini in altari exstare et a fidelibus sumi. Absit, ut vel suspicer Damascenum meum, qui theologorum Græcorum accuratissimus, non ineptiens fuit, ejusmodi portenta subjecisse. Præterea, si Joannes Damascenus horum opusculorum parens fuisset, nequaquam in libro *De fide orthodoxa*, ubi de Eucharistiæ sacramento disputat, panisque et vini in Christi corpus et sanguinem transmutationem enarrat exemplo ciborum qui in substantiam animalis convertuntur, illud omisisset quod in epistola et in homilia non sine affectatione inculcatur, nempe uti cibis corpus nostrum, ita et pane et vino transmutatis Christi corpus augescere et accrescere, εἰς ἐπαύξησιν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ γίνεται ἓν σῶμα, καὶ οὐ δύο. Ἐν τῇ ἐπαυξήσει τοῦ Κυριακοῦ σώματος. Εἰς ἐπαύξησιν τοῦ Κυριακοῦ σώματος. Si quidem in libro *De fide orthodoxa* recolligit regessitque quæcunque de fidei dogmatis variis in lucubrationibus dedita 653 opera astruxerat et inculcaverat. Tandem quæ epistolæ initio voces leguntur, Σημαίνομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ · *Charitati seu dilectioni vestræ significamus*, non satis referunt humilem nostri Joannis modestiam erga viros episcopali dignitate ornatos, innuuntque ab episcopo potius, quam monacho aut presbytero fuisse scriptam. Eum non puto fuisse Petrum Damasci metropolitam, cujus nomine Damascenum nostrum opuscula quædam condidisse certum est, quique sub calipha Walid abscissa lingua missus in exsilium fuit, quia Arabum et Manichæorum errores scriptis redarguerat. Theophanes insuper martyrium recitat Petri Majumensis, quem a Damasceno nostro panegyrica oratione laudatum narrat, cum pro fide a Mahommedanis occisus esset. Fuit alter Petrus Damascenus, cujus ascetica opera in bibliothecis asservantur nondum edita : qui vero simplex monachus erat, et inter Græcos Byzantinos morabatur. Vivebat anno mundi 6657, seu Christi 1157, ut ipse testatur in fine libri tertii, his verbis quæ excerpsi ex Regio cod. 2984, fol. 122 : Ὁ γὰρ νικήσας χάριτι Χριστοῦ τὰ ὀκτὼ πάθη ταῦτα, φησίν, ἐνίκησε καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ἅπερ προεγράφησαν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ ὑπὸ τοῦ συγγράψαντος αὐτὸν Πέτρου ταπεινοῦ μοναχοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ, κατ' αὐτὸ ,ϛχξε' ἔτος, ἰνδ. ε' · *Nam qui gratia Christi octo vitia superavit, reliqua etiam omnia superavit, quæ libro primo descripta sunt ab ejus auctore Petro humili monacho Damasceno, hoc ipso anno 6665, indict. 5.* Horum alterum fuisse epistolæ et orationis scriptorem non affirmavero. Mihi sufficiat aliquos ejusdem nominis indicasse Syros

aut Palæstinos. Nam Palæstinæ incolam se prodit auctor, ubi Liturgiæ sancti Jacobi, seu Hierosolymitanæ, particulam affert. Michael quidem Glycas epistolam istam ceu Joannis Damasceni esset, in suis ad Nectarium et Joannicium litteris allegavit : at recentioris ætati auctor est, quam ut ejus testimonio elevari momenta queant, quæ attuli. Atqui Michaelem Glycam diversum non esse a Michaele Sicydita, qui sæculo XII labente Christi corpus corruptioni in Eucharistia obnoxium esse docuit, didici tandem a viro pereruditо D. Boivin bibliothecæ Regiæ custodum altero meritissimo, qui summa diligentia recensitis nonaginta duabus quas Regius codex 1403 complectitur epistolis, observationem hanc auro contra caram adjecit, quam mihi amantissime communicavit. « MICHAEL GLYCAS. *Hic est Michael Glycas*, qui Annales scripsit, *ab orbe condito* ad suam usque ætatem. Floruit sæculo duodecimo Manuele Comneno imperante, circa annum 1150. *Sicyditam* vocat Nicetas Choniates : Gesnerus *Sicidotam* nominat. Hinc corrupto aut potius temere a criticis mutato vocabulo *Sicelio tes* dictus est, factusque ex Byzantino Siculus. Corrigendus itaque hic error in editione Regia Annalium Glycæ, legendumque in ipsa libri fronte Τοῦ κυροῦ Μιχαὴλ Γλύκα Σικυδίτου· *Michaelis Glycæ Sicyditæ*. Σικύδιον apud recentiores Græcos dicebatur pro Συκίδιον *ficulus, parva ficus*. Hinc cognomen Σικυδιώτης. Vide Nicetam Choniatem edit. Reg. pag. 96, 97, et 332. Puto Michaelem nostrum nomen Glycæ tum assumpsisse cum habitum monasticum induit, ut moris fuit. » Hucusque Cl. Boivinii observatio, qui insuper ex versibus politicis qui eo in codice leguntur, quosque Michael Manueli Hungaris devictis reverenti obtulerat, ostendit eum agnosse, vera esse crimina propter quæ excæcatus addictusque carceri fuerat. Οὐ κατ' αὐτὰς τὰς πράξεις μου τὴν κάκωσιν ὑπέστην, etc. Glycas itaque seu Sicydita, cum ætatem produxisset usque ad Alexii Isaacii Angeli Commeni fratris tempora, sub duodecimi sæculi finem Georgio Xiphilino patriarcha, priscis erroribus hunc adjecit, Christi corpus in Eucharistia corruptioni perinde fuisse obnoxium atque ipsum erat dum Christus in terris ageret ante ipsius resurrectionem. In primis vero Joannis Damasceni ex epistola ad Zachariam auctoritatem obtendebat, nec dubium est quin hæc ipsi errandi occasionem dederit, quanquam et alia Patrum loca, liturgias et historias allegabat, ex quibus inferebat fracta hostia et divisa frangi dividique Domini corpus haud secus plane atque carnem in macello. Pejora non addo quæ Chomates in *Alexio* recitat lib. I, et in Panoplia mss. lib. XXVII, ut puta Christi corpus fractione hostiæ dolere et pati, in quolibet segmento ἄνουν καὶ ἄψυχον, *sine mente et anima* esse, nec totum corpus ab unoquoque fidelium accipi. Hæc quippe non satis certa fiunt ex citatis ad Nectarium et Joannicium epistolis. Cæterum dudum ante Sicyditam, imo ante Petrum Mansur, **654** quæsitum jam olim erat, num Christi corpus in altari exsistens a corruptela liberum esset : idque propter Monophysitas ac præsertim Gaianitas qui naturale illud corpus ab ipsa conceptione a corruptione et perpessione quavis immune fuisse asseverebant. Anastasius Sinaita in Ὁδηγοῦ cap. 23, ut hanc hæresim expugnet, in exemplum affert sacrosanctum Eucharistiæ panem, qui et ipse Christi corpus est : sicque adeo compellat hæreticum : *Dic mihi, obsecro, si ut divinitas, ita et Christi corpus ab unionis initio a corruptela liberum fuit, nunquid* αὕτη ἡ κοινωνία τοῦ παναγίου σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ, *communio sanctissimi corporis et sanguinis Christi, quam offers et cujus es particeps, verum sit Christi corpus et sanguis, vel nudus panis, qualis ostiatim venditur ; an vicem duntaxat et figuram corporis Christi gerit, velut sacrificium hirci quod a Judæis offerebatur.* Gaianita confitente verum Christi corpus et sanguinem esse, subjungit Anastasius : *Agedum, affer nobis aliquid de communione Ecclesiæ vestræ, tanquam super alias orbis Ecclesias omnes orthodoxæ, et in vase cum omni honore reponemus hoc sacrosanctum Christi corpus et sanguinem. Ac si intra paucos dies corrumpatur et immutetur, necesse erit, ut e duobus unum concedatis, aut id quod sumitis, non esse verum Christi corpus, sed solum figuram et veluti vicarium quoddam, aut propter perversam fidem vestram Spiritum sanctum in illud non descendisse, vel* ὅτι φθαρτόν ἐστι σῶμα Χριστοῦ πρὸ τῆς ἀναστάσεως, *corpus Christi ante resurrectionem subjectum corruptioni fuisse ; utpote quod immolatum sit, neci traditum, vulneratum, divisum, manducatum,* etc. Eodem argumenti genere ante centum annos usus fuerat catholicus ille, quem alium esse non puto ab Ammonio Alexandrinæ Ecclesiæ doctore, assumpta Pauli Samosateni persona, cui vicissim Incorrupticola sumpto Dionysii Alexandrini nomine ea lucubratione respondet quæ in Bibliothecis PP. et inter concilia generalia multoties jam edita est. Hic ergo disputandi modus adversus illos hæreticos, quæstionem illam peperit, quam Petrus Mansur solvere admititur in homilia : quinam scilicet fieri possit, ut quamvis Christi corpus nunc immortale incorruptumque sit, sacerdotum tamen manibus frangatur, et fidelium dentibus teratur ; quæ quidem corruptionis argumenta sunt. Quinimo Michael Glycas epistola 34, quæ est ad Joannicium, Isidorum Pelusiotam citat, οὕτως ἐν ἐπιστολαῖς λέγοντα, *qui ad hunc modum in epistolis locutus sit :* Ὥσπερ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ὑποπεσὸν τοῖς ὀδοῦσι τοῦ ᾅδου, φθορὰν μὲν τηνικαῦτα ἐδέξατο, διαφθορὰν δὲ οὐκ εἶδεν· οὕτω καὶ νῦν αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τοῖς ὀδοῦσιν ὑποπῖπτον τοῖς [illegible] χῆς οὐσίᾳ δίδοται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αἰῶνα συμπαραμένει ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς· *Quemadmodum Domini corpus, cum in inferni dentes cecidisset, corruptionem quidem admisit, non tamen omnigenam vidit : sic et in præsenti ipsummet corpus Domini, dum dentibus nostris subjicitur, pari modo atque corpora nostra corruptionem subit, sed non absolutam. Quin potius deposita statim corruptela animæ substantiæ traditur : sed et non solum traditur, verum perpetuo perstat cum animis justorum.* Pene asseveravero Petrum Mansur, cum epistolam scriberet, hanc Isidori doctrinam sibi enarrandam proposuisse. Auctores istos a Michaele Sicy-

dita admodum discrepare nullus dubito, non autem in totum ab Anastasio, quod corporis Christi Eucharistiæ corruptelam spectat, ut ipsum eamdem in sacramento conditionem habere censuerint, in qua erat ante resurrectionem. Quod si anquirat aliquis, qua ratione corporis Christi fractionem fieri intellexerint; quandoquidem secundum Ecclesiæ traditionem, quam Nyssenus cap. 27, orat. Catech. attestatur, etsi frangi videtur, nihilominus *totum in quavis particula est, et totum in seipso perseverat*, ὅλον ἐν ἑκάστῳ διὰ τοῦ μέρους γίνεσθαι, καὶ αὐτὸ μένειν ἐφ' ἑαυτῷ ὅλον; vel ut divinus Eutychius ait apud Nicetam Choniatem in *Alexio Comneno*, lib. III, ὅλον οὖν ἅπαν τὸ ἅγιον σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Κυρίου δέχεται, κἂν εἰ μέρος τούτων τις δέξηται, *totum sacrosanctum corpus et sanguinem Domini accipit homo, licet partem acceperit*. Ad hæc dicendum est Anastasii aliorumque sensum fuisse, accidentia panis et vini, transsubstantiatione facta, perinde corpus et sanguinem Domini afficere, quo antea panis vinique substantiam. Quamobrem sicut divisa quantitate, corporalis substantia una dividi censetur, ita divisa quantitate panis corpus Christi dividi frangique opinati sunt; cum per aliud miraculum sub unaquaque particula totum illud lateat. Sensus iste suos e Latinis propugnatores habuit, eos **655** maxime qui adversus Berengarium disputarunt. Cæterum e Græcis Samonas Gazensis archiepiscopus, adeoque Palæstinus, in dialogo cum Achmed Sarraceno panis Eucharistici divisionem eleganter explicat exemplo speculi, quo in frusta diviso singulæ partes speciem eamdem nihilo secius repræsentant: addit et exemplum vocis quam singulorum auditorum aures peræque excipiunt: *Eodem modo*, inquit, *sanctum Christi corpus quod Patri assidet, idem in se manet; ubi vero panis consecratus divina virtute per sanctissimi Spiritus descensum est transmutatus*, καίπερ μελίζεται, ἀλλ' ὁλόκληρον καὶ σῶον ἐν ἑκάστῳ κλάσματι σώζεται, *etsi dividitur, nihilominus integrum et incolume in quolibet fragmento servatur*. Quocirca ὅταν ὁ ἁγιασθεὶς ἄρτος εἰς μέρη τέμνηται, ὅς τὸ πανάγιον τοῦ Χριστοῦ ἐστι σῶμα, μὴ νομίζῃς ὅτι μερίζεται, ἢ ἀποσπᾶται ἢ διαιρεῖται τὸ ἄχραντον ἐκεῖνο σῶμα. Ἀθάνατον γὰρ καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀδαπάνητον· ἀλλ' ὅτι μερισμός ἐστιν ἐκεῖνος τῶν αἰσθητῶν συμβεβηκότων μόνον μετὰ τὸν ἁγιασμόν. *Quando sacrificatus panis, qui sacrosanctum Christi corpus est, in partes secatur, ne putaveris dividi, aut distrahi, aut separari intemeratum hoc corpus. Immortale quippe et incorruptum est, nec consumi potest. Sed ista divisio, sensibilium duntaxat accidentium est post consecrationem*. Hæc exactissima sunt et utriusque Ecclesiæ traditioni et doctrinæ consentanea. Lectorem hic monitum velim, primam dialogi Samonæ partem toto dialogo 22 Theodori Abucaræ constare. Opinio quorumdam illorum Græcorum Domini corpus in Eucharistia corrumpi, obsolevit tandem, ex quo Sicydita damnatus fuit, eamque confutat Nectarius Hierosolymitanus, lib. *Περὶ ἀρχῆς τοῦ πάπα*, pag. 205, ubi postquam narravit in Creta insula repertam fuisse hostiam consecratam, quæ ob loci humiditatem nigrorem contraxerat, suavissimum vero odorem spiraverat cum in sacro disco supra carbones exsiccata esset, hæc subjungit: *Miraculum istud manifestissimo argumento esse magni et supra naturam eximii illius mysterii*, τοῦ τὰ συμβεβηκότα μόνα τοῦ ἱεροῦ ἄρτου φθείρεσθαι, ἡ δέ γε οὐσία τοῦ ἄρτου ἅπαξ μεταβληθεῖσα, καὶ τῇ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπικλήσει μετουσιωθεῖσα εἰς ἀληθινὸν σῶμα Χριστοῦ, φθορὰν οὐδεμίαν ὑφίσταται, ἀλλ' ἄφθαρτον διαμένει ὡς ἴδιον Χριστοῦ, *quo accidentia sola panis sancti corrumpuntur, substantia vero panis semel conversa et invocatione Spiritus sancti transsubstantiata in verum corpus Christi, nullam corruptionem sustinet, sed incorruptum perseverat, ut quod Christi proprium sit corpus*. Πῶς γὰρ ἂν εἶχον τὰ σεσηπότα ἐκεῖνα τοῦ ἄρτου συμβεβηκότα, καὶ σχεδὸν μὴ βλεπόμενα τῇ ὁράσει, τοσαύτην εὐθὺς εὐωδίαν ἀποπέμψαι, μετὰ τὸ ἀποβαλεῖν τὴν ἣν εἶχε νοτίδα; *Quinam enim putrescentia hæc accidentia panis, et quæ pene non apparerent, talem tantamque fragrantiam spirassent, postquam exemptus humor fuit, quo affecta erant*. Subjungit se testem fuisse prodigii hujus, suisque manibus tunc contrectasse sanctissimum hunccce panem.

---

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

*τοῦ ἁγιωτάτου Πέτρου τοῦ Μανσοὺρ πρὸς Ζαχαρίαν ἐπίσκοπον Δοάρων.*

Εἰ [a] καὶ διιστάμεθα τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ ψυχικῷ τῷ πνεύματι συναπτόμεθα· ἀσπαζόμεθα τοίνυν τὴν θεομίμητον ὑμῶν ἀγαθότητα, καὶ περὶ τοῦ Κυριακοῦ σώματος, οὗ μεταλαμβάνομεν σημαίνομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, ὅτιπερ δύο σώματα Χριστοῦ λέγειν οὐ δυνάμεθα, ἀλλ' ἕν ἐστι τὸ σῶμα αὐτοῦ. Καὶ ὥσπερ τὸ ἐκ τῆς γυναικὸς [b] τικτόμενον βρέφος τέλειόν ἐστιν· ἐσθίον δὲ καὶ πίνον αὐξάνει διὰ τῆς φυσικῆς δυνάμεως, καὶ εἰ καὶ αὐξάνει, οὐ γίνονται [c] δύο σώματα, ἀλλ' ἓν [d]· πολλῷ μᾶλλον διὰ τῆς ἐνεργείας [e] τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος εἰς ἐπαύξησιν

A

## EPISTOLA

*Sanctissimi Petri Mansur ad Zachariam episcopum Doarorum.*

Etsi corporibus separamur, nihilominus animo tenus spiritu conjunctissimi sumus. Tuam igitur bonitatem qua Deum ipsum æmularis, amplectimur et salutamus; ac de Dominico corpore, cujus participes sumus, hoc dilectioni tuæ significamus, duo Christi corpora nos dicere nequaquam posse, sed unum esse ipsius corpus. Sicut infans ex muliere natus perfectus est; edens autem et bibens naturali facultate augescit: at quamlibet augescat, **656** non duo tamen corpora efficiuntur, sed unum manet: multo magis per operationem

VARIÆ LECTIONES.

[a] Principium hoc restitui ex Regio cod. 2414, usque ad περὶ τοῦ Κυριακοῦ σώμ. [b] R. 2935 σαρκός. [c] Ibid. αὐτὸ οὐ γίνεται. [d] R. 2935 ἕν ἐστι, καὶ οὐ πολλά. [e] Edit. ἐπιφοιτήσεως.

A Spiritus sancti panis et vinum in accretionem corporis Christi unum corpus fiunt, et non duo.

Itemque sicut corpus Domini quod ex sancta Dei Genitrice natum est, corruptioni obnoxium erat usque ad resurrectionem, atque adeo clavis et lancea sectum fuit: ita quoque corpus illud cujus participes sumus, universam hanc admittit œconomiam. Jacet panis in sacra mensa tanquam in utero Virginis: Spiritus sanctus supervenit, velut sciscitanti Virgini: « Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? » dictum est ab angelo: « Spiritus sanctus superveniet in te; » sic etiam in mensa Spiritus sanctus supervenit, et fit corpus Christi.

B Deinde per manus sacerdotis elevatur tanquam in cruce, atque in nobis sepelitur, et œconomia perficitur: nos quippe simul incorruptos reddit. Enimvero quoad usque a nobis edatur, corruptibile illud dicimus. Quomodo enim, si corrumpi nequit, frangatur et comedatur. Post sumptionem autem jam incorruptibile est, ad consistentiam et in substantiam animæ nostræ transiens: incorruptibile, inquam, destructionisque nescium; ut nos ab omni corruptela vindicet. Ita sentimus, ita quoque credimus. Interim ora pro nobis, sanctissime.

τοῦ σώματος (1) τοῦ Χριστοῦ γίνεται ἓν σῶμα, καὶ οὐ δύο.

Καὶ ὥσπερ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τεχθὲν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου φθαρτὸν ἦν ἕως τῆς ἀναστάσεως, τεμνόμενον τοῖς ἥλοις καὶ τῇ λόγχῃ· οὕτω καὶ τὸ σῶμα οὗ μεταλαμβάνομεν, πᾶσαν δέχεται τὴν οἰκονομίαν. Κεῖται ὁ ἄρτος ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, ὡς ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου· Πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, ὡς εἶπεν ὁ ἄγγελος τῇ Παρθένῳ ἐρωτηθεὶς· « Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ· οὕτω καὶ ἐν τῇ τραπέζῃ Πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, καὶ γίνεται σῶμα Χριστοῦ.

Εἶτα διὰ τῶν χειρῶν τοῦ ἀρχιερέως[f] ὑψοῦται, ὡς ἐπὶ σταυροῦ, καὶ ἐν ἡμῖν θάπτεται, καὶ τελειοῦται ἡ οἰκονομία· συναφθαρτίζει γὰρ ἡμᾶς. Καὶ γὰρ μέχρι μὲν τοῦ βρωθῆναι ὑφ' ἡμῶν, φθαρτὸν αὐτὸ λέγομεν. Πῶς γὰρ ἄφθαρτον κλᾶται καὶ ἐσθίεται; μετὰ δὲ τὴν μετάληψιν ἄφθαρτόν ἐστιν εἰς σύστασιν καὶ εἰς τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἡμῶν χωροῦν· ἄφθαρτον ἀδιάφθορον εἰς ἡμῶν ἀφθαρσίαν. Οὕτω φρονοῦμεν, καὶ οὕτω πιστεύομεν. Ἀλλ' εὔχου ὑπὲρ ἡμῶν, ἁγιώτατε.

## VARIÆ LECTIONES.

[f] Reg. codd. ἱερέως.

## NOTÆ.

(1) *Καὶ εἰς ἐπαύξησιν τοῦ σώματος. Et in accretionem corporis Christi.* Quidam Catholicorum accretione ista Dominici corporis censent significari nutritionem vegetationemque membrorum Ecclesiæ, quæ corpus est illius mysticum; quia in homilia quæ subsequitur, idem auctor adducto perinde exemplo alimenti quod in corporis nostri substantiam transit, et quo vegetamur et augescimus, subjungit: Οὕτω καὶ ἐπειδὴ κεφαλὴ ἡμῶν ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ γεγόναμεν αὐτοῦ σύσσωμοι, καὶ ... *Ita et quoniam Christus caput nostrum est, nosque concorporales ipsius sumus, imo corpus ejus quod semper augescit.* Quia vero paulo post ait, *pro naturali operandi ratione* (qua nempe nutritio et accretio fit), *panem et vinum cum aqua per sermonem ipsius fieri corpus et sanguinem ejus*; et rursum: *Non naturali ratione et œconomia, ut in nobis, sed supra naturæ modum, panem et vinum cedere ad accretionem corporis et sanguinis Christi, ita ut corpus unum sit, et non duo*, substantialem accretionem eum intelligere pro certo habeo. Quidni igitur (ut quidem dixi ad cap. 13, lib. IV *De fide orth.*), hic illius sensus fuerit, Domini corpus et sanguinem, etsi mole non augescit amplius, conversis tamen consecratione pane et vino cum aqua, accretionis et extensionis eximium quoddam genus obtinere, ut per omnes orbis Ecclesias sit præsens, et a singulis fidelibus unum et idem manens corpus recipiatur. Cæterum nemo qui sincerus esse velit, inficiari possit, qui inculcatum toties hoc in epistola et homilia, fuseque multis enarratum conversi in humani corporis substantiam alimenti exemplum, aliud nihil menti objiciat aut exprimat, nisi panem et vinum in corpus et sanguinem Domini vere et proprie transmutari, non nudam necio cujus imaginariæ virtutis et efficaciæ communicationem. Id quod Petrus Mansur ex Joanne Damasceno, ut et aliis ex Patribus acceperit: quæ vero de corporis Domini in Eucharistia corruptione subinde conatur astruere, hæc ipsius commentationes sunt, quas Michael Glycas novis postliac portentis auxit. Atqui nec Damascenum, nec Orientales alios solam Christi corporis virtutem aut figuram in Eucharistia agnovisse, certo quivis inferat ex eorum dialogis cum Saracenis, ut puta Theodori Abucaræ et Samonæ Gazensis, in quibus nihil simile vel per somnium reperias; quo tamen compesci facile poterant infidelium oblocutiones: sed hoc duntaxat, quemadmodum cibus in hominis substantiam hepatis virtute convertitur, ita et invocatione Spiritus sancti panem vinumque in corpus et sanguinem Christi. Atque hæc fides est quam Orientis Ecclesiæ præstari volunt ab iis qui Mohammedismum relinquunt: quam legesis t. II Biblioth. PP. Græc., p. 27. Quinimo communicationem istam virtutis et efficaciæ Cyrillus Hierosolymitanus exclusit ipso loco catechesis 3, quem Protestantes sibi favere jactitant, ubi nempe de chrismate ita loquitur: *Quemadmodum panis Eucharistiæ post sancti Spiritus invocationem non est amplius panis communis*, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ, *sed corpus Christi; sic et sanctum hoc unguentum non nudum est adhuc, neque (si quis ita malit dicere) commune, post invocationem*, ἀλλὰ Χριστοῦ χάρισμα καὶ Πνεύματος ἁγίου παρουσίᾳ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐνεργητικὸν γινόμενον, *sed Christi charisma, quod Spiritus sancti præsentia divinitatis ejus efficacitate præditum est.* Argumentatur nimirum a majore ad minus, ut quemadmodum in Eucharistia ipsum Christi corpus exsistit, sic in sacro unguento Spiritus sancti virtus quæ Christi donum est, insideat

## ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ [g]

A

### *Περὶ τοῦ ἀχράντου σώματος, οὗ μεταλαμβάνομεν.*

α'. Τὸ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν [h] σώματος οὗ μεταλαμβάνομεν, ἀδελφοί, αὐτό ἐστι τὸ σῶμα, ὃ ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας ἀνέλαβεν, ὃ ἐκ τῆς ἀχράντου καὶ Θεοτόκου προσείληφεν· οὐ γὰρ δύο σώματα δώσωμεν [i] τῷ Χριστῷ· ἓν γάρ ἐστιν αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ μίαν θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Εἰ γὰρ καὶ πολλάκις τὴν μυστικὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελοῦμεν, διὰ τὸ ἐν παντὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ πάντα πιστὸν μεταλαμβάνειν τοῦ θείου σώματός τε καὶ αἵματος· ἀλλ' ἡ αὐτὴ θυσία ἐστί· τὸ γὰρ αὐτὸ σῶμα προσφέρομεν, τὸν αὐτὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ἐπεὶ εἰ ἄλλο B ἦν ἐκεῖνο [j], καὶ ἄλλο τοῦτο, πολλαὶ θυσίαι, καὶ οὐ μία, προσηνέχθησαν ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς διαφόρως ὁ θεῖος Ἀπόστολος εἴρηκεν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ· « Τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος· ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ [k]. Τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ, ἑαυτὸν ἀνενέγκας. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. » C Καὶ μετ' ὀλίγα· « Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν· οὐδ' ἵνα πολλάκις προσφέρῃ ἑαυτὸν, ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ· ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται· καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν. » Καὶ αὖθις· « Καὶ πᾶς μὲν ἀρχιερεὺς [l] ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς D αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας. Οὗτος [m] δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς [n], τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνε-

## EJUSDEM CAPUT

### *De immaculato corpore, cujus participes sumus.*

1. Corpus Domini Deique nostri quod participamus [1], fratres, corpus ipsum est quod de nostra substantia accepit, quod ex impolluta Deipara assumpsit. Neque enim duo corpora Christo tribuerimus: quia unum ipsius est corpus, et unam hostiam pro nobis obtulit Deo et Patri. Nam quamvis mysticum hoc incruentumque sacrificium 657 sæpius peragamus (eo quod omni loco et tempore quilibet fidelis divinum corpus et sanguinem participet), eadem tamen hostia est. Idem enim corpus offerimus, eumdemque Agnum Dei qui tollit peccata mundi [2]. Nam alioqui, si aliud hoc, aliud illud esset, jam multæ hostiæ pro nobis, et non una oblata fuisset: quemadmodum divinus Apostolus in Epistola ad Hebræos multifarie ait: « Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior cœlis factus: qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum pontifices, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo [3]. » Et post alia: « Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum et vitulorum; sed per proprium sanguinem, introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa [4]. » Et paucis interjectis: « Non enim in manufacta sancta Jesus introivit, exemplaria verorum; sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neque ut sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem, judicium; sic et Christus semel oblatus ad multorum tollenda peccata: secundo sine peccato apparebit exspectantibus se in salutem [5]. » Et rursus: « Et omnis quidem pontifex præsto est quotidie ministrans, et easdem sæpe offerens hostias, quæ numquam possunt auferre peccata. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Patris, de cætero exspectans donec ponantur inimici ejus scabellum pedum ejus. Una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nobis et

a [1] Damasc. lib. IV, *De fide*, cap. 13; Niceph. et alii. [2] Joan. I, 16. [3] Hebr. VII, 26, 27. [4] ibid. 11, 12. [5] ibid. 24-28.

### VARIÆ LECTIONES.

[g] Pantin. Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαιον ἄλλο εἰς τὸ αὐτό. [h] Deest καὶ ἡμῶν. in edit. [i] Reg. 2935 δῶμεν. [j] Edit. & Reg. 1 ἐπεὶ εἰ ἄλλο μὲν ἐκεῖνο, καί. [k] Als. τῶν λαοῦ. [l] R. 2935 ἱερεύς, ut R. 2928 καὶ πᾶς λειτουργῶν. Pantini lectionem retineo, quam codd. nonnulli Novi Testamenti exhibent. [m] Ducæus in margine legendum monet αὐτός; ex vulgatis nimirum editionibus Græcis N. T. [n] R. 2935 τοῦ Θεοῦ, ut apud Apostolum legitur.

Spiritus sanctus. Postquam enim prædixit : Testamentum, quod testabor ad illos, dicit Dominus : Dando leges meas in cordibus eorum et in mentibus eorum superscribam eas, et iniquitatum eorum jam non recordabor amplius. Ubi autem horum remissio, jam non est oblatio pro peccato [6]. »

2. Sicut igitur infans ex muliere natus, perfectus homo est ; edendo autem et bibendo augescit quidem, sed non aliud corpus assumit : neque duo aut plura ipsius corpora dicimus, sed unum, quod natum est ex matre : atque incrementum istud secundum inditam sibi œconomiam natura perficit : sic et in eo quod tractamus argumento, quandoquidem Christus caput nostrum est, nosque ejusdem cum ipso corporis, ipsius proinde sumus corpus **658** quod semper augescit. Porro ejusdem cum eo corporis sumus, participatione carnis et sanguinis ipsius : « Accipiens enim panem et calicem ex vino et aqua temperatum, gratias egit et benedixit, et ait : Hoc est corpus meum [7]. » Atque naturalis rationis operandi loco panis et vinum cum aqua per sermonem ipsius facta sunt corpus et sanguis illius. Sicut corpus ipsius ante resurrectionem corruptioni subjectum erat; utpote fractum, manducatum et potatum; non ita tamen ut omni modo admitteret corruptionem. Enimvero quænam alia causa fuerit, cur non post resurrectionem id fecerit, sed ante resurrectionem, nisi quia corpus ante resurrectionem non est incorruptibile, nec frangitur, nec editur, nec bibitur : quin nec sanguinem habet corpus immortale : imo ne caro quidem jure appellanda sit, ait Gregorius cognomento Theologus in Oratione de baptismo : « Crede, inquit, Christum Dei Filium qui denuo venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos; non qui jam amplius exsistat caro : neque tamen absque corpore, sed cujus corpus divinius sit, ea quam ipse novit ratione : ut et videatur ab iis qui ipsum pupugerunt, et maneat Deus omnis crassitiei expers. » Hoc igitur quod participamus corpus sanguisque Dei nostri, corrumpi potest ; quippe quod frangatur, effundatur, edatur, et bibatur : ac quemadmodum accretione corporis nostri impletur œconomia naturalis, quam a prima procuratione sua corpus nostrum accepit; sic sanctorum cele-

A κας τοὺς ἁγιαζομένους. Μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι· αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι πρὸς αὐτοὺς μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, λέγει Κύριος, διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας [a] αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν διανοιῶν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι. Ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων, οὐκέτι προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας. »

β'. Ὥσπερ οὖν τὸ ἐκ γυναικὸς βρέφος γεννώμενον τέλειός ἐστιν ἄνθρωπος· ἐσθίον δὲ καὶ πῖνον αὐξάνει [b] μὲν, καὶ οὐχ ἕτερον προσλαμβάνεται [c] σῶμα, καὶ οὐ δύο ἢ πολλὰ αὐτοῦ λέγομεν σώματα, ἀλλ' ἕν, τὸ γεννώμενον ἐκ μητρός, καὶ ἡ φύσις [d] τὴν αὔξησιν διὰ τῆς φυσικῆς οἰκονομίας ἐργάζεται· οὕτω καὶ νῦν B ἐπειδὴ κεφαλὴ ἡμῶν ἐστιν ὁ Χριστός, καὶ γεγόναμεν αὐτοῦ σύσσωμοι, καὶ σῶμα αὐτοῦ ἐσμεν ἀεὶ αὐξανόμενον. Γεγόναμεν δὲ αὐτοῦ σύσσωμοι τῇ μετοχῇ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ· « Λαβὼν γὰρ ἄρτον καὶ ποτήριον ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, ηὐχαρίστησε καὶ ηὐλόγησε, καὶ εἶπε· Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα. » Καὶ ἀντὶ τῆς φυσικῆς οἰκονομίας, ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος σὺν ὕδατι διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ γέγονε σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ. Ὥσπερ [e] ἦν τὸ σῶμα αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως φθαρτὸν, κλώμενον, ἐσθιόμενον καὶ πινόμενον, ἀδιάφθορον μέντοι· ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν οὐ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ; Ὅτι τὸ διὰ τῆς ἀναστάσεως ἄφθαρτον σῶμα οὐ κλᾶται, οὔτε ἐσθίεται, οὔτε πίνεται· οὔτε αἷμα τὸ ἄφθαρτον κέκτηται σῶμα, ἀλλ' οὔτε σὰρξ ἂν δι- C καίως ὀνομάζοιτο, καθώς φησιν ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς βάπτισμα λόγῳ· « Πίστευε Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἥξειν πάλιν μετὰ τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ παρουσίας κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὐκέτι μὲν σάρκα, οὐκ ἀσώματον δὲ, οἷς οἶδεν αὐτὸς λόγοις, θεοειδεστέρου σώματος, ἵνα καὶ ὁρᾶται ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων, καὶ μείνῃ Θεὸς ἔξω παχύτητος. » Καὶ τοῦτο τοίνυν ὃ μεταλαμβάνομεν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν φθαρτόν ἐστι, κλώμενον καὶ ἐκχεόμενον, ἐσθιόμενον, καὶ πινόμενον· καὶ ὥσπερ ἡ ἐπαύξησις τοῦ ἡμετέρου σώματος, πᾶσαν πληροῖ φυσικὴν οἰκονομίαν τῆς ἐξ ἀρχῆς συστάσεως τοῦ σώματος ἡμῶν· οὕτω καὶ ἡ τελετὴ τῶν ἁγίων μυστηρίων πᾶσαν πληροῖ τὴν πνευματικὴν καὶ ὑπερφυῆ οἰκονομίαν τῆς [f] τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκώ- D σεως.

[6] Hebr. x, 11-18. [7] Ex Liturgia sancti Jacobi.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Edit. et R. idem ἐπὶ καρδίαν. Reg. alter, quemadmodum fert Apostoli textus, ἐπὶ καρδίας. [b] Mss. Reg. αὔξει. [c] Reg. 2935 προσλαμβάνει. [d] Edita καὶ εἰ ἡ φύσις. Superfluum εἰ, quod non habent mss. [e] καὶ σῶμα, *ipsius proinde corpus*. Particula καὶ hic illatio est, ut sit planus auctoris sensus : nec alia supplenda est, quam nec edita, nec mss. habeant. [e] Reg. 2935 ὡς. Hic quædam desunt in Regio altero. Paulo post ex iisdem codd. addidi ἐκ νεκρῶν, quod in editis aberat. [f] Hæc desunt in editis, sed necessaria sunt.

NOTÆ.

(2) *Οὐκέτι μὲν σάρκα· Non qui jam existat caro*. Hic repeto Nazanzeni locum, quem attuli ad cap. 1, lib. IV, *De fid.* ex epist. 11 ad Cledon. quo Theologus a gloria Dei excludit eos, *qui dixerint Christum carnem deposuisse*, εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι τὴν σάρκα λέγοι, *et Deitatem sine corpore jam esse*, etc. Unde Damascenus defuit carnem eamdem quæ mortua erat revixisse, αὐτή ἐστιν σάρξ.

bratio mysteriorum omnem perficit spiritualem, naturaque majorem œconomiam incarnationis Dei Verbi.

γ'. Ἐφ' ἡμῶν γὰρ ἡ σπορὰ τοῦ Πατρὸς ἀρχή τίς A ἐστι τῆς τοῦ σώματος τοῦ βρέφους συστάσεως· χορηγεῖται δὲ τροφὴ ἐκ τῶν τῆς μητρὸς αἱμάτων καὶ γίνεται μεταβολὴ τοῦ ὑποκειμένου ὑλικοῦ εἰς ὀργανικὸν σῶμα, κατὰ τὴν δοθεῖσαν τῇ φύσει δύναμιν παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ τῆς φύσεως ἡμῶν καὶ δυνάμεως, καὶ οὕτω σὰρξ καὶ αἷμα, καὶ ὀστέα, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν μελῶν συνίσταται δι' ἑλκτικῆς καὶ καθεκτικῆς καὶ ἀλλοιωτικῆς, ἤτοι θρεπτικῆς δυνάμεως· ὁμοίως καὶ ἡ διὰ τῆς βρώσεως τοῦ σώματος προσθήκη, διὰ τῆς θρεπτικῆς ἤτοι ἑλκτικῆς, καὶ καθεκτικῆς, καὶ ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως τὴν αὔξησιν ποιεῖται τοῦ σώματος. Ἔδει οὖν καὶ ἐν τῇ ἐπαυξήσει τοῦ Κυριακοῦ σώματος θεωρῆσαι πᾶσαν τὴν θείαν οἰκονομίαν τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως, καὶ σταυρώσεως, B καὶ ταφῆς, καὶ ἀναστάσεως, καὶ ἀφθαρσίας. Οὐ γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἄφθαρτον γέγονεν, ἀλλὰ φθαρτὸν καὶ παθητὸν ἕως τῆς ἀναστάσεως, μετὰ δὲ τὴν ταφὴν γέγονεν ἄφθαρτον, διὰ τῆς θείας δυνάμεως ἀναστῆσαν v ἐκ νεκρῶν καὶ συναφθαρτίσαν ἡμᾶς.

δ'. Πῶς οὖν γέγονεν; Ἐκεῖ ἦν ἡ ἁγία Παρθένος ἡ τράπεζα, ἔχουσα τὴν ὕλην τοῦ σώματος· εἶτα κατὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου x φωνὴν Πνεῦμα ἅγιον ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτήν. Τότε ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου αὐτῇ ἐπεσκίασεν, ὁ θεῖος Λόγος, ἡ θεία ὑπόστασις, καὶ προσελάβετο ἐξ αὐτῆς σάρκα· καὶ ὧδε κεῖται, ὡς ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου, ἐν τῇ τραπέζῃ τῇ μυστικῇ, ὕλη ὁ ἄρτος καὶ τὸ ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος κρᾶμα. Καὶ γὰρ ἡ μήτηρ ἐκ C τούτων ἐτρέφετο, καὶ τῷ βρέφει ἐχορήγει τὴν τοῦ σώματος ὕλην. Φησὶν ὁ ἱερεὺς, ὡς ὁ ἄγγελος, « Ἵνα ἐπιφοιτῆσαν Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἁγιάσῃ καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον σῶμα ἅγιον Χριστοῦ, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τίμιον Χριστοῦ· » καὶ οὐ διὰ φυσικῆς οἰκονομίας, ἀλλ' ὑπερφυοῦς y γίνεται εἰς ἐπαύξησιν τοῦ Κυριακοῦ σώματος καὶ αἵματος ἓν σῶμα, καὶ οὐ δύο.

ε'. Εἶτα ὑψοῦται ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ ἱερέως ὡς ἐπὶ σταυροῦ, καὶ διαδίδοται κλώμενον, καὶ οὕτως ἐν ἡμῖν θάπτεται, καὶ συναφθαρτίζει ἡμᾶς. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πέρας τῆς οἰκονομίας. Οὐ διαφθείρεται ἐν ἡμῖν, ὡς οὐ διεφθάρη τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα ἐν τῷ τάφῳ. D Ἕως δὲ τῆς ἡμῶν μεταλήψεως πάντα τῆς φθορᾶς ὑπομένει. Καὶ κλᾶται ὑφ' ἡμῶν τιμίως καὶ πιστῶς, καὶ ὑπὸ ἀνόμων χειρῶν πολλάκις ἀτιμάζεταί τε καὶ ῥίπτεται, καὶ ὑπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων· ἀλλ' οὐ διαφθείρεται, οὐδὲ χωρεῖ εἰς τὸ μὴ εἶναι. Συνάγεται γὰρ ἀοράτως εἰς ἓν σῶμα. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος περιετμήθη, καὶ ἐπὶ σταυροῦ ἐκ τῶν ποδῶν καὶ χειρῶν καὶ τῆς πλευρᾶς αἷμα ἐξέχεεν, ἀλλ' εἰς ἓν

3. Nam in nobis semen patris principium quoddam est ad corpus infantis procreandum, suppeditato autem illi ex materno sanguine alimento fit subjecti materialis mutatio in corpus organicum secundum vim naturæ inditam ab ipsomet naturæ facultatumque ejus Opifice, atque ita caro, sanguis, ossa, et reliqua membrorum, ope facultatum attrahendi, et retinendique ac immutandi sive nutriendi et augendi constituitur: consimiliter, quod corpori ex alimentis accedit, per facultatem nutriendi, attrahendi, retinendi, et immutandi, corporis accretioni confert. Quapropter etiam in Dominici corporis accretione animo contemplari oportebat divinam œconomiam incarnationis ipsius, crucifixionis, sepulturæ, resurrectionis, et incorruptionis. Non enim statim ab initio Domini corpus a corruptione liberum factum fuit, sed corruptibile potius, et quod pati posset usque ad resurrectionem. A sepultura autem omnis corruptionis expers evasit, quando per divinam potentiam suam resurrexit ex mortuis, nobisque incorruptionem impertivit.

4. Qua vero tandem ratione id factum fuit? Illic sancta Virgo mensæ loco erat, materiam corporis habens. Deinde secundum angeli vocem Spiritus sanctus supervenit in eam: tum virtus Altissimi obumbravit illi; divinum, inquam, Verbum, divina persona, assumpsitque carnem ex ea. Sic etiam **659** in mensa illa mystica, haud secus atque in utero Virginis jacet materia, panis nempe, atque vini et aquæ temperatura. Nam et mater ex istis quoque nutriebatur, ac fœtui corporis materiam suppeditabat. Sacerdos ad instar angeli ait: « Ut Spiritus sanctus superveniens sanctificet; et faciat, panem quidem illum sanctum Christi corpus, calicem istum sanguinem Christi pretiosum [9]; » efficiturque non naturali, sed natura sublimiore œconomia, unum corpus, non duo, ad incrementum Dominici corporis et sanguinis.

5. Dein elevatur in manibus sacerdotis, tanquam in cruce, et fractum distribuitur, cumque in nobis est, nos simul incorruptos reddit. Is enim finis est œconomiæ. Non penitus corrumpitur in nobis, uti nec Domini corpus in sepulcro corruptionem omnimodam admisit. Verum donec a nobis sumatur, omnia quæ corruptionis sunt, sustinet. A nobis quippe frangitur cum reverentia et fide: et iniquorum manibus, necnon a muribus et vermibus sæpe indecore habetur et projicitur: sed nequaquam destruitur, neque eo devenit ut esse desinat. Coalescit enim insensibili quodam modo in unum corpus. Nam et Dominus

[8] Luc. I, 35. [9] Liturgia S. Jacobi.

VARIÆ LECTIONES.

v Edit. ἀναστῆναι. x R. 1 εὐαγγελίου. y R. 1 ὑπερφυῶς

circumcisus fuit, et in cruce ex pedibus manibusque et latere sanguinem effudit: qui tamen in unum idemque corpus coaluit: resurrexit enim totum corpus et integrum. Dixit Christus: « Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Filii hominis annuntiabitis [19]. » Mortis autem memoria corruptio est. Mors enim est corruptio, etsi non omnigena destructio.......

A καὶ ταυτὸν συνήχθη· ἀνέστη γὰρ ὅλον τὸ κληρον. Ἔφη ὁ Χριστός· « Τοῦτο ποι ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ὁσάκις γὰρ ἐσθίετε τὸν τον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνετε, τὸν Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καταγγέλλετε. » Θανάτ φθορά ἐστι. Φθορὰ γὰρ θάνατος, ἀ φθορά....

*Capitulum hoc inventum fuit in charta antiquissima detrita ipsiusmet manu singulis litteris tumultuaria opera exaratum. Quæ autem superaunt, quamvis fine careant, quoad ejus fieri potuit, collecta fuerunt, ne penitus interirent.*

* *Εὑρέθη δὲ τοῦτο τὸ κεφάλαιον παλαιότατον, κατεφθαρμένον, ἐξ ἰδίου ἐσχεδιασμένον γράμμασι κατὰ στ κατασιγήλοις)· ὡς ἦν δὲ δυνατὸν, τα ἀνελέγησαν, εἰ καὶ ἀτελῶς, ἵνα μὴ ὄλωνται.*

[19] I Cor. xi, 25, 26.

NOTÆ.

(*) In editis et Reg. 2936, hæc præmittuntur orationi seu homiliæ; subsequuntur vero in B.

---

*Post opera quæ Joanni Damasceno supposita fuerunt, interpolationes duas lib orthodoxa, quas distractis schedis prætermiseram, subjiciendas putavi. Primam Regiis 2930, 3109, 3445, et Colb. 2765 repereram, capite 3 libri III, post hæc verba* λειος ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος τέλειος *(vide p. 207), adeoque contextum auctoris insulsscindit. Sic porro habet:*

Quin etiam omnis compositæ naturæ partes, cum prius non essent, acceperunt ut sint, ad universum absolvendum: nec impossibile fuerit ea quæ simul sunt tempore, naturam unam compositam perficere; quippe quæ definitionem hanc naturalemque legem ab Auctore naturæ susceperunt; ut ex similibus similia successionis ordine procrearentur. At earum, quæ in Domino copulatæ sunt, naturarum, hæc quidem nec initium habuit, nec tempori subest; illa vero incepit et temporalis est: neque ex illis species ad totius complementum emersit (alioqui non requievisset Deus octava [redacted] die ab operibus suis), neque naturali vinculo, sed insolita supernaturalique ratione conjunctæ sunt. Quæ porro insolita sunt ac supra naturam, nihil naturale constituunt. Neque dici potest aliquam esse rubi naturam quæ cum igne ita familiaris sit, ut non comburatur; neque naturam hominis aliquam esse in aerem, vel etiam in cœlum sublati; nec rursum humani corporis naturam, quod in medio igne rore perfundatur: sed ea præter communes naturæ leges uni hypostasi convenire dicimus. Consimili ratione incarnationem Domini in una sanctissimæ Trinitatis persona sic factam novimus, ut non secundum naturæ legem, sed supernaturali dispensatione naturarum conjunctionem exstitisse docemus: non servata nimirum naturarum lege, qua ex Christo progignatur Christus, qui multas Christorum personas producat; quin potius una sit composita persona ex duabus et in duabus naturis, ac duæ simul naturæ: utraque videlicet natura, etiam post conjunctionem, tum definitionem, tum leges proprias, tum eam quæ inter

B Ἀλλὰ καὶ πάσης συνθέτου φύσεως τὰ τὴν ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγω πρὸς συμπλήρωσιν τοῦ παντός· καὶ ὁ ὁμόχρονα μίαν φύσιν ἀποτελεῖν σύνθετ ὅρον καὶ φυσικὸν νόμον παρὰ τοῦ Δημιο μενα, ὥστε φύσεως νόμῳ κατὰ διαδοχ ὁμοίων γενέσθαι. Ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου τῶν φύσεων, ἡ μὲν ἄναρχος ἐστι καὶ ἄχρ ἠργμένη, καὶ ὑπὸ χρόνον· καὶ οὐ γέγονε συμπλήρωσιν τοῦ παντός· ἐπεὶ κατέπα ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδό φυσικῶς ἡνώθησαν, ἀλλὰ παραδόξως καὶ Τὰ δὲ παράδοξα καὶ ὑπερφυῆ, οὐ φυσικ Οὐ γάρ φαμεν φύσιν βάτου προσομιλοῦσ μὴ φλεγομένην, οὐδὲ φύσιν ἀνθρώπου C γινομένου, ὡς εἰς οὐρανὸν οὔτε φύσιν θρωπίνου δροσιζομένου ἐν πυρί· ἀλλ ταῦτά φαμεν περὶ μίαν ὑπόστασιν γενέ καὶ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου ἐν μιᾷ ὑ τῆς θεότητος ὑποστάσεων, οὐ νόμῳ φύ ὑπερφυεῖ οἰκονομίᾳ τὴν ἕνωσιν τῶν φύσε σθαί φαμεν, καὶ οὐδὲ ὑπὸ φύσεων ὅρον Χριστοῦ Χριστὸν γεννᾶσθαι, Χριστῶν πολλῶν ὑποστάσεων, ἀλλὰ μίαν σύνθετον σεων, καὶ ἐν δύο φύσεσι, καὶ δύο φύσε φύσεως καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν φυλαττούσης ὅρον τε καὶ νόμον, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα Ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἀνθρώπου, καθὸ μὲν πρὸς ἄλληλα διαφορὰ ψυχῆς τε καὶ σώ D φύσεις φαμέν· καθὸ δὲ οὐ θεωρεῖται φυσ ὑποστάσεως ἐξ ὑποστάσεως, μίαν· καὶ μ σεως λέγονται τὰ καθ' ὑπόστασιν διαφέρον Μιᾶς δὲ ὑποστάσεως ὄντα, κατ' οὐσίαν καὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένα καὶ συν

ὑποστάσεις, οὐχ ὑποστατικῶς συγκρίνονται, ἀλλὰ φυσικῶς. Καὶ αἱ ὁμοειδεῖς ὑποστάσεις, οὐχ ὑποστατικῶς συγκρίνονται ἢ διακρίνονται *· καὶ ὥσπερ ἀδύνατον τὰ ὑποστατικῇ διαφορᾷ διαφέροντα, μιᾶς εἶναι ὑποστάσεως, οὕτως ἀδύνατον τὰ φυσικῇ δια-[illegible] μιᾶς εἶναι φύσεως.

A utramque intercedit differentiam conservante. In homine siquidem ea ratione qua corpus et anima differre inter se considerantur, naturas duas dicimus; quia vero naturalis diversitas personæ unius ab alia non perspicitur, naturam unam agnoscimus: et unius quidem naturæ dicuntur ea quæ [illegible] sunt speciei, etsi secundum hypostasim differant; unius vero personæ quæ licet penes essentiam diversa sint, in una hypostasi uniuntur. Diversæ autem speciei hypostases non comparantur inter se qua hypostases sunt, sed ratione naturæ; nec ejusdem speciei hypostases, qua hypostases sunt comparantur: quin potius differunt inter se. Et uti fieri non potest, ut quæ personali differentia discrepant unius sint personæ, ita nec possunt ea, quæ naturalem inter se servant diversitatem, unius esse naturæ.

---

*Secundum itidem reperi in Regiis iisdem codicibus et Colb. 4780 et 2765, post hæc verba, cap. 7 ejusdem libri* III: Τοῦτο γὰρ τῆς τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσεως ἰδιαίτατον ἰδίωμα γινώσκομεν, *et ante hæc alia* τοιγαροῦν ὁμολογοῦμεν αὐτόν (*vid. pag.* 214), *sed in Colb.* 4780 *præmisso repetitoque lineolæ ductu, veluti parenthesi interclusa fuit, librario utique significante hæc omnia peregrina prorsus esse. Unde in nostro codice chartaceo eadem in fine ejusdem capitis subjecta sunt, ut nullum supersit dubium quin scholium quoddam sint, aut alterius auctoris fragmentum, quod ex margine in textum Damasceni invectum erit.*

Οὐ γὰρ πέπονθε σαρκωθείς· πῶς γὰρ ἂν πάθοι τὸ φύσει ἀπαθές; Οὐ γὰρ ἐτράπη ὁ ἁπλοῦς, σύνθετος γενόμενος. Ἡ γὰρ τροπὴ πάθος ἐστί, τὸ δὲ ἀπαθὲς πάντως καὶ ἄτρεπτον. Ἐνήργησε τοιγαροῦν σαρκωθείς, οὐκ ἔπαθεν. Οὔτε γὰρ φύσις αὐτοῦ ἡ θεία ἐτράπη, ἢ προσθήκην ἐδέξατο· οὔτε γὰρ τὸ τῆς ὑποστάσεως, τουτέστιν ἡ υἱότης ἐτράπη. Ἔμεινε γὰρ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου γενόμενος. Οὐκ ἔπαθεν οὖν, ἀλλ' ἐνήργησεν δημιουργήσας ἑαυτῷ σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ, καὶ δοὺς αὐτῇ ἑαυτὸν ὑπόστασιν, καὶ ἐν ἑαυτῷ αὐτὴν ὑποστήσας. Ἰστέον γάρ, ὡς ἐπὶ πυρώσεως δύο χρὴ ἐννοεῖν. Πεπυρῶσθαι γὰρ λέγεται τὸ πυρούμενον, καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὅτι ὁ σίδηρος τυχόν, ἢ τὸ ξύλον εἰς πῦρ προϋφεστὼς εἰσερχόμενον, λαμβάνει ἐξ [illegible] πῦρ, μήπω καθ' αὑτὸ προϋποστάν, καὶ γίνεται [illegible] ὑπόστασις. Ἐν αὐτῷ γὰρ ξύλῳ προϋπάρχοντι, καὶ προϋφεστῶτι ὑφίσταται τὸ πῦρ, ὃ λαμβάνει ἐκ τοῦ προϋφεστῶτος πυρός, καὶ γίνεται ἡ τοῦ σιδήρου ὑπόστασις, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ θεωρουμένου πυρὸς ὑπόστασις, μία ὑπόστασις, τοῦ τε ξύλου καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πυρός· οὐ γὰρ ὑπέστη καθ' αὑτὸ τὸ ἐν τῷ ξύλῳ τὸ πῦρ, ἀλλ' αἰτίαν τῆς ὑποστάσεως, καὶ τῆς ἰδιαζόντως κεχωρισμένης ἐκ τῶν λοιπῶν πυρῶν ὑπάρξεως καὶ συμπήξεως τὸ ξύλον ἔχει, καὶ ἔστι μία ὑπόστασις τοῦ τε ξύλου, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ ὑποστάντος πυρός· προηγουμένως μὲν τοῦ ξύλου, ἑπομένως δὲ πυρός· προϋπάρχουσα γὰρ τοῦ ξύλου, μετὰ ταῦτα ἐγένετο καὶ τοῦ πυρός. Λέγεται δὲ καθ' ἕτερον τρόπον [illegible] πύρωσις, ὡς τοῦ πυρουμένου ξύλου δεχομένου τὴν τοῦ πυρὸς ἐνέργειαν. Τὸ γὰρ λεπτότερον μεταδίδωσι τῷ παχυτέρῳ τῆς οἰκείας ἐνεργείας. Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πυρώσεως τὸ ξύλον τυχὸν ἐστι τὸ πυρούμενον, καὶ λέγεται πύρωσις τοῦ ξύλου, καὶ οὐ ξύλωσις τοῦ πυρός. Τὸ γὰρ ξύλον προϋπάρχει τε καὶ

B Neque enim quidpiam pertulit (Verbum) cum factum est caro. Qui namque pateretur quod pro sua natura a perpessione est immune? Mutationi siquidem obnoxium non fuit, quod simplex erat, quando compositionem admisit: mutatio quippe perpessio est. Quod vero pati non potest, id prorsus est immutabile. Ergo operatum fuit, dum carnem assumpsit, non item passum. Divina etenim ipsius natura mutationem, adjectionemve non admisit. Nam quod personam constituit, id est filiatio, mutatum non est. Mansit quippe Filius Dei, quando hominis factus est Filius. Non passus est igitur, sed magis operatus est, carnem sibi condens anima rationali et intelligente animatam, 661 eidemque seipsum in subsistentiam præstans, et in seipso subsistere eam faciens. Hoc autem nosse oportet, quod in accensione duo consideranda sunt. Quidpiam enim accendi dicitur: atque ita quidem, ut ferrum, ex. gr., aut lignum in ignem prius ardentem immissum ex sese suscipiat ignem qui in se prius non subsistebat, illiusque fiat hypostasis. In ipso namque ligno exstanti prius et subsistente subsistit ignis, quem ex prius exstante igne concepit. Atque hypostasis ferri, et ignis qui in eo recipitur, una fit hypostasis; itemque ligni et ignis qui in eo est. Non enim secundum seipsum subsistit ignis, qui lignum pervadit, sed subsistentiæ ejus, ac seorsim ab ignibus exsistentiæ constitutionisque causa est lignum; adeoque una est ligni atque in ipso exsistentis D ignis hypostasis. Ac primum quidem ligni, deinde autem ignis. Nam cum ante ligni solius hypostasis esset, posthac ignis etiam hypostasis facta est. Rursum accensio alio sumitur modo, cum nempe lignum accensum efficientiam ignis excipit. Quod

* Legerim potius, ἀλλὰ διακρ.

enim subtilius est, illi quod crassius est propriam largitur efficaciam. In accensionis igitur exemplo, puta ardentis ligni, ligni quidem inflammatio dicitur, non item lignatio ignis: prius enim lignum exsistit, fitque deinceps ignis hypostasis, ignisque operationem suscipit. At in Christo Jesu Domino nostro non item. Incarnatio Verbi dicitur, quia Verbum hypostasis factum est carnis. Prius enim exstabat Verbi persona, quam in ipsa subsisteret caro. Carnis vero propria fuit deificatio. Deitatem enim participavit, non vero deitas perpessiones ejus. Nam per carnem operatur deitas, sicut ignis per lignum, non autem caro per Verbum. Nihil passum est Verbum quando factum est caro, sed incarnationem peregit, carni largiens et subsistentiam et deificationem. Deificationem, inquam, non qua in deitatis naturam versa sit, sed per communicationem hypostasis earumque prærogativarum quæ deitati propriæ sunt. Vitam enim concedebat, non suapte natura, sed propter conjunctionem cum deitate. Et in Thabor resplenduit et effulsit, non ex propria natura, sed propter unitæ divinitatis efficacitatem: quemadmodum non per naturalem suiipsius efficaciam lignum lucet et ardescit, sed ex ignis participatione hypostatice sibi conjuncti.

ὑπόστασις τῷ πυρὶ γίνεται, καὶ τὴν τοῦ πυρὸς ἐνέργειαν δέχεται. Ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ σάρκωσις τοῦ Λόγου λέγεται, ὡς τοῦ Λόγου γενομένου τῇ σαρκὶ ὑποστάσεως. Προϋπῆρχε γὰρ ἡ ὑπόστασις τοῦ Λόγου, καὶ ἐν ἑαυτῇ ὑπέστη ἡ σάρξ. Θέωσις δὲ τῆς σαρκός· αὕτη γὰρ μετέσχε τῶν τῆς θεότητος, καὶ οὐχ ἡ θεότης τῶν αὐτῆς παθῶν. Διὰ γὰρ τῆς σαρκὸς ἡ θεότης ἐνεργεῖ, ὡς τὸ πῦρ διὰ τοῦ ξύλου, οὐχ ἡ σὰρξ διὰ τοῦ Λόγου. Οὐκ ἔπαθεν τοίνυν σαρκωθεὶς ὁ Λόγος, ἀλλ' ἐνήργησε τὴν σάρκωσιν, μεταδοὺς τῇ σαρκὶ τῆς τε ὑποστάσεως καὶ τῆς θεώσεως. Θεώσεως δὲ λέγω, οὐχὶ τροπῆς εἰς θεότητος φύσιν, ἀλλὰ τῆς μεθέξεως τῆς ὑποστάσεως καὶ τῶν τῆς θεότητος αὐχημάτων. Ἐζωοποίει γὰρ, οὐ κατ' οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ τῇ ἑνώσει τῇ πρὸς τὴν θεότητα. Καὶ ἐν Θαβὼρ ἤστραψε καὶ ἀπαστράπτει, οὐ διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένης αὐτῇ θεότητος ἐνέργειαν, ὡς τὸ ξύλον λάμπει καὶ καίει, κατὰ τὴν οἰκείαν φυσικὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένου αὐτῷ πυρὸς τῆς ἐνεργείας μέθεξιν.

---

*Leo Allatius in Symmictis suis, pag. 448, post epistolam ad Nihusium, indicem evulgavit opusculorum Joannis Damasceni quæ Cl. Joanni Auberto Lutetiam miserat, ut in proxima sancti doctoris operum editione una cum aliis publici juris fierent. In his duo sunt quibus suum in hacce nostra locum deberi non puto, utpote quæ nihil aliud sint nisi partes quædam libri Anastasii Sinaitæ qui* Ὁδηγὸς *seu* Dux viæ adversus Acephalos, *inscribitur, quibus librariorum imprudentia Joannis Damasceni nomen præfixum fuit. Primi in codice Vaticano titulus est :* Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, περὶ τοῦ εὐσεβῶς καὶ θεαρέστως λέγειν τὰς δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ, ὁμοίως καὶ τὰς ἐνεργείας καὶ θελήματα· Joannis Damasceni, Quomodo religiose et ex præscripto divino confiteri oporteat duas naturas in Christo et consimiliter duas operationes et voluntates. *Incipit :* Ἰστέον καὶ μὴ ἀγνοητέον, ὅτι οὐ δεῖ ἡμᾶς ἀβασανίστως· **662** Sciendum est nec ignorandum, non oportere nos sine examine et disquisitione, etc. *Quod cum vir clarissimus doctissimusque Laurentius Zacagnius Vaticanæ bibliothecæ præfectus peramanter mihi describendum curasset, agnovi nihil aliud esse quam brevem illam fidei expositionem quæ pag.* 10 *Τοῦ Ὁδηγοῦ et seqq. habetur, usque ad schol.* μὴ λανθανέτω τοὺς φιλοπόνους. Noverint studiosi lectores. *Profecto, quando auctor qui orthodoxus est, admodum cavendum monet ne* fidelis coram simplicioribus voluntates duas totidemque operationes, duove φυσικὰ naturalia incogitanter et temere profiteatur, *extra dubium est eum vixisse saltem antequam Monothelitarum hæresis proscripta esset. Tunc enim palam Catholici omnes, uti duas naturas, ita et voluntates et operationes duas in Christo, dupliciaque naturalia, nulla verecundia confessi sunt. Rursumque præmonitiones illæ quibus lectorem præmuniendum ait, Sinaitæ indolem et ingenium prorsus produnt, nec quidquam est in hac parte* Viæ ducis, *quod non stylum dictionemque et methodum ejus non referat.*

*Leo Allatius in Diatriba de Joanne Damasceno et ejus operibus,* n. 69, *testatur secundi opusculi in suis schedis titulum hunc fuisse :* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, ὅροι διάφοροι πρὸς ἀκριβεστέραν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας, συλλεγέντες ἀπὸ Κλήμεντος Ῥώμης, καὶ ἑτέρων θείων Πατέρων· Sancti Joannis Damasceni, definitiones variæ pro accuratiori traditione et fide sanctæ catholicæ Ecclesiæ, collectæ a Clemente Romano, et aliis Patribus. *Fatetur vero definitiones istas ipsasmet esse, quæ cap.* 3 *τοῦ Ὁδηγοῦ continentur editæque multoties fuerunt inter opera Athanasii, sed nonnihil auctiores : insuper in codice Vaticano* 495, *in eadem inscriptione legi,* συλλεγέντες ἀπὸ μακαρίου Κλήμεντος καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, καὶ ἑτέρων, collectæ ex beato Clemente, et Joanne Damasceno et aliis. *Quibus nihil significatur aliud, nisi collectionem hanc definitionum consarcinatam fuisse ex libris qui Clementi, sive Romano, sive Alexandrino attribuebantur, necnon ex operibus Athanasii, et Anastasii, sive Antiocheni, sive Sinaitæ, auctamque tandem esse ex definitionibus quæ passim apud Joannem Damascenum occurrunt. Quod fucum librario cuipiam fecerit, ut definitiones has omnes a Joanne Damasceno collectas esse sibi fingeret. R. admodum P. Bernardus de Montfaucon, t. II operum sancti Athanasii collectionem hanc longe fusiorem quam in pristinis editionibus dedit.*

*Leo Allatius una etiam Auberto miserat opuscula duo alia quæ nusquam potui reperire Primum est*, Λίβελλος ὀρθοδοξίας, Libellus rectæ fidei, *cujus initium esset :* Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα· Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. *Et ex fragmento quod idem Allatius in Diatriba recitat, n.* 60, *intuli illud diversum fuisse ab eo quod ante dedimus cum hac inscriptione :* Λίβελλος περὶ ὀρθοῦ φρονήματος· Libellus de recta sententia.

*Opusculum aliud erat* Περὶ πίστεως κατὰ Νεστοριανῶν· De fide contra Nestorianos. *Principium*, Ἔδει μὲν ἡμᾶς τοὺς ὑπὸ Θεοῦ σεσωσμένους· Oportebat nos qui a Deo salvi facti sumus.

---

663 *Operum sancti Joannis Damasceni, seu ejus nomine insignitorum collectionem claudet Expositio fidei ab aliis quas ante dedimus diversa; quam Arabicam cum genuinis aliis ejusdem lucubrationibus reperi in cod. RR. PP. presbyterorum Oratorii Parisiensis, copiam ejus mihi faciente doctissimo R. P. Lelong, bibliothecæ ipsorum præfecto meritissimo. Exemplar Græcum hujus opusculi dudum, sed incassum quæsivi. Quamobrem adhibita primum amici Arabici sui idiomatis callentissimi opera versionem Latinam adornavi ; quam vir ejusdem aliarumque linguarum, ut et theologiæ, Orientalium peritissimus perhumane recognovit emendavitque. Declarationem porro istam rectæ fidei nostri auctoris sincerum esse fetum mihi extra dubium est, propter summam cum aliis ejus operibus theologicis consonantiam, tam quoad doctrinam et sententias, quam quoad earum enuntiandarum rationes quæ hinc inde obviæ sunt, Damasceno prorsus proprias.*

# S. JOANNIS DAMASCENI

## EXPOSITIO ET DECLARATIO FIDEI.

I. *Joannes Damascenus ad Ecclesiæ regimen allectus.* — Quis sapiens est, ut intelligat amplitudinem clementiæ Dei ejusque bonitatis erga nos, qui nostri misereri voluit, ita ut ad servos suos se dimitteret, pauperes eorum erecturus, et de stercore inopes exaltaturus, collocando eos in solio nobilitatis et excellentiæ suæ cum principibus populi sui ? O profundas bonitatis Dei nostri divitias ! quis cognovit unquam sensum Domini ? quam magnum mysterium est quod mihi explicandum incumbit ! Sit ergo, Domine, amplum hoc negotium opus acceptum tibi, in quo persequendo a te non deserar, aut negligar ; quin potius tibi placeat. Opella mea ejusmodi non sit qua opinionem hominum aucuper, sed qua tu ipse læteris. Non ad pœnam cedat amicis tuis, quia amici tui sunt, quamlibet pauci : non ad plectenda ipsorum peccata, sed ad salutem hoc eis conferat. Tu, Domine, eduxisti me de lumbis patris mei : tu me formasti in utero matris meæ ; tu in lucem me puerum nudum edidisti, quia naturæ nostræ leges præceptis tuis perpetuo morem gerunt. Tu præparasti per benedictionem Spiritus sancti creationem meam et exsistentiam meam, non ex voluntate viri, aut desiderio carnis, sed gratia tua quæ non potest enarrari. Præparasti nativitatem meam præparatione quæ naturæ nostræ leges superat, me in filium adoptando in lucem emisisti, ascripsistique inter alumnos Ecclesiæ tuæ sanctæ et immaculatæ. Tu me nutrivisti lacte spirituali, lacte, inquam, divinorum eloquiorum tuorum. Tu me sustentasti esca solida corporis Jesu Christi Dei nostri, Unigeniti tui, sanctissimi, et inebriasti divino calice, vivifico scilicet sanguine ejus, quem effudit pro salute totius mundi. Quia, Domine, dilexisti nos, et substituisti Filium tuum unigenitum dilectum pro redemptione nostra, quam suscepit volens, nec repugnans ; quinimo ceu qui destinatus erat ad sacrificium velut agnus innocens, cum se ipse ad hoc posuerit : quia cum Deus esset, factus fuit homo suaque voluntate humana subjecit se, factus obediens tibi Deo Patri suo usque ad mortem mortem autem crucis. Sic quidem, o Christe Deus meus, humiliasti temetipsum, ut me ovem errantem humeris tuis tuleris, paverisque me in loco virenti, et nutrieris aquis rectæ doctrinæ per manus pastorum tuorum, quos tu cum ipse paveris, electum subinde illi eximiumque gregem tuum paverunt. Vocasti me nunc, o Domine, per manus pontificis tui ad ministrandum alumnis tuis. Qua vero id providentia feceris nescio : tu solus id nosti. Verum, o Domine, levem facito sarcinam gravem peccatorum meorum, quibus graviter deliqui ; mentemque et cor meum munda. Deduc me per viam rectam ceu lucerna lucens. Da mihi sermonem in apertione oris : claram expeditamque linguam præbe per igneam Spiritus tui linguam : ut præsentia tua me semper inspiciat. Pasce me, Domine, et pasce mecum, ne cor meum inclinet me, neque ad dexteram, neque ad sinistram : sed Spiritus tuus bonus dirigat me in viam rectam.

meaque opera secundum voluntatem tuam fiant atque utinam ita fiant. Tu vero, o vertex nobile exactissimæ puritatis, o cœtus Ecclesiæ præstantissime qui auxilium a Deo præstolaris ; o tu in quo requiescit Deus ! accipe a nobis doctrinam fidei ab errore immunem, qua roboretur Ecclesia, quemadmodum a Patribus nostris traditum fuit.

II. *Professio fidei.* — Credo in unum Deum, principium unum sine principio, substantiam unam, substantia essentiave superiorem, sempiternum, increatum, immortalem, perpetuum, omnipotentem, causam bonam omnium bonorum, omnium quæ sunt Conditorem, omnia complectentem, omnia curantem, omnia continentem, cujus possessio æterna est et initii expers, abyssum essentiæ imperscrutabilem, **664** infinitam, et immensam, abyssum item sapientiæ et bonitatis, potentia cujus enarrari vis nequeat, lumen purum et expers materiæ, unum in tribus personis cujus substantia una, voluntas una, actio una, potestas una, dominatus unus, regnum unum, in personis tribus agnitum, sine divisione, confusione et permistione ; Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, citra contractionem et confusionem [ἄνευ συναλοιφῆς καὶ συγχύσεως] : ut nempe Pater non sit Filius, nec Filius, Pater, nec Spiritus sanctus Pater aut Filius, cum salva unicuique personalis sua qualitas sit in essentia sua, divinitate scilicet indivisa permanente : quia sese mutuo penetrant personæ sine perturbatione commistionis, aut alterius ab altera secessione. Quod C manifestum fit eo quod Pater in Filio et Spiritu sancto sit ; Filius item in Patre et Spiritu sancto ; et Spiritus sanctus in Patre et Filio. Enimvero Pater est perfectus Deus, Filius quoque perfectus Deus, et Spiritus sanctus perfectus Deus. Cum enim unusquisque illorum trium perfecta persona sit, Deus proinde perfectus est : et vicissim unusquisque ex tribus Deus perfectus est, quia est persona perfecta. Item unusquisque perfectus est Deus, et tres unus Deus sunt, quia essentia illorum una est, virtus una, actio una, dominatus unus. Id vero non est secundum rationem specierum in rebus creatis. Nam in illis facile est ut intellectus in hominibus perspiciat aliquid amplius quam in alia specie perspiciatur, nempe cum mente colligit ideas D separatas in unam substantiam essentiamve, voluntatem unam, actionem unam : quod individuum

A quodcunque, qua actu exsistit, distinctum est secundum essentiam ab alterius essentia. Quod demonstratur, quia anima alia atque alia est, corpus aliud atque aliud est ; adeoque alius et alius sunt ; licet eorum essentia una sit. Utraque earum distinguitur ab altera, loco, tempore, et motu operationum suarum naturalium. V. gr. Petro suapte natura volente aliquid, non continuo idem vult Paulus, tametsi suapte natura peræque habeant ut velint. Et quando esurit Paulus, non simul esurit Petrus, quamlibet uterque proprietatem naturalem esuriendi habeat : eo quod ambo quæ sibi propria sunt possideant. Atqui virtus naturalis manifesta fit per discursum intellectus ex convenientia, ut cum inveniuntur multi similes motus qui ex naturæ legibus cientur secundum statum unum naturalem. Sic porro fit apud nos. Verum quod ad sanctam Trinitatem attinet, non ita res se habet. Etenim essentiæ divisæ non sunt, neque loco, neque tempore, neque voluntate, neque efficientia, neque ulla re ex his quæ denotant in nobis discrimen personarum et rerum creatarum multiplicationem : sed hoc solummodo fit per relationem unius ad alium, et secundum exstantiæ modum [κατὰ σχέσιν καὶ τρόπον ὑπάρξεως] juxta ac superius diximus. Nam Pater absque principio est, et Filius est ex Patre per filiationem, et Spiritus sanctus ex Patre per Filium, non per filiationem, sed per processionem. Ac si necesse est nobis hoc obscuris imaginibus et tenuibus quibusdam umbris assimilare, dicemus hanc trinitatem esse ad instar solis, qui lumen emittit suum, aut intellectus, qui verbi sui est fons ; quia lumen nascitur ex sole, et verbum gignitur ab intellectu. Siquidem a sole radii luminis oriuntur, atque ab intellectu oritur spiritus qui manifestatur per verbum quod emanat ex abscondita scaturigine sua, splendorem suum naturalem explicans. Fons itidem omnibus aquam exhibet, quæ bibitur, fluit, profunditur. Sic quoque ad Filium Pater, qui non est ex Filio, sed genitor est Filii, et Filius ad Patrem refertur, atque ex Patre est, quia natus est ex Patre, et Spiritus sanctus ad Patrem refertur, atque est ex Patre, quia est ex illo, non filiationis more, sed processionis. Itemque Spiritus sanctus Spiritus est Filii, sed non est ex Filio. Est tamen ad Filium, quia emanat per illum (1) et ex illo. At non est ex Filio, quia Pater unus est causa, tum Filii, tum Spiritus

(1) *Quia emanat per illum et ex illo.* Nullus dubito quin Damascenus scripserit, ὅτι προχεῖται δι' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ, propter exemplum scaturiæ, fontis, et rivi quod ante usurpaverat processiones divinas enarrando. Eodem modo Cyrillus in synodica ad Nestorium, quam anathematismis suis præmisit, de Spiritu sancto ait, Προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρός· *Profunditur ab eo, sicut et ex Deo et Patre.* Unde Theodoretus intellexit sanctum hunc doctorem non alio sensu dixisse anathematismo 9, Spiritum sanctum, *esse proprium Christi*, nisi quia ex ipso prodiret. Enimvero Cyrillus ipse mentem suam in Ephesina synodo ita declaravit in expositione ejusdem anathematismi : Καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον· *Proprium habens Spiritum sanctum, qui ex ipso est, ipsique sua ipse essentia inest, divina signa patrabat.* Quamobrem nec Damascenus ex toto hic negaverit Spiritum ex Filio procedere, sed quo sensu pertenderat Eunomius, ceu Spiritus, uti res creata, effectum esset Filii, aut quo Apollinarius, ut Spiritus hac processione Filio minor censeretur, vel tandem Filius primordialis ejus causa, seu principium putaretur. Theodoretus quidem sibi aliquando blanditus est, quasi Cyrillum adegerit, ut processionem Spiritus ex Filio docere desineret. Verum Alexandrinus præsul in

sancti, utriusque ex æquo, ut Pater simul sit et A Filii Pater, et productor Spiritus. Nam quæ supra nos sunt, ex iis quæ nobis affinia sunt appellamus, cum propter excellentiam fieri non possit ut delineatur, quomodo quisque ad alterum 665 se habeat, et quisque concipiat in seipso quid alterutri conveniat, et veram rationem exstantiæ ejus.

III. *Trinitas personarum, unus Deus.* — Tribus [illegible] motio una est, et splendor unus: nec sunt [illegible] motiones similes, sed una eademque motio: [illegible] exinde constat, quia Pater qui extra tempus [illegible], vult per Filium qui Verbum ipsius est et sapientia subsistens, et per Spiritum perficit productionem suam: sicuti mens nostra rationem naturalem impulsu naturali cogitando movet ad manifestandum id quod cogitavit, illudque perficiendum. Mens autem nostra istis rebus non caret; [illegible] fieri nequit ut nostra mens ratione destituta [illegible], aut spiritu, qui palam prodeat. Quocirca Pater [illegible] intelligit per Filium suum, et quidquid per ipsum cogitat, illud facit, et perficit per Spiritum omnia quæ fecerit. Deus Pater perpetuo comprehendit in se Verbum suum, quod ex se semper non sine oblectamine genitum est, personæ voluntate prædita et perfecta. Propterea non [illegible] esse Filius, et Spiritus sanctus cum Verbo semper adest; quia Filius absque Spiritu et Spiritus sine Filio perfectione caret, qua exprimatur [τελειοῦται] et exsistat. Non enim Deus noster [illegible] tempore Verbo suo caruit neque Verbum Spiritu; ne qui perfectus est, perfectionis aliquando expers fuerit. Nam res creatæ, quando habuerunt exsistentiam, ea ante carebant: quia [illegible] non essent, ad hoc pervenerunt ut essent. [illegible] non ita res se habet in natura divina, nec [illegible] productio nova fit in Trinitate. Omne verbum [illegible] substantialis est intellectus. Neque id tan[illegible], sed virtus qua producitur, ipsa via est ad producendum spiritum. Atqui Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, Deus unus sunt. Quilibet trium Deus perfectus est: hypostasisque perfecta, et idcirco unus trinusque Deus est. Quod exinde constat, quia quilibet eorum quando de distinctione ipsius agitur, Deus est perfectus, quia perfecta hypostasis est: et Trinitas, ubi una cum alia intelligitur, Deus unus est. Enimvero non convenit naturam divinam genituræ expertem esse, ulliusve perfectionis. Quo enim pacto qui genitura destitutus sit, perfectus fuerit. Neque viri eruditione insignes his contradicunt [1]. Idcirco itaque genuit Filium, et Spiritum eadem vi produxit, ut Deus esset unus et unusquisque trium perfecta persona, ne divinitas sit proprietas sine B perfectione; neve Deus perfectus ex illis rebus imperfectis constet. Quin potius in Trinitate perfecta Deus unus sit perfectione omni superior et anterior [ὑπερτέλειος καὶ προτέλειος].

IV. *Diversa Spiritus vocabuli significatio. Malum substantia non est, contra Manichæos.* — Cum autem Spiritus unum nomen sit, ejus nihilominus diversa significatio est. Nam significat vivum quid quod materia caret; unde Scriptura dixit: *Spiritus est Deus* [2]. Denotat etiam aliquando aerem et motum aeris, seu ventum: itemque angelum et animam et intellectum qui est pars animæ. Demum significat illud quod Verbi vehiculum est, secundum quam significationem, Spiritus sanctus appellatur: C veluti nempe Scriptura sacra dicit: *Verbo Domini cœli creati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [3]. Atqui os Dei neutiquam corporeum membrum est, neque Spiritus est halitus evadens et tenuis: sicut neque Verbum Dei est, quod lingua corporali edatur, in auras illud emittendo: quia impossibile est Deum habere aliquid contrarium essentiæ suæ. Deus autem, quia, sicut diximus, principium non habet, rerum con-

[1] Nonnihil hic ab interprete Arabico erratum sentio. [2] Joan. IV, 24. [3] Psal. XXXII, 6.

NOTÆ.

[illegible] septem de Trinitate ad Hermiam quos [illegible] evulgabat, indiscriminatim affirmavit, [illegible] *et ex Filio, et per Filium* exsistere [illegible] e. Quinimo dialogo 8, qui est de incarna[illegible] contra Nestorii hæresim, perinde rur[illegible] docet Christum, *non alienum Spiritum ha[illegible] mittere, servi et ministri more, sed qua Deus secundum naturam est,* μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ, *cum suprema potestate Spiritum, qui ex se est, sibique proprium, largiri.* Cæterum, ut Græci theologi Spiritus processio[illegible] impulsionis instar esse (ὁρμῆς) explicant, [illegible] nec suum Deo deesse Verbum, nec suum [illegible] Spiritum, quia Verbi prolatione Spiritus [illegible]; esse Spiritum lucem quæ a Deo tanquam [illegible] sole per Filium ceu per radium editur; vel ut [illegible] e scatebra per fontem exiens: quin Nazianzenus et Damascenus noster, mysterium istud Platonico [illegible] effato complexi sunt, *unitas in binarium progressa in ternario stetit*: sic Latini Spiritum ex Patre Filioque procedere dixerunt, quia mutuus amborum est amor. Quod quidem acceperunt ex libris quos Augustinus prima ætate de Trinitate [illegible]. Atqui ex Claudiano Mamerto lib. II *De statu animæ*, cap. 7, comperi, theologicam hanc expositionem perinde transumptam esse ex principiis Platonicorum. Claudiani locus sic habet: *Quo D fit ut mirari satis nequeam hujus Platonis animum, qui tantis equidem sæculis ante puerperium Virginis, ante incarnationem Dei, ante hominis resurrectionem, ante prædicatam in gentibus summæ Trinitatis unitatem ineffabilem, unum, tres in divinitate personas, laudabili ausu, mirabili ingenio, inimitabili eloquio, quæsivit, invenit, prodidit; Patrem Deum, paternamque mentem, artem sive consilium, et utriusque amorem mutuum; unam, summam, æquiternam, indivisam divinitatem, non solum ita credi oportere docuit, sed ita esse convicit.* Sic inconsuetum Patribus non fuit, ut adhibitis identidem extraneæ philosophiæ principiis quæ Christianis dogmatis non adversarentur, fidei capita edissererent. Ad Damasceni vero locum quod attinet, observatione dignissimum est, eum relationem Spiritus ad Filium, qua nempe distinguitur a Filio, non aliunde petere quam ex ejus per illum et ex illo emanatione. Quod sane urgentissimum videtur contra schismaticos.

neque opera secundum voluntatem tuam fiant atque utinam ita fiant. Tu vero, o vertex nobilis exactissimæ puritatis, o cœtus Ecclesiæ præstantissime qui auxilium a Deo præstolaris : o tu in quo requiescit Deus ! accipe a nobis doctrinam fidei ab errore immunem, qua roboretur Ecclesia, quemadmodum a Patribus nostris traditum fuit.

II. *Professio fidei.* — Credo in unum Deum, principium unum sine principio, substantiam unam, substantia essentiave superiorem, sempiternum, increatum, immortalem, perpetuum, omnipotentem, causam bonam omnium bonorum, omnium quæ sunt Conditorem, omnia complectentem, omnia curantem, omnia continentem, cujus possessio æterna est et initii expers, abyssum essentiæ imperscrutabilem, **665** infinitam, et immensam, abyssum item sapientiæ et bonitatis, potentia cujus enarrari vix nequeat, lumen purum et expers materiæ, unum in tribus personis cujus substantia una, voluntas una, actio una, potestas una, dominatus unus, regnum unum, in personis tribus agnitum, sine divisione, confusione et permistione ; Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, citra contractionem et confusionem [ἄνευ συναλοιφῆς καὶ συγχύσεως] : ut nempe Pater non sit Filius, nec Filius, Pater, nec Spiritus sanctus Pater aut Filius, cum salva unicuique personalis sua qualitas sit in essentia sua, divinitate scilicet indivisa permanente : quia sese mutuo penetrant personæ sine perturbatione commistionis, aut alterius ab altera secessione. Quod manifestum fit eo quod Pater in Filio et Spiritu sancto sit ; Filius item in Patre et Spiritu sancto ; et Spiritus sanctus in Patre et Filio. Enimvero Pater est perfectus Deus, Filius quoque perfectus Deus, et Spiritus sanctus perfectus Deus. Cum enim unusquisque illorum trium perfecta persona sit, Deus proinde perfectus est : et vicissim unusquisque ex tribus Deus perfectus est, quia est persona perfecta. Item unusquisque perfectus est Deus, et tres unus Deus sunt, quia essentia illorum una est, virtus una, actio una, dominatus unus. Id vero non est secundum rationem specierum in rebus creatis. Nam in illis facile est, ut intellectus in hominibus perspiciat aliquid amplius quam in alia specie perspiciatur, nempe cum mente colligit ideas separatas in unam substantiam essentiamve, voluntatem unam, actionem unam : quia individuum quodcunque, qua actu exsistit, distinctum est secundum essentiam ab alterius essentia. Quod demonstratur, quia anima alia atque alia est, corpus aliud atque aliud est ; adeoque alius et alius sunt ; licet eorum essentia una sit. Utraque earum distinguitur ab altera, loco, tempore, et motu operationum suarum naturalium. V. gr. Petro suapte natura volente aliquid, non continuo idem vult Paulus, tametsi suapte natura peræque habeant ut velint. Et quando esurit Paulus, non simul esurit Petrus, quamlibet uterque proprietatem naturalem esuriendi habeat : eo quod ambo quæ sibi propria sunt possideant. Atqui virtus naturalis manifesta fit per discursum intellectus ex convenientia, ut cum inveniuntur multi similes motus qui ex naturæ legibus cientur secundum statum unum naturalem. Sic porro fit apud nos. Verum quod ad sanctam Trinitatem attinet, non ita res se habet. Etenim essentiæ divisæ non sunt, neque loco, neque tempore, neque voluntate, neque efficientia, neque ulla re ex his quæ denotant in nobis discrimen personarum et rerum creatarum multiplicationem : sed hoc solummodo fit per relationem unius ad alium, et secundum exsistentiæ modum [κατὰ σχέσιν καὶ τρόπον ὑπάρξεως] juxta ac superius diximus. Nam Pater absque principio est, et Filius est ex Patre per filiationem, et Spiritus sanctus ex Patre per Filium, non per filiationem, sed per processionem. Ac si necesse est nobis hoc obscuris imaginibus et tenuibus quibusdam umbris assimilare, dicemus hanc trinitatem esse ad instar solis, qui lumen emittit suum, aut intellectus qui verbi sui est fons ; quia lumen nascitur ex sole, et verbum gignitur ab intellectu. Siquidem a sole radii luminis oriuntur, atque ab intellectu oritur spiritus qui manifestatur per verbum quod emanat ex abscondita scaturigine sua, splendorem suum naturalem explicans. Fons itidem omnibus aquam exhibet, quæ bibitur, fluit, profunditur. Sic quoque ad Filium Pater, qui non est ex Filio, sed genitor est Filii, et Filius ad Patrem refertur, atque ex Patre est, quia natus est ex Patre, et Spiritus sanctus ad Patrem refertur, atque est ex Patre, quia est ex illo, non filiationis more, sed processionis. Itemque Spiritus sanctus Spiritus est Filii, sed non est ex Filio. Est tamen ad Filium, quia emanat per illum (1) et ex illo. At non est ex Filio, quia Pater una est causa, tum Filii, tum Spiritus

NOTÆ.

(1) *Quam emanat per illum et ex illo.* Nullus dubito quin Damascenus scripserit, ὅτι πηγάζει δι' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ, propter exemplum scaturiginis, fontis, et rivi quod ante usurpaverat processiones divinas enarrando. Eodem modo Cyrillus in synodica ad Nestorium, quam anathematismis suis præmisit, de Spiritu sancto ait, Προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρός· *Profunditur ab eo, sicut et ex Deo et Patre.* Unde Theodoretus intellexit sanctum hunc doctorem non alio sensu dixisse anathematismo 9, Spiritum sanctum, *esse proprium Christi*, nisi quia ex ipso prodiret. Enimvero Cyrillus ipse mentem suam in Ephesina synodo ita declaravit in expositione ejusdem anathematismi : Καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον· *Proprium habens Spiritum sanctum, qui ex ipso est, ipsique sua ipse essentia inest, divina signa patrabat.* Quamobrem nec Damascenus ex toto hic negaverit Spiritum ex Filio procedere, sed quo sensu pertenderat Eunomius, ceu Spiritus, uti res creata, effectum esset Filii, aut quo Apollinarius, ut Spiritus hac processione Filio minor censeretur, vel tandem Filius primordialis ejus causa, seu principium putaretur. Theodoretus quidem sibi aliquando blanditus est, quasi Cyrillum adegerit, ut processionem Spiritus ex Filio docere desineret. Verum Alexandrinus præsul in

sancti, utriusque ex æquo, ut Pater simul sit et A Filii Pater, et productor Spiritus. Nam quæ supra nos sunt, ex iis quæ nobis affinia sunt appellamus, quia propter excellentiam fieri non possit ut definiatur, quomodo quisque ad alterum 685 se habeat, et quisque concipiat in seipso quid alteruteri conveniat, et veram rationem exstantiæ ejus.

III. *Trinitas personarum, unus Deus.* — Tribus itaque motio una est, et splendor unus: nec sunt tres motiones similes, sed una eademque motio: quod exinde constat, quia Pater qui extra tempus est, vult per Filium qui Verbum ipsius est et sapientia subsistens, et per Spiritum perficit productionem suam: sicuti mens nostra rationem naturalem impulsu naturali cogitando movet ad manifestandum id quod cogitavit, illudque perficiendum. Mens autem nostra istis rebus non caret; quia fieri nequit ut nostra mens ratione destituta sit, aut spiritu, qui palam prodeat. Quocirca Pater vult et intelligit per Filium suum, et quidquid per ipsum cogitat, illud facit, et perficit per Spiritum omnia quæ fecerit. Deus Pater perpetuo comprehendit in se Verbum suum, quod ex se semper non sine oblectamine genitum est, perenna voluntate præditum et perfecta. Propterea non cessat esse Filius, et Spiritus sanctus, cum Verbo semper adest; quia Filius absque Spiritu et Spiritus sine Filio perfectione caret, qua exprimatur [παράγεται] et exsistat. Non enim Deus noster ullo tempore Verbo suo caruit neque Verbum Spiritu; ne qui perfectus est, perfectionis aliquando expers fuerit. Nam res creatæ, quando induerunt exsistentiam, ea ante carebant: quia cum non essent, ad hoc pervenerunt ut essent. At non ita res se habet in natura divina, nec ulla productio nova fit in Trinitate. Omne verbum virtus substantialis est intellectus. Neque id tantum, sed virtus qua producitur, ipsa via est ad producendum spiritum. Atqui Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, Deus unus sunt. Quilibet trium Deus perfectus est: hypostasisque perfecta, et idcirco unus trinusque Deus est. Quod exinde constat, quia quilibet eorum quando de distinctione ipsius agitur, Deus est perfectus, quia perfecta hypostasis est: et Trinitas, ubi una cum alia intelligitur, Deus unus est. Enimvero non convenit naturam divinam genituræ expertem esse, ulliusve perfectionis. Quo enim pacto qui genitura destitutus sit, perfectus fuerit. Neque viri eruditione insignes his contradicunt [1]. Idcirco itaque genuit Filium, et Spiritum eadem vi produxit, ut Deus esset unus et unusquisque trium perfecta persona, ne divinitas sit proprietas sine B perfectione; neve Deus perfectus ex illis rebus imperfectis constet. Quin potius in Trinitate perfecta Deus unus sit perfectione omni superior et anterior [ὑπερτέλειος καὶ προτέλειος].

IV. *Diversa Spiritus vocabuli significatio. Malum substantia non est, contra Manichæos.* — Cum autem Spiritus unum nomen sit, ejus nihilominus diversa significatio est. Nam significat vivum quid quod materia caret; unde Scriptura dixit: *Spiritus est Deus* [2]. Denotat etiam aliquando aerem et motum aeris, seu ventum: itemque angelum et animam et intellectum qui est pars animæ. Denique significat illud quod Verbi vehiculum est, secundum quam significationem, Spiritus sanctus C appellatur: veluti nempe Scriptura sacra dicit: *Verbo Domini cœli creati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [3]. Atqui os Dei neutiquam corporeum membrum est, neque Spiritus est halitus evadens et tenuis: sicut neque Verbum Dei est, quod lingua corporali edatur, in auras illud emittendo: quia impossibile est Deum habere aliquid contrarium essentiæ suæ. Deus autem, quia, sicut diximus, principium non habet, rerum con-

[1] Nonnihil hic ab interprete Arabico erratum sentio. [2] Joan. IV, 24. [3] Psal. XXXII, 6.

NOTÆ.

Dialogis septem de Trinitate ad Hermiam quos eo tempore evulgabat, indiscriminatim affirmavit, Spiritum et *ex Filio, et per Filium exsistere et procedere.* Quinimo dialogo 8, qui est de incarnatione Verbi contra Nestorii hæresim, perinde rursum docet Christum, *non alienum Spiritum baptizatis mittere, servi et ministri more, sed qua Deus secundum naturam est,* μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ, *cum suprema potestate Spiritum, qui ex se est, sibique proprium, largiri.* Cæterum, uti Græci theologi Spiritus processionem impulsionis instar esse (ὁρμῆς) explicant, sicutque nec suum Deo deesse Verbum, nec suum Verbo Spiritum, quia Verbi prolatione Spiritus emittitur; esse Spiritum lucem quæ a Deo tanquam a sole per Filium ceu per radium editur; vel ut flumen e scatebra per fontem exiens: quin Nazianzenus et Damascenus noster, mysterium istud πλατωνίζοντες hoc effato complexi sunt, *unitas in binarium progressa in ternario stetit*: sic Latini Spiritum ex Patre Filioque procedere dixerunt, quia mutuus amborum est amor. Quod quidem acceperunt ex libris quos Augustinus prima ætate de Trinitate scripserat. Atqui ex Claudiano Mamerto lib. II *De statu animæ*, cap. 7, comperi, theologicam hanc expositionem perinde transumptam esse ex princi- D piis Platonicorum. Claudiani locus sic habet: *Quo fit ut mirari satis nequeam hujus Platonis animam, quæ tantis equidem sæculis ante puerperium Virginis, ante incarnationem Dei, ante hominis resurrectionem, ante prædicatam in gentibus summæ Trinitatis unitatem ineffabilem, unum, tres in divinitate personas, laudabili ausu, mirabili ingenio, inimitabili eloquio, quæsivit, invenit, prodidit; Patrem Deum, paternamque mentem, artem sive consilium, et utriusque amorem mutuum; unam, summam, æquiternam, indivisam divinitatem, non solum ita credi oportere docuit, sed ita esse convicit.* Sic inconsuetum Patribus non fuit, ut adhibitis identidem extraneæ philosophiæ principiis quæ Christianis dogmatis non adversarentur, fidei capita edissererent. Ad Damasceni vero locum quod attinet, observatione dignissimum est, eum relationem Spiritus ad Filium, qua nempe distinguitur a Filio, non aliunde petere quam ex ejus per illum et ex illo emanatione. Quod sane urgentissimum videtur contra schismaticos.

ditarum patrare creationem voluit per Verbum A suum, quod sine initio est, necnon per Spiritum, qui nec ipse initium habet. Verum dicendo Deum principio expertem ἄναρχον esse, hoc duo significat, nempe eum non habere causam, nec initium in tempore: ac Pater secundum hæc duo significata principii est expers; Filius vero et Spiritus temporale initium non habent, quia conditor temporis neque tempus habuerit, neque subditus tempori fuerit: at vero causæ expertes non sunt. Pater siquidem eorum principium est, a quo exsistentiam habent, non tamen ut post illum sint. Possident illud omne quod possidet Pater possessione substantiali [4]. Ipse vult sine principio, quia mutari nequit; et ipse novit sine principio quidquid ad nos spectat: ea veluti ad nos non spectarent definit sine principio; definit, inquam, ea veluti ad nos non spectarent, sine tempore. Quæ vero prædeterminavit et definivit, eorum unumquodque perficit in tempore suo. Quidquid enim prædeterminavit, illud est bonum. Nam malum substantia non est, nec quidpiam quod exsistat; quia fieri non potest ut ex bono malum producatur, quemadmodum e contrario neque ex malo bonum, aut utriusque permistio: quoniam ambo contraria sunt, nec alterum cum altero convenientiam amoris habent ad invicem, neque consuetudinem. Impossibile prorsus est ut duo principia sint initii expertia: quippe cum unitas naturæ principium sit binarii. Insuper propriis C suis circumscribuntur locis, nec commiscentur, ita ut initium unius pertineat ad extremum alterius. Quin nec societate ulla junguntur, invicemque adversaria sunt. Quinam igitur erunt inclusum et includens, recondens et reconditum, debellans et debellatum? Avertat Deus, ut hæc dogmata nobis adoptemus!

V. *Malum est defectio a naturali obedientia. Oritur ex pravo usu liberi arbitrii.* — Itaque Deus noster, Deus unus est, ut ostendimus, omni initio carens: dicimusque malitiam nihil esse aliud nisi accidens, et actum declinantem a lege quam indidit Deus naturæ rationali [in actibus ejus et hypostasi ejus [5]], esseque in rebus quæ exsistunt tanquam defectus operis naturalis, haud secus D atque cæcitas in corpore. Quin et hæc solummodo reperitur in creaturis ratione præditis. Atque hoc constat, quia natura divina variationi subjecta non est, neque peccato, sed unum eumdemque statum semper tenet. Quin et bruta quæ ratione destituta sunt, legem non acceperunt, neque legem, neque prævaricationem apud illa reperiri sit. Sed creaturæ, in quibus variatio reperitur, una cum potestate arbitrii, cum satis ipsis cognitionis insit eorum quæ fugere debeant, legem acceperunt ad agendum: quia creaturis ratione utentibus non convenit, ut se gerant ad instar brutorum. Quocirca ornatæ fuerunt liberi arbitrii facultate: quia libera voluntas perfectio quædam est; conveniens naturæ rationali, ne subjecta sit affectionibus brutorum, quando id honoris habeat ut sit ad imaginem Dei. Quinam enim qui potestatem sui non habet, imago Dei sit? 666 Atqui liberam voluntatem habere, creaturæ rationalis bonum est, sive bene ea utatur, sive non. Quapropter legem suam Deus concessit illi qui liberi arbitrii est, ut eam implendo se esse noverit sub Domino suo, neque se extollat supra modum et vires suas, sed legis ope deducatur in actibus suis, velut per lumen quo dirigatur. Nam hoc solum bonum Deus desiderat, ut humiliet se coram potentia Creatoris sui, et per conjunctionem cogitationis suæ cum principe suo beatitudinis fiat compos. Cum vero non intellexit dignitatem liberæ voluntatis suæ, qua donatus fuit, sed comparatus est jumentis insipientibus [6], agendo illud quod non convenit, accidit in mente ejus malitia; quia omni servo incumbit ut heri sui mandatis morem gerat. Liberum siquidem arbitrium non est aliquid pravum, neque causa est aut occasio mali: sed quemadmodum lex justa et sancta est, ut in ea nec peccatum fuerit, sic libera voluntas bonum est aliquod creaturæ rationalis. Atque id manifestum fit, quia libertas arbitrii necessario convenit naturæ rationali, ut Gregorius Nyssenus docet [7]. Quisquis enim suapte natura rationalis est, ille quoque liberi est arbitrii: et ei qui liberi non est arbitrii, lex data non fuit. Cui vero data non est lex, in eo prævaricatio non invenitur. Quamobrem Magnus Basilius [8], vir Deo plenus, ait, liberam voluntatem originem esse peccati: non quod de ratione ejus sit, ut ex ea vitium nascatur, ut necesse sit et illum qui liberi arbitrii est, vitium admittere, quia dominus sui est; sed cum ea prave utatur, pravus is usus peccatum censetur. Quin et negligentia est causa mali, quia disponit ad illud agendum quod nobis prohibetur. Quapropter malum non est a Deo, neque substantia est, verum accidens et defectio a naturali obedientia, et a potestate illa naturali tradita creaturæ rationali super animantia ratione carentia. Eaque soboles et filia est perversi in discernendo judicii, et peccatum ignorantia est. Quæ viri docti de hac re tradiderunt, sensum hunc unum habent.

VI. *Hominis creatio. Perstrictus primum Origenes. Homo ex duabus naturis constat.* — Credo itaque in unum Deum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unius substantiæ, unius voluntatis, unius virtutis, unius operationis, unius dominatus, regni unius, sine principio et interitu, æternum, tres hypostases perfectas, unamquamque Deum perfectum, et tres personas perfectas Deum unum.

[4] Id est, in essentia sua. [5] Hic genuinus auctoris sensus esse non videtur: sed alter non occurrit, quando Græca desunt. [6] Psal. XLVIII, 13. [7] Orat. catech. cap. 31. [8] Hom. *Quod Deus non sit auctor malorum.*

[illegible] creatorem et mirabilium effectorem, qui A incondita produxerit ex nullis exstantibus. Ne-[illegible] confiteor rationales animas prius exstitisse: sed juxta ac tradit Scriptura, Deum creasse hominem. Atqui homo non est anima sola, neque corpus solum, sed quod ex utroque constat: *Quandoquidem accepit Deus pulverem de terra* [9]. Nam de [illegible] quam ante creaverat produxeratque, con- didit corpus ejus, et indidit illi per flatum suum animam ratione et intelligentia præditam, ad imaginem suam, et conplavit hominem ex his duobus, personam unam, viventem, compositam, possidentem in se duas naturas; quia corporis et animæ non una essentia est, sed alia atque alia natura est, quarum non una est essentia; cumque alia atque alia natura sit, nequaquam est una. Quod perspicuum fit, quia corpus nostrum sua-pte natura, neque motum, neque sensum habet. Quod quidem mors certum facit, qua corpore et anima sejunctis, quodlibet eorum una natura constare demonstratur. Quare cum homo ex duabus naturis constet, naturam in se duplicem habet, atque adeo mortalis est et immortalis, visibilis et invisibilis, expugnabilis et inexpugnabilis, divisibilis et indivisibilis, latens et apparens; cui secundum utramque affici patique possit et immutari, et quod doloris sit capax et affligatur secundum partem contrariam. Homo itaque naturis duabus constans, persona una composita est; cumlibet natura hominis natura una composita dicatur, qua species una est composita, comprehendens personas hominum compositas, ac essentia unius sit essentia alterius, quia unaquæque eorum hypostasis ex corpore et anima composita est.

VII. *Homo legi subjectus a creatione. Lapsus hominis.* — Confiteor hominem bonc positum a Deo [illegible] in horto voluptatis, accepisseque a Deo legem, qua se Domino suo esse subjectum intelligeret. Hæc porro lex est scientia obedientiæ, lu-[illegible] lucerna qua dirigatur ad id quod sibi con-[illegible] est. Quia convenit ut, cum compositus sit ex anima et corpore, huic facile non contraveniat, sed distribuat bona animæ suæ, cujus [illegible] et doctor est ille a quo creata fuit, qui [illegible] ejus habet, qui solus novit omnia. Non D igitur vult hominem sui operis judicem esse, non, cum ad perfectionis apicem pervenerit, aut animæ sollicitudine corpus cui permistus est, curare: sed voluit ut sequeretur legem suam sine remissione, ne aberraret ac declinaret ab eo quod sibi incumbit: neque voluit eum habere in sua natura bonum et malum, sed concessit ut sciret utrumque. Quamobrem voluit ut bonum nosset per legem suam divinam, ne deciperetur a rebus corporalibus propter oblectamenta earum. Illum itaque conservans ejus non satis sollicitum [illegible] invidit ei, et per invidentiam dejecit eum: qui depresso intellectu suo rebellavit adversus legem Creatoris sui, corpusque suum sordibus inquinavit. Quo factum est, ut comparatus sit jumentis insipientibus et similis factus sit illis [10]: obnoxius miseriis fuit, expulsusque est e paradiso tanquam rebellis, superbus et miser; quia consentaneum non erat, ut malitia immortalis esset. Nimirum ille qui livore erga eum arserat, apprime norat quandiu is Creatori suo obsequens perseveraret, Dominoque suo conjungeretur, ipsum perventurum ad virtutum possessionem, earumque perfectionem, intellectu perfecto, recto et grato locupletatum, atque in statu suo cupiditatibus B carnis superiorem fore, ut ligni vitæ compos fieret, hoc est incorruptionis. Atque ex hac parte invidentia aculeus serpentis fuit, ut qui jam rebellasset, sententiæ quoque fieret obnoxius.

VIII. *Dei erga hominem humanitas. Incarnatio Verbi.* — Verum Deus noster, cum natura sua benignus sit, non sustinuit ut hominem quem fecerat insolenter exagitatum videret a diabolo, qui per fraudem duræ servituti ipsum subjecisset. Locutus est Dominus patribus nostris multifariam multisque modis in prophetis, et novissimis temporibus [11], juxta ac promiserat patribus nostris, misit Filium suum unigenitum, natum ex muliere, ut succurreret homini ditionæ legis refractario. Quia homo Dei lege violata factus erat [illegible] C talis ob damnationem, hic legem implevit ea perfectione quæ in hominem caderet, solvitque judicia humanæ naturæ. **667** Cum itaque in cœlis haberet Patrem, natus est de femina Virgine sine patre. Fieri siquidem non poterat ut duobus ex patribus persona una nasceretur. Quamobrem juxta ac Patri suo complacitum erat, et eo quo ipse novit modo, Dei Filius citra conjugale consortium conceptus est ex utero Mariæ Virginis, quæ, veluti fertur in Scriptura, de radice Jesse, de tribu Juda et familia David, deque semine Abraham progenita erat [12]. Factus porro est sine conversione caro, et habitavit in nobis [13]: factus est caro anima rationali et intelligente prædita, homo perfectus, sine peccato; quia peccatum ad naturæ humanæ constitutionem non pertinet: factus est caro citra conversionem aut mutationem in carnem, et citra confusionem, qua factum fuisset ex duabus rebus aliis altera quædam. Etenim essentia ejus mansit eadem ac essentia Patris, sine ulla mutatione Deus verus, nec divina natura conversionem ullam admisit, manens id quod erat, neque confusionem, neque adjectionem: sed servavit corpus quod accepit sine mutatione, ut humanæ naturæ conditio ferebat. Factus est caro, hoc est carnem assumpsit; et qui Filius erat Dei, factus est hominis filius, filiationis proprietate immuni servata ab alteratione et

[9] Gen. II, 7. [10] Psal. XLVIII, 13. [11] Hebr. I, 1. [12] Isa. XI, 1. [13] Joan. I, 14.

[illegible]tatuque. Propter hanc rationem permansit natura, atque hypostasis ejus sive persona absque conversione facta est caro, quando factus est hypostasis carni suæ; quia non est unitus corpori quod ante substitisset, sed cum per Verbum conciperetur formareturque, in Verbo simul anima exstitit cum corpore, cujus coagulatio divino semine facta fuit. Atque hoc est esse hypostasim. Nam corpus ejus non habuit peculiarem hypostasim seorsum, sed Verbum pro hypostasi habuit. Quapropter unus Filius est, unus Dominus, qui non est præter duas res diversum quid. Quin non est ipse natura una composita ex deitate et humanitate, sed ex rebus duabus duæ res. Est enim perfectus Deus et perfectus homo ex deitate et humanitate, ejusque corpus naturam habet immunem a mutatione [24], quoniam ambo (corpus et anima scilicet), quia creata conjunctaque sunt in tempore, ipsa quoque in hypostasi Verbi consistunt, quia a Verbo acceperunt ut subsisterent.

IX. *Duæ naturæ secundum hypostasim unitæ, contra Nestorium et Nestorianos. Numerantur naturæ sine divisione.* — Quamobrem duæ naturæ in Christo sunt, quia deitas et humanitas non sunt una natura, ut una persona, cum sit Filius unus, Christus unus, et Dominus unus. Nam quando per Verbum conceptio facta est, in eo quoque velut in hypostasi constitit corpus ex Virgine per unionem, unaque fuit incarnatio Verbi et deificatio carnis. Finge tibi imaginem ignis, cujus hypostasis est materies qua urit, quæ accipiendo in se penetrationem ignis, ejus efficientia repletur. Ignis quippe actionem continet, omnemque illius proprietatem. Nam ferrum dum incalescit, non frigefacit ignem. At in singulari mysterio Christi, Verbum incarnatum fuit, quo tempore corpus ejus substitit unione cum ipso; ita ut illud prævenerit sub- A sistentia Verbi, quæ facta est illi hypostasis veluti subsistendi principium, ejusque exsistentiæ origo prima. Quocirca corpus ejus deificatum fuit accipiendo penetrationem [περιχώρησιν] deitatis in seipso, cujus operatione impletum fuit. Quia Verbum affecit illud proprietatibus deitatis, ita ut divinis veluti vulneribus perforatus sit. Neque vero pervenit ad naturam divinitatis ipsius dolor corporis ejus: idcirco vivificum factum est, divinitate impassibili manente: velut nimirum gladius candens, cum sit unus, non duo gladii, adeoque hypostasis una, in seipsa possidet duas naturas; quia natura ferri non migrat in naturam ignis, neque natura ignis in naturam ferri, sed utraque, quandiu conjunguntur, manet in propria natura, etiam B post unitionem. Atqui gladius candens ustionem facit et sectionem: quia accepit a ferro naturam solidam, et ab igne naturam subtilem. Sed neque sectio ignis est, neque adustio ferri, etiamsi simul sint, sed utraque actum suum edit. Sic Christus et Dominus unus, cum diversas naturas habeat, deitatem scilicet et humanitatem, deitas ejus in corporis naturam non migravit, neque corpus in naturam Verbi; sed utraque post unitionem permansit libera et immunis a conversione et mutatione. Porro Christus unus cum sit, divinitatis suæ edit opera, et opera humanitatis; cum complectatur in se naturam increatam, expertemque materiæ aut corruptelæ, necnon naturam creatam, materialem et corruptibilem. Itemque C Christus aliud quid secundum naturam significat, qua parte opera deitatis facit, et aliud rursum qua parte edit opera humanitatis. Nam unaquæque natura agit quod sibi proprium est cum alterius communione. Apposite igitur dicimus Christum [illegible] esse naturas (2) post unitionem, quia operationes quæ non repugnant secundum conditionem

[24] Hic quidpiam videtur deesse.

NOTÆ.

(2) *Dicimus Christum duas esse naturas.* Monophysitæ ac Monotheletæ perinde a Damasceno hic vapulant: dudum vero antea Cyrillus ipse Alexandrinus scholio 1, de incarnatione pronuntiaverat, *Christi vocabulum nec definitionem admittere, nec alicujus essentiam aut naturam efferre, velut nomen hominis, aut equi, aut bovis et similium*· Τὸ Χριστὸς ὄνομα, οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει, οὔτε μὴν τήν τινος οὐσίαν, ὅ τι ποτέ ἐστι σημαίνει, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸ ἄνθρωπος, ἢ ἵππος, ἢ βοῦς· πράγματος δὲ μᾶλλον ἐνεργουμένου περί τινα ποιεῖται δήλωσιν, *ut rei magis quæ in aliquo agatur significationem præbeat.* [illegible] sane loco objectam sibi a Nestorianis hæresim quam postmodum Eutyches et Monophysitæ alii initi sunt, præoccabat. Si enim Christi nomen quo naturæ duæ unitæ significantur, essentiam aliquam non exprimit, omnino sequitur ex concursu naturarum divinæ et humanæ unum in Christo factam non esse naturam compositam, sed personam duntaxat. Scholium tamen istud a nemine eorum qui contra Monophysitas scripserunt allegatum reperi, præterquam a sancto Maximo in epistola ad Joannem Cubicularium, *De rectis dogmatis et adversus Severum*, p. 278, in libro *De duabus voluntatibus*, p. 109; atque in priori loco Combefisius scripsit in margine: *Non occurrunt hæc in Cyrilli scholiis quæ* D *exstant.* Quod viri doctissimi testimonium in causa fuit, at in adnotationibus ad cap. 3 lib. III *De fide*, adjeceram scholium istud Cyrillo recentius mihi videri; quippe quod, ut dicebam modo, tametsi disertissimum erat, a nullo alio scriptore catholico contra Monophysitas Severianosque citatum memineram, nisi nec a me lectum in operibus Cyrilli. Non solum vero verba hæc initio scholii primi Cyrilliani de incarnatione visuntur in variis editionibus, tum sancti doctoris, tum Ephesinæ synodi, verum etiam apud Marium Mercatorem, qui illud, ut et cætera quæ subsequuntur, in Latinam linguam transtulit. Cæterum in epistola ad Joannem Cubicularium priores istæ voces: Τὸ Χριστὸς ὄνομα, οὔτε ὅρου δύναμιν ἔχει, οὔτε μὴν τήν τινος οὐσίαν, Cyrilli sunt: quæ vero sequuntur ὑποστάσεως δὲ τῆς τοῦ Λόγου, *hypostasis vero Verbi*, etc. Maximi, Alexandrini doctoris observationem compendio referentis, quæ proinde Combefisius tanquam Cyrilli essent, italicis litteris perperam excudit. Scholia de incarnatione Unigeniti Cyrillus scripsit post sancitam pacem cum Orientalibus, atque idcirco in eis dedit operam, ut unam Christi personam, ita duas naturas propugnat et explicat.

naturalem, omnino diffrendæ sunt operationes unius A naturæ. Itemque operationes quæ nullam affinitatem habent secundum naturalem conditionem, di- **668** prorsus sunt diversarum esse naturarum. Ecquid vero significat conjunctio deitatis ejus et humanitatis, nisi unionem secundum hypostasim; quæ non est proprietas, sed modus dispensationis illius qui semet demisit, ut universum mundum liberaret? Porro Verbum factum est caro, quia sic corpus univit sibi, ut factum sit corpori hypostasis: hoc tantum excepto, quod divinitas particeps non fuerit operationum corporis. Corpus quoque ejus deificatum fuit; at factum non est hypostasis divinitati: quinimo corpus unam ex hypostasibus deitatis hypostasim propriam habuit, consorsque adeo fuit excellentiarum divinitatis; quia simul vivit adoraturque cum illo Deus, non propter naturam suam, sed quia est corpus Verbi. Quocirca dicimus incarnationem Verbi non esse incarnationem deitatis: hoc est, incarnationem personæ divinæ incarnationem non esse divinæ naturæ, quia deitas admittere non potest proprietates corporis. Dicimus etiam deificationem humanæ naturæ non esse deificationem personæ humanæ; quia corpus non possidet personam sibi, propriam seorsim a persona Verbi; sed Verbi Dei nostri hypostasis existens in substantia sua unita est carni, quæ in ipsius persona exstitit, ejusque persona naturam carnis assumpsit, atque in una hypostasi naturarum unio facta est. Quamobrem ipsa est hypostasis composita, quia, si personam accepisset, quinam una filiatio fuisset? Filiatio quippe divina et filiatio humana non sunt una filiatio, et filiatio naturalis et ascititia non sunt una eademque filiatio. Enimvero si accepisset personam unam, omnino quatuor personas coleremus. Deumque recentem (3) adoraremus, qui suapte natura non esset Deus. Si accepit hypostasim et mansit in hypostasi, ecquodnam fuerit mysterium absconditum a sæculis? aut quomodo fecisset mirabilia? Etenim habitat in nobis et conversatur, nosque sumus templum Dei vivi: qui etiam si hypostasim unam accepit, unam utique hypostasim liberavit: sin vero naturam quæ in sua persona subsisteret, plane toti naturæ nostræ salutem attulit. Quod si rursum una deitati et humanitati est persona, hoc profecto erit mysterium illud stupendum, inconsuetum et absconditum [66]. At enim qui fieri possit aliam et aliam hypostasim, unam deitatis et alteram humanitatis, unam sine patre, et alteram sine matre, Filium unum esse. Sed et si ille natura Dei Filius, et ille Dei filius adoptione Filius unus est, nos quoque omnes cum Dei Filio unus filius sumus. Atqui dictum nobis est: *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes* [67].

Quomodo autem unius gradus erunt persona divina et humana, quando natura divina et natura humana non ejusdem ordinis sunt, neque una dignitas est earum, neque adoratio? Et hoc manifestum est, quia corpus Domini adoramus, non propter naturam ejus, sed propter hypostasim Verbi, a qua possidetur. Quapropter eum oportet adorare, non quatenus est homo, sed quatenus Deus. Si enim unio facta est secundum complacitum, aut amorem, aut imperium, plane non esset unio in unum Filium. Nam Patris et Filii et Spiritus sancti, complacitum unum est, voluntas una, operatio una, imperium unum, ordo unus, unaque trium unio, at non secundum unam hypostasim.
B Verbum Filius Dei et Verbum unum factum est caro, quia Pater et Filius et Spiritus sanctus non una persona sunt. In Christo autem Domino nostro [68], quia hypostasis una est, et naturæ conjunctæ, sine alteratione et confusione, aut sine disjunctione, increata et creata, impassibilis et passibilis; quia differentiæ naturales exprimuntur per proprietates naturarum. Nunquid vere dici potest de duabus naturis permistis et confusis, duas esse naturas, quando confusæ sunt? Et cum nominantur naturæ duæ post unitionem, quinam fieri non possit ut dicatur in unione secundum hypostasim citra confusionem duas esse naturas? Ego itaque non fateor esse naturam unam in Christo post unitionem: distinctionem naturarum per-
C fectam agnosco, cum tamen unitæ sint. Nam quantitas ingreditur in omnes partes cum distinctione. Et possibile non est ut res una a seipsa differat, secundum quod una est: quemadmodum ut neque persona a seipsa differat personali distinctione, quamlibet composita sit. Quapropter de natura una, etiamsi composita sit, dici nequit differre illam a seipsa secundum naturam suam, distinctione qua discernatur. Et hoc manifestum est, quia corpus et anima in homine a se mutuo discrepant, suntque duæ naturæ, non una; et personæ humanæ seu individua, una species sunt. Quando autem differentiam habent essentialem qua una ab alia differat, natura una appellatur, non duæ naturæ.
D Ubi vero naturas in Christo esse duas dico, non eas disjunctas confiteor, sed unitas; quia numerus non est causa divisionis. Sed numerus, uti signum est discriminis personarum, sic nota est quantitatis, sive res unitæ sint, sive separatæ. Atque hinc patet eo quod tres homines dicantur uniti in definitione naturæ ipsorum, cum hypostases distinguantur secundum proprietates personales. Sed et anima et corpus naturas duas unitas habent, secundum hypostasim scilicet, sed distinctas secun-

[66] Ephes. III, 5. [67] Psal. LXXXI, 6; Joan. X, 34. [68] Locus obscurus et mutilus.

(3) *Deum recentem.* Alludit ut sæpe alibi ad hunc locum, *Psal.* LXXX, 10: *Non erit in te Deus recens.*

dum quantitatem naturarum. Hinc fit ut dicamus Filium Dei, qui unus est de sancta Trinitate, duas habere naturas quæ unitæ sunt secundum hypostasim, mutua alterius in altera circumincessione, servato termino differentiæ propriæ per qualitatem naturalem uniuscujusque secundum significationem suam, et servata unicuique definitione sua sine mutatione et confusione. Neque dicimus esse Filium alium et alium, quia non est una natura. Si duæ personæ forent, nequaquam ipse Filius unus esset, adeoque quatuor coleremus. Sin vero natura una, omnino essentia Patris, illius essentia non esset, nec nostra essentia esset illius essentia. Alias essemus nos consubstantiales Deo Patri. Ea siquidem, quorum essentia per se una est, una quoque per se et vere natura est: essentia unius est essentia alterius, ita ut natura una non sit diversarum naturarum essentia.

X. *Duæ voluntates et operationes.* — Confiteor itaque Jesum Christum Dominum nostrum, unam esse hypostasim, duasque naturas in ejus hypostasi unitas; quia unio duarum **669** ejus naturarum in una hypostasi medium locum obtinet inter permistionem et divisionem, et utramque participat; quia custodit et servat unitatem, nec non exstantiam naturarum unitarum, earumque discrepantiam: neque naturæ sic distinguuntur ut separentur; at vero omni modo integræ maneant. Quod si integræ manent, omnino numerantur. Neque dicimus post unitionem distinctionem naturæ, sed naturarum. Cum autem duas naturas dicimus, unam proinde non dicimus, quandoquidem duæ sunt; quia numerus locum non habet in una natura. Illi vero qui dicunt duas perfectas post unitionem ipsarum, necessario cogentur fateri duas naturas esse. Nam qui naturas duas memorat, de una sola non loquitur, sed de multis. Atqui hoc impossibile est, nisi res diversas censeas. Ideo quippe numerantur, quia diversæ sunt, et diversæ sunt, qua parte numerantur. Et de ratione duarum naturarum est, ut numerentur, cum uniuntur. Nec ullo modo dividuntur, nisi intellectus in conceptu suo dividat id quod reipsa divisum non est. Cum autem duas esse naturas fateor, utique perfectas illas esse intelligo et sine ullo defectu, ut una perfecta sit divinitate, altera humanitate. Constat enim naturam divinam totam unitam fuisse cum tota natura humana, in una ex personis deitatis. Cum autem dico naturam divinam totam unitam fuisse cum humana natura tota, non intelligo omnes personas. Atque hoc certum est, eo quod in omnibus personis deitatis videtur natura tota deitatis sine defectu, et in qualibet persona ex humanis personis, natura tota humanitatis videtur integra. Nam Christus non assumpsit corpus solum, nec animam solum, sed assumpsit corpus animatum rationali atque intelligente anima, adeoque in ipso esse mentes duas fateor, divinam et humanam. Nam constat intellectum increatum intellectui creato fuisse unitum, intellectumque patiendi nescium unitum esse cum intellectu patibili, qui medius fuit inter subtilitatem divinitatis illius, et crassitiem corporis ejus, quemadmodum Gregorius Theologus (4) tradidit. Præditus porro est duabus voluntatibus (5), quia non reperitur natura operationis expers. Etenim vita hæc primum quidpiam est in natura humana, ipsaque ejus

NOTÆ.

(4) *Quemadmodum Gregorius Theologus tradidit.* Hoc etiam docet Damascenus lib. III *De fide*, cap. 6 et 28, sed omisso Gregorii nomine, cujus locos e pluribus aliquot subjeci in adnotationibus, una cum Ruffini, qui ejus quondam discipulus fuerat, verbis. Liberet et alios e Latinis adducere, Ambrosiastrum lib. *de S. Trinitate*, seu in Symbolum apostolorum, magnum item Gregorium, lib. XVII *Moral.*, ubi ait: *Deus per divinitatem lumen est, qui mediante anima in ejus* (Virginis Mariæ) *utero fieri dignatus est per humanitatem corpus.* Id nempe astruxerunt Patres propter gentiles, qui Deum carni unitum esse sordidi aliquid innuere existimabant. Qua de re legendus est August. lib. X *De civ.* cap. 26; Eucherius item Lugdun. in fragmento quod hic exscribere ex lib. II Claudiani Mamerti *De statu animæ*, cap. 9. *Quærere*, inquit, *quidam solent quomodo in Christo misceri potuerit homini Deus. Qua rent rationem hujus mysterii quod semel factum est, cum ipsi reddere rationem nequaquam possint ejus rei, quæ fit semper, quomodo societur anima corpori, ut fiat homo. Ergo quomodo corporea res incorporeaque conjungitur, et corpori anima miscetur, ut homo efficiatur: ita homo conjunctus est Deo, et factus est Christus, et tamen ut fieret Christus, duo illa incorporea, id est anima et Deus, facilius conjungi permiscerique potuerint, quam misceatur una incorporea aliaque corporea, id est anima et corpus, ut persona hominis exsistat.* Sophronius Hierosolymitanus non aliunde factum esse probat, ut deitas et corpus in Christo citra confusionem aut diremptionem copulata sint, nisi quia Verbum in primis unitum est animæ, et per eam corpori. *Viam*, inquit, *regiam mediamque gradientes, et confusionem et sectionem abominamur.* μόνην δὲ κατὰ ψυχὴν ἀσπαζόμεθα τὴν ἀσύγχυτον ὁμοῦ καὶ ἀμέριστον θεότητος ἕνωσιν καὶ μόνην γνωρίζειν ἐπίσταται ἡ φυσικὴ καθ' ὑπόστασιν σύνοδος. Ταύτῃ γὰρ ἀλλήλαις ἑνώμεναι, θεότης τε καὶ ἀνθρωπότης, ἐσχήκασιν ἵνα μήτε τροπήν, μήτε διαίρεσιν πάθωσιν. *Secundum animam solam amplectimur inconfusam et indivisam deitatis et humanitatis unionem, quam solam exprimere novit naturalis* (i. e. realis naturarum) *concursus secundum hypostasim. Hæc enim invicem unitæ, deitas et humanitas, habuerunt, ut neque conversionem neque divisionem admitterent.*

(5) *Præditus vero est duabus voluntatibus et operationibus.* Ex duabus naturis operationum duplex genus subsequitur. His omnibus admodum adversabatur olim Acacius Melitinensis, qui tempore dissidii Nestoriani hæc scribebat in epistola ad Cyrillum Alexandrinum quæ in excerptis Tragediæ Irenæi Tyrii ex duplici translatione habetur cap. 83 et 98: *Bonum solum tuum*, aiebat, *qui secundum Deum est, ut pro omnibus quidem æqualiter Ecclesiis cogites, et . . . . . cogatur unusquisque publice anathematizare Nestorii et Theodori dogmata. Præcipue hos, qui dicunt duas naturas post unitionem propria unamquamque operantem. Eorum namque qui in Germanicia sunt, aliquos expertus sum, inveni quidem duos filios dicere recusantes: at vero duas naturas dicere non abnuentes. Unde, si concedatur ut dicatur atque doceatur ab eis quia unaquæque natura per semetipsam operatur, et hæc quidem passa est, impassibilis illa permansit;*

operatio, ut et intellectus ejus, tactus ejus, motus corporis ejus surgentis, animatio ejus, desiderium, ira, sensusque ejus, et appetitus cibi, et potus vitæ hujusce causa, et omnis conceptus quo in natura sua rationali sentiat, et velit ut dominus sui; quia voluntas arbitrii libertate pollens, sensus est intellectus nostri rationalis et vitalis. Nam irascendi facultas et appetitus sensus sunt rationis expertes animantium: mentis vero nostræ sensus ipse rationalis est, sui compos, liberique arbitrii, estque adeo voluntas ipsa. Nam natura rationalis dominatur in ea quæ ratione et intelligentia carent. Qui sui dominus est, animam et corpus regit; at non simul Deum suum, cujus suapte natura servus est, cuique morem gerit. Atqui obedientia est libera subjectio voluntati alterius, quamlibet voluntas velit quæ naturalia sunt. Hæc cum omnibus hominibus data fuerit, accepta a Domino fuit, qua vellet id quod esset humanitatis; quia consectarium omnino erat ut Dominus noster acciperet quod nostræ naturæ insitum a Deo fuerat. Quidquid enim ipse concessit nobis hoc assumpsit, quia per omnia similis factus est nobis, excepto peccato. Nemo autem nostrum vult peccatum qua libertate arbitrii præditus est; sed vult voluntatem illam quæ recedit a lege divina. Atque hoc non est usus naturalis voluntatis **670** nostræ liberæ, sed est transgressio usus naturalis declinantis a natura. Quocirca Dominus noster voluntatem humanam habuit, quæ non adversaretur voluntati divinæ. Enimvero assumpsit naturam quæ solo humanitatis nutu non moveretur: quandoquidem ad personam ipsius spectabat determinatio. Cum itaque divina ejus hypostasis una hypostasis esset, cum divinitatis, tum humanitatis, non movebatur nutu sibi ipsi contrario, sed naturali motu: et quia homo erat liberi arbitrii compos, sequebatur voluntas ejus voluntatem Patris sui divinam. Eam ob rem dicimus in illo esse duas voluntates, quæ deliberatione mutuo oppositæ non sint, sed naturarum: quia utraque natura vult et agit quæ sibi propria sunt, cum alterius communione. Verbum agit et vult quatenus Deus est id quod divinitatis proprium est, et ipsum per se etiam agit vultque qua parte homo est, illud quod carni proprium est. Utraque autem operatio una eademque fit, humana voluntate sequente divinam voluntatem quatenus liberi arbitrii est: quo fit ut operatio divina in operationem illius humanam agat. Quapropter quælibet natura operationes exerit proprietate sua naturali, et verbum per eas ambas propter utriusque unionem, neutra alteri repugnante, salutem nostram patravit. Nam voluntatem suam humanam exseruit exercitio naturali, obediendo divinæ voluntati, cui colligata esset. Neque peccatum fecit, neque dolus inventus est in ore ejus [18], et idcirco morti obnoxius non fuit, quia immunis fuit a peccato, ut qui Deus et homo esset; qui per utramque naturam abstulit peccata nostra. Morbos quoque nostros portavit, et mortem nostram suscepit, cum subjectus non esset morti, quia peccare non poterat. Quocirca factus est primitiæ resurrectionis nostræ, solutis doloribus mortis, nosque resuscitando secum, et collocando in excelsis cœlestibus in dextera Dei Patris sui.

XI. *Baptismus, judicium, vita æterna.* Confiteor insuper unum baptisma ad pœnitentiam, per bonitatem et gratiam Dei Domini nostri, qui dixit baptizare eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et ut custodirent mandata sua. Ait enim: *Docete eos servare quæ mandavi vobis* [19]: quodque futurum sit gaudium magnum in cœlis pro uno peccatore pœnitentiam agente [20]. Itemque: *Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum* [21]. Confiteor insuper resurrectionem mortuorum; resurrectionem, inquam, corporis, qua beata fiet anima, unaque hæreditatis compos. Confiteor esse judicium et remunerationem, ac Jesum Christum judicem fore, qui veniet judicaturus unumquemque juxta opera sua. Denique confiteor unam vitam æternam, cujus non erit finis, nec non perpetuum supplicium fore perinde atque vitam æter-

[18] Isa. LV, 4. [19] Matth. XXVIII, 19, 20. [20] Luc. XIII, 7. [21] Matth. III, 2.

## NOTÆ.

*nihil est aliud nisi duos iterum filios confiteri et partes* (alia translatio, *personas*) *induci*. Sic bonus ille Acacius Monophysiticam hæresim, Monothelelticamque præformabat; qui non ita pridem non sine imperatoris indignatione palam pronuntiaverat; *Deitatem esse passibilem*, ut refertur cap. 27 *Tragœdiæ*. Aliam fuisse Cyrilli mentem agnovit Joannes ipse Antiochenus in epistola ad Alexandrum Hierapolitanum, quæ ibidem habetur cap. 50: *Nam Cyrilli quidem capitula*, inquit, *obumbratam habent incongruitatem: nunc autem qui potestatem, obtinuerunt, inimici Dei, proponunt anathematizandos esse hos qui dicunt duas naturas: quod nec ipse qui primus illorum exstat, Cyrillus, dicere clare præsumpsit.* Rursum dum de pace cum Cyrillo pangenda ageretur, eidem Alexandro testificatus est Cyrillum alienissimum esse ab Apollinarii *mistione et confusione naturarum; et alteram dicere esse divinitatem, alteram corpus. Sic enim supersignando adjecisse:* Quia impassibilis Divinitas, quia duæ naturæ. *Quod nullus horum qui nunc sunt in Ponto habitantes aut dixit aut sapuit. Et sunt hæc manifestissima convictio contra illos. Et utinam contingat eum, qui est ex vicinis tuis* (Rabbulam, ni fallor, Edessenum), *occurrere in hanc confessionem, et alios qui ultra Taurum sunt* (inter quos Acacius) *et omnia ipsis quoque soluta sunt.* Duas itaque naturas in persona Verbi subsistentes Cyrillus agnoscebat, nec nisi eas ὑφεστώσας, id est in seipsis subsistentes negabat, ut declarat epist. 2 ad Success., ubi insuper Verbum divinum humanitatis natura, quam sibi propriam fecit, non deitatis, esse passum, docet, uti sæpe alibi, ut nec ipsi quorumdam suorum error nisi per summam injuriam affingi possit.

quod finem nullum habebit, secundum justitiam et bonitatem Dei, cujus sunt potentia et misericordia.

XII. *Sex concilia generalia.* — Præterea admitto sex magna concilia quibus episcopi totius orbis adfuerunt. Concilium primum, quod in urbe Nicæna habitum est tempore Constantini Magni imperatoris, contra Arium qui deitatem dividebat. Item illud quod coactum est Constantinopoli coram Theodosio Magno propter Macedonium Spiritus sancti hostem. Tum illud deinde quod convenit Ephesi auspice Pulcheria, cujus faustus exitus fuit, contra Nestorium Anthropolatram et Judaicæ indolis. Illud rursum quod collectum est in civitate Chalcedonensi coram Marciano imperatore, cujus sincera religio fuit, et coram Pulcheria, cujus modo facta est mentio propter insignem ejus æquitatem contra Eutychem monachum et contra Dioscorum qui permiscebant essentias, et contra innovationem eorum in fide, qua naturæ confundebantur. Concilium itidem quod Constantinopoli contigit in præsentia Justiniani magni imperatoris, adversus Origenem erraticæ opinionis virum, et contra Diodorum et Theodorum præceptorem Nestorii, nec non contra epistolam Ibæ. Concilium denique sextum quod denuo Constantinopoli, quæ est nova Roma, coactum est, sanctum illud, magnumque et præstantissimum episcoporum orbis, præsente Constantino novo Christiano, contra Sergium, Cyrum, Petrum, Paulum et Macarium, qui unam in Christo voluntatem prædicabant, et contra eos qui voluntates ambas inficiarentur, dicentes esse naturam sine voluntate. Hæc porro sunt sex sancta concilia magna, quibus assentior ego, et confiteor eorum decreta pura esse, quæ Deus ipsis tradiderit. Suscipio quæ susceperunt, et rejicio quæ rejecerunt, eaque diris perpetuis digna censeo. Insuper et Novum [Testamentum (6)] admitto cum agnoscam Patrem et Filium et Spiritum sanctum in illis omnibus prædicatum locutum esse, Deum unum. Honoro etiam servos Dei qui ipsi placuerunt a sæculo; justos scilicet, et patriarchas, prophetas, apostolos, martyres, pastores, sanctos viros, qui mentes suas expurgando, rejecerunt a sermonibus veritatis omnem opinionem adulterinam et superfluam. Exsecror innovationes quæ factæ sunt circa fidem a tempore Simonis Magi usque nunc; quasque virtus pervicax Satanæ effutiit, implicando socios suos sermonibus impuris.

XIII. *Conclusio.*—Confiteor me suscipere canones sanctos sanctorum apostolorum, canones item sanctorum synodorum, et canones sancti Patris nostri Basilii Magni meque totis viribus observaturum quæ per illos Spiritus sanctus locutus est, ducendo gregem quem Deus per vos commisit mihi, ab omni probro, crimineque damnoso, et contrarietate liberum. Hæc est professio mea, quæ efficiat idoneus, ut astem coram tremendo Christi tribunali, et per eam consequar benignitatem Domini mei. Non enim me fore justum spero propter opera mea, sed per fidem in Jesu Christo Domino nostro, perque misericordiam ejus, per intercessionem Matris Dei nostri et omnium sanctorum et per orationes vestras sanctas; quia Patri et Filio et Spiritui sancto est gloria in sæcula sæculorum.

NOTÆ.

(6) Deest hic aliquid de Veteri, ni fallor, Testamento et instrumento, quod auctor abs se admitti dixerit, subindeque Novum.

671 *In eodem codice Arabico partem Orationis Joannis Damasceni de imaginibus reperi aliquantum diversam ab editis, quam ex toto omittendam non censui, in primis propter quemdam Chrysostomi locum, ex homilia in Lazarum quæ inter ejus opera nondum prodiit(7).*

Omnino consentaneum est Christi Domini nostri Salvatoris passionem et miracula pingere, ut quando percontabitur a me filius meus, quid imago illa repræsentet, respondeam, Deum nostrum Verbum Dei esse factum hominem, atque hoc pacto ingressum esse in Jordanem, non propter Israelitas, verum ut natura nostra per ipsum rediret ad felicitatem æternam, per quem exaltata fuit ex inferioribus terræ partibus, seditque in throno Dei super omnes principatus.

Sed forsan dicet adversarius: Eam ob rem per nos licet facias imagines Christi et matris ejus, et hoc tibi sufficiat. Cui respondebimus sententiam hanc contumelia plenam esse. Te namque sanctorum honorem profiteris. Cum enim Christi, non sanctorum imagines facias, palam significas te a sanctorum imaginibus abhorrere. Dum autem suo sanctos honore spolias, facinus admittis quod nemo antehac patrare ausus fuit, imaginem quippe Christi idcirco facis, quia gloria dignus est, sanctorum vero respuis, quia effigies sunt eorum qui nullum honorem mereantur, sicque veritatem mendacii accusas, quæ ait: *Vivo ego, dicit Dominus qui honoro eos qui honorant me: et eos qui me glorificant glorifico* [22]. Et Apostolus: *Itaque jam non es servus, sed filius: quod si filius, et hæres Dei per Christum* [23]. Et: *Si compatimur, et conglorificabimur* [24]. Non ergo debes sanctorum imaginibus [illegible] indicere. Dicit enim Joannes apo-

[22] I Reg. II, 30. [23] Rom. VIII, 17. [24] I Cor. XII, 6.

NOTÆ.

(7) Fallitur vir doctus. Vide Fabricium col. 42 tomi supem [illegible] oris. EDIT.

stolus qui supra pectus Domini recubuit, *quod similes ei erimus* [24]. Atqui sicut ferrum quod est in igne, evadit ignis, non natura, sed conjunctione cum igne, exustione et tactu, sic caro facta est Deus, non suapte natura, sed contactu et affinitate: quia unione cum persona Verbi et divinæ naturæ contactu, non conversione, evasit Deus. Non autem unxit eam Deus, ut unum quemdam ex prophetis, sed totius ungentis præsentia. Quod vero sancti quoque facti sint dii, Propheta his verbis significavit: *Deus stetit in synagoga deorum* [25]. Stans porro Deus in medio deorum dignitates et merita singulorum discernit, ut Gregorius Theologus est interpretatus.

Davidi Deus mandavit ut per Salomonem filium suum templum ædificaret, hocque sibi elegit quod habitaret: ac subinde templum Salomon exstruxit, in quo Cherubim fabricavit, ut in libris Regnorum scribitur. Cherubim autem obtexit auro, et insculpsit in muris ejus per circuitum intus et extra imagines Cherubim et palmas. Non dixit eum ornavisse parietes, sed in ambitu ejus simulacra taurorum et boum et arborum, et malogranatorum expressisse. Nonne vero convenientius decentiusque est, ornare muros templi Domini imaginibus sanctorum, quam armentis et arboribus? Lex quidem prohibet ne similitudinem omnem faciamus; ac tamen Salomon Cherubim, boum, et leonum simulacra fabricavit: non ut Dei similitudinem exprimeret, lege cavente ne ulla ejus similitudo fieret: nos vero nequaquam Dei similitudinem exprimimus, quando pingimus imagines sanctorum. Et sicut per sanguinem animantium et per cinerem vitulæ templum et populus mundabantur, sic nunc per sanguinem Christi qui testimonium martyriumve obiens sub Pontio Pilato se martyrum primitias obtulit, et per sanguinem sanctorum quibus Ecclesia est ædificata. Ut cum olim templum animantium figuris ornaretur, sic nunc Dei templum imaginibus sanctorum, quorum animæ rationabilia templa fuerunt, in quibus mansit Deus per Spiritum sanctum.

Cum vero Christi Dei nostri effigiem facimus, non eum spoliamus exercitu suo. Domini autem exercitus sunt sancti. Quocirca Joannes Chrysostomus in homilia de Lazaro, cujus initium est: *Omnis scientia a Deo est*, ita loquitur: « Ubi quis honorat amicos Christi, ad Christum exhibitio ista honoris pervenit, qui non desinit esse beneficus et benignus, præsertim cum continuatur et perseverat erga illos veneratio. » Exercitum missum faciat imperator terrenus, coronamque et purpuram deponat, tumque venerationem hanc illis adimat, qui contra tyrannum strenui apparuerunt, dominantes cogitationibus et affectibus suis: qui cum facti sint hæredes Dei et cohæredes Christi in gloria et regno illius, quomodo non sint amici Christi, ejusque honoris consortes super terram? Utique Deus ipse noster aiebat: *Ego non dicam vos servos, quia amici mei estis* [27]. Eos igitur oportet honorare quo honore ornavit eos Ecclesia, etc. *Reliqua omitto quæ nihil discrepant ab iis quæ alias edidimus.*

[24] I Joan. III, 3. [25] Psal. LXXXI, 1. [27] Joan. XV, 15, 19.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

# ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΟΥ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

## ΕΚΛΟΓΑΙ ΕΚΛΕΓΕΙΣΑΙ.

# S. JOANNIS DAMASCENI

EX UNIVERSA INTERPRETATIONE S. CHRYSOSTOMI

LOCI SELECTI

## IN EPISTOLAS S. PAULI.

(Lequien, t. II, p. 1.)

## ADMONITIO.

Edita hactenus non fuit hæc, quam nunc primum damus, Epitome commentariorum Joannis Chrysostomi in Epistolas Pauli apostoli. Hanc porro integram reperi in codice Regio 2331, cum præfixo toti operi Joannis Damasceni nomine, Περὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ· nec certe mihi dubium est, quin ipse genuinus lucubrationis hujus parens sit, cum propter auctoritatem codicis manuscripti, qui nongentorum circiter annorum præ se fert ætatem, tum quia Joannem Damascenum ejusmodi excerptis Patrum congerendis operam dedisse, multoties jam a me notatum fuit, idque complures qui supersunt hodie libri ejus germani clamant. In catalogo librorum manu exaratorum qui in Pathmo insula sæculo decimo sexto reperti sunt, quemque Possevinus ad calcem sui Apparatus cum multis aliis iterum edidit, post homilias Chrysostomi in Pauli Epistolas, et in Acta apostolorum, statim numeratur, *Joannis Damasceni expositio in Epistolas.* Rursumque in Regio cod. 5145 bombycino, excerpta quædam ejusdem concinnatæ a Joanne Damasceno Epitomes habentur cum hoc titulo: Ἐκ τοῦ καθόλου ἑρμηνείας τοῦ Χρυσοστόμου ἐκλεγεῖσαι παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Δαμασκηνοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν· *Interpretationes Chrysostomi ex universo ejus opere selectæ a sanctissimo Damasceno Patre nostro.* Quibus hoc addam ex collatione variorum locorum hujus Epitomes, cum com- [illegible] consuluisse.

Hic autem commentarius nihil aliud fuit nisi brevia quædam scholia ex Chrysostomi præsertim, quin etiam aliorum auctorum expositionibus accepta, quæ cum e regione contextus Apostoli cum certis quibusdam notis descripta essent, a librariis postmodum distracto Apostoli textu, perinde distracta sunt, eo quo illa edimus ordine; quem nempe propter vetustissimi codicis auctoritatem mutare religioni duximus. Cæterum in hoc commentario integræ quandoque Chrysostomi sententiæ, non nihil mutatis vocibus, referuntur, quandoque voces duntaxat aliquot, quandoque nihil præter sancti doctoris sensum, quem identidem quibusdam in locis Noster clarius reddit, quam illius textu ferat. Cujus generis unum hunc locum juvat ad specimen afferre. In cap. v Epistolæ ad Romanos, v. 12, hæc Pauli verba, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, Chrysostomus sic enarravit: Τί δέ ἐστιν ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον; ἐκείνου πεσόντος, καὶ οἱ φαγόντες ἀπὸ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου θνητοί· *Quid vero istud, est in quo omnes peccaverunt? utique eo cadente illi quoque qui de ligno non comederunt, exinde mortales evaserunt.* Ob quam expositionem critici quidam existimaverunt Joannem Chrysostomum non intellexisse

omnes homines qui ex Adam primo parente suo prognati sunt, peccati illius reos nasci, nec præpositionem ἐπὶ hoc loci tanquam causalem habuisse, sed vocem ἐφ' ᾧ accepisse ceu idem significaret quod Latina *quatenus*. Contra vero Damascenus noster Doctoris sancti cujus verba integra recitat, enarrationi hæc pauca præmisit, ἐφ' ᾧ, ἀντὶ τοῦ δι' οὗ *in quo, pro, per quem* : quod sane, velint nolint illi, causam exprimit. Adeoque Joanne Damasceno interpretante, certum fit Chrysostomum agnovisse illo Apostoli loco, Ecclesiæ de peccato originali doctrinam affirmari.

At vero multa hinc inde occurrunt, quæ Chrysostomus in homiliis non habet, in primis vero in commentario in Epistolas ad Ephesios, ad Colossenses, ad Philippenses et ad Thessalonicenses, in quo nihil quod ex sancto illo doctore acceptum videatur, observare potui. Sæpe vero concordat cum Theodoreti, nec non cum Cyrilli Alexandrini expositionibus, quas Œcumenii catena exhibet. In cap. 2 Epistolæ ad Colossenses ad verba Pauli, *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* ejusmodi expositio affertur, cujus auctor, nisi Damascenus ipse sit, saltem post exortam Nestorii hæresim scripsisse possit affirmari : quippe cum eam inhabitationem seu unionem illam explodat, quam Nestoriani σχετικὴν *secundum affectum, relationem, habitudinemve* appellitabant. Ἵνα μή τις νομίσῃ σχετικὴν εἶναι τὴν κατοίκησιν, *ne quis existimet inhabitationem hanc fieri secundum affectum et relationem*. Alia omitto quæ lector eruditus in hoc passim commentario facili negotio deprehendet. Hoc solum monebo, mihi videri prologum in Epistolam ad Romanos interiisse, quin et codicem multis passim mendis scatere mutilumque esse, ut sensus sæpe impervius sit et obscurus. Quod ad Scripturæ textum qui commentario interjectus est attinet, multis in locis diversus videtur ab eo quem Joannes Chrysostomus tractabat, et a doctissimis præstantissimisque criticis quibuscum eum communicavi, magni fuit æstimatus, ceu pretiosum Christianæ antiquitatis monumentum.

---

# ΕΙΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ.

# IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

## ΚΕΦΑΛ. ΠΡΩΤΟΝ.

A

« Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς Ἀπόστολος. »

Τρεῖς εἰσὶ δουλείας τρόποι· εἷς μὲν ὁ κατὰ τὴν δημιουργίαν, καθ' ὅ φησιν, ὅτι *Τὰ σύμπαντα δοῦλα σά*. Ἕτερος δὲ ὁ ἀπὸ πίστεως, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ*. Ὁ τρίτος ὁ ἀπὸ τῆς πολιτείας κατὰ τὸ εἰρημένον· *Μωϋσῆς ὁ θεράπων μου τετελεύτηκεν*. Ἐπειδὴ τοίνυν κατὰ πάντας τοὺς τρόπους, τὸ τῆς δουλείας ἀξίωμα ἐδέδεικτο, εἰκότως ἐν καυχήματος τάξει προτάττει τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς.

« Ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ. »

Δείκνυσιν ὅσον αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα. Εἴ γε ἀφώριστο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ διακονῆσαι τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ. B Εὐαγγέλιον δὲ Θεοῦ καλεῖ, ἀπὸ τῶν προοιμίων διεγείρων τὸν ἀκροατήν.

« Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις. »

Ἐπειδὴ καινοτομίαν ἐνεκάλουν τῷ δόγματι, δείκνυσιν αὐτὸ πρεσβύτερον Ἑλλήνων ὄν· καὶ ἐν ταῖς προφητείαις προδιαγραφόμενον.

« Περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. »

## I CAPUT PRIMUM.

Vers. 1. « Paulus servus Jesu Christi vocatus Apostolus. »

Tria sunt genera servitutis. Aliud per creationem et opificium : unde dicitur : *Omnia serviunt tibi* [1]. Aliud a fide, de quo ait : *Liberati autem a peccato servi facti estis justitiæ* [2]. Tertium denique a vita et moribus : quo itidem sensu dicitur : *Moyses servus meus mortuus est* [3]. Quando itaque juxta omnes modos ostensa dignitas est servitutis, consulto prorsus hanc initio epistolæ præponit, tanquam gloriandi argumentum.

« Segregatus in Evangelium Dei. »

Ostendit quanta sit sua dignitas, quippe qui segregatus erat ut Evangelio ejus ministraret. Porro Evangelium Dei nominat, ut in ipsomet exordio attentionem excitet auditoris.

Vers. 2. « Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis. »

Quandoquidem doctrinæ fidei novitatis crimen inurebatur, commonstrat eam tum gentilibus philosophis esse antiquiorem, tum et a prophetis jampridem descriptam.

Vers. 3. « De Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem. »

[1] Psal. CXVIII, 91. [2] Rom. VI, 18. [3] Josue. I, 2.

Nequaquam nobis de nudo homine sermo est. A Quocirca et hoc adjecit, *secundum carnem*, subindicans ejusdem quoque generationem esse secundum spiritum. Porro ministerii ordinem exsecutus est. Primum enim hominem eum in terra viderunt, et cum genitus esset palam annuntiari, ac tum Deum cognoverunt, inquit.

Vers. 4. « Qui definitus est Filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri. »

Eum prædicamus, inquit, qui ex David progenitus est, quodque ipse sit Deus, qui carnem induerit. Idque primum ex prophetis, propter quod aiebat modo : *Quod ante promiserat per prophetas.* Secundum, ex ipso generationis modo ; id quod his B verbis indicat, *ex semine David secundum carnem*, nec non quia naturæ legem solvit, quando ex Virgine natus est. Tertium, a miraculis. Id enim hac voce significatur, *in virtute.* Quartum, a spiritu quem largitus est eis qui crediderunt, et quo sanctos omnes reddidit : quocirca *Spiritum dixit sanctificationis.* Quintum, ab illius resurrectione. Ille siquidem omnium primus et solus seipsum suscitavit. *Qui definitus est*, sive qui ostensus est, declaratus, probatus, quem communi omnes sententia et calculo confessi sunt.

Vers. 5. « Per quem accepimus. »

Videsis gratum viri animum. Nihil suum ipsius esse, sed cuncta Domino refert accepta.

« Gratiam et apostolatum. »

C Non nos, inquit, hoc nobis præstitimus, ut essemus apostoli : neque multis nostris laboribus dignitatem hanc adepti sumus, sed gratis accepimus, idque præclarum superni muneris opus exstitit.

« Ad obediendum fidei. »

Non dicit ad conquisitionem aut probationem fidei, sed *ad obedientiam.* Nam quando Dominus pronuntiat, auditores de iis quæ dicuntur curiosius inquirere non debent, nec perscrutari, sed solum excipere.

« In omnibus gentibus. »

Observa quinam prædicatio præstanda sit. Olim quidem lex per Moysem lata uni genti annuntiata est : Evangelium vero ad extremos usque terræ D fines pervenit.

« Pro nomine ejus. »

Non ut essentiam illius curiosius inquiramus, inquit, sed ut credamus in nomine ejus. Istud quippe nomen erat per quod et signa faciebat. Ait enim, *in nomine Jesu Christi surge et ambula*[a]

Vers. 6. « In quibus estis et vos vocati Jesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei. »

Duo in verbis istis bona licet videre, quamque

Οὐ περὶ ἀνθρώπου ψιλοῦ, φησὶν, ὁ λόγος ἡμῖν. Διάτοι τοῦτο προσέθηκεν τὸ, *κατὰ σάρκα*, αἰνιττόμενος, ὅτι καὶ κατὰ πνεῦμα γένησίς ἐστι τοῦ αὐτοῦ· τῇ τάξει δὲ τοῦ μυστηρίου ἠκολούθησεν. Πρῶτον γὰρ εἶδον αὐτὸν ἄνθρωπον ἐπὶ γῆς· καὶ τὸν γεννώμενον ἀνακηρυττόμενον καὶ τότε ἔγνωσαν Θεὸν, φησίν.

« Τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως ἐκ νεκρῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. »

Τὸν ἐκ Δαβὶδ γεννώμενον ἀνακηρύττομεν, φησὶν, ὅτι καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἐστιν οὗτος ὁ σαρκωθείς· πρῶτον, ἀπὸ τῶν προφητῶν δι' ὃ ἔλεγεν· *Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν.* Δεύτερον, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς γεννήσεως, ὃ καὶ αὐτῷ ἔδειξεν εἰπών· *ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα*· ὅτι τὸν τῆς φύσεως ἔλυσεν νόμον ἐκ Παρθένου τεχθείς· τρίτον, ἀπὸ τῶν θαυμάτων· τοῦτο γάρ *ἐστιν ἐν δυνάμει.* Τέταρτον, ἀπὸ τοῦ πνεύματος ὅπερ ἐδίδου τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, δι' οὗ πάντας ἁγίους ποιεῖ. Διὸ *Πνεῦμα ἁγιωσύνης* εἶπεν· πέμπτον, ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ· πρῶτος γὰρ αὐτὸς καὶ μόνος ἑαυτὸν ἤγειρεν. *Τοῦ ὁρισθέντος*, δειχθέντος, ἀποφανθέντος, ὁμολογηθέντος ἀπὸ τῆς πάντων γνώμης καὶ ψήφου.

« Δι' οὗ ἐλάβομεν. »

Ὅρα τὴν εὐγνωμοσύνην· οὐδὲν ἑαυτοῦ βούλεται, ἀλλὰ πάντα τοῦ Δεσπότου.

« Χάριν καὶ ἀποστολήν. »

Οὐχ ἡμεῖς ἑαυτοῖς κατωρθώσαμεν, φησὶ, τὸ γενέσθαι ἀποστόλους· οὔτε γὰρ καμόντες πολλὰ τὴν ἀξίαν ταύτην ἐλάβομεν[a]· ἀλλὰ χάριν ἐλάβομεν, καὶ τῆς ἄνωθεν δημιουργίας[b] τὸ κατόρθωμα γέγονεν.

« Εἰς ὑπακοὴν πίστεως. »

Οὐκ εἶπεν, εἰς ζήτησιν καὶ κατασκευὴν πίστεως, ἀλλ' *εἰς ὑπακοήν.* Ὅταν γὰρ ὁ Δεσπότης ἀποφαίνηται, τοὺς ἀκούοντας οὐ περιεργάζεσθαι χρὴ τὰ λεγόμενα καὶ πολυπραγμονεῖν, ἀλλὰ δέχεσθαι μόνον.

« Ἐν πᾶσιν τοῖς ἔθνεσιν. »

Ὅρα πῶς ἔσται τὸ κήρυγμα· εἴ γε πάλαι μὲν ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος, ἑνὶ ἐκηρύττετο ἔθνει· τὸ δὲ Εὐαγγέλιον εἰς πέρατα τῆς οἰκουμένης διαδέδοται.

« Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. »

Οὐχ ἵνα τὴν οὐσίαν περιεργασώμεθα, φησίν· ἀλλ' ἵνα εἰς τὸ ὄνομα πιστεύσωμεν. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ ὄνομα, ὃ καὶ τὰ σημεῖα ἐποίει. *Ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ*, φησὶν, *ἔγειρε καὶ περιπάτει.*

« Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ· πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ. »

Δύο διὰ τούτων ἔστιν ἰδεῖν ἀγαθὰ, καὶ κολακείας

[a] Act. III, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Chrysost. ἐλάχομεν. [b] Chrysost. δωρεᾶς.

ἀπηλλαγμένην τὴν τοῦ Ἀποστόλου ψυχήν· εἴ γε Ῥωμαίοις κρατοῦσι τότε, καὶ εὐθὺς τὴν ἀρχὴν δεξαμένοις τῆς οἰκουμένης ἐπιστέλλων, οὐδέν τι κολακικόν φησιν· καὶ τὸ εὐθέως καλεῖν αὐτῶν τὸν τύφον, εἴ γε παρακολούθους αὐτοὺς τῶν ἐθνῶν ἔταξεν. Περὶ γὰρ τῶν ἐθνῶν διαλαβὼν τὸ, *ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς* ἐπήγαγεν.

« Κλητοῖς ἁγίοις. »

Ὅρα πῶς συνεχῶς τὸ ὄνομα τίθησιν [c]· *Κλητὸς Ἀπόστολος. Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοί. Πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ κλητοῖς*. Τοῦτο δὲ οὐ περιττολογῶν ποιεῖ, ἀλλὰ βουλόμενος αὐτοὺς τῆς εὐεργεσίας ἀναμνῆσαι. Τὸ δὲ, *ἀγαπητοῖς Θεοῦ*, διαιροῦντός ἐστιν ἀπὸ τῶν πιστευσάντων τοὺς μὴ τοιούτους. Καὶ ἄλλως [d] δὲ τοὺς πιστεύσαντας καλεῖ πάντας, καθ' ὃ ἡγιάσθησαν διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας.

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Πόσον ἴσχυσεν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀγάπη δείκνυσιν, ὅτι οἱ ἐχθροὶ καὶ ἠτιμημένοι, ἅγιοι καὶ δίκαιοι γεγόνασιν ἐξαίφνης. Ὅταν γὰρ Πνεῦμα καλέσῃ, υἱοὺς ἀπέδειξεν· ὅταν δὲ υἱοὺς εἶπεν, ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν τὸν θησαυρὸν ἀπεκάλυψεν.

« Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, περὶ πάντων ὑμῶν.

Ἁρμόζον τὸ προοίμιον τῇ φιλοθέῳ ψυχῇ, ἐφ' οἷς εὐσεβοῦσιν ἕτεροι εὐαρεστεῖν [e] τῷ Θεῷ.

« Ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. »

Ὡς γὰρ ἄρτι δεξαμένης τὴν βασιλείαν τότε τῆς Ῥώμης, εἰκὸς τοὺς ἐν αὐτῇ πιστοὺς ἐν πάσῃ περιφέρεσθαι πόλει.

« Μάρτυς γάρ μου ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου. »

Ἐπειδὴ περὶ ἀδήλου πράγματος ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, τοῦτο δὲ ἦν ἡ ἀγάπη ἡ εἰς αὐτοὺς ἀνθρώπους μηδὲ εἰδότας αὐτόν· τούτου χάριν τὸν Θεὸν ἐπὶ τοῦ πράγματος τούτου μάρτυρα καλεῖ.

« Ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως. »

Ἄνω τοῦ Πατρὸς εἰπὼν τὸ Εὐαγγέλιον, ἐνταῦθα *τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ* εἶναι λέγει, δεικνὺς τὴν ἑνότητα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

« Μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος, εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. »

Δείκνυσιν ὅσος ἐστὶν εἰς τὸ πείθεσθαι Θεῷ, ὅπου γε σφόδρα σπουδάζων καὶ εὐχόμενος τὴν Πόλιν ἰδεῖν, παρὰ τὸ τοῦ Θεοῦ δοκοῦν, οὐ παραγίνετο πρὸς αὐτούς.

« Τοῦτο δέ ἐστιν, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ

ab adulatione alienus Pauli animus esset, qui cum Romanis scriberet, quorum tunc nec ita pridem imperio ac dominationi orbis subditus esset universus, nihil prorsus adulatorium effutiat, quin ipsorum statim ostentationem provocet, eodem illos ac cæteras gentes ordine habens. Cum enim de gentibus loqueretur, adjecit, *in quibus et vos estis*.

VERS. 7. « Vocatis sanctis. »

3 Vide quam assidue vocationis nomen ponat. *Vocatus Apostolus : In quibus estis et vos vocati : Omnibus qui sunt Romæ vocatis*. Hoc non uti vaniloquus, sed volens eos admonere beneficii. Istud porro, *dilectis Dei*, discernere eum indicat illos qui crediderint, ab iis qui ejusmodi non sint. Insuper credentes omnes *sanctos* appellat, qua nempe per lavacrum regenerationis sanctificati erant.

« Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo. »

Quanta Christi amoris vis roburque fuerit ostendit; eo quod ex inimicis et contemptis repente sancti et justi evaserant. Ubi siquidem Spiritus vocaverit, tum filios effecit. At vero quando filios dixit, universorum bonorum thesauros aperuit.

VERS. 8. « Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis. »

Conveniens præfatio hæc est animæ quæ Deum diligat; ut pro aliorum pietate ipsi gratias agant.

« Quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. »

Cum enim Roma nuper Dei regnum excepisset, ejus subinde fideles apud alias civitates omnium ore celebrabantur.

VERS. 9. « Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo. »

Quandoquidem de re obscura illi sermo erat, puta de sua erga homines illos dilectione, qui hactenus ipsum non viderant, idcirco Deum rei hujus testem appellat. Atqui significat spiritualem hanc esse servitutem, non carnalem, et ex præscripto legis.

« In Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione. »

Superius Evangelium Patris dixit, hic *Filii illius* ait, ostendens unitatem Patris et Filii.

« Memoriam vestri facio [ VERS. 10 ] semper in orationibus meis, obsecrans si quomodo tandem prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. [ VERS. 11. ] Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos. »

Ostendit quanta Deo obedientia subesset, qui cum vehementer festinaret, obsecraretque concedi sibi ut Urbem videret, nequaquam tamen citra Dei voluntatem ad eos perrexisset.

VERS. 12, 13. « Id est simul consolari in vobis

VARIÆ LECTIONES.

[c] Addo ex Chrys. κλητοῦ. [d] Leg. ἁγίους. [e] Fort. εὐχαριστεῖν.

per eam quæ invicem est fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpe proposui venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam, et in vobis, sicut et in cæteris gentibus et Judæis. »

τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι πολλάκις προεθέμην τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσί τε καὶ Ἰουδαίοις. »

Ne quibusdam videatur magnificentius de se sentire, dicendo *donum et gratiam impertiar vobis*; eam ob rem et ipse subjungit, eorum se consolatione opus habere.

Ἵνα μὴ δόξῃ τισὶν μεγαλοφρονεῖν, εἶναι λέγων εἰς τὸ *μεταδοῦναι ὑμῖν χάρισμα*, τούτου χάριν καὶ αὐτὸς τῆς παρ' ἐκείνων παρακλήσεως δεῖσθαι [illegible].

Vers. 14, 15. « Græcis et Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. Ita (quod in me est) promptum et vobis qui Romæ estis, evangelizare. »

« Σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί· οὕτως, τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. »

Ostendit nequaquam se in urbem regiam gloriæ illectum cupiditate pergere, sed omnino sibi incumbere, ut eos ipse instituat. Cum enim omnium gentium prædicator positus esset, proinde etiam Romanis prædicandi debitor erat.

Δείκνυσιν ὡς εἰ καὶ ἡ διὰ[a] φιλοδοξίαν προσοίσει ἑαυτὸν τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ἀλλ' ὡς ἐκ [illegible] τὸς τρόπου προσῆκον αὐτῷ μυσταγωγεῖν αὐτούς. Ἡ[b] γὰρ πάντων ἐθνῶν κῆρυξ ἐτέθη, δῆλον ὅτι καὶ κηρύττειν Ῥωμαίοις ὀφειλέτης ἐστίν.

Vers. 16. « Non enim erubesco Evangelium. »

« Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. »

Cum enim alicubi dicat: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi*[10]; eccur igitur non istic ait, glorior, sed, *non erubesco?* Nimirum Romani negotiis sæculi vehementer addicti erant, quippe qui orbis tunc principatum obtinuerant: hic vero Jesum prædicabat crucifixum: idcirco dicit, *non erubesco*, eos docens, ne hactenus erubescant. Noverat enim, id si illi præstarent, citatiori gradu eo processuros, ut et gloriarentur.

Καίτοι ἀλλαχοῦ φησιν· *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ*. Τίνος οὖν ἕνεκα ἐνταῦθα οὐ λέγει καυχῶμαι[c], ἀλλ' *οὐκ αἰσχύνομαι*; ἐπειδὴ σφόδρα ἐπτοημένοι ἦσαν εἰς τὰ τοῦ βίου πράγματα Ῥωμαῖοι, ἄρτι τὴν ἀρχὴν τῆς οἰκουμένης ἀναδεξάμενοι, αὐτὸς δὲ ἐκήρυττεν Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον· διὰ τοῦτό φησιν, *οὐκ αἰσχύνομαι*, ἐκείνους διδάσκων, τέως μὴ ἐπαισχύνεσθαι. Ἤδει γὰρ ὅτι ἂν τοῦτο κατορθώσωσιν, ταχέως προϊόντες καὶ ἐπὶ τὸ καυχᾶσθαι ἥξουσιν.

« Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. »

« Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ [illegible] πιστεύοντι. »

Quia virtus quoque Dei est quæ pœnas infligit et supplicia, quemadmodum dictum olim fuerat de plagis Ægypti; propterea adjecit: *Ad salutem omni credenti*. Et ideo subjungit, *omni credenti*, ne absolute et indiscriminatim omnibus dari censeatur.

Ἐπειδὴ ἐστιν δύναμις Θεοῦ καὶ εἰς κόλασιν κατὰ τὸ εἰρημένον περὶ τῆς κολάσεως τῶν Αἰγυπτίων, τούτου χάριν προσέθηκεν τό, *Εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι*, καὶ ἵνα μὴ ἁπλῶς καὶ ἀδιακρίτως τοῖς πᾶσιν δίδοσθαι νομισθῇ ἐπήγαγε, *παντὶ τῷ πιστεύοντι*.

« Judæo primum et Græco. »

« Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. »

Hic, *primum*, nequaquam vocabulum est dignitatis, sed ordinem significat. Quemadmodum videlicet eorum qui baptismi gratiam accipiunt, primus nihil habet amplius quam secundus, nec quam tertius aut postremus accipit.

Ἐνταῦθα τό, *πρῶτον*, οὐκ ἀξιώματος ὄνομα ἀλλὰ τάξεως σημασία· ὥσπερ ἀμέλει καὶ [διὰ] τῶν δεχομένων τοῦ βαπτίσματος χάριν, οὐ σχῇ ὁ πρῶτος πλεονεκτεῖ τοῦ δευτέρου, ἢ τοῦ τρίτου ἢ τοῦ ἐσχάτου πλέον λαμβάνει.

Vers. 17. « Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est. »

« Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται. »

Qui justus factus est, inquit, is non secundum vitam præsentem vivet, sed secundum futuram.

Ὁ γενόμενος, φησίν, δίκαιος, οὐ κατὰ τὸν παρόντα μόνον βίον, ἀλλὰ τὸν μέλλοντα ζήσεται.

« Justus autem ex fide vivit. »

« Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. »

Ita loquitur eo quod ipsi quoque veteres ex fide salvi fuere, quorum ipse catalogum texit in Epistola ad Hebræos[11].

Τοῦτό φησιν, ὅτι καὶ οἱ παλαιοὶ ἐκ πίστεως ἐσώθησαν, ὧν αὐτὸς καταλογὴν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ποιεῖται.

Vers. 18. « Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et injustitiam hominum, »

« Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, »

Postquam a bonis eos invitavit hortatusque est,

Ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν προτρεψάμενος ἐπὶ τὸ κη-

[10] Galat. vi, 14. [11] Hebr. xi, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Forte [illegible]. [b] Leg. εἰ. [c] Ita sæpe librarii scribunt. Emenda καυχῶμαι.

ρυγμα ἐλθεῖν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων πάλιν ἐρ- A γάζεται τὴν προτροπήν· ἢ γὰρ ὑπισχνούμενον ἀγαθὰ, ἢ ἐκφοβοῦντα δεῖ τὴν προτροπὴν ἐργάζεσθαι. Ἐγγὺς οὖν παρίστησιν αὐτοὺς τοῦ θείου δικαστηρίου.

« Τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε. Τὰ γὰρ ὁρατὰ αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. »

Καὶ τίνες οὗτοι; Οἱ Ἑλλήνων παῖδες, οἱ ξύλοις καὶ λίθοις ἀνατιθέντες τὴν τοῦ Θεοῦ προσκύνησιν, καὶ ὅσον εἰς αὐτοὺς ἀδικοῦντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, εἰ καὶ οὐκ ἀδικεῖται.

B « Εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. »

Καίτοι οὐ διὰ τοῦτο ἐποίησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς, εἰ καὶ τοῦτο ἐξέβη· οὐ γὰρ ἵνα αὐτοὺς ἀπολογίας ἀποστερήσῃ, διδασκαλίαν τοσαύτην εἰς μέσον ἔθηκεν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ἐπιγνῶσιν· ἀγνοήσαντες δὲ, πάσης ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν ἀπολογίας.

« Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ. »

C Ἵνα δείξῃ τῆς γνώμης αὐτῶν τὸ κατηγόρημα· ὃ γὰρ ἔχει τις, τοῦτο ἀλλάσσει.

« Ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. »

Ὅρα πόσα τὰ κατηγορήματα· πρῶτον, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν Θεόν· δεύτερον, ὅτι ἔχοντες ἀφορμὰς εἰς τοῦτο μεγάλας, ἀπώλεσθον· τρίτον, ὅτι σοφοὶ λέγοντες εἶναι· τέταρτον, ὅτι εἰς δαίμονας κατήγαγον καὶ λίθους καὶ ξύλα τὸ σέβας ἐκεῖνο.

« Διὸ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, »

Τὸ *παρέδωκεν*, ἀντὶ τοῦ εἴασεν κεῖται.

D « Τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς. »

Ἐντεῦθεν ἔχουσι τὴν δίκην καὶ πρὸ θείου δικαστηρίου· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοὺς ταῦτα διέθηκαν, ἅπερ ἂν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ διαθεῖναι οὐκ ἴσχυσαν.

« Οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, »

« Δείκνυσιν ὡς πάσης ἀσελγείας ἡ ἀσέβεια ἐστὶ πρώτη.

Ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν. Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας.

ut ad prædicationem accederent, hos rursum excitare satagit a contrariis. Quisquis enim adhortatur, vel polliceri debet, vel metum incutere. Eos itaque Dei tribunali sistit.

« Qui veritatem in injustitia detinent : [ Vers. 19, 20 ] quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus et divinitas : »

Ac quinam illi sunt? Græci utique qui divinum cultum et adorationem lapidibus et lignis attribuerunt, et quantum in ipsis fuit Dei honori et gloriæ injuriam irrogarunt, tametsi nihil inde B damni patiatur.

« Ita ut sint inexcusabiles. [ Vers. 21, 22. ] Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt : sed evanuerunt in **5** cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum : dicentes esse sapientes, stulti facti sunt. »

Atqui non ejus rei gratia isthæc effecit Deus, licet ita contigerit. Non enim tantam hancce doctrinam in medium protulit, ut eis excusationis causam adimeret; sed magis ut ipsum agnoscerent. Quia vero eum non noverunt, omni seipsos excusationis obtentu privaverunt.

Vers. 23. « Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei. »

C Nimirum ut ostendat crimen mentis et sensus eorum. Quod enim habet quis, hoc commutat.

« In similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium. »

Vide quot quantaque crimina. Primum, quod non agnoverunt Deum. Secundum, quod cum rationes ejus assequendi haberent, nihilo secius inde exciderunt. Tertium, quod sese sapientes dicerent. Quartum quod debitum ei cultum et venerationem ad dæmones lapides et ligna demiserunt ac derivarunt.

Vers. 24. « Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam. »

D Verbum, *tradidit*, hic positum est, pro, permisit.

« Ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. »

Exinde condemnationi et judicio subjacent, etiam antequam Deus pro tribunali sedeat. Ipsi etenim horum sibi auctores exstiterunt, quæ nec hostes et inimici eis inferre potuissent.

Vers. 25. « Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori. »

Declarat impietatem omni immunditia priorem esse.

« Qui est benedictus in sæcula, Amen. [Vers. 26-28.] Propterea tradidit illos Deus in passiones

ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desiderio suo ad invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsos recipientes. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt. »

Tametsi illi, inquit, eo relicto, bestias adoraverunt; at nihil ejus gloria detrimenti passa est. Est enim benedictus, etc.

Vers. 29, 30. « Repletos omni iniquitate, malitia, improbitate, avaritia : plenos invidia, cædibus, dolo, malignitate, susurrones, detractores, θεοστυγεῖς, *id est*, Dei osores, contumeliosos, superbos, elatos. »

Postquam id quod generale et commune est dixit, singula deinceps mala percurrit, quorum utique impietas causa exstitit. *Dei osores.*

« Inventores malorum. »

Ut mentis inductio de cætero in crimen traheretur, *inventores malorum* eos appellavit.

« Patribus non obedientes, [Vers. 31] insipientes, incompositos, sine affectione, sine misericordia. [Vers. 32.] Qui cum justitiam Dei cognovissent. »

Et cominus contra naturam steterunt, inquit.

« Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed et consentiunt facientibus. »

Cum duo sibi objecta proposuisset, hic utrumque sustulit. Cur enim dixeris, inquit, ignorare te quæ facienda sint? Tu namque tibi ejus ignorantiæ causa es, qui Deum qui te edoceret, reliqueris. Quin et modo multis ea tibi perspecta esse demonstramus, et te sponte deliquisse : verum perturbationum vehementia traheris. Eccur ergo peccantibus opem affers, eosque laudibus extollis?

## CAP. II.

Vers. 1, 2. « Propter quod inexcusabilis es, o homo, omnis qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ judicas. Scimus autem quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. »

Eos quidem alloquitur qui Romanorum primates erant. Attamen cuivis etiam mortalium hæc conveniunt. Nam nosmet ipsi judicamus, ubi cum similia perpetremus, in alios sententiam ferimus.

Vers. 3, 4. « Existimas autem, o homo, qui judicas alios qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies judicium Dei ? an divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit ? »

Subnectit : At interim non pœnas persolvo, inquit. Ille vero id præstat, ut dilatio, non in indulgentiam, sed in acerbius supplicium cedat, iis qui ea uti nolunt, ut pœnitentiam agant.

A Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄῤῥενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργασάμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν ἔχειν τὸν Θεὸν ἐν τῇ γνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. »

Εἰ καὶ ἐκεῖνοι, φησὶν, ἀφέντες αὐτὸν, προσεκύνησαν κνωδάλοις, ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ παρεφθάρη δόξα· ἔστι γὰρ εὐλογητός.

« Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, κακίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ· μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας, ψιθυρίας, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριB στὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας. »

Εἰπὼν τὸ γενικὸν, καὶ κατ' εἶδος λοιπὸν διεξέρχεται τὰ κακὰ, ἅπερ ἡ ἀσέβεια εἰργάσατο. *Θεομισεῖς.*

« Ἐφευρετὰς κακῶν. »

Ἵνα τῆς γνώμης λοιπὸν γένηται κατηγόρημα, *ἐφευρετὰς κακῶν* αὐτοὺς προσηγόρευσεν.

« Γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀνελεήμονας· οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγινώσκοντες. »

Καὶ κατὰ τῆς φύσεως ἔστησαν, φησίν.

« Ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦC σιν τοῖς πράσσουσιν. »

Δύο θεὶς ἀντιθέσεις, ἐνταῦθα ἀνεῖλεν ἀμφοτέρας. Τί γὰρ ἂν εἴποις, φησὶν, ὅτι οὐκ οἶδας τὰ πρακτέα; Σὺ μὲν οὖν εἶ καὶ τοῦ μὴ εἰδέναι αἴτιος, ἀφεὶς τὸν γνωρίζοντά σοι Θεόν· νῦν δὲ καὶ διὰ πολλῶν δείκνυμεν εἰδότα καὶ ἑκόντα πλημμελοῦντα· ἀλλ' ὑπὸ πάθους ἕλκῃ. Τί οὖν καὶ συμπράττεις καὶ ἐπαινεῖς;

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ
D τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας; »

Πρὸς τοὺς ἄρχοντας μὲν τῆς Ῥώμης ἀποτείνει τὸν λόγον, καὶ πρὸς ἕκαστον δὲ ἄνθρωπον ἁρμόζει· ἑαυτοὺς γὰρ κρίνομεν, ἀφ' ὧν τὰ παραπλήσια ἡμῖν πράττοντας ἑτέρους κρίνομεν.

« Λογίζῃ δὲ, ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτὰ, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ; Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; »

Ἀνθυποφορά· ἀλλὰ τέως οὐ κολάζομαι, φησίν· ὁ δὲ τὴν ὑπέρθεσιν οὐκ εἰς συγγνώμην, ἀλλ' εἰς μείζονα κόλασιν κατασκευάζει, τοὺς μὴ βουλομένους δι' αὐτῆς χωρεῖν εἰς μετάνοιαν.

« Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, »

Ὁ γὰρ μήτε διὰ τῶν ἀγαθῶν, μήτε διὰ τῶν ἠπειλημένων [1] κολάσεων εἰς μετάνοιαν ἐρχόμενος, πῶς οὐ παντελῶς σκληρότατος ἂν εἴη;

« Θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· τοῖς μὲν γὰρ καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ. »

Σὺ ἑαυτῷ, φησὶν, ἐπισπᾶσαι τὴν ὀργήν· οὐχ ὁ Θεός σοι. Καὶ τὸ *θησαυρίζεις* δὲ, ὡς πάντη τε καὶ πάντως ἐσομένης, εἰ μὴ τῇ μετανοίᾳ αὐτὴν ἀπονιψόμεθα.

« Δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον. »

Οὐ δυνάμενος εἰπεῖν τὰ ἀγαθὰ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ἀγαθὰ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ παριστῶσι [2], διὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις τιμῶν αὐτὰ κατασημαίνει. Δόξαν δὲ λέγων, καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ἐπὶ τὰ ὄντως ἀγαθὰ, ἃ οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.

« Τοὺς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ. »

Ἵνα δείξῃ πάλιν τῆς γνώμης τὸ κατηγόρημα, οὐκ εἶπεν, ἐξ ἀγνοίας, ἀλλ' *ἐξ ἐριθείας*.

« Ὀργὴ καὶ θυμός· θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν· Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος. »

Ὥσπερ διὰ τῶν πιστευομένων ἡμῖν ἀγαθῶν τὰς ἀμοιβὰς τὰς μελλούσας εἰσάγει· οὕτω καὶ διὰ τῶν λυπηρῶν πάλιν τῶν παρ' ἡμῖν, τὰς μελλούσας κολάσεις.

« Δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. »

Πανταχοῦ τοῖς καλοῖς περιφράττει τὸν ἀκροατὴν, προτρεπόμενος εἰς αὐτὸ ἐλθεῖν. Πρῶτον γὰρ διεξέρχεται τὰς ἀμοιβὰς, ἃς ἀπολήψονται οἱ ἅγιοι· εἰς τὰς μέσας τὰς κολάσεις θεὶς, πάλιν ἐπὶ τὰς τῶν καλῶν ἀμοιβὰς ἔρχεται. *Δόξαν καὶ τιμὴν* λέγων ὑπάρξειν τῷ ἐργαζομένῳ τὸ καλόν· οὕτως γὰρ μᾶλλον ἐπισπάσαιτο εἰς ἔργον τὸν ἀκροατήν.

« Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. »

Ἀντὶ τοῦ, μὴ ἔχοντες κατηγοροῦντα τὸν νόμον· ἔρχεται δὲ σύγκρισιν ποιεῖν, Ἰουδαίων τε καὶ τῶν πρὸ τῆς χάριτος Ἑλλήνων· Ἕλληνας δὲ μὴ τοὺς εἰδωλολάτρας λάμβανε, ἀλλὰ τοὺς θεοσεβεῖς· οἷος ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, Νινευῖται, ὁ Ἰὼβ, ὁ Κορνήλιος. Κατασκευάζει δὲ τοῦτο σαφῶς, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖται ὁ Ἰουδαῖος διὰ νόμου, ἀλλὰ καὶ σφόδρα

A Vers. 5. « Secundum duritiam tuam et impœnitens cor. »

Ille enim qui nec bonorum largitione, nec interminatione suppliciorum ad pœnitentiam convertitur, an non prorsus durissimus hic fuerit?

« Thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei, [Vers. 6] qui reddet unicuique secundum opera ejus. [Vers. 7.] Iis quidem secundum patientiam boni operis. »

Tu ipse tibi, inquit, iram arcersis, non Deus tibi. Porro quod ait, *Thesaurizas*, hanc omnino prorsusque futuram annuit, nisi per pœnitentiam eam avertamus abstergamusque.

« Gloriam et honorem et incorruptionem quærunt, vitam æternam. »

B Cum verbis efferre bona futura nequeat bona quæ sanctos maneut, ea ex illis honoribus significat, quibus homines affici solent. Porro cum gloriam, et honorem, et incorruptionem dicit, quæ vere bona sunt commendat, quæ, inquam, in cor hominis non ascenderunt.

7 Vers. 8. « Iis autem qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati. »

Ut rursum humanæ mentis et consilii crimen palam faciat, non dixit, ex ignorantia, sed *ex contentione*.

« Ira et indignatio. [Vers. 9.] Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum et Græci. »

C Sicuti per ea bona quæ apud nos trita sunt et probata, futuras mercedes innuit, sic per ea quæ nobis molesta sunt, supplicia futura significat.

Vers. 10, 11. « Gloria et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco. Non est acceptio personarum apud Deum. »

Bonis undique circumvallat eum qui aures faciles dederit, suadens ut idem iter arripiat. Primum enim præmia percenset, quæ sancti percepturi sunt; cum deinde medio loco pœnas et supplicia interjecerit, iterum ad remunerationes bonorum sermonem convertit, dum ait, *gloriam et honorem* illi concessum iri qui bonum fuerit D operatus. Hac quippe ratione auditorem ad opus magis pellexerit.

Vers. 12. « Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, et quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. »

Ac si dicat : quicunque legem non habent, a qua accusentur. Comparationem orditur Judæos inter et gentiles qui ante gratiam vixere. Gentiles autem, ne eos putes velim qui idola coluerunt, sed potius qui religiosi erga Deum exstiterunt; quales fuerunt Melchisedech, Ninivitæ, Job, Cornelius. Idque manifesto astruit, ut palam faciat

VARIÆ LECTIONES.

[1] Leg. ἠπειλημένων. [2] Hæc omnia sana non sunt Chrysost. Melius παρίστησι.

nihil lege Judæum juvari, sed graviori onere premi. Id autem facit, ut eum ad gratiam suscipiendam provocet. Aiebant quippe Judæi opus se non habere gratia, cum per legem justi crederent. Quamobrem ostendit nihil ipsis legem prodesse, quippe quam perficere atque implere foret impossibile, quin et maledictioni potius homines devoveret. Hæc, inquam, omnia astruit, ut eos concludat indagine gratiæ quæ per fidem habetur.

Vers. 13-16. « Non enim auditores legis justi sunt apud Deum; sed factores legis justificabuntur. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Jesum Christum. »

Cum mentionem superius fecerit judicii Dei, hic aperte declarat Christum esse qui in die novissimo judex sessurus sit. Ipsi namque omne judicium dedit Pater [11]. Id autem facit, Novi Testamenti decretorum dogmatumque viam illis aperiens.

Vers. 17-19. « Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo, et nosti voluntatem, et probas utiliora, instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt. »

Comparatione facta Judæi cum Græcis, postquam illum acriter expugnavit, impressionem tantisper remittit. Ac si quis occurrat ipsi et dicat: ubi igitur ea sunt Judæorum insignia et præcellentiæ? Ostendit igitur illos nomen duntaxat habere: quinimo ob ea quibus multum gloriabantur et superbiebant, supplicii dignos exsistere. Vides quomodo eos undique diverberat. Quamvis, inquit, in lege glorieris, attamen non agis ea quæ lege jubentur. Quodque ait iterum, *confidis teipsum*; innuit eum non hoc esse quod ille, sed meram jactantiam obtendere: ac velut verba solum eis præripiat, præripit insuper et honorem.

Vers. 20. « Eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ et veritatis in lege. »

Enimvero graviter admodum proselytos perstringebant, quippe qui sibi videbantur doctores esse.

Vers. 21, 22. « Qui ergo alium doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? »

Graviori Judæum pœnæ subjicit, hunc prævaricationis reum in iis peragendo, in quibus ille sibi aliorum arrogat magisterium.

βαρεῖται· τοῦτο δὲ ποιεῖ, ὅπως ἂν εἰς τὸ δέξασθαι τὴν χάριν αὐτοὺς ἐκκαλέσηται· ἔλεγον γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι μὴ χρῄζειν τῆς χάριτος, δικαιούμενοι ἐν νόμῳ. Διὸ δείκνυσιν, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖ. Ἀδύνατον γὰρ αὐτὸν κατορθωθῆναι· ἀλλὰ καὶ ἐπικαταράτους ποιεῖ. Ταῦτα δὲ πάντα, ὡς εἶπον, κατασκευάζει συγκλείων αὐτοὺς εἰς τὴν διὰ πίστεως χάριν.

« Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ νόμου δικαιωθήσονται. Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιοῦσιν, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσιν νόμος· οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων ἐν ἡμέρᾳ ἐν ᾗ κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

« Ἄνω μνησθεὶς τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ, ἐνταῦθα σαφῶς ἐκκαλύπτει, ὡς Χριστός ἐστιν ὁ κρίνων ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Αὐτῷ γὰρ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν ὁ Πατήρ· τοῦτο δὲ ποιεῖ, τῶν τῆς Καινῆς Διαθήκης δογμάτων ἀνοίγων αὐτοῖς τὴν ὁδόν.

« Εἰ δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ, καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου· πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει. »

Συγκρίνας τὸν Ἰουδαῖον τοῖς Ἕλλησιν, καὶ σφόδρα καταπαλαίσας, μικρὸν ὑφαιρεῖ τοῦ θάρους. Ὥσπερ τινὸς ἀντιπίπτοντος καὶ λέγοντος αὐτοῦ. Ποῦ οὖν τὰ σεμνὰ τῶν Ἰουδαίων; Δείκνυσιν οὖν ὄνομα μονωτὰς αὐτοὺς [b]. Μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἐν οἷς ἐφρόνουν μέγα, τιμωρίας ἀξίους. Ὅρα δὲ πῶς πλαγίως πλήσσει πανταχοῦ· εἰ καὶ καυχᾶσαι ἐν νόμῳ, ἀλλ' οὐ πράττεις τὰ τοῦ νόμου· καὶ τὸ, *πέποιθας σεαυτόν*, πάλιν λέγων· ὡς μὴ ὄντα μὲν τοῦτο ὅπερ ἐκεῖνος λέγει, προβαλλόμενον δὲ καὶ ὥσπερ ἁρπάζων τὰ ῥήματα μόνον ἁρπάζει τὴν τιμήν.

« Παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα μόρφωσιν τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ. »

Μέγα γὰρ [illegible] τῶν προσηλύτων, δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ δοκεῖν εἶναι διδάσκαλοι.

« Ὁ οὖν διδάσκων τὸν ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις; ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; »

Βαρυτέραν ἀπεργάζεται τοῦ Ἰουδαίου τὴν τιμωρίαν, ἐν τούτοις αὐτὸν παραβάτην ἀποφαίνων, ἐν οἷς ἑτέρων εἶναι διδάσκαλος ἀξιοῖ.

[11] Joan. v, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Leg. ἔχοντας.

« Ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς; »

A Εἰς τοσαύτην γὰρ μανίαν χρημάτων ἔρωτος προέβησαν, ὡς εἰδωλικῶν ἅπτεσθαι χρημάτων.

« Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις; Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν, καθὼς γέγραπται. »

Ἐν ἑτέροις εἴδεσι δείξας παράνομον, ἐνταῦθα καὶ καθολικώτερον ἐπάγει τὴν παρανομίαν, αὐτοῦ τοῦ νόμου εἰς μέσον φέρων τὸ ὄνομα. Καὶ σαφῶς αὐτοῦ παραβάτην τῶν Ἰουδαίων [1] ἀποδείκνυσιν, ὡς καὶ αἴτιον γινόμενον τοῦ βλασφημεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ.

« Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ ἐὰν νόμον πράσσῃς, B ἐὰν δὲ παραβάτης νομοῦ ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν. Ἐὰν οὖν ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσει, οὐχ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου. »

Δείξας ὡς οὐδὲν χρήσιμος αὐτοῖς ὁ νόμος, μᾶλλον δὲ ὡς καὶ κολάσεως αὐτοῖς αἴτιος, ὥσπερ ἀντιπιπτούσης ἀντιθέσεως, τί οὖν; οὐδὲν ἡ περιτομή; Ὅρα πῶς καὶ ταύτην κωλύει, πάλιν αὐτὴν ἀποφαίνων περιττήν, καὶ τῶν ἀκροβύστων διαφέρουσαν οὐδέν, μὴ πληρουμένων τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου. Τὰ γὰρ τοῦ νόμου προστάγματα ἀδύνατον τελειοῦσθαι ἦν. Ὥσπερ δὲ ἐν τοῖς ἀνωτέρω τὸν ἀκρόβυστον μετὰ τοῦ Ἰουδαίου συνέκρινεν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα μετὰ περιτο- C μῆς [m] δεικνύς, κατὰ τοῦτο πολὺ λιπόμενον τὸν ἔχοντα τὴν περιτομήν.

« Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖός ἐστιν· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι· οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. »

Ἐπειδὴ πάντα σωματικὰ ἦν τὰ κατὰ νόμον, περιτομὴ καὶ θυσία, καὶ σώματος ῥαντισμοί, ὅρα πῶς ταῦτα προφανῶς ἀναιρεῖ, οὐκέτι λεληθότως, λέγων ὅτι ἔνδον ἐστὶν ἡ περιτομή, καὶ ἔνδον ἐστὶν ὁ Ἰουδαῖος, ὥσπερ καὶ ἔνδον ἐστὶν ὁ νόμος. Τί οὖν καυχᾶσαι, φησί, καὶ τὰ σαρκὸς ἐπιτελῶν μεγαλοφρονεῖς; D Οὐ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἔπαινος κεῖται ἐκ τοῦ Θεοῦ.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; καὶ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. »

Ἀνθυποφορά, καὶ ταύτης ἡ λύσις· οὐκ ἀφ' ὧν ἐκεῖνοι κατορθοῦσιν, ἀλλ' ἐκ τῆς φιλοτιμίας τοῦ Θεοῦ· τὸ γὰρ πιστευθῆναι τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, τῆς τοῦ

« Qui abominaris idola, sacrilegium facis? »

Tam insano amentique pecunias amore persecuti sunt, ut eas caperent quæ idolis consecratæ erant.

VERS. 23, 24. « Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. »

Cum aliis in capitibus legis eum violatorem ostenderit, hic etiam generatim magis iniquitatem illius adjicit, adducto in medium ipso legis vocabulo. Et manifeste Judæum ostendit illius esse prævaricatorem, qui in causa quoque fuerit, ut nomen Dei blasphemaretur.

VERS. 25-27. « Circumcisio quidem prodest si legem observes; si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? et judicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator legis es. »

Ostenso, nihil illis legem esse utilem, quin potius supplicii causam exsistere; tanquam oppositione ex adverso occurrente, quid igitur? circumcisio nihil est? Observa quinam eam quoque prohibeat, qui superfluam et vanam declaret, nihilque diversam a præputio, quando præceptiones legis non implentur. Nam legis mandata peragi impossibile erat. Quemadmodum autem in superioribus eum qui præputium habet, cum Judæo contulit: sic etiam hoc in loco præputium cum circumcisione comparat, ut probet hac in parte valde inferiorem eum esse qui circumcisionem admiserit.

9 VERS. 28, 29. « Non enim qui in manifesto Judæus est, neque quæ in manifesto in carne est, circumcisio: sed qui in occulto Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est. »

Quoniam quæcunque lege ferebantur, corporalia erant, puta circumcisio, victimæ, corporis aspersiones; inspice quomodo hæc palam auferat, nec jam amplius clam et obscure, cum dicit intus esse circumcisionem, et intus Judæum aliquem esse, quemadmodum et legem intus esse positam. Ecquid igitur gloriaris, inquit, cumque ea quæ carni propria sunt peragas, de te magnifice sentis? Neque enim in his consistit laus quæ a Deo est.

## CAP. III.

VERS. 1-2. « Quid ergo amplius Judæo est? et quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. »

Objectio, ejusque solutio. Non enim propter recte facta illorum, sed Dei magnificentia est. Nam quod credita sint eis eloquia Dei, magnificentiæ

VARIÆ LECTIONES.

[1] Leg. τὸν Ἰουδαῖον. [m] Deest forsitan ἀκροβυστίαν.

divinæ opus est, non virtute eorum hoc patratum fuit.

Vers. 3, 4. « Quid enim si quidam non crediderunt? nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit. Sit autem Deus verax. »

Illos eo improbitatis venisse ostendit, ut propter ea ipsa ex quibus honorem sibi arrogabant, supplicio digni essent. Apposite vero *quosdam* dixit, quamvis omnes increduli fuerint, ne molestus videretur.

Quid criminaris, quia increduli fuere? quidve istud ad Deum pertinet? Nunquid enim munificentiam ejus ingratus animus eorum de quibus benemeritus est, subvertit? aut ipse facit ut honor nequaquam sit honor? sed et majorem esse suam humanitatem demonstrat, quando eum etiam a quo contumelia afficiendus erat, videtur honestare.

« Omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis. »

Id quod obscure jam ante dixerat, nunc palam exponit, dum ait, omnem prorsus hominem a fide descivisse.

« Et vincas cum judicaris. »

Sensus est: Si quis, inquit, pensat, quanta auctore Deo bona Judæis obtigerint, quæ rursum illi eidem retribuerint; is plane victoriam concesserit Deo, cujus tanta exstitit magnificentia, ut nec ingratus eorum animus beneficam manum ipsius valuerit cohibere.

Vers. 5, 6. « Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? (Secundum hominem dico.) Absit! Alioqui quomodo judicabit Deus hunc mundum? »

Altera rursum objectio: quæ quidem hunc in modum procedat. Si cum malus factus sim, inquit, in causa fui, uti Deus victor evaderet, **10** haudquaquam pœnæ obnoxius fuero. Hanc autem sic solvit: Si Deus est justus judex, et mundum judicabit in justitia, uti scriptum est, necnon pœnas infligit tibi; juste utique eas persolves. Quomodo ergo ais injuste te puniri, quippe qui in causa sis ut ille vincat? Quisquis enim legem observat, legislatoris magnitudinem magis prædicat, quam qui eam violat, ac pœnis mulctatur. Quod autem ait, *secundum hominem dico*, idem est atque humano more loquor: quandoquidem veluti allato exemplo solutionem exsequitur.

Vers. 7, 8. « Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tanquam peccator judicor? et non (sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala ut veniant bona: quorum damnatio justa est. »

Eamdem fusius objectionem explicat, hoc autem

A Θεοῦ φιλοτιμίας ἔργον ἐστὶν, οὐ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς κατόρθωμα.

« Τί γὰρ εἰ ἠπίστησάν τινες, μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; Μὴ γένοιτο· γινέσθω δὲ Θεὸς ἀληθής. »

Δείκνυσιν οὕτω πονηροὺς, ὡς καὶ ἐν οἷς τιμῶνται, κολάσεως εἶναι ἀξίους. Εὖ δὲ τὸ *τινὲς*, εἰ καὶ πάντες ἠπίστησαν, ἵνα μὴ δόξῃ φορτικὸς εἶναι.

Τί γὰρ ἐγκαλεῖς, φησὶν, ὅτι ἠπίστησαν; καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸν Θεόν; Μὴ γὰρ τὴν εὐεργεσίαν αὐτοῦ ἀνατρέπει τῶν εὐεργετηθέντων ἡ ἀγνωμοσύνη; ἢ τὴν τιμὴν ποιεῖ μὴ εἶναι τιμήν; ἀλλὰ καὶ μείζονα αὐτοῦ δείκνυσιν τὴν φιλανθρωπίαν, ὅταν καὶ τὸν μέλλοντα
B αὐτὸν ἀτιμάζειν φαίνηται τιμῶν.

« Πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης, καθὼς γέγραπται· Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου. »

Ὃ εἶπεν συνεσκιασμένως ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, νῦν προφανῶς τίθησιν· πάντα ἄνθρωπον αὐτῶν ἐψευσμένων τῆς πίστεως εἰρηκώς.

« Καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. »

Ὁ νοῦς οὕτως· Εἴ τις, φησὶν, κρίνει τά τε ὑπάρξαντα Ἰουδαίοις παρὰ τοῦ Θεοῦ, τά τε ὑπ' αὐτῶν εἰς αὐτὸν ἀντιδοθέντα, τὴν νικῶσαν [a] δῴη τῷ Θεῷ, τοσοῦτον γινομένῳ φιλοτίμῳ, ὡς μηδὲ τῆς ἀχαριστίας αὐτῶν δυνηθείσης ἀνακόψαι τὴν εὐεργετικὴν δεξιάν.

C « Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησιν, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; κατὰ ἄνθρωπον λέγω. Μὴ γένοιτο! Ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον; »

Ἀντίθεσις πάλιν· ἡ δὲ ἀντίθεσις αὕτη· Εἰ κακῶς γενόμενος, φησὶν, αἴτιος ἐγενόμην, τοῦ τὴν νικοῦσαν δέξασθαι τὸν Θεὸν, οὐκ ὀφείλω κολάζεσθαι. Λύει δὲ αὐτὴν οὕτως· Εἰ δίκαιος ὁ Θεὸς κριτὴς, καὶ τὸν κόσμον κρίνει ἐν δικαιοσύνῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, κολάζει σε δὲ, δικαίως δηλονότι κολάζει σε· πῶς τοίνυν ἀδίκως κολάζεσθαι φῇς, αἴτιος ὢν τῆς αὐτοῦ νίκης; Κατορθῶν γάρ τις μᾶλλον τὸν νόμον μέγαν κηρύσσει τὸν νομοθέτην, ἢ παραβαίνων καὶ κολαζόμενος· τὸ δὲ *κατὰ ἄνθρωπον λέγω*, κατὰ τὸ ἀνθρώ-
D πινον φθέγγομαι, ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ ὑποδείγματος τὴν λύσιν ἐργάζει.

« Εἰ δὲ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι; καὶ μὴ, καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν, ὅτι Ποιησώμεθα τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά· ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστιν. »

Πάλιν τὴν αὐτὴν πλατύτερον τίθησιν· ἡ δὲ διάνοια

VARIÆ LECTIONES.

[a] Forte νίκην, vel νικοῦσαν, pro νίκην, ut infra. Chrysost. τὰ νικητήρια.

A αὕτη· Εἰ τοῦτό φατε, ὡς συνήργησεν τὸ ψεῦδος ὑμῶν εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ὅμοιον ποιεῖτε τοῖς διαβάλλουσιν ἐμὲ, ὡς εἰρηκότα, ἐκ τῶν κακῶν εἶναι* τὰ καλά· εἰ δὲ οὔτε τοιοῦτόν τι ἐγὼ ἀπεφηνάμην, ἐκείνων τε τῶν ἐπὶ τούτων διαβαλλόντων ἐμὲ, τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστιν· λείπεται καὶ ὑμᾶς τῇ αὐτῇ ἐνόχους φαίνεσθαι δίκῃ. Τί δὲ ἦν ὃ διέσυρον τὸν Ἀπόστολον; Εἰρηκότος αὐτοῦ· *Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις*. Οἱ παρ' Ἕλλησιν δοκοῦντες σοφοὶ, κωμῳδοῦντες αὐτὸν ἔφασκον· Οὐκοῦν ἐκ τῶν κακῶν ἐστι τὰ καλὰ, καὶ δεῖ τὴν κακίαν ἐπιτηδεύειν, ὅπως τῶν καλῶν ἐπιτύχωμεν. Ὁ δὲ Ἀπόστολος οὐ τοῦτο ἔλεγεν, ὅτι ἡ προσοχὴ τῶν κακῶν ἄγει τὰ ἀγαθά· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου ἐξέλαβεν αὐτό· ὅτι καίτοι καὶ τῆς ἁμαρτίας B κρατησάσης, ἡ Χριστοῦ χάρις ὑπερπερισσεύσασα καὶ κατήργησεν θάνατον, καὶ ἀνάστασιν δέδωκεν, καὶ τῶν ἄνω ἠξίωσεν μόνων**· καὶ ὅτι οὗτος αὐτῷ ὁ σκοπὸς, καὶ οὐκ ἐκεῖνος ὃν κωμῳδοῦντες ἐκεῖνοι ἔλεγον, δῆλον ἐκ τοῦ ἐπενεγκεῖν αὐτόν· Τί οὖν; ἁμαρτήσωμεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο. Οἵτινες γὰρ, φησὶν, ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσωμεν ἐν αὐτῇ; Ἀλλὰ ταύτας τὰς λύσεις ἐνταῦθα οὐ προσφέρει. Οὐ γὰρ εἰς τοῦτο αὐτὸ συνέτεινεν ἡ ἀντίθεσις, ἀλλὰ τοῦτο μόνον βούλεται δεῖξαι, ὅτι Ὅμοιον ἐκείνοις φατὲ, ὧν ὁ λόγος δίκην ἕξει τὴν ἐσχάτην· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι ἐκ τῶν κακῶν τὰ καλά φασιν, οὕτως καὶ ὑμεῖς ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἀδικίας τὴν νίκην τοῦ Θεοῦ λέγετε.

C « Τί οὖν; προεχόμεθα; Οὐ πάντως. Προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι· καθὼς γέγραπται, Ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδείς. Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεόν· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα· οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. Ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα· σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν· οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. »

D Ἀνθυποφορά. Τί οὖν λέγεις, ὦ Παῦλε, πρότερον μὲν τῇ τιμωρίᾳ; Οὐδὲ μέσως, φησίν· πάντως· οὐ καθόλου ἀναιρῶν τὸ πρῶτον εἶναι ἐν τῇ τιμωρίᾳ τὸν Ἰουδαῖον, καίτοι γε ἀνωτέρω τοῦτο ποιήσας· ἀλλὰ φείδεται, μὴ δόξῃ ὡς ἐχθρὸς κατατρέχειν τῶν Ἰουδαίων, καὶ κατήγορον αὐτῶν παρίστησι τὸν Δαβίδ, τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν ἐκεῖνον ἐκκαλύπτειν ἐῶν.

« Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. »

Ἐπειδὴ πολλὴν αὐτῶν κατάῤῥησιν εἰσήγαγεν τὸν Προφήτην λέγοντα, ἵνα μὴ ἀντιλέγῃ ὁ Ἰουδαῖος, ὅτι

sensu. Quod si dicatis, mendacium vestrum ad Dei gloriam contulisse, simile quidpiam facitis atque illi, qui me calumniantur ac si effutierim, ex malis bona provenire. Sin vero nihil tale protuli, atque eorum qui mihi hac in parte detrahunt, justa est damnatio, consequens est, vos quoque obnoxios justitiæ et ultioni videri. Quid vero illud erat cujus gratia Apostolum lacerabant? Istud plane quod alibi dixerat: *Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia*. Illi qui apud Græcos sibi videbantur esse sapientes, irridendo aiebant: Igitur ex malis bona ortum habent, debemusque malitiæ navare operam, ut bonorum compotes simus. Apostolus vero hoc non dixerat, ex malorum consectatione bona præstari. Sed id intulit ex præterito tempore, nimirum cum invaluisset iniquitas, Christi subinde superabundasse gratiam, ac morte ab eo destructa, concessaque nobis resurrectione, supernis nos dignatos esse mansionibus. Quodque hoc ejus esset propositum, non autem illud quod illi illudendo garriebant, manifestum fit ex hac ejus illatione: Quid ergo? peccemus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Qui enim, inquit, mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? Hic vero solutiones istas non adhibet. Nam eo usque non pertinebat objectio: sed hoc solum vult probare, consimilia illos loqui; ejusmodi vero sermonem extrema pœna puniendum. Nam quemadmodum illi ex malis bona subsequi dixere, sic et vos ex vestra ipsorum injustitia victorem fore Deum affirmatis.

Vers. 9-18. « Quid ergo? præcellimus? nequaquam. Causati enim sumus, Judæos et Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum; non est usque ad unum. Sepulcrum patens guttur eorum, linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est; veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum. »

**11** Adversarii exceptio. Quid ergo ais, o Paule, Judæum prius ultioni obnoxium esse? Nullum discrimen, inquit. Nullum omnino. Non ut neget prorsus Judæum in primis daturum pœnas; cum id ante statuerit. Sed illis parcit et indulget, ne tanquam inimicus eos insectari videatur. Cæterum Davidem profert qui eos accuset, permittitque ut is peccata ipsorum retegat.

Vers. 19. « Scimus autem quia quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur. »

Postquam Prophetam in medium protulit, qui multis eos accusaret, ne Judæus ex adverso conten-

VARIÆ LECTIONES.

* Adde ex Chrys. εἶναι. ** Interpres legit μονῶν. Edit. Patrol.

dat ea de gentibus ab illo esse pronuntiata, id ante- A vertendo tollit, dicens, nusquam legem dimissis Judæis alios alloqui. Porro legis nomine prophetas quoque Scriptura indicat.

« Ut omne os obstruatur. »

Judæorum rursus ostentationem innuit, fiduciam eorum excludendo. Non ideo, inquit, peccaverunt, ut os ipsorum obstrueretur, sed eam ob rem coarguti fuere ne peccatum ignorarent.

« Et subditus fiat omnis mundus Deo. [Vers. 20.] Quia ex operibus non justificabitur omnis caro coram Deo. »

Subditus ille est, qui sibi nequit opitulari, sed alterius opus habet auxilio.

« Per legem cognitio peccati. »

Neminem quidem, inquit, lex valet justificare: quinimo præstare magis poterat, ut peccatum doceretur. Verum non hoc ait, tanquam divina lex doctrix malorum exsistat; sed quia unumquemque peccati arguit, quod is perpetrarit. Id porro contigit ex socordia Judæorum. Lex quippe data est, ut a malo caverent: et ex quo ceciderunt, peccati ipsorum criminatio et documentum fuit.

Vers. 21. « Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est. »

Cum Græci, inquit, naturalem legem violarent, et scriptam Judæi, hæcque debilis esset et infirma ad justificandum, quid amplius necessarium erat, nisi ut Dei justitia manifestaretur? Hæc vero est gratia per fidem concessa.

« Testificata a lege et prophetis. [Vers. 22.] Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi. »

Quia dixerat justitiam concedi sine lege, et Judæum exinde turbatum animadvertit, istæc subjunxit, ne id quod pronuntiaverat, novitas censeretur. Nam ipsa lex et prophetæ, inquit, hanc eamdem justitiam jam ante prælati fuerant.

« In omnes qui credunt. Non enim est distinctio. »

Rursum demonstrat, nihil præ gentibus Judæos, dum justitiam nacti sunt, habuisse. Una siquidem gratia omnibus expansa fuit a Deo, apud quem non est acceptio personarum. Idque significatur his verbis: *Non est distinctio.*

Vers. 23. « Omnes enim peccaverunt. »

Si omnes perinde peccaverunt, nec penes 12 peccatum nihil a Græco differens Judæus est; cur violator legis ampliorem salutem ambiat?

« Et egent gloria Dei. [Vers. 24.] Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu. »

Quicunque legem violaverint, inquit, ii vindictæ continuo sunt obnoxii. Qui vero vindictæ obnoxius est, coronari non debet: quapropter opus habet, ut Deus eum gloria afficiat. Cæterum illi qui in eo

περὶ τῶν ἐθνῶν τὰ τοιαῦτα λέγει, προλαβὼν αὐτὰ ἀναιρεῖ, φάσκων, ὅτι οὐδήπου ὁ γραπτὸς νόμος Ἰουδαίους ἀφεὶς, ἑτέροις διαλέγεται· νόμον δὲ ἡ Γραφὴ καὶ τοὺς προφήτας φησίν.

« Ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ. »

Αἰνίττεται πάλιν τῶν Ἰουδαίων τὸ φρύαγμα, ἀποκλείων αὐτοῖς τὴν παῤῥησίαν· οὐ διὰ τοῦτο, φησὶν, [ὅτι διὰ τοῦτο] ἥμαρτον, ἵνα φραγῇ αὐτῶν τὸ στόμα· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλέγχοντο, ἵνα μὴ ἀγνοῶσιν ἁμαρτίαν.

« Καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ Θεῷ. Διότι ἐξ ἔργων τοῦ νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. »

Ὑπόδικός ἐστιν, ὁ ἑαυτῷ μὲν μὴ δυνάμενος βοηθεῖν, τῆς ἑτέρου δὲ χρῄζων ἐπικουρίας.

« Διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. »

Δικαιῶσαι μὲν οὐδένα, φησὶν, ὁ νόμος δύναται· τοῦτο δὲ μᾶλλον ἴσχυεν, τὸ διδάξαι τὴν ἁμαρτίαν· οὐ τοῦτο δὲ λέγει ὡς τοῦ θείου νόμου διδασκάλου ὄντος τῶν κακῶν· ἀλλ' ὡς ἐλέγχοντος ἕκαστον, ἣν ἁμαρτάνει ἁμαρτίαν. Καὶ τοῦτο δὲ γέγονεν ἐκ τῆς Ἰουδαίων ῥᾳθυμίας. Ὁ γὰρ νόμος, ἵνα φυλάττωνται τὸ κακὸν, δέδοται· ἐπειδὴ δὲ ἀναπεπτώκασιν, ἔλεγχος τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐστι.

« Νῦν δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται. »

Ἑλλήνων, φησὶν, τὸν φυσικὸν παραβαινόντων νόμον, Ἰουδαίων δὲ, τὸν γραπτὸν, καὶ αὐτοῦ δὲ ἀσθενοῦντος δικαιῶσαι, τί ἔδει λοιπὸν, ἢ φανερωθῆναι τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην; Αὕτη δέ ἐστιν ἡ διὰ πίστεως χάρις.

« Μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· δικαιοσύνη δὲ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Ἐπειδὴ χωρὶς τοῦ νόμου εἶπεν τὴν δικαίωσιν, καὶ εἶδεν τὸν Ἰουδαῖον θορυβούμενον, ἐπήγαγεν, ὡς οὐ καινοτομία τὸ λεγόμενον. Αὐτὸς γὰρ ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, φησὶν, τὴν αὐτὴν δικαιοσύνην προανεκήρυττον.

« Ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. Οὐ γάρ ἐστι διαστολή. »

Πάλιν δείκνυσιν μηδὲν πλέον ἔχοντας τῶν ἐθνῶν ἐν τῷ δικαιοῦσθαι· μία γὰρ χάρις τοῖς πᾶσιν ἡπλοῦται παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία παρ' αὐτῷ. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *Οὐκ ἔστι διαστολή.*

« Πάντες γὰρ ἥμαρτον. »

Εἰ πάντες ὁμοίως ἥμαρτον, καὶ οὐδὲν διαφέρει [illegible] Ἕλληνος ὁ Ἰουδαῖος κατὰ τὴν ἁμαρτίαν· τί ὁ [illegible] βάτης τὴν σωτηρίαν τὸ πλέον ζητεῖ;

« Ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ· δικαιούμε[illegible] δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Οἱ παραβαίνοντες τὸν νόμον, φησὶν, τιμωρίας ἀεὶ ὑπεύθυνοι· ὁ δὲ τιμωρίας ὑπεύθυνος, στεφα[illegible] σθαι [p] ὀφείλει, ὥστε ὑστερεῖται τοῦ δοξασθῆναι πα[illegible] Θεοῦ. Ἀλλ' οὗτοι, φησὶν, οἱ ὑστερούμενοι δι[illegible]

VARIÆ LECTIONES.

[p] Deest negatio οὐ, ni fallor.

ται δωρεάν· καὶ πόθεν, ἢ διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ;

« Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ ἑαυτοῦ αἵματι. »

Ὅρα πῶς ἀναμιμνήσκει τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ· οὗτός ἐστι, φησὶν, ὁ τύπος ἦν, ἐκεῖνο τὸ ἱλαστήριον, καὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ σύμβουλον [q] ἐκεῖνο τὸ αἷμα τὸ ἁγιάζον τὸν λαόν.

« Εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. »

Ἔνδειξιν δικαιοσύνης, τὸ μὴ μόνον δειχθῆναι τὸν Θεὸν δίκαιον, ἀλλὰ καὶ δικαιοῦντα τοὺς πιστεύοντας εἰς Χριστόν. Ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἔνδειξις πλούτου, τὸ καὶ ἑτέρους δύνασθαι πλουτίζειν μένοντα πλούσιον.

« Διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὴν ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦν. »

Τουτέστι, τὴν νέκρωσιν· ἐνέκρωσαν γὰρ ἡμᾶς τὰ ἁμαρτήματα, κατὰ τὸ, *Ψυχὴ ἁμαρτάνουσα, αὕτη καὶ ἀποθανεῖται.*

« Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; »

Κατασκευάσας τὸ δεῖσθαι αὐτοὺς τῆς χάριτος, θαῤῥῶν ἐπάγει τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἔτι καυχᾶσθαι ἐν νόμῳ· οὕτω γε, οὐχ ὅτι σώζειν οὐκ ἴσχυεν αὐτῶν τινα, ἀλλὰ καὶ κατέκρινεν.

« Ἐξεκλείσθη· διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; Οὐχί. »

Οὐκ εἶπεν, ἀνῃρέθη, ἢ διέφθαρται. φειδόμενος τοῦ ἀκροατοῦ.

« Ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως. »

Ἐπειδὴ τῷ ὀνόματι τοῦ νόμου ἔβλεπεν μάλιστα τὸν Ἰουδαῖον προσκείμενον, τούτου ἕνεκα καὶ τὴν διὰ πίστεως χάριν ὀνομάζει πίστεως νόμον.

« Λογιζόμεθα γὰρ δικαιοῦσθαι πίστει ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. »

Ἀντὶ τούτου [r], τὸ θαῤῥοῦμεν, τοῦτο ἐφανερώθη.

« Ἢ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον, οὐχὶ καὶ ἐθνῶν; Ναὶ καὶ ἐθνῶν· εἴπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ πίστεως. »

Πάλιν κοινὴν πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν σωτηρίαν προθεὶς, γενναίως ἀγωνίζεται φάσκων· Ἐπειδὴ πάντων ἀνθρώπων ποιητής ἐστιν ὁ Θεὸς, τούτου χάριν τοὺς πάντας σώζει. Οὐ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν, ὡς Ἰουδαίων μέν ἐστι Θεὸς, τῶν δὲ ἐθνῶν οὔ· εἷς δὲ πάντων κτίστης, πάντων ἐστὶ καὶ Σωτὴρ δηλονότι.

« Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; Μὴ γένοιτο! ἀλλὰ νόμον ἱστάνομεν. »

Ἐπειδὴ εἶπεν τὸν νόμον τῶν ἔργων ἐκκεκλεῖσθαι,

A sunt indigentiæ statu, justi gratis efficiuntur. Unde vero istud, nisi per redemptionem quæ est in Christo Jesu?

VERS. 25. « Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. »

Videsis quomodo mentionem facit eorum, quæ in veteri lege facta sunt. Hæc, inquit, figura fuit. Ille vere propitiatorium erat, et sanguis quo sanctimonia populo concessa fuit, signum sanguinis ejus.

« Ad ostensionem justitiæ suæ. »

Ostensionem justitiæ dicit, qua nedum Deus ostenditur justus, sed et qui justos reddat eos qui in Christum credunt. Haud secus nimirum atque ostensio fit divitiarum, ubi quis potest locupletes

B alios facere, absque ullo opum suarum detrimento.

« Propter remissionem præcedentium delictorum. [VERS. 26.] In sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore; ut sit ipse justus et justificans qui est ex fide, Jesum. »

Hoc est, propter mortificationem. Peccata siquidem mortem nobis intulerunt, secundum illud : *Anima quæ peccaverit, ipsa quoque morietur* [12].

VERS. 27. « Ubi est igitur gloriatio? »

Postquam statuit illos gratia opus habere, audax infert perperam adhuc eos in lege gloriari; quippe quæ non modo nullum aliquem potuit servare, quin potius damnationi subjecit.

« Exclusa est. Per quam legem? Operum?

C Non. »

Non dixit, sublata est, vel periit, ut auditori parceret.

« Sed per legem fidei. »

Cum perspectum haberet, *legis* vocabulo Judæum in primis affici, eam ob rem gratiam, quæ fide comparatur, *legem fidei* nominat.

VERS. 28. « Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis. »

Sive, confidimus, hoc nobis manifestatum est.

VERS. 29, 30. « An Judæorum Deus tantum? nonne et gentium? Imo et gentium : quandoquidem unus est Deus, qui justificabit circumcisionem ex fide, et præputium per fidem. »

D Communem iterum omnibus salutem proponendo, strenue concertat, dicens : Quoniam universorum hominum conditor unus est Deus, idcirco ipse omnes salvat. Neque enim quisquam **13** rite dixerit, esse quidem Judæorum Deum, at non item gentium. Porro cum unus cunctorum Creator sit, cunctorum subinde Salvator exsistat necessum est.

VERS. 31. « Legem ergo destruimus per fidem? Absit! sed legem statuimus. »

Cum antea dixerit exclusam esse legem operum,

[12] Ezech. XVIII, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[q] Forte σύμβολον. [r] Leg. ἀντὶ τοῦ θαῤῥ.

15 promissio. Quomodo vero istud? audias velim. Lex maledictioni subjicit, et vindictæ reddit obnoxios. Homo autem qui maledictioni subjaceat, nequaquam compos hæreditatis fuerit. Sin vero, dimissa lege, animum attendamus fidei, quæ sine operibus justos faciat, reperiemus justitiæ debitam esse gratiam. Quod si ei qui crediderit, debita est, tum gratia, tum justitia, tum sanctitas, uti postmodum ostenditur; manifestum est eum promissionem hæreditate captaturum. Igitur si lex maledictioni devovet, fides vero justitiam conciliat, iis qui justi fiunt, non maledictis, stat promissio.

Vers. 17. « Quia patrem multarum gentium posui te : ante Deum, cui credidit. »

Gentium utique earum quarum Abraham per fidem exsistat pater. Ne dicerent Judæi parentem illum fuisse Ismaelitarum, et Agarenorum et Idumæorum, addidit, *ante Deum, cui credidit*. Quod autem, ait, *ante*, idem est ac *consimiliter*. Sensus ergo est : Quemadmodum Deus cui credidit Abraham, omnium gentium princeps est et Dominus; sic pariter et Abraham omnium est gentium pater. Sin autem nequaquam omnium, sed illarum quas supra diximus, jam neque donum locum habuit; quippe cum, etiamsi id non concessum esset, omnium nihilo secius, quæ ex ipso ortæ sunt, pater foret secundum naturæ legem. Quilibet enim eorum est pater, qui ex se nascuntur. Liquet igitur illum gentium omnium parentem dici.

« Qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. »

Quod Abraham patrem ponit earum gentium, quæ ab ipso non ducunt genus, apparet, tum ex eo quod *ante*, seu simili ratione, dixerat, tum quod subjunxerit, *ejus qui vivificat mortuos*, ut innuat generatum Isaac ex corporibus mortuis. Per eum siquidem multarum gentium evasit pater : cum ex ipso salus mundo obtigerit, hoc est Christus, in quem gentes credendo in causa fuere, ut Abraham earum pater nuncuparetur.

Vers. 18-22. « Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, uti dictum est : Sic erit semen tuum. Et non infirmatus in fide, non consideravit corpus suum jam mortuum, cum esset centum circiter annorum, et emortuam vulvam Saræ. In repromissione vero Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, et plenissime sciens, quia quod promisit, potens est et facere. Ideo et reputatum est illi ad justitiam. »

*Contra spem* quidem, eam nempe quæ humana sit : *in spem* vero, eam utique dicit, quæ in Deo nititur.

Vers. 23, 24. « Non est scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi, sed et propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum a mortuis. »

Ne dicat auditor, Quid hoc ad nos? ille siquidem

ἐπαγγελία. Πῶς δέ, ἄκουε. Νόμος ἐπικαταράτους ποιεῖ καὶ τιμωρίας ἐνόχους· ἄνθρωπος δὲ ὑπεύθυνος κατάρᾳ καὶ δίκῃ οὐδέποτε κληρονομίας ἂν τύχοι. Εἰ δὲ τὸν νόμον παρέντες, σκοπήσομεν τὴν πίστιν τὴν ἄνευ ἔργων δικαιοῦσαν, τῇ δικαιοσύνῃ χάριν ὀφειλομένην εὑρήσομεν· εἰ δὲ ὀφείλεται χάρις καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς τῷ πιστεύοντι, ὡς ἐν τοῖς ὄπισθεν δεδήλωται, δῆλον ὅτι καὶ τῆς κληρονομίας τῆς ἐπαγγελίας μεταλαβεῖ. Οὐκοῦν εἰ ὁ νόμος ἐπικαταράτους ποιεῖ, ἡ δὲ πίστις δικαιοῖ, τοῖς δικαιουμένοις, οὐ τοῖς καταράτοις, ἡ ἐπαγγελία μένει.

« Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε· κατέναντι οὗ ἐπίστευσεν Θεοῦ. »

Τῶν διὰ πίστεως δηλονότι, ἵνα μὴ λέγοιεν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι Ἰσμαηλιτῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ Ἰδουμαίων, ἐπήγαγεν, *οὗ ἐπίστευσεν κατέναντι Θεοῦ*· τὸ δέ, *κατέναντι*, ἀντὶ τοῦ, *ὁμοίως*. Λέγει οὖν, ὥσπερ ὁ Θεός, ᾧ καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραάμ, πάντων ἐστὶν ἄρχων τῶν ἐθνῶν, ὡσαύτως καὶ Ἀβραὰμ πατήρ ἐστι πάντων τῶν ἐθνῶν. Εἰ δὲ μὴ πάντων, ἀλλὰ τῶν προειρημένων, οὐδὲ χώραν εἶχεν ἡ δωρεά, καθὸ μηδὲ διδομένης αὐτῆς, πάντων τῶν ἐξ αὐτοῦ ὑπῆρχεν πατὴρ κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. Ἕκαστος γὰρ τῶν ἐξ ἑαυτοῦ ὑπάρχει πατήρ· δείκνυται ἄρα, ὡς πάντων τῶν ἐθνῶν πατέρα αὐτὸν εἶναί φησιν.

« Τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς, καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. »

Ὅτι περὶ τῶν ἐθνῶν, τῶν μὴ ἐξ αὐτοῦ τὸ γένος ἐχόντων, πατέρα τίθησι τὸν Ἀβραάμ, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τοῦ *κατέναντι* εἰπεῖν, καὶ ἐκ τοῦ ἐπαγαγεῖν δέ, *τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς*, δηλῶν τὴν ἐκ νεκρῶν σωμάτων τοῦ Ἰσαὰκ γονήν, ὅτι δι' αὐτοῦ πολλῶν γέγονεν πατὴρ ἐθνῶν, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ συμβᾶσαν τῷ κόσμῳ σωτηρίαν· τουτέστι Χριστὸν εἰς ὃν πάντα τὰ ἔθνη πιστεύσαντα χώραν δεδώκασι τῷ Ἀβραὰμ αὐτῶν καλεῖσθαι πατέρα.

« Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι πατέρα αὐτὸν πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, κατενόησεν τὸ αὐτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταετής που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας· εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι· διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

*Παρ' ἐλπίδα* μέν, τὴν ὅσον ἐν ἀνθρώποις, *ἐπ' ἐλπίδι* δέ, τῇ εἰς Θεὸν λέγει. »

« Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν. »

Ἵνα μὴ λέγῃ ὁ ἀκροατής, Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς;

ὡσεὶ λέγοι· εἰς μέσον προάγων μὲν τὸν Δαβίδ· Τίνι A τὴν μακαριότητα δίδωσιν; τῷ ἐργαζομένῳ, ἢ τῷ πιστεύοντι; μακαριότητα δὲ λέγει τὴν κορυφὴν τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν.

« Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; Λέγομεν γὰρ ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. Πῶς οὖν ἐλογίσθη; Ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; Οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. »

Δεῖξαι βούλεται τὴν πίστιν πρὸ περιτομῆς ὑπάρχουσαν, ἐπειδὴ τῇ περιτομῇ μέγα ἐφρόνουν Ἰουδαῖοι· κατασκευάζει δὲ αὐτὸ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ, δεικνὺς αὐτὸν πρῶτον πιστεύσαντα καὶ δικαιωθέντα, εἶτα μετὰ ταῦτα λαβόντα τὴν περιτομὴν, καὶ αὐτὴν διὰ B χρείαν τῶν μετὰ ταῦτα, οὐ δι' ἑαυτόν.

« Καὶ σημεῖον ἔλαβεν περιτομὴν, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίαν, εἰς τὸ λογισθῆναι αὐτοῖς δικαιοσύνην, καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσιν τοῖς ἴχνεσιν τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. »

Διὰ τοῦτο μετὰ τὴν πίστιν περιετμήθη, φησὶν, ἵνα καὶ τὸ γένος τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα μὴ μισῆται τὴν πίστιν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ γένηται διὰ τῶν ἀμφοτέρων τῆς πίστεως [a] πατὴρ, πρῶτον μὲν τῶν ἐθνῶν, καθὸ καὶ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἔσχεν τὴν πίστιν· δεύτερον δὲ τῶν ἐν περιτομῇ· καὶ οὐχ ἁπλῶς τῶν ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ τῶν μιμουμένων τὴν πίστιν αὐτοῦ, ἧς C καὶ σημεῖον γέγονεν ἡ περιτομή. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, *τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ*· ὥστε εἰ ἐκβάλλοιεν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν πίστιν, λανθάνοντες ἐκβάλλοντες [b] τὴν περιτομήν. Εἰ γὰρ σημεῖον τῆς πίστεως ἡ περιτομὴ, ἀναιροῦσι δὲ ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα, τουτέστιν ἧς καὶ σημεῖον ἡ περιτομὴ, τίς ἔτι τῆς σφραγῖδος ἡ χρεία; Εἰ γὰρ οὐ δεικνύει τὸν στρατιώτην, περιττὴ καὶ ἀνόνητος.

« Οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον εἶναι κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως. »

Δείξας προτερεύουσαν τὴν πίστιν τῆς περιτομῆς, δείκνυσι πάλιν, ὡς καὶ ἡ πλήρωσις τῆς ἐπαγγελίας πρὸς Ἀβραάμ. D

« Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία· ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. Οὗ δὲ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι· οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς ἐστιν πατὴρ πάντων ἡμῶν, καθὼς γέγραπται. »

Εἰ ἐκ τῶν ἔργων, φησὶν, τοῦ νόμου πιστεύομεν τὴν ἐπαγγελίαν λαβεῖν, περιττὴ ἡ πίστις. Περιττῆς δὲ γενομένης αὐτῆς καὶ ἀργῆς, οὐ δύναται μένειν ἡ

tem adjiciendo. Ac si dicat (adducto utique in medium Davide), Cuinam beatitudo tribuitur? ei qui operetur, an ei qui credat? porro beatitudinem dicendo, bonorum omnium verticem significat.

VERS. 9, 10. « Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. Quomodo ergo reputata est, dum in circumcisione esset, an dum in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio. »

Probare vult antiquiorem esse fidem circumcisione, quia circumcisione Judæi superbiebant. Id porro astruit ex Abraham, quem ostendit primum credidisse et justificatum esse, tum deinde accepisse circumcisionem : idque non propter seipsum, sed eorum causa qui posthac futuri erant.

VERS. 11, 12. « Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio : ut sit pater omnium qui credunt præputium, ut reputetur et illis ad justitiam : et sit pater circumcisionis, non iis tantum qui sunt ex circumcisione, sed et iis qui sectantur vestigia fidei patris nostri Abrahæ, quæ est in præputio. »

Idcirco, inquit, post fidem circumcisus fuit, ne et genus illud quod ex eo secundum carnem nasciturum erat, fidem Abraham odisset, utque fieret utrorumque per fidem pater. Primo quidem gentium, qua nempe in præputio fidem habuit; secundo autem eorum qui circumciderentur : imo nec absolute istorum qui fidem illius imitarentur, cujus signum exstitit circumcisio. Quapropter adjecit, *iis qui sequuntur vestigia fidei patris nostri Abrahæ, quæ est in præputio...* Ita ut Judæi expulsa fide, imprudentes circumcisionem expellerent. Nam si circumcisio fidei signum est, eamque rem, sive fidem, cujus signum circumcisio fuit, excludunt, quid opus fuerit adhuc signaculo? Nisi enim militem denotet, vana prorsus est et inutilis.

VERS. 13. « Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei. »

Postquam ostendit fidem circumcisione priorem exstitisse, rursum demonstrat ea impleri promissionem Abrahæ factam.

VERS. 14-16. « Si enim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Ubi vero non est lex, nec prævaricatio. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini : non ei qui ex lege est solum, sed et ei qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est. »

Ac si dicat : Si ex operibus legis credimus promissionem nos accepturos, vana est prorsus fides. Quod si vana illa et inanis sit, stare non potest

VARIÆ LECTIONES.

[a] Lege τῶν ἀμφοτέρων διὰ πίστεως. [b] Forte ἐκβάλλονται

15 promissio. Quomodo vero istud? audias velim. Lex maledictioni subjicit, et vindictæ reddit obnoxios. Homo autem qui maledictioni subjaceat, nequaquam compos hæreditatis fuerit. Sin vero, dimissa lege, animum attendamus fidei, quæ sine operibus justos faciat, reperiemus justitiæ debitam esse gratiam. Quod si ei qui crediderit, debita est, tum gratia, tum justitia, tum sanctitas, uti postmodum ostenditur; manifestum est eum promissionem hæreditate capturum. Igitur si lex maledictioni devovet, fides vero justitiam conciliat, iis qui justi fiunt, non maledictis, stat promissio.

Vers. 17. « Quia patrem multarum gentium posui te : ante Deum, cui credidit. »

Gentium utique earum quarum Abraham per fidem exsistat pater. Ne dicerent Judæi parentem illum fuisse Ismaelitarum, et Agarenorum et Idumæorum, addidit, *ante Deum, cui credidit.* Quod autem, ait, *ante*, idem est ac *consimiliter*. Sensus ergo est : Quemadmodum Deus cui credidit Abraham, omnium gentium princeps est et Dominus; sic pariter et Abraham omnium est gentium pater. Sin autem nequaquam omnium, sed illarum quas supra diximus, jam neque donum locum habuit; quippe cum, etiamsi id non concessum esset, singulorum nihilo secius, quæ ex ipso ortæ sunt, pater foret secundum naturæ legem. Quilibet enim eorum est pater, qui ex se nascuntur. Liquet igitur illum gentium omnium parentem dici.

« Qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. »

Quod Abraham patrem ponit earum gentium, quæ ab ipso non ducunt genus, apparet, tum ex eo quod *ante*, seu simili ratione, dixerat, tum quod subjunxerit, *ejus qui vivificat mortuos*, ut innuat generatum Isaac ex corporibus mortuis. Per eum siquidem multarum gentium evasit pater : cum ex ipso salus mundo obtigerit, hoc est Christus, in quem gentes credendo in causa fuere, ut Abraham earum pater nuncuparetur.

Vers. 18-22. « Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, uti dictum est : Sic erit semen tuum. Et non infirmatus in fide, non consideravit corpus suum jam mortuum, cum esset centum circiter annorum, et emortuam vulvam Saræ. In repromissione vero Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, et plenissime sciens, quia quod promisit, potens est et facere. Ideo et reputatum est illi ad justitiam. »

*Contra spem* quidem, eam nempe quæ humana sit : *in spem* vero, eam utique dicit, quæ in Deo nititur.

Vers. 23, 24. « Non est scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi, sed et propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum a mortuis. »

Ne dicat auditor, Quid hoc ad nos? ille siquidem

ἐπαγγελία. Πῶς δέ, ἄκουε. Νόμος ἐπικαταράτους ποιεῖ καὶ τιμωρίας ἐνόχους· ἄνθρωπος δὲ ὑπεύθυνος κατάρᾳ καὶ δίκῃ οὐδέποτε κληρονομίας ἂν τύχοι. Εἰ δὲ τὸν νόμον παρέντες, σκοπήσομεν τὴν πίστιν τὴν ἄνευ ἔργων δικαιοῦσαν, τῇ δικαιοσύνῃ χάριν ὀφειλομένην εὑρήσομεν· εἰ δὲ ὀφείλεται χάρις καὶ δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς τῷ πιστεύοντι, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δεδήλωται, δῆλον ὅτι καὶ τῆς κληρονομίας τῆς ἐπαγγελίας μεταλαβεῖ. Οὐκοῦν εἰ ὁ νόμος ἐπικαταράτους ποιεῖ, ἡ δὲ πίστις δικαιοῖ, τοῖς δικαιουμένοις, οὐ τοῖς καταράτοις, ἡ ἐπαγγελία μένει.

« Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε· κατέναντι οὗ ἐπίστευσεν Θεοῦ. »

Τῶν διὰ πίστεως δηλονότι, ἵνα μὴ λέγοιεν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι Ἰσμαηλιτῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ Ἰδουμαίων, ἐπήγαγεν, *οὗ ἐπίστευσεν κατέναντι Θεοῦ*· τὸ δέ, *κατέναντι*, ἀντὶ τοῦ, *ὁμοίως*. Λέγει οὖν, ὥσπερ ὁ Θεός, ᾧ καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραάμ, πάντων ἐστὶν ἄρχων τῶν ἐθνῶν, ὡσαύτως καὶ Ἀβραὰμ πατήρ ἐστι πάντων τῶν ἐθνῶν. Εἰ δὲ μὴ πάντων, ἀλλὰ τῶν προειρημένων, οὐδὲ χώραν εἶχεν ἡ δωρεά, καθὸ μηδὲ διδομένης αὐτῆς, πάντων τῶν ἐξ αὐτοῦ ὑπῆρχεν πατὴρ κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. Ἕκαστος γὰρ τῶν ἐξ ἑαυτοῦ ὑπάρχει πατήρ· δείκνυται ἄρα, ὡς πάντων τῶν ἐθνῶν πατέρα αὐτὸν εἶναί φησιν.

« Τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς, καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. »

Ὅτι περὶ τῶν ἐθνῶν, τῶν μὴ ἐξ αὐτοῦ τὸ γένος ἐχόντων, πατέρα τίθησι τὸν Ἀβραάμ, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τοῦ *κατέναντι* εἰπεῖν, καὶ ἐκ τοῦ ἐπαγαγεῖν δέ, *τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς*, δηλῶν τὴν ἐκ νεκρῶν σωμάτων τοῦ Ἰσαὰκ γονήν, ὅτι δι' αὐτοῦ πολλῶν γέγονεν πατὴρ ἐθνῶν, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ συμβᾶσαν τῷ κόσμῳ σωτηρίαν· τουτέστι Χριστόν εἰς ὃν πάντα τὰ ἔθνη πιστεύσαντα χώραν δεδώκασι τῷ Ἀβραὰμ αὐτῶν καλεῖσθαι πατέρα.

« Ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι πατέρα αὐτὸν πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, κατενόησεν τὸ αὐτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταετής που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας· εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι· διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

*Παρ' ἐλπίδα* μέν, τὴν ὅσον ἐν ἀνθρώποις, *ἐπ' ἐλπίδι* δέ, τῇ εἰς Θεὸν λέγει. »

« Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν. »

Ἵνα μὴ λέγῃ ὁ ἀκροατής, Καὶ τί πρὸς ἡ…

ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ δικαιωθείς· ἔστησεν ἡμᾶς ἐγγὺς A τοῦ πατριάρχου, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον· τοσαύτη γὰρ ἡ εὐγένεια, ὡς τὴν ἐκείνου πίστιν τῆς ἡμετέρας τύπον εἶναι.

« Ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν. »

Ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνενέγκῃ ἐπὶ τοῦ ξύλου.

« Καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν. »

Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη, ἵνα δικαίους ἡμᾶς ἐργάσηται.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

« Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι- B στοῦ. »

Πολλὰ διαλεχθεὶς περὶ πίστεως παραίνεσιν εἰσφέρει περὶ βίου λαμπροῦ.

Ἐπειδὴ τὴν πίστιν τῆς διὰ τῶν ἔργων δικαιοσύνης προέθηκεν, ἵνα μὴ νομίσῃ τις ῥαθυμίας ὑπόθεσιν γεγραμμένον εἶναι τὸ λεγόμενον, φησίν, *εἰρήνην ἔχωμεν*, τουτέστι μηκέτι ἁμαρτάνωμεν· τοῦτο γάρ ἐστιν πόλεμον ἔχειν πρὸς τὸν Θεόν.

« Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. »

Εἰ αὐτὸς ἡμᾶς κατήλλαξεν ἐκπεπολεμημένους, φησίν, εὔλογον μένειν ἐπὶ τῆς καταλλαγῆς, καὶ ταύτην ἀποδοῦναι αὐτῷ τὴν ἀμοιβήν, ἵνα μὴ δόξῃ σκαιοὺς καὶ ἀγνώμονας κατηλλαγέναι τῷ Πατρί. C

« Τῇ πίστει. »

Τὰ μὲν αὐτοῦ ποικίλα, φησίν, καὶ πολλὰ καὶ διάφορα· καὶ γὰρ ἀπέθανεν δι' ἡμᾶς, καὶ κατήλλαξεν ἡμᾶς καὶ προσήγαγεν, καὶ χάριν δέδωκεν ἄφατον· ἡμεῖς δὲ τὴν πίστιν μόνον εἰσενέγκαμεν.

« Εἰς τὴν χάριν αὐτὴν ἐν ᾗ ἑστήκαμεν. »

Τὸ ἀξιωθῆναι τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, τὸ τῆς πλάνης ἀπαλλαγῆναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἐπιγνῶναι· τὸ πάντων ἐπιτυχεῖν τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀγαθῶν.

« Καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. »

Δύο τέθεικεν, τὰ παρόντα, καὶ τὰ μέλλοντα· τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν *τὴν χάριν*, τὰ παρόντα ἐδήλωσεν, D ἅπερ ἐλάβομεν ἀγαθά. Τὸ δὲ εἰπεῖν, *καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι*, τὰ μέλλοντα ἐξεκάλυψεν ἅπαντα.

« Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. »

Τί λέγω, φησίν, τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ ἄξια καυχήσεως; Αὐτὰ μὲν οὖν τὰ παρόντα λυπηρά, ἱκανὰ ἡμᾶς καλλωπίσαι, καὶ ποιῆσαι μεγαλοφρονεῖν ἐπ' αὐτοῖς. Καὶ καλῶς, *καυχώμεθα*, ἵνα κἂν τῷ οἰκείῳ προσώπῳ εἰσάγῃ τὴν παραίνεσιν.

« Εἰδότες ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. »

Ἐπειδὴ παράδοξον ἦν τὸ λεγόμενον, τοῦ τὰ λυ-

est, qui justitiam obtinuit. Ideo nos patriarchæ proximos statuit; imo vero multo amplius. Tanta enim est nostra nobilitas, ut fides illius figura nostræ fuerit.

**16** Vers. 25. « Qui traditus est propter delicta nostra. »

Uti peccata nostra in crucem ageret.

« Et resurrexit propter justificationem nostram. »

Idcirco enim tum mortuus est, tum resurrexit, ut nos justos faceret.

## CAP. V.

Vers. 1. « Justificati ergo in fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. »

Cum de fide multis disputaverit, adhortationem subjungit ad vitam præclaram et honestam.

Quia justitiæ quæ operibus paratur, fidem prætulit; ne quispiam existimet, id quod dixerat, torporis et socordiæ occasionem præbere, ait, *pacem habeamus*; id est, non amplius peccemus. Hoc namque idem est ac pacem cum Deo habere.

Vers. 2. « Per quem et accessum habuimus. »

Si ipse nos reconciliavit, quando hostes eramus et debellati, inquit, plane consentaneum est in reconciliatione perseverare, hocque grati illi animi monimentum reddere, ne vecordes et ingratos reconciliasse Patri censeatur.

« Per fidem. »

Ille quidem varia præstitit, multaque et diversa. Mortuus quippe est propter nos, nosque reconciliavit et propinquos fecit, inexplicabilemque gratiam largitus est. Nos autem fidem duntaxat attulimus.

« In gratiam istam, in qua stamus. »

Dei cognitione dignari, ab errore liberari, veritatem nosse, bonorum omnium compotem fieri, quæ baptismo pariuntur.

« Et gloriamur in spe gloriæ Dei. »

Duo posuit, præsentia et futura. Dicendo quippe, *gratiam*, præsentia bona declaravit, quæ accepimus. Dicendo autem, *et gloriamur in spe*, futura quæque revelavit.

Vers. 3. « Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus. »

Quid aio, inquit, futura bona dignam esse gloriandi materiem? Imo vero ipsamet præsentia, tametsi tristia sunt et molesta, sufficiunt ut iis cohonestemur, deque nobis ipsis magna sentiamus. Beneque ait, *gloriamur*, ut a persona propria adhortationem instituat.

« Scientes quod tribulatio patientiam operatur; [Vers. 4.] patientia autem probationem, probatio vero spem. »

Quia paradoxum erat quod pronuntiarat, puta

molestiis voluptatem et gloriam illis ingenerari; huic fidem ratiocinio isto astruit. Quasi dicat: Patientia quidem et tribulatio ante ea quæ futura sunt, maximum interim fructum habent, et illum qui tentatur, probatum reddunt: insuper et ad futura contribuunt. Faciunt enim uti spes vigeat in nobis. Nihil quippe adeo spem bonorum præstat atque conscientia.

Vers. 5-9. « Spes autem non confundit. Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, **17** qui datus est nobis. Adhuc enim Christus cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est. Vix enim pro justo quis moriatur: nam pro bono forsitan et quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores [illegible]mus, pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. »

Rursum altera probatio, ex iis bonis quæ accepimus.

Vers. 10. « Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. »

Altera ratio a majori. Longe majus erat, inquit, eos qui inimici essent reconciliari, quam eos qui reconciliati essent, in dilectione permanere. Si autem id quod majus potiusque esset præstitit, moriendo pro nobis, dum adhuc in peccatis versaremur, quinam illud etiam quod minus est, non peregerit? Inspice vero quot momentis admitatur futurorum fidem illis confirmare. Primum quidem eos excitat allato viri justi consilio, dicens: Certo cognovit Abraham, id Deum facere posse quod promisit. Secundo, a gratia quæ concessa fuit. Tertio, a tribulatione, quæ in spem nos erigere sufficiat, necnon iterum a Spiritu quem accepimus. Demum etiam ab ipsa morte Christi, imo a nostra malitia, id quod ante præstiterat. Atqui unum esse videtur quod effatus est; verum plura inibi reperiuntur. Primum quidem, quod mortuus sit: secundum, quod pro impiis: tertium, quod reconciliaverit, quod salvos, quod justos, quod immortales, quod filios et hæredes fecerit.

Vers. 11. « Non solum autem, sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. »

Non solum, inquit, salvi facti sumus, sed et idcirco gloriamur, quod quis existimet nos ignominia suffundi. Iis quippe salutem præbere qui improbam supra modum vitam agant, maximum argumentum est eos summopere diligi ab illo qui salvos facit. Non enim per quempiam alterum, sed per Filium suum unigenitum salvos nos fecit.

Vers. 12. « Propterea sicut per unum hominem

περὰ ἡδονὴν αὐτοῖς ἐμποιεῖν, καὶ καύχημα, πιστοῦται αὐτῷ λογισμῷ. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἔχει μὲν καὶ πρὸ τῶν μελλόντων μέγιστον καρπὸν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ θλίψις, καὶ εὐδόκιμον ποιεῖ τὸν πειραζόμενον· συντελεῖ δέ τι πρὸς τὰ μέλλοντα. Τὴν γὰρ ἐλπίδα ἀκμάζειν ποιεῖ ἐν ἡμῖν· οὐδὲν γὰρ οὕτω χρηστὰ ἐλπίζειν παρασκευάζει, ὡς ἀγαθὸν συνειδός.

« Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν ἔτι, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανεν. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα καὶ τολμᾷ τις ἀποθανεῖν. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν. Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. »

Ἑτέρα πάλιν κατασκευὴ, ἀφ' ὧν εἰλήφαμεν ἀγαθῶν.

« Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες, σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. »

Ἀπὸ τοῦ μείζονος ἑτέρα κατασκευή. Πολλῷ πλέον ἦν, φησὶν, ἐχθροὺς ὄντας καταλλαγῆναι, ἢ [τὸ [u] μεῖζον] τὸ καταλλαγέντας ἐν τῇ ἀγάπῃ μεῖναι. Εἰ δὲ τὸ μεῖζον ἐποίησεν ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν ἔτι ὄντων ἁμαρτωλῶν, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἔλαττον ποιήσει; Σκόπει δὲ διὰ πόσων βούλεται πιστώσασθαι περὶ τῶν μελλόντων αὐτούς. Πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς τοῦ δικαίου γνώμης ἐντρέπει, εἰπὼν ὅτι ἐπληροφορήθη ὁ Ἀβραὰμ, ὅτι ὃ ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. Δεύτερον, ἀπὸ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης. Τρίτον, ἀπὸ τῆς θλίψεως, ὅτι ἱκανή ἐστιν εἰς ἐλπίδα ἡμᾶς ἀγαγεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος πάλιν, ὅπερ ἐλάβομεν. Λοιπὸν δὲ, καὶ ἀπὸ τοῦ θανάτου καὶ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κακίας, ἣν πρόσθεν κατεσκεύασεν. Καὶ δοκεῖ μὲν εἶναι [v] τὸ εἰρημένον, εὑρίσκεται δὲ πολλά. Πρῶτον μὲν, ὅτι ἀπέθανεν· δεύτερον, ὅτι ὑπὲρ ἀσεβῶν· τρίτον, ὅτι κατήλλαξεν, ὅτι ἐδικαίωσεν, ὅτι ἀθανάτους ἐποίησεν, ὅτι υἱοὺς εἰργάσατο καὶ κληρονόμους.

« Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. »

Οὐ μόνον ἐσώθημεν, φησὶν, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα, δι' αὐτὸ τοῦτο, διὸ νομίζει τις ἡμᾶς αἰσχύνεσθαι· τὸ γὰρ ὑπερβολῇ πονηρίας ζῶντας σωθῆναι, τοῦ σφόδρα ἀγαπηθῆναι παρὰ τοῦ σώζοντος μέγιστον σημεῖόν ἐστιν. Οὐ γὰρ διά τινος ἑτέρου, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ τοῦ Μονογενοῦς ἔσωσεν.

« Διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία

VARIÆ LECTIONES.

[u] Superflua vox. [v] Addo ἕν.

εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος εἰσῆλθεν. » A

Ἔστι μὲν δὲ, πάλιν τὸ εἰρημένον τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ἧς εἰλήφαμεν, κατασκευή· ἐλήφθη δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου.

« Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. »

Τὸ ἐφ' ᾧ, ἀντὶ τοῦ, δι' οὗ· λέγει δὲ, ὅτι ὥσπερ ἐκείνου πεσόντος, τουτέστι τοῦ Ἀδὰμ, καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου, γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου πάντες θνητοί· οὕτω καὶ ἀναστάντος Χριστοῦ καὶ ἐγερθέντος, πᾶν τὸ σῶμα τῆς ἀθανασίας μετέλαβεν.

« Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ. »

Τὸ *ἄχρι νόμου*, ἀντὶ τοῦ, ἕως τῶν τῆς ἐπιδημίας καιρῶν· *τέλος* γὰρ *νόμου Χριστὸς*, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Λέγει οὖν, ὡς διὰ μὲν τοῦ Ἀδὰμ εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ἡ ἁμαρτία, ἔμεινεν δὲ μέχρι τῶν καιρῶν τῆς ἐπιδημίας βασιλεύουσα, καταργεῖται δὲ ὑπὸ Χριστοῦ. B

« Ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου. »

Εἰπὼν, πόσον ἐβασίλευσε χρόνον ἡ ἁμαρτία, λέγει καὶ ἐκ ποίου χρόνου εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν· καὶ ποῖος ὁ χρόνος, ἢ ὁ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς, ἧς παραβέβηκεν Ἀδὰμ, ἣν καὶ νόμον ἡ θεία προσαγορεύει Γραφή; Φησὶν οὖν ὡς διὰ τῆς ἐντολῆς χώραν ἔσχεν ἡ ἁμαρτία. Ἠπάτησε γὰρ δι' αὐτῆς τὸν Ἀδὰμ ὁ ὄφις. C

« Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ. »

Ἐμμένει τῷ διηγήματι περὶ τοῦ χρόνου λέγων τῆς ἁμαρτίας, καὶ πολλάκις περὶ αὐτοῦ ἡμῖν διαλέγεται, ἵνα μαθόντες ἀκριβῶς τὴν δύναμιν τῆς ἁμαρτίας, δοξάζωμεν τὸν καταργήσαντα αὐτὴν διὰ τῆς ἰδίας σαρκός· κατήργησεν δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί.

« Ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. »

*Τοῦ μέλλοντος* μὲν, τουτέστι Χριστοῦ. Λέγει δὲ, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς ἐξ αὐτοῦ, καίτοι γε μὴ φαγοῦσιν ἀπὸ τοῦ ξύλου, γέγονεν αἴτιος θανάτου, τοῦ διὰ τὴν βρῶσιν εἰσαχθέντος, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἐξ αὐτοῦ οὐ δικαιοπραγήσασι γέγονε πρόξενος δικαιοσύνης, ἣν διὰ τοῦ σταυροῦ πᾶσιν ἡμῖν ἐχαρίσατο. D

« Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα· εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ, ἐν χάριτι τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσεν. »

Εἰ ἁμαρτία, φησὶ, τοσοῦτον ἴσχυσεν, καὶ ἁμαρτία ἀνθρώπου ἑνός· πῶς οὐχὶ μᾶλλον περισσεύσει μειζόνως χάρις Θεοῦ; Καὶ χάρις, καὶ οὐ Πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ Υἱοῦ. Πολλῷ γὰρ τοῦτο εὐλογώτερον.

peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit. »

Hoc rursum quidem quod modo ait, nostræ illius quam accepimus, justitiæ probatio est: a contrario vero sumpta est.

« In quo omnes peccaverunt. »

*In quo*, id est, per quem. Ait nimirum: Quemadmodum illo, sive Adamo, cadente, illi quoque qui de ligno non comederunt, ex eo omnes facti sunt mortales; ita resurgente Christo, et suscitato, omne corpus immortalitatis particeps evasit.

Vers. 13. « Usque ad legem peccatum erat in mundo. »

**18** *Usque ad legem*; ac si dicat, usque ad tempora adventus (Christi): *finis* quippe *legis Christus est*, veluti scriptum est. Ait ergo peccatum per Adamum in mundo emersisse, mansisse vero regnum illius usque ad tempus adventus Domini, et a Christo tandem destructum et abolitum.

« Peccatum autem non imputatur, quando non est lex. »

Dum ait quanto tempore regnaverit peccatum, innuit etiam ex quo tempore in mundum subierit. Quodnam vero hoc tempus aliud foret, nisi illud quo violatum fuit mandatum, quod transgressus est Adamus, quodque legem appellavit Scriptura? quocirca dicit per legem locum peccato datum. Ea quippe in causa fuit, ut Adamum serpens falleret.

Vers. 14. « Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. »

Susceptæ de tempore peccati narrationi insistit, sæpiusque de eo ad nos sermonem habet, quo peccati vim diligenter edocti, gloriam demus illi, qui hanc per propriam carnem pessumdedit. In carne porro destruxit peccatum.

« Qui est forma futuri. »

*Futuri*, inquit, hoc est Christi. Ait nimirum, quemadmodum ille soboli suæ, tametsi de ligno non comederant, causa mortis exstitit quæ propter comestionem invecta est; ita et Christum iis qui ex ipso nati sunt, cum nihil justi perpetrassent, justitiæ nihilominus auctorem fuisse: quam quidem nobis omnibus per crucem elargitus est.

Vers. 15. « Sed non sicut delictum, ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. »

Si tantum valuit peccatum, ait, peccatum, inquam, unius hominis: eccur non potius abundaverit gratia Dei? Gratiam dico, non Patris solum, sed et Filii. Hoc enim longe magis consentaneum est.

VERS. 16. « Et non sicut per unius peccatum, A ita et donum. Nam judicium quidem ex uno in condemnationem : gratia autem ex multis delictis in justificationem. »

Postquam id esse consentaneum monstravit, insuper et necessarium evincit. Quod porro hic dicit, hunc habet sensum. Mortem quidem et condemnationem peccatum unum valuit inferre. Gratia vero non unam solum illam, mortem puta, sustulit, sed et cæteras quæ propter hanc obvenerant. Neque enim dum audis, *sicut*, et *ita*, arbitreris, similem esse doni mensuram ac condemnationis. Nec rursum putes quando Adami fit mentio, hoc duntaxat peccatum fuisse sublatum, quod ille invexit : at enim reliqua perinde deleta docet, cum ait : *Gratia autem ex multis delictis in justificationem.*

VERS. 17, 18. « Si enim unius delicto mors regnavit per unum; multo magis abundantiam gratiæ et donationis et justitiæ accipientes, in vita regnant per
19 unum Jesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem : sic et per unius justificationem in omnes homines in justificationem vitæ. »

Cum declarasset non modo tantumdem nobis Christum profuisse, quantum nocuerat Adamus, sed multo magis et amplius, necessario subjungit assertionis suæ probationem. Isque ejus verborum C sensus est. Quid porro mortem armavit? Hoc solum quod unus homo de ligno comedit. Si ergo mors tantas ex unius delicto vires nacta est; quando reperiuntur aliqui, qui gratiam longe majorem quam hoc peccatum esset acceperint, quinam fieri possit ut morti deinceps sint obnoxii? quocirca non dixit, gratiam, sed *abundantiam* gratiæ. Non enim quantum opus esset ad excisionem peccati, tantum nos gratiæ percepimus, sed et multo amplius. Etenim a supplicio exempti sumus, et malitiam exuimus, et superne sumus regenerati ac veteri homine sepulto, resurreximus, redempti quoque fuimus et sanati, atque ad divinam adoptionem evecti : justificati sumus factique Unigeniti fratres et cohæredes, ejusque consortes D bonorum instituti. Ejus etiam nos caro sumus, et veluti corpus capiti, sic nos uniti sumus Christo. Atqui istæc omnia Paulus abundantiam gratiæ nominavit, ut ostenderet, non solum nos remedium æquale morbo accepisse, verum et sanitatem integram, formæ decorem, et honorem, gloriam, et bonam famam, quæ naturam nostram longe superant.

Quid vero illud est, quod modo *omnes homines* dicat, modo vero *multos?* Utique quia mors quidem in genus universum invaluit : in multos vero

« Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ δώρημα· τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα· τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. »

Δείξας ὅτι εὔλογον, δείκνυσιν, ὅτι καὶ ἀναγκαῖον. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Τὸν μὲν θάνατον καὶ τὸ κατάκριμα μία ἴσχυσεν ἁμαρτία εἰσενεγκεῖν· ἡ δὲ χάρις οὐ τὴν μίαν ἐκείνην ἀνεῖλεν ἁμαρτίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς δι' ἐκείνην ἐπελθούσας. Ἵνα γὰρ μὴ τὸ ὡς οὕτως [x] ἀκούων, ὅμοιον νομίσῃς τῷ κατακρίματι τὸ χάρισμα· μηδὲ πάλιν τὸν Ἀδὰμ, ἀκούων ἐκείνην ἀνῃρῆσθαι μόνον τὴν ἁμαρτίαν νομίσῃς, ἣν ἐκεῖνος εἰσήνεγκεν, ἀλλὰ καὶ πάσας τὰς λοιπὰς, διδάσκει λέγων· *Τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα.*

« Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσεν διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες ἐν ζωῇ βασιλεύσουσιν διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτως καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. »

Ἀποφηνάμενος, ὅτι οὐ τοσοῦτον ὠφέλησεν μόνον Χριστὸς, ὅσον ἔβλαψεν ὁ Ἀδὰμ, ἀλλὰ πολλῷ πλέον καὶ μείζονα, ἀναγκαίως τοῦ λόγου ἐπάγει τὴν κατασκευήν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Τί τὸν θάνατον ὥπλισε; Τὸ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ξύλου μόνον τὸν ἕνα ἄνθρωπον. Εἰ οὖν ὁ θάνατος τοσαύτην ἔλαβεν ἰσχὺν ἐξ ἑνὸς παραπτώματος, ὅταν εὑρεθῶσί τινες πολλῷ μείζονα τῆς ἁμαρτίας ἐκείνης λαβόντες χάριν καὶ δικαιοσύνην, πῶς δυνήσονται εἶναι λοιπὸν ὑπεύθυνοι τῷ θανάτῳ; Καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, χάριν, ἀλλὰ *περισσείαν χάριτος*. Οὐ γὰρ ὅσον ἐχρῄζομεν εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν, τοσοῦτον ἐλάβομεν μόνον ἐκ τῆς χάριτος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον· καὶ γὰρ καὶ κολάσεως ἀπηλλάγημεν, καὶ κακίαν ἀπεδυσάμεθα πᾶσαν, καὶ ἀνεγεννήθημεν ἄνωθεν, καὶ ἀνέστημεν, τοῦ παλαιοῦ ταφέντος ἀνθρώπου, καὶ ἐλυτρώθημεν καὶ ὑγιάσθημεν, καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἀνήχθημεν, καὶ ἐδικαιώθημεν, καὶ ἐγενόμεθα ἀδελφοὶ τοῦ Μονογενοῦς, καὶ συγκληρονόμοι, καὶ συμμέτοχοι αὐτοῦ κατέστημεν· καὶ σάρξ αὐτοῦ ἐσμεν, καὶ ὥσπερ σῶμα κεφαλῇ, οὕτως ἡνώμεθα τῷ Χριστῷ. Καὶ ταῦτα πάντα περισσείαν χάριτος ἐκάλεσεν ὁ Παῦλος, δεικνὺς ὅτι οὐ φάρμακον μόνον ἐλάβομεν ἀντίῤῥοπον τοῦ πράγματος, ἀλλὰ καὶ ἰατρείαν καὶ εὐμορφίαν καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν καὶ ἀδοξίαν [y] πολὺ τὴν ἡμετέραν ὑπερβαίνοντα φύσιν.

Διὰ τί ποτὲ *εἰς πάντας ἀνθρώπους*, ποτὲ δὲ *οἱ πολλοί*; Ἐπειδὴ ὁ μὲν κοινὸς θάνατος κατὰ πάντων ἐκράτησεν, ὁ δὲ κατὰ προαίρεσιν εἰς πολλούς. Ἀμα

VARIÆ LECTIONES.

[x] Leg. τὸ ὡς καὶ τὸ οὕτως ἀκούων. [y] Leg. εὐδοξίαν.

φοτέροις ἀντέθηκεν τὴν διὰ τοῦ Χριστοῦ γενομένην A ἀναλογίαν.

« Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί. »

Πάλιν τῷ προτέρῳ κέχρηται λογισμῷ, ἐπισφίγγων αὐτὸν τῇ ἐπαναλήψει.

« Οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. »

Πάλιν ἐπαγωνίζεται ἐπεξερχόμενος ταῖς κατασκευαῖς. Ταῦτα δὲ πάντα, φησὶν, διὰ τὸ λέγειν Ἰουδαίους, μὴ δύνασθαι τὸν Χριστοῦ θάνατον δικαιῶσαι τὴν οἰκουμένην. Τὸ δὲ, *ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν πολλοὶ*, ἀντὶ τοῦ, ὑπεύθυνοι τῷ διὰ τὴν ἁμαρτίαν θανάτῳ, λέγει.

« Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. » B

Δείξας ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀδὰμ καταδικασθεῖσαν τὴν οἰκουμένην, ἀπὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ δικαιωθεῖσαν καὶ σωθεῖσαν ἐκ τῆς καταδίκης, εὐκαίρως καὶ περὶ τοῦ νόμου ζητεῖ τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν ὑποτεμνόμενος. Λέγει οὖν ὡς οὐ μόνον οὐκ ὠφέλησεν οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ηὐξήθη τὸ νόσημα παρεισελθόντος αὐτοῦ· τὸ δὲ, *ἵνα πλεονάσῃ*, οὐκ αἰτιολόγον ἐστὶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως εἰλημμένον. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐδόθη ὁ νόμος ἵνα πλεονάσῃ ἡ ἁμαρτία· ἀλλ' ἐδόθη μὲν, ὥστε μειῶσαι τὸ παράπτωμα. Ἐξέβη δὲ εἰς τοὐναντίον, οὐ παρὰ τὴν τοῦ νόμου φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν δεξαμένων ῥᾳθυμίαν. *Παρεισῆλθεν* δὲ, εἶπεν, καὶ οὐκ, εἰσῆλθεν, δεικνὺς πρόσκαιρον αὐτοῦ τὴν χρείαν, καὶ οὐ κυρίως προηγουμένην.

illa quæ ex voluntate pendet. Utrique opposuit ductam a Christo comparationem.

VERS. 19. « Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. »

Priori iterum argumento utitur, quod resumptione urget pressius.

« Ita et per unius obeditionem justi constituentur multi. »

Idem rursum probationibus aliis enarrare contendit. Hæc cuncta edisserit, quia Judæi dicebant Christi morte orbem justificari non posse. Hoc vero, *peccatores constituti sunt multi*, idem est, atque, obnoxii morti propter peccatum fuerunt.

VERS. 20. « Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. »

Quia ostendit universum orbem Adami causa condemnationi subjacuisse, a Christo vero justificatum servatumque esse a damnatione, apposite nunc de lege quæstionem movet, quo præconceptam de ea opinionem succidat. Ait ergo non modo eam nihil prodesse, sed etiam ea subeunte, auctiorem evasisse ægritudinem. Istud vero, *ut abundaret*, non causam innuit, sed quod ex eventu id probatum fuerit. Nequaquam enim idcirco data est lex, ut abundaret peccatum. Sed data quidem 20
est, ut delictum minueretur. Verum contrarium evenit; non propter ipsam legis naturam, sed propter socordiam eorum qui illam suscepere. Porro *subintravit* inquit, non autem, intravit; ut significet ad tempus eam fuisse utilem, nec ceu principale quoddam ante omnia proprie fuisse institutam.

« Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν C ἡ χάρις· ἵνα, ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτως καὶ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. »

Οὐ γὰρ κολάσεως ἀπήλλαξε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μυρία ἃ προείπομεν δέδωκεν ἡμῖν ἀγαθά· πῶς δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία; Μυρίας δέδωκεν ὁ νόμος ἐντολὰς, βουλόμενος πανταχόθεν στηρίσαι τὸν ἄνθρωπον. Πασῶν δὲ παραβαινομένων, εἰκότως πλείων ἡ ἁμαρτία.

« Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit et gratia. [VERS. 21.] Ut sicut regnavit peccatum in morte, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum. »

Non solum enim pœna nos exemit, sed et sexcenta illa quæ prædiximus bona concessit nobis. Quomodo autem abundavit peccatum? Innumeras lex præceptiones sanxit, quibus undique confirmaretur et fulciretur homo. His vero omnibus posthabitis, per consequentiam auctius evasit peccatum.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

« Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμένωμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; Μὴ γένοιτο· οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ D ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; »

Εἰς τὸ προειρημένον πάλιν ἐπανακάμπτει λόγον· ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Διασύροντές τινες τὸν Ἀπόστολον, ἔλεγον· Ἐπειδὴ μέγα ἡμάρτομεν, μὴ ἀποστῶμεν ἁμαρτάνοντες, ἵνα πλείων ἡ χάρις δοθῇ· ἀναιρεῖ δὲ τοῦτο, πρῶτον μὲν, τῇ ἀπαγορεύσει, λέγων, *μὴ γένοιτο*· ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων κακῶν εἴωθε τίθεσθαι. Ἔπειτα καὶ ἀναντιῤῥήτῳ λογισμῷ· *Οἵτινες*, φησὶν, *ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ζήσομεν ἐν αὐτῇ;* Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Νεκροὶ γεγόνα-

## CAP. VI.

VERS. 1, 2. « Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato ut gratia abundet? absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo ergo vivemus in illo? »

Sermonem iterum revocat ad illud quod ante dixerat: hoc utique sensu. Nonnulli Apostolo detrahentes aiebant: Ergo cum multum peccaverimus, nequaquam a peccatis abstineamus, ut amplior gratia tribuatur. Atqui hoc tollit: primum quidem negatione, dicendo, *Absit!* uti consuevit, quando de certis et exploratis malis sermonem habet. Tum deinde irrefragabili ratiocinatione: *Qui mortui sumus peccato*, inquit, *quomodo vive-*

*mus in illo?* Ac si dicat : mortui facti sumus peccato, dum credidimus et illuminati fuimus. Si mortui, utique ut ei de cætero non obsequamur.

Vers. 3-5. « An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, sic et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini morti ejus, sed et resurrectionis erimus. »

Cum ratum certumque esset id quod dixerat, hoc nobis enarrat. Quid ergo illud est, *in mortem ipsius baptizati sumus?* plane uti moriamur sicut et ille. Nam baptismus crux est. Quocirca id quod Christo, tum crux, tum sepulcrum fuit, hoc nobis baptismus exstitit, licet non eadem ratione. Ille siquidem mortuus sepultusque est carni; nos vero peccato utrumque fuimus. Quapropter non dixit, complantati facti sumus morti ejus, sed *similitudini mortis ejus*. Mors quippe hoc et illud est, sed non ejus subjectum idem. Nam Christi mors carnis fuit, nostra autem, peccati.

Vers. 6. « Quod vetus homo noster simul crucifixus est. »

Non ait, crucifixus est, sed *simul crucifixus est*, ut baptismum cum morte componeret.

« Ut destruatur corpus peccati. »

Nequitiam universam vocat corpus peccati. **21** Nam sicut cunctam malitiam veterem hominem appellat, ita et corpus hominis istius, malitiam quæ ex variis nequitiæ et improbitatis membris coalita sit.

« Et ultra non serviamus peccato. [Vers. 7.] Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. »

Peccato, inquit, hoc interire volo, non ut aboleatur et occidat, sed ne peccet amplius. Quia sicut ille qui mortem obiit, exemptus est a peccato, cum mortuus jaceat; ita et mors quæ per baptismum infertur, huic similem reddit illum qui ex piscina ascenderit. Nam quandoquidem illic semel mortuus est, oportet ut peccato semper mortuus maneat.

Vers. 8, 9. « Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul et vivemus cum illo; scientes quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur. »

Quamprimum coronam affert laborum et certaminum. Cæterum ingens plane nobis bonum obvenit, ut et ante coronam Domini consortes efficiamur.

« Mors illi ultra non dominatur. [Vers. 10.] Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. »

Id est, haudquaquam huic morti erat obnoxius, sed propter peccatum nostrum mortuus est, ut illud tolleret, ejusque nervos et vires omnes excideret.

« Quod autem vivit, vivit Deo. »

Hoc est, citra resolutionem ulteriorem; ita ut

A μεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πιστεύσαντες καὶ φωτισθέντες· τὸ δὲ νεκροὶ, ὥστε μὴ ὑπακούειν αὐτῇ λοιπόν.

« Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον· ἵνα, ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ δόξης τοῦ Πατρὸς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. »

Ἐπειδὴ ἀσφαλὲς ἦν τὸ εἰρημένον, ἐπεξηγεῖται ἡμῖν αὐτό. Τί οὖν ἐστιν, *εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν*; εἰς τὸ καὶ αὐτοὶ ἀποθανεῖν ὥσπερ ἐκεῖνος. Σταυρὸς γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα· ὅπερ οὖν ὁ

B σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ καὶ ὁ τάφος, τοῦτο ἡμῖν γέγονεν τὸ βάπτισμα, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν. Αὐτὸς μὲν γὰρ σαρκὶ ἀπέθανεν καὶ ἐτάφη, ἡμεῖς δὲ ἁμαρτίᾳ ἀμφότερα. Διὰ τοῦτο οὐδὲ, σύμφυτοι γεγόναμεν τοῦ θανάτου, εἶπεν, ἀλλὰ τῷ *ὁμοιώματι τοῦ θανάτου*· θάνατος μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου· ἀλλ' ὁ μὲν σαρκὸς, ὁ τοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ ἁμαρτίας, ὁ ἡμέτερος.

« Ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη. »

Οὐκ εἶπεν, ἐσταύρωται, ἀλλὰ, *συνεσταύρωται*, ἐγγὺς φέρων τὸ βάπτισμα τοῦ θανάτου.

« Ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. »

Σῶμα ἁμαρτίας τὴν πονηρίαν πᾶσαν καλεῖ· ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπον παλαιὸν λέγει τὴν ὁλόκληρον κακίαν, οὕτω καὶ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, τὴν ἀπὸ διαφόρων μερῶν πονηρίας συγκειμένην κακίαν.

C « Τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. »

Ταύτῃ, φησὶν, αὐτὸ εἶναι βούλομαι νεκρὸν, οὐχ ὥστε ἀφανισθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ἀλλ' ὥστε μὴ ἁμαρτάνειν. Ὅτι ὥσπερ ὁ ἀποθανὼν ἀπήλλακται τοῦ ἁμαρτάνειν, νεκρὸς κείμενος, οὕτω καὶ τὸν ἀναβάντα ἄγει ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος. Ἐπειδὴ ἅπαξ ἀπέθανεν ἐκεῖ, νεκρὸν δεῖ μένειν διὰ παντὸς τῇ ἁμαρτίᾳ.

« Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι

D καὶ συζήσομεν αὐτῷ, εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει. »

Τὸν στέφανον ἐπάγει ταχέως τῶν ἀγώνων· μέγιστον δὲ καὶ πρὸ τοῦ στεφάνου ἡμῖν ἀγαθὸν γίνεται, τὸ κοινωνῆσαι τῷ Δεσπότῃ.

« Θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. Ὃ γὰρ ἀπέθανεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπέθανεν ἐφάπαξ. »

Τουτέστιν, οὐδὲ ἐκείνῳ ὑπεύθυνος ἦν τῷ θανάτῳ· ἀλλὰ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἡμετέραν ἀπέθανεν, ἵνα αὐτὴν ἀνέλῃ, καὶ ἐκκόψῃ τὰ νεῦρα αὐτῆς καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν.

« Ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. »

Τουτέστιν ἀκαταλύτως, ὥστε μηκέτι κρατεῖσθαι

ὑπὸ τοῦ θανάτου· εἰ γὰρ καὶ τὸν [illegible]ότερον θάνατον οὐχ ὑπεύθυνος ὢν ἀπέθανεν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἑτέρων ἁμαρτίαν, [illegible] μᾶλλον νῦν οὐκ ἀποθανεῖται καταλύσας αὐτήν.

« Οὕτως καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς εἶναι, νεκροὺς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία. »

Ἐπειδὴ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ζωῆς διελέχθη, ἵνα μή τις λέγῃ, Τί οὖν πρὸς ἡμᾶς τὸ εἰρημένον; τὰ τοιαῦτα ἐπάγει λέγων· Εἰ νεκροὺς ὄντας ἀνέστησεν, πολλῷ μᾶλλον ζῶντας κατασχεῖν δυνήσεται.

Οὐκ εἶπεν, τυραννείτω, ὅπερ ἀνάγκη ἦν· ἀλλὰ *μὴ βασιλευέτω*, ὅπερ ἐστὶ προαιρέσεως.

« Ἐν τῷ θνητῷ ἡμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν [illegible] ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ [illegible] ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ. Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει. »

Τὸ σῶμα ἡμῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας εὐχείρωτον ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ. Οὔτε γὰρ Πνεῦμα παρῆν τὸ βοηθοῦν, οὔτε βάπτισμα τὸ νεκρῶσαι δυνάμενον τὴν ἁμαρτίαν. Ἐπειδὴ δὲ Χριστὸς παραγέγονεν, καὶ βάπτισμα ἐλάβομεν, καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ βαπτίσματος, γέγονεν ἡμῖν εὐχειρῆ τὰ παλαίσματα.

« Οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν· τί [illegible] ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο! »

Ταῦτα δείκνυσι προσκαίρους ὄντας τοὺς ἀγῶνας.

« Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, [illegible] ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; »

Ἀντίθεσιν θεὶς τὴν λέγουσαν, *Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν;* καὶ πρώτην αὐτὴν λύσιν ἐπαγαγὼν, τὴν ἐξ ἀπαγορεύσεως, *μὴ γένοιτο* εἰπὼν, ἐπάγει καὶ τὴν δευτέραν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ, τρίτην τὴν ἀπὸ τῆς κολά[illegible]· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ αὕτη ἐστίν· *Οὐκ οἴ[illegible], ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς [illegible]κοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε;* Ὅμοιον ὡσεὶ [illegible] Οὔπω λέγω τὴν γέενναν, οὐδὲ τὴν πολλὴν [illegible]ην κόλασιν, ἀλλὰ τὴν ἐνταῦθα αἰσχύνην, ὅταν [illegible] γένησθε, καὶ ἑκόντες δοῦλοι, καὶ ἁμαρτίας δοῦλοι, καὶ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ μισθῷ ὥστε πάλιν ἀποθανεῖν. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ βαπτίσματος θάνατον εἰργάσατο σωματικὸν, καὶ τοσαύτης ἐδεήθη τῆς θεραπείας τὸ ἕλκος, ὥστε τὸν Δεσπότην ἁπάντων εἰς θάνατον κατελθεῖν, καὶ οὕτω λῦσαι τὸ κακὸν, μετὰ τὴν τοσαύτην δωρεὰν καὶ ἐλευθερίαν λαμβάνουσα [illegible] αὐτὴν [1] πάλιν κλινόμενον, τί οὐκ ἐργάσεται;

A mors in eum amplius dominatum non ha[illegible]. Si enim priorem mortem obiit, cum huic minime esset obnoxius, sed propter peccatum aliorum: a fortiori deinceps ipse non morietur, per quem dissoluta fuit mors.

Vers. 11-12. « Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro. Ne igitur regnet peccatum. »

Quoniam de vita Christi sermonem habuit, ne quis diceret: Quid vero istæc ad nos? hæc subjungit: Si cum mortui essemus, ille nos suscitavit; multo magis viventes in vita conservare poterit.

B Non dixit, tyrannidem non exerceat; id quod necessitatem significaret: sed *non regnet*, quod voluntatem innuit.

« In vestro mortali corpore; ut obediatis concupiscentiis ejus. [Vers. 13-14.] Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos ipsos Deo tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra, arma justitiæ Deo. Peccatum enim in vobis non dominabitur. »

Corpus nostrum ante Christi adventum facili negotio a peccato superabatur. Non enim Spiritus aderat, qui suppetias ferret; non baptisma quod illud quiret enecare. Ubi vero gratia affulsit, et baptisma suscepimus, ac per baptisma Spiritum, certamina deinceps levia et facilia exstiterunt.

C « Non enim estis sub lege, sed sub gratia. [Vers. 15.] Quid ergo? Peccabimus quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit! »

22 Ilis verbis ostendit temporarios agones esse.

Vers. 16. « Nescitis quoniam cui exhibuistis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? »

Cum hoc sibi objecisset, *Quid ergo? peccabimus?* idque primum pernegando solvisset, dicens, *Absit!* solutionem alteram subjungit, quam sumit ab hoste: tertiam denique, a supplicio. Quæ porro ab hoste sumitur, hæc est: *Nescitis, quoniam cui exhibuistis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obedi-*

D *tis?* Quasi diceret: Nondum gehennam commemoro, non ingens illud supplicium, sed potius hoc præsens dedecus, quod servi facti estis, quod servi voluntarii, quodque servi peccati; atque insuper ea mercede, ut denuo vobis moriendum sit. Nam si ante baptismum mortem induxit corporalem, tantaque vulnus curatione opus habuit, ut universorum Dominus ad mortem descendendo, malum tandem deleret: quid non peccatum efficiet, si post tantum illud donum datamque libertatem, te voluntarium sponteque sibi cervices inclinantem ceperit?

VARIÆ LECTIONES.

[1] [illegible] αὐτήν. Apud Chrysost. αὐτὴ πάλιν.

*mus in illo?* Ac si dicat : mortui facti sumus peccato, dum credidimus et illuminati fuimus. Si mortui, utique ut ei de cætero non obsequamur.

Vers. 3-5. « An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, sic et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini morti ejus, sed et resurrectionis erimus. »

Cum ratum certumque esset id quod dixerat, hoc nobis enarrat. Quid ergo illud est, *in mortem ipsius baptizati sumus?* plane uti moriamur sicut et ille. Nam baptismus crux est. Quocirca id quod Christo, tum crux, tum sepulcrum fuit, hoc nobis baptismus exstitit, licet non eadem ratione. Ille siquidem mortuus sepultusque est carni; nos vero peccato utrumque fuimus. Quapropter non dixit, complantati facti sumus morti ejus, sed *similitudini mortis ejus*. Mors quippe hoc et illud est, sed non ejus subjectum idem. Nam Christi mors carnis fuit, nostra autem, peccati.

Vers. 6. « Quod vetus homo noster simul crucifixus est. »

Non ait, crucifixus est, sed *simul crucifixus est*, ut baptismum cum morte componeret.

« Ut destruatur corpus peccati. »

Nequitiam universam vocat corpus peccati. **21** Nam sicut cunctam malitiam veterem hominem appellat, ita et corpus hominis istius, malitiam quæ ex variis nequitiæ et improbitatis membris coalita sit.

« Et ultra non serviamus peccato. [Vers. 7.] Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. »

Peccato, inquit, hoc interire volo, non ut aboleatur et occidat, sed ne peccet amplius. Quia sicut ille qui mortem obiit, exemptus est a peccato, cum mortuus jaceat; ita et mors quæ per baptismum infertur, huic similem reddit illum qui ex piscina ascenderit. Nam quandoquidem illic semel mortuus est, oportet ut peccato semper mortuus maneat.

Legis hujus æquitas et ratio in eo sita est, quod hæc a Deo ordinata sint. Neque vero dicit, principem omnem a Deo constitui, neque de singulis principibus illi sermo est, sed de ipsa re. Nam quod potestates exsistant, quodque alii imperent, alii subsint imperio, et quod non simpliciter, nec temere cuncta ferantur, ita ut populi instar fluctuum huc et illuc circumagantur, hoc sapientiæ Dei opus est. Quocirca non dixit: non enim est princeps nisi a Deo; sed de ipsa re sermonem instituit, dicendo: *Non enim est potestas nisi a Deo.* Nam sicut, quando de viro et muliere ait, mulierem a Domino conjungi viro, ita loquitur, quia Deus nuptiarum est auctor: sic et in hoc loco dictum istud generatim debet accipi.

Vers. 3, 4. « Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, sibi damnationem accipient. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time. Non enim frustra gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. [Vers. 5.] Ideo necessitate subditi estote. »

Ne fideles dicerent: nos floccifacis, et contemptibiles ducis, principibus subjiciendo, cum regno cœlorum simus potituri; idcirco declarat eos neutiquam principibus, sed Deo subjiciendos. Idem porro est ac si diceret: qui principi non obtemperat, repugnat Deo qui illum instituit. Atque hoc passim studet ostendere, haudquaquam nos ipsis obedientiam gratis impendere, sed ejus reos et debitores esse. Hoc utique modo incredulos principes ad fidem allicere satagebat, et fideles ad obedientiam.

« Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. »

Non solum, inquit, quia Deo reluctaris, dum subjici renuis, tibique auctor es malorum; sed etiam quia maxima tibi beneficia præstant, dum pacem et civilem administrationem curant.

Vers. 6. « Ideo enim et tributa præstatis. »

Dimisso sermone de beneficiis singulis, quæ per magistratus civitatibus conferuntur, puta de recto ordine, pace, et reliquis muneribus; ex hoc uno

totum demonstrat. Quonam vero? Quoniam, inquit, beneficiis nos illi demerentur: tuque id ipsum testaris pensitatione mercedis.

« Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum incumbentes. »

**50** Horum laborem exhibet et anxiam sollicitudinem qua curis conficiuntur. Ea enim est ipsorum vita, hoc studium, ut pace perfruaris.

VERS. 7. « Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. »

Eisdem adhuc inhæret, ut non pecunias modo pendere jubeat, verum etiam honorem ac timorem. At si quis objicit, eum superius dixisse, *Vis non timere potestatem?* hic noverit, alterum ab eo timorem innui, qui ex prava conscientia proficiscatur. Bene vero ait, *reddite*, ut debitum illud esse significet. Non enim gratificatur, qui sic agat: quando hoc debitum est.

VERS. 8. « Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. »

Iterum ad matrem bonorum magistramque, et omnis virtutis effectricem confugit; charitatem inquam.

« Qui enim diligit proximum, legem implevit. [VERS. 9.] Nam, non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces, et si quod est aliud mandatum. »

Neque enim hoc esse gratiam putaveris, inquit: debitum quippe est.

« In hoc verbo comprehenditur. »

Non ait simpliciter, impletur, sed, *comprehenditur;* hoc est in summa et paucis totum mandatorum opus perficitur. Nam principium et finis virtutis est charitas.

« In hoc: Diliges proximum tuum sicut teipsum. [VERS. 10.] Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. »

Non simplicem dilectionem postulat, sed intentam et vividam.

VERS. 11. « Et id, scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere. »

Postquam omnia quæ erant necessaria, mandavit, eos rursum propellit ad bona patranda propter temporis instantiam. In januis quippe judicii tempus stat.

« Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. »

Quoniam verisimile erat, illos in fidei primordiis studiosiores fuisse, quandiu fervebat charitas; succedente vero tempore remissiorem factum ardorem, contrarium esse faciendum docet, nec ita progressu temporis oportere dissolvi; sed magis viribus augeri. Quanto enim regis adventus instat, tanto necesse est esse paratiores: quandoquidem et præmia proxima sunt. Nam hoc quo-

A τούτου τὸ πᾶν ἐνδείκνυται. Ποίου; Ὅτι εὐεργετούμεθα παρ' αὐτῶν, φησίν· σὺ μαρτυρεῖς μισθὸν αὐτῷ τελῶν.

« Λειτουργοὶ γὰρ Θεοῦ εἰσιν, εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες. »

Τὸν πόνον αὐτῶν διὰ τούτου δείκνυσι, καὶ τὴν ταλαιπωρίαν τὴν περὶ τὰς φροντίδας. Οὗτος γὰρ αὐτοῖς ὁ βίος, αὕτη ἡ σπουδὴ, ὅπως ἀπολαύσῃς εἰρήνης.

« Ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλὰς, τῷ τὸν φόρον τὸν φόρον, τῷ τὸ τέλος τὸ τέλος, τῷ τὸν φόβον τὸν φόβον, τῷ τὴν τιμὴν τὴν τιμήν. »

Ἔτι τῶν αὐτῶν ἔχεται, οὐ χρήματα μόνον αὐτοῖς κελεύων τελεῖν, ἀλλὰ καὶ τιμὴν καὶ φόβον. Εἰ δέ τις φησιν, ὅτι ἀνωτέρω εἶπεν, *Θέλεις μὴ*
B *φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν;* γνώτω, ὡς ἕτερον λέγει φόβον, τὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ συνειδότος. Εὖ δὲ καὶ τὸ, *ἀπόδοτε*, ἵνα τὸ ὀφειλόμενον δηλώσῃ. Οὐδὲ γὰρ χαρίζει, φησὶ, τοῦτο ποιῶν· ὀφειλὴ γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα.

«Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾷν.»

Πάλιν ἐπὶ τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν καταφεύγει, καὶ τὴν διδάσκαλον καὶ ποιητικὴν ἀρετῆς ἁπάσης, τὴν ἀγάπην φημί.

« Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκεν. Τὸ γὰρ οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐστὶν ἐντολή. »

C Μηγάρτοι τοῦτο χάριν εἶναι νομίσῃς, φησίν. Καὶ γὰρ αὐτὸ ὀφειλή ἐστίν.

« Ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται.

Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, πληροῦται, ἀλλὰ *ἀνακεφαλαιοῦται*· τουτέστι, συντόμως καὶ ἐν βραχεῖ τὸ πᾶν ἀπαρτίζεται τῶν ἐντολῶν ἔργον. Καὶ γὰρ ἀρχὴ καὶ τέλος τῆς ἀρετῆς ἡ ἀγάπη.

« Ἐν τῷ Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· ἡ ἀγάπη τοῦ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται· πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη. »

Οὐχ ἁπλῶς ἀγάπην ζητεῖ, ἀλλὰ τὴν ἐπιτεταμένην.

« Καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρὸν, ὅτι ὥρα ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. »

D Ἐπειδὴ πάντα ἅπερ ἐχρῆν ἐπέταξεν, ὠθεῖ πάλιν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐργασίαν ἀπὸ τοῦ κατεπείγοντος. Ἐπὶ θύραις γὰρ, φησὶν, ὁ τῆς κρίσεως ἕστηκε καιρός.

« Νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. »

Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἐν μὲν ἀρχῇ σπουδαιοτέρους εἶναι, ἀκμάζοντος ἐν αὐτοῖς τοῦ πόθου, προελθόντος δὲ τοῦ χρόνου ἀσθενεστέραν γενέσθαι τὴν σπουδήν· φησὶν, ὅτι τὸ ἐναντίον δεῖ ποιεῖν· οὐχὶ ἐκλύεσθαι, προϊόντος τοῦ χρόνου, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκμάζειν. Ὅσῳ γὰρ ἂν ὁ βασιλεὺς ἐγγίζῃ, τοσούτῳ μᾶλλον δεῖ παρασκευάζεσθαι, ἐπειδὴ καὶ τὰ βραβεῖα ἐγγύς. Ἐπεὶ καὶ οἱ δρομεῖς τοῦτο ποιοῦσιν·

A ὅταν πρὸς τῷ τέλει τῷ δρόμου γίνωνται, καὶ τῇ τοῦ βραβείου λήψει, τότε διανίστανται μειζόνως.

« Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν.

Οὐκοῦν εἰ αὕτη μὲν τελευτᾷ, ἐκείνη δὲ παραγίνεται, τὰ ἐκείνης πράττωμεν λοιπὸν, μὴ τὰ ταύτης.

« Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα δὲ τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. »

Ἀπαλλαγῶμεν τῶν ὀνειράτων τοῦ παρόντος βίου, φησίν· οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν ὀνείροις φαντασμάτων τὰ τῇδε διαφέρουσι πράγματα.

« Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατῶμεν. »

Οὐκ εἶπε, περιπατεῖτε, ἀλλὰ, περιπατήσωμεν· ὥστε ἀνεπαχθῆ ποιῆσαι καὶ κούφην τὴν ἐπίπληξιν. B

« Μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. »

Οὐ τὸ πίνειν κωλύει, ἀλλὰ τὸ ἀμέτρως· οὐδὲ τὸ ἀπολαύειν οἴνου, ἀλλὰ τὸ μὴ μετὰ παροινίας, οὐδὲ τὸ μίγνυσθαι γυναιξὶν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ τὸ πορνεύειν.

« Μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ· ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. »

Οὐδὲν γὰρ οὕτω φιλονεικίαν ἀνάπτει καὶ ὀργὴν ἐκκαίει, ὡς μέθη καὶ παροινία. Διὰ τοῦτο πρότερον εἰπὼν, *Μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις*, ἐπήγαγε, *μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ*.

« Καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίαν. » C

Ὥσπερ γὰρ οὐ τὸ πίνειν ἐκώλυσεν, ἀλλὰ τὸ μεθύειν, οὕτως οὐδὲ τὸ προνοεῖν τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ τὸ *εἰς ἐπιθυμίας*, οἷον τὸ τὴν χρείαν ὑπερβαῖνον. Ἐπεὶ ὅτι γε προνοεῖν αὐτῆς κελεύει Τιμοθέῳ, φησίν· *Ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας*. Οὐκοῦν πρὸς ὑγείαν προνόει, φησί, μὴ πρὸς ἀσέλγειαν. Οὐδὲ γὰρ εἴη τοῦτο πρόνοια λοιπὸν, ἐπηνίκα τὴν φλόγα ἀνάπτῃς αὐτῆς, καὶ χαλεπὴν τὴν κάμινον ποιῇς.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

« Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα· ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. » D

Πολλοὶ τῶν ἐξ Ἰουδαίων πεπιστευκότων, ἔτι τῇ τοῦ νόμου κατεχόμενοι συνειδήσει μετὰ τὴν πίστιν, τῶν βρωμάτων ἐφύλαττον τὴν παρατήρησιν, οὔπω θαῤῥοῦντες τέλειον ἀποστῆναι τοῦ νόμου, εἶτα ὥστε μὴ γενέσθαι εὐφώρατοι τῶν χοιρίων ἀπεχόμενοι μόνον, πάντων ἑξῆς ἀπείχοντο κρεῶν, καὶ ἤσθιον λάχανα, ἵνα νηστεία μᾶλλον εἶναι δοκῇ, ἀλλὰ μὴ νόμου παρατήρησις· ἕτεροι δὲ πάλιν ἦσαν τελειότεροι οὐδὲν τοιοῦτο παρατηροῦντες, οἳ τούτοις τοῖς παρατηροῦσι φορτικοὶ καὶ ἐπαχθεῖς ἐγίνοντο, ὀνειδίζοντες καὶ εἰς

[26] I Tim. v, 23.

que cursores faciunt : ubi ad curriculi metam, braviique perceptionem accedunt, tunc magis excitantur.

VERS. 12. « Nox præcessit, dies autem appropinquavit. »

Si ergo illa finitur, et ista advenit, hujus, non illius actiones deinceps faciamus.

**51** « Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. »

Eximamur, inquit, a præsentis vitæ somniis. Hujus quippe negotia nequaquam ab iis quæ in somniis obveniunt, discrepant.

VERS. 13. « Ut in die honeste ambulemus. »

Non dixit, ambulate, sed *ambulemus*, ut reprehensionem minime gravem et molestiam reddat.

« Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis. »

Non prohibet bibere, sed ultra modum bibere : non vino uti, sed ebrietati indulgere : neque concubitu cum uxoribus interdicit, sed scortatione.

« Non in contentione et æmulatione : [VERS. 14] sed induimini Dominum Jesum Christum. »

Nihil quippe sic rixas excitat et iram accendit, ac ebrietas et vinolentia. Quamobrem cum ante dixerit : *Non in comessationibus, non in concubitibus et impudicitiis*, subjunxit, *non in contentione et æmulatione*.

« Et carnis curam ne feceritis in desideriis. »

Quemadmodum enim haud vetuit bibere, sed inebriari : sic neque carnis curam jubet abjicere, sed addidit *in desideriis :* qualis est cum necessarius usus exceditur. Verum enimvero Timotheo præcipit curam illius gerere : *Modico*, inquit, *vino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates* [26]. Curam igitur corporis habeas sanitatis ergo, non impudicitiæ. Neque enim ejus cura sollicitudove fuerit, si flammam in ea accendas, et caminum gravem et infestum instruas.

## CAP. XIV.

VERS. 1, 2. « Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius quidem credit manducare omnia : qui autem infirmus est, olus manducet. »

Multi Judæorum qui crediderant, cum legis conscientia distinerentur adhuc, tametsi fidem susceperant nihilo secius ciborum religionem et observationem custodiebant, qui necdum auderent a lege penitus desciscere. Deinde vero ne deprehenderentur si suilla duntaxat carne abstinerent, omnibus perinde sibi interdicebant, oleribus solis victitantes, quo jejunare potius putarentur, quam observationi legis addicti esse. Alii rursum cum perfectiores essent, nihil tale curabant : verum

molesti atque asperi erant erga illos qui talia observarent; quippe quorum animos vituperantibus lacessendo dejicerent. Veritus itaque Paulus, ne perfectiores isti nimio exigui corrigendi studio totum subverterent, illosque ad ciborum indifferentiam volentes adducere, auctores eis forent a fide deficiendi; videsis quid agat. Non enim eis qui illos arguebant, dicere audebat: male vos agitis istis carpendo, ne eos etiam ejusmodi observationum tenaciores redderet, neque hos rursum recte agere dicit, ne vehementiores alios in carpendo et accusando redderet: verum reprehensionem temperantius componit; ita ut fortiores videatur increpare, reapse autem ad illos qui ciborum **52** religione tenerentur, sermonem omnem dirigat. Enimvero ejusmodi correctio perquam aptissima est, qua verso ad alterum sermone, percellitur alius qui male agit, sicque sensim sine sensu emendatio peragitur. Vide itaque quanta id sagacitate præstet. Dum ait: *Infirmum autem in fide*, primam statim plagam infligit. *Infirmum* quippe dicendo, ægrotantem ostendit. Tum secundam addit, cum ait: *assumite*. Significat enim iterum, multa cum cura opus habere, quod plane extremæ ægritudinis argumentum est.

A ἀθυμίαν ἐβάλλοντες αὐτούς. Δεδοικὼς τοίνυν ὁ Παῦλος μὴ μικρὸν κατορθῶσαι βουλόμενοι τὸ πᾶν ἀνατρέψωσι, καὶ θέλοντες εἰς τὴν τῶν βρωμάτων αὐτοὺς ἀδιαφορίαν ἀγαγεῖν, καὶ τῆς πίστεως αὐτοὺς ἐκπεσεῖν παρασκευάσωσιν, ὅρα τί ποιεῖ. Οὔτε γὰρ ἐτόλμα τοῖς ἐπιτιμῶσιν εἰπεῖν, ὅτι Κακῶς ποιεῖτε ἐπιτιμῶντες, ἵνα μὴ ἐκείνους βεβαιώσῃ ἐν τῷ παρατηρεῖσθαι, οὔτε πάλιν ὅτι καλῶς, ἵνα μὴ σφοδροτέρους αὐτοὺς τῶν μὴ ἐσθιόντων κατηγόρους ἐργάσηται· ἀλλὰ συμμεμετρημένην ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν, καὶ δοκεῖ μὲν τοῖς ἰσχυροῖς ἐπιτιμᾷν. Τὸ δὲ ἀκριβὲς εἰς τοὺς ἐσθίοντας τὸ πᾶν ἀποτείνεται τῶν λόγων. Αὕτη γὰρ μάλιστα ἔσται διόρθωσις, ὅταν ὡς πρὸς ἄλλον τείνοντες τὸν λόγον, ἕτερον πλήξωμεν τὸν ἐργαζόμενον τὸ κακὸν, καὶ λανθανόντως τὴν διόρ-B θωσιν ποιησώμεθα. Ὅρα τοίνυν πῶς αὐτὸ συνετῶς ποιεῖ, λέγων, *Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει*, εὐθέως πρώτην δίδωσι πληγήν· εἰπὼν γὰρ *τὸν ἀσθενοῦντα*, ἔδειξεν ἄῤῥωστον. Εἶτα δευτέραν προστίθησι, λέγων, *προσλαμβάνεσθε*. Δείκνυσι γὰρ πάλιν πολλῆς δεόμενον ἐπιμελείας, ὅπερ σημεῖον ἐσχάτης ἀῤῥωστίας ἐστίν.

Ostendit ejusmodi peccatum et culpam illius esse, ut qui opem ei ferre velint, scrupulis intus agitentur.

Δηλοῖ τοιοῦτο αὐτοῦ τὸ ἁμάρτημα ὄν, ὡς καὶ τοὺς ἀντεχομένους αὐτοῦ τῆς βοηθείας, διακρίνεσθαι.

VERS. 3. « Qui manducat, non manducantem non spernat. »

« Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω. »

Non dixit, relinquat: non dixit, non accuset; non dixit, non corrigat; sed probris non afficiat, nec aversetur.

C Οὐκ εἶπεν, ἐάτω· οὐκ εἶπε, μὴ ἐγκαλείτω· οὐκ εἶπε, μὴ διορθούσθω, ἀλλὰ, μὴ ὀνειδιζέτω, μηδὲ διαπτυέτω.

« Et qui non manducat, manducantem non judicet. »

« Ὁ δὲ μὴ ἐσθίων, τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. »

Nam quemadmodum perfectiores illi infirmiores aspernabantur, tanquam modicæ fidei homines ac degeneres, qui Judæis consentirent, sic et isti illos tanquam violatores legis et comedones judicabant et condemnabant.

Ὥσπερ γὰρ οἱ τελειότεροι τοὺς ἀσθενεστέρους ἐξετίλιζον ὡς ὀλιγοπίστους, καὶ νόθους, καὶ Ἰουδαΐζοντας· οὕτως ἐκεῖνοι τούτους ἔκρινον ὡς παρανομοῦντας, ἢ ὡς λαιμαργίᾳ προσέχοντας.

« Deus enim illum assumpsit. [VERS. 4.] Tu quis es qui judicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit. »

« Ὁ Θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο· σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; Τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει. »

Hoc est, inexplicabilem erga illum gratiam monstravit.

D Τουτέστι, τὴν ἄφατον αὐτοῦ περὶ αὐτὸν ἐπεδείξατο χάριν.

« Stabit autem. Potens est enim Deus statuere illum. »

« Σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν. »

Ostendit eum multa adhuc attentione opus habere, tantaque sollicitudine, ut et Dei quoque ipsius opem imploret.

Δείκνυσιν ἔτι χρῄζοντα τῆς προσοχῆς, καὶ τοσαύτης ἐπιμελείας δεόμενον, ὡς καὶ τὸν Θεὸν εἰς ταῦτα καλεῖν βοηθόν.

VERS. 5. « Nam et alius judicat diem inter diem: alius autem judicat omnem diem. Unusquisque in proprio sensu abundet. »

« Ὃς μὲν γὰρ κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν· ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. »

Hic videtur jejunium subindicare. Haud absonum quippe fuerit, quosdam eorum qui jejunarent, illos qui minime jejunarent, continuo taxare.

Ἐνταῦθα δοκεῖ ἠρέμα περὶ νηστείας αἰνίττεσθαι. Καὶ γὰρ εἰκὸς τῶν νηστευόντων τινὰς, τοὺς μὴ νηστεύοντας διηνεκῶς κρίνειν.

VERS. 6. « Qui sapit diem, Dominum sapit: et qui non sapit diem, Domino non sapit. Et qui

« Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ, καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ. Καὶ ὁ ἐσθίων,

Κυρίῳ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ· καὶ ὁ μὴ A ἐσθίων, Κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ. »

Οὐ περὶ τὰ καίρια, φησί, τὸ πρᾶγμά ἐστιν· τὸ γὰρ ζητούμενον, εἰ διὰ τὸν Θεὸν οὗτος κἀκεῖνος ἐργάζεται· καὶ εἰ ἀμφότεροι εἰς εὐχαριστίαν τελευτῶσιν. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος καὶ ἐκεῖνος εὐχαριστοῦσι τῷ Θεῷ.

« Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει. Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ Κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν· ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν. Εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἀπέθανεν καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βή- B ματι τοῦ Θεοῦ. Γέγραπται γάρ· Ζῶ ἐγώ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ· μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν. »

Σαφέστερον ἐδήλωσεν ὅτι ὁ τὸ νόμῳ ζῶν, οὐ δύναται τῷ Χριστῷ ζῆν.

« Ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ, ἢ σκάνδαλον. »

Ἀμφοτέροις ἁρμόζειν δύναται, καὶ τοῦ τελείου σκανδαλιζομένου ἐπὶ τῇ τῶν βρωμάτων παρατηρήσει, καὶ τοῦ ἀτελοῦς προσκόπτοντος ἐπὶ τῇ σφοδρᾷ ἐπιπλήξει.

« Οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν C εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν· εἰ γὰρ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκέτι κατ' ἀγάπην περιπατεῖς. »

Πρότερον ἐπιτιμήσας τῷ κρίνοντι αὐτοῦ τὸν ἀδελφόν, τότε λοιπὸν καὶ ὑπὲρ δόγματος ἀποφαίνεται.

« Μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανεν. »

Χριστὸς μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπέθανε, φησίν· σὺ δὲ τοσοῦτον τὸν ἀδελφὸν οὐ τιμᾷς, ὡς μηδὲ ἀποχῇ βρωμάτων ὠνήσασθαι αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν;

« Μὴ βλασφημείσθω οὖν ἡμῶν τὸ ἀγαθόν· οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » D

Ἀγαθὸν ἐνταῦθα τὴν ἀπηρτισμένην εὐσέβειάν φησιν.

« Ὁ γὰρ ἐν τούτῳ δουλεύων τῷ Χριστῷ, εὐάρεστος τῷ Θεῷ, καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις. Ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν, καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους. »

Οὐ γὰρ οὕτω σε θαυμάσονται τῆς τελειότητος, φησίν, ὡς τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας ἅπαντες. Τούτου μὲν γὰρ τοῦ καλοῦ πάντες ἀπολαύσουσιν, ἐκείνου δέ, μόνος αὐτός.

« Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ. »

Τὴν σωτηρίαν τοῦ ἀδελφοῦ φησι.

« Πάντα μὲν καθαρά, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ

manducat, Domino manducat, et gratias agit Deo, et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo. »

Nequaquam de præcipuis, inquit, agitur. Hoc enim in primis quæritur, num hic et ille propter Deum agant: num ambo in gratiarum actiones desinant. Nam et hic et ille Deo grates habent.

Vers. 8-13. « Nemo enim vestrum sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quid spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitetur Deo. Itaque unusquisque pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus. »

**53** Manifestius ostendit non posse illum Christo vivere, qui legi vivat.

« Sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. »

Utrisque hæc possunt adaptari, perfectiori, eo quod scandalum ex ciborum observatione patiatur; imperfecto autem, qui propter vehementiorem objurgationem offendatur.

Vers. 14, 15. « Scio et confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas. »

Reprehenso prius eo qui fratrem judicet, consequenter deinceps de ipso dogmate pronuntiat.

« Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. »

Christus pro eo mortuus est, inquit: tu vero tanti pretii fratrem non honoras, ut abstinendo a cibis pro salute illius contribuas?

Vers. 16, 17. « Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca et potus, sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto. »

Hic *bonum* vocat justitiam suis numeris absolutam.

Vers. 18, 19. « Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur, et quæ ædificationis sunt ad invicem. »

Homines siquidem universi non sic perfectionem tuam admirabuntur, ac pacem et concordiam vestram. Hoc quippe bono fruentur omnes: illo autem, ipse solus.

Vers. 20. « Noli propter escam destruere opus Dei. »

Puta salutem fratris.

« Omnia quidem sunt munda: sed malum est

homini, qui per offendiculum manducat. [Vers. 21]. Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur. »

Ne tot tantæque indulgentiæ eum qui infirmior sit, in mala opinione confirment, decreta iterum præscribit.

Vers. 22. « Tu fidem habes? penes temelipsum habe coram Deo. »

Is hujus effati sensus est : Vis mihi monstrare, inquit, te perfectum esse, et consummatum? Nolo id mihi ostendas, sed sufficiat tibi conscientia tua. Porro *fidem* hic ait, non eam quæ circa dogma versatur, sed quæ ad propositam materiam spectat.

« Beatus qui non judicat seipsum in eo quod probat. »

Quoniam dixit, *penes semetipsum habeat*, ne modicum et exile tibi esse videatur conscientiæ forum; hoc, inquit, tibi orbe ipso potius est. Ac si omnes te accusaverint, te vero ipse non condemnaveris, neque conscientia reprehenderit, beatus es. Verum non absolute de omnibus loquendo, hoc posuit (nam multi sunt qui seipsos non condemnant, ac nihilominus graviter peccant: hique omnium sunt miserrimi), sed quantum ad argumentum de quo nunc agitur, attinet.

54 Vers. 23. « Qui autem discernit si manducaverit, damnatus est. »

Hæc ait, eos iterum adhortando ut infirmioribus parcant. Quid enim prosit, si hæsitando comedas, teque ipse condemnes? Ego quippe illum, inquit, suspicio, qui comederit, nec dubitaverit. Vides quomodo illum inducat, non solum ut omnem cibum comedat, sed etiam ut pura conscientia.

« Quoniam non ex fide. »

Reus peragitur, inquit, non quia comedit immundum, sed *quia non ex fide*. Non enim credidit illud mundum esse, sed tanquam immundum tetigit. Exinde vero ostendit quantum sibi damni et noxæ afferant, qui cogunt, nec persuadent ea tangere quæ illi hactenus existimant immunda esse; ut vel hoc saltem pacto desinant ipsis obtrectari.

« Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. »

## CAP. XV.

Vers. 1-7. « Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque vero proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit ; sed sicut scriptum est : Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcunque enim ante scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt ; ut per patientiam et consolationem (seu adhortationem) Scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ et solatii det vobis id ipsum sa-

A τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει. »

Ἵνα μὴ αἱ τοσαῦται συγχωρήσεις βεβαιώσωσι τὸν ἀσθενέστερον ἐν τῇ πονηρᾷ ὑπολήψει, δογματίζει πάλιν.

« Σὺ πίστιν ἔχεις; κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. »

Ὁ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Θέλεις μοι δεῖξαι ὅτι τέλειος εἶ. καὶ ἀπηρτισμένος, φησίν; Μή ἐμοὶ δείκνυε, ἀλλὰ ἀρκείτω σου τὸ συνειδός. *Πίστιν* δὲ ἐνταῦθα οὐ τὴν περὶ δογμάτων, ἀλλὰ τὴν περὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως λέγει.

B « Μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει. »

Ἐπειδὴ εἶπεν, *καθ' ἑαυτὸν ἐχέτω*, ἵνα μὴ νομίζῃ μικρὸν τὸ δικαστήριον, τοῦτό λέγει τῆς οἰκουμένης σοι τοῦτο βέλτιον· κἂν πάντες σου κατηγορήσωσιν, σὺ δὲ σαυτὸν μὴ κρίνῃς, μηδὲ τὸ συνειδὸς ἐπιλάβηται, μακάριος εἶ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ περὶ πάντων λέγων, τοῦτο τέθεικεν· εἰσὶ γὰρ πολλοὶ μὴ κατακρίνοντες ἑαυτοὺς, καὶ σφόδρα πλημμελοῦντες· οὗτοι πάντων εἰσὶν ἀθλιώτεροι· ἀλλ' ἐπὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως.

« Ὁ δὲ διακρινόμενος ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται. »

C Πάλιν παρακαλῶν φείσασθαι τῶν ἀσθενεστέρων, τοῦτό φησιν· Τί γὰρ ὄφελος ἐὰν φάγῃ διακρινόμενος, καὶ κατακρίνῃ ἑαυτόν; Ἐγὼ γὰρ ἐκεῖνον ἀποδέχομαι, τὸν, φησὶν, καὶ ἐσθίοντα, καὶ μὴ μετ' ἀμφιβολίας. Ὁρᾷς ὅπως αὐτὸν ἐνάγει, οὐκ εἰς τὸ φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ καθαρῷ συνειδότι φαγεῖν.

« Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. »

Κατακρίνεται, φησὶν, οὐχ ἐπειδὴ ἀκάθαρτον, ἀλλ' *ἐπειδὴ οὐκ ἐκ πίστεως*. Οὐ γὰρ ἐπίστευσεν ὅτι καθαρόν ἐστιν, ἀλλ' ὡς ἀκαθάρτου ἥψατο. Δείκνυσι δὲ διὰ τοῦτο αὐτοῖς, καὶ τὴν βλάβην ὅσην ἐργάζονται, ἀναγκάζοντες καὶ μὴ πείθοντες ἅπτεσθαι τῶν τέως δοκούντων αὐτοῖς ἀκαθάρτων εἶναι, ἵνα κἂν διὰ τούτου ἀπόσχωνται τοῦ ἐπιπλήττειν.

D « Πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία ἐστί.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

« Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν. Ἕκαστος ὑμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ παρακλήσεως δῴη ὑμῖν τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις

κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν· ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν Θεοῦ. »

Ὅταν γὰρ μὴ θαῤῥῇ, φησὶν, μηδὲ πιστεύῃ ὅτι καθαρὸν, πῶς οὐχ ἥμαρτεν; Ταῦτα δὲ πάντα ἐπὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως αὐτῷ εἴρηται.

Ἐξῆν αὐτῷ μὴ ὀνειδισθῆναι· ἐξῆν μὴ παθεῖν ἅπερ ἔπαθεν, εἴ γε ἤθελεν τὰ ἑαυτοῦ σκοπεῖν· ἀλλὰ καὶ ὑβρίσθη, καὶ πονηρὰν παρὰ πολλοῖς ἔλαβε δόξαν, ἀσθενὴς εἶναι νομισθείς. Ἀλλὰ τὸ ἡμέτερον σκοπήσας, τὰ ἑαυτοῦ παρεῖδεν.

Δείκνυσιν οὐ μόνον τὸν Υἱὸν ὀνειδισθέντα, ἀλλὰ καὶ τὸν Πατέρα· ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐδὲν συνέβη καινὸν, οὐδὲ ξένον. Οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς παλαιᾶς μελετήσαντες αὐτὸν ὀνειδίζειν, οὗτοι καὶ κατὰ τοῦ παιδὸς ἐμάνησαν.

« Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων. »

Πάλιν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ κηδεμονίας διαλέγεται, ἔτι τοῦ κεφαλαίου ἐχόμενος· ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Ἐπαγγελία πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἦν γεγενημένη ἡ λέγουσα· *Σοὶ δώσω τὴν γῆν, καὶ τῷ σπέρματί σου.* Ἀλλ' ἐγένοντο κολάσεως ὑπεύθυνοι μετὰ ταῦτα οἱ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ ἅπαντες. Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν αὐτοῖς κατειργάζετο παραβαινόμενος, καὶ τῆς ἐπαγγελίας ἐστέρει λοιπὸν ἐκείνης τῆς διδομένης περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς πατέρας. Παραγενόμενος τοίνυν ὁ Υἱὸς συνέπραξε τῷ Πατρὶ, εἰς τὸ τὰς ἐπαγγελίας ἐκείνας ἀληθεῦσαι καὶ εἰς τέλος ἐξελθεῖν. Πάντα γὰρ τὸν νόμον πληρώσας καὶ διὰ τοῦ σταυροῦ τῆς κατάρας ἀπαλλάξας τῆς ἐπὶ τῇ παραβάσει, οὐκ ἀφῆκε διαπεσεῖν τὴν ἐπαγγελίαν. Ὅταν οὖν λέγῃ *διάκονον περιτομῆς*, τοῦτο λέγει, ὅτι ἐλθὼν καὶ πάντα τὸν νόμον πληρώσας, καὶ περιτμηθεὶς, καὶ γενόμενος σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, ἔλυσε τὴν κατάραν, καὶ ἐπιτηδείους λοιπὸν ἐποίησεν τοὺς μέλλοντας δέχεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν.

« Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεὸν, καθὼς γέγραπται· Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. Καὶ πάλιν λέγει· Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Αἰνεῖτε, πάντα τὰ ἔθνη, τὸν Κύριον, καὶ ἐπαινεσάτωσαν αὐτὸν πάντες οἱ λαοί. Καὶ πάλιν Ἡσαΐας λέγει· Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ τὰ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης ἐν τῷ πιστεύειν, εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου. »

Τοῦτο κατασκευάζει τῷ λόγῳ, ὅτι μειζόνων εἰσὶν οἱ ἐξ ἐθνῶν ὀφειλέται τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ μειζόνων εἰσὶ, καὶ δίκαιοι ἂν εἶεν φέρειν τοὺς ἀσθενεῖς, τοὺς ἐξ

[37] Gen. XII, 7.

pere in alterutrum secundum Jesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite invicem sicut Christus suscepit vos in honorem Dei. »

Nam quamdiu certa cum fiducia non credit aliquid esse mundum, inquit, quomodo non peccaret? Hæc autem omnia de proposito tantum argumento ab eo dicuntur.

Penes ipsum erat probris et contumeliis nequaquam affici: penes ipsum erat non illa pati quæ perpessus est, si quæ sua essent spectare voluisset. At vero tum opprobriis affectus fuit, tum pessime apud multos audivit, atque infirmus et imbecillis habitus est. Verum cum nostri sollicitior esset, quæ sua erant, aspernatus est.

Ostendit non modo Filium [illegible] contumeliis fuisse, sed etiam Patrem. Quod porro dicit, hunc sensum habet: Nihil novi, neque extraordinarii contigit. Qui enim sub veteri testamento ei conviciari contenderunt, illi quoque adversus Filium debacchati sunt.

VERS. 8. « Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. »

Rursus de Christi cura et sollicitudine disserit
55 eidem adhuc capiti insistens. Isque sensus est, Promissio facta est Abrahæ qua dicitur: *Tibi dabo terram et semini tuo* [37]. Posthac autem pœnæ facti sunt omnes obnoxii, qui ex semine Abraham prognati erant. Lex quippe quæ violata fuit, iram illis operata est, eosque promissione quæ pro ipsis facta patribus erat, privavit. Quocirca Filius adveniens, cum Patre egit, ut promissiones istæ veræ tandem evaderent, et ad exitum adducerentur. Impleta quippe universa lege, et maledictione per crucem ablata quæ violatoribus inflicta erat, haud sivit promissionem intercidere. Cum ergo dicit, *ministrum circumcisionis*, hoc innuit, illum adventu suo, et per universæ legis observationem ac circumcisionem, cum factus esset semen sive filius Abrahæ, maledictum dissolvisse, et in posterum eos qui futuri erant, idoneos ad suscipiendum promissum effecisse.

VERS. 9-13. « Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini, gentes, cum plebe ejus. Et iterum: Laudate, omnes gentes, Dominum: et magnificate eum, omnes populi. Et rursus Isaias ait: Erit radix Jesse, et qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute Spiritus sancti. »

Hoc nunc probare aggreditur, eos qui ex gentibus crediderunt, majoribus esse obstrictos Deo; quod si majoribus sunt obligati, merito prorsus

infirmos ferre debere, illos scilicet qui ex Judæis sunt. Nam quia acrius eos perstrinxerat, ne idcirco nimium alii efferrentur, fastum ipsorum comprimit. Judæis enim, facta patribus promissione, concessa dona ostendit; gentibus vero sola misericordia et humanitate. Porro *honorare Deum*, idem est ac conjungi, uniri, unanimiter laudare, infirmiorem ferre, fractum membrum non negligere. Quocirca complura addit testimonia, quibus commonstret oportere illos qui ex Judæis sunt cum gentilibus copulari. Cuncta autem testimonia hæc adducit, ut tum illum qui ex Judæis crediderit, compescat ne superbiat, quando prophetæ omnes eos qui ex gentibus sunt advocent; tum gentili suadeat modeste agere, ostendens ipsum majori esse gratia obligatum.

Vers. 14. « Certus sum autem, fratres mei, et ego de vobis, quoniam et ipsi pleni estis bonitate. »

Id est, ego ipse qui increpo et arguo. — Ita vocat virtutem suis numeris integram.

« Repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. »

Quoniam aliqui sunt, benevoli quidem, quo pacto autem optima re sit utendum nescientes.

Vers. 15, 16. « Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam, quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Jesu in gentibus, sancte administrans Evangelium Dei. »

Iterum de animi demissione loquitur. Hoc quippe illis in primis necessarium erat.

56 « Ut fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in Spiritu sancto. »

Hoc est, ut animæ eorum quos erudio, acceptæ sint. Non enim eousque Deus me provexit, ut honoraret, quantum ut vestri curam gereret. Cæterum quomodo oblatio accepta sit in Spiritu sancto, nisi quando præter fidem spiritualis quoque vitæ rationem persequimur, uti concessum nobis Spiritum teneamus.

Vers. 17. « Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum. »

Quia valde seipsum demisit, sermonem rursum attollit : quod ipsorum causa facit, ne contemptibilis esse videatur.

Vers. 18, 19. « Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientia gentium verbo et factis; in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Dei. »

Neque enim dicere quisquam possit, inquit, meram ostentationem esse verba mea. Possum etenim ordinationis meæ signa monstrare.

Ita ut ab Jerusalem per circuitum, usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi. [Vers. 20]. Ambitio autem mea fuit ut evangelizarem. »

Recenset tum civitates, tum regiones, non eas

Ἰουδαίων. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα ἐκείνων ἥψατο, ἵνα μὴ τούτους ἐπάρῃ τοῦτο, καταστέλλει αὐτῶν τὴν ἀπόνοιαν. Ἐκείνοις μὲν γὰρ ἐξ ἐπαγγελίας πατέρων δείκνυσι διδόμενα τὰ ἀγαθά· τοῖς δὲ ἐξ ἐθνῶν ἐξ ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας μόνης. Τὸ δὲ, *δοξάζειν τὸν Θεὸν*, τουτό ἐστι, τὸ συνῆφθαι, τὸ ἡνῶσθαι, τὸ ὁμοθυμαδὸν εὐφημεῖν, τὸ βαστάζειν τὸν ἀσθενέστερον, τὸ μὴ περιορᾷν ἀποῤῥηγνύμενον τὸ μέλος. Διὸ καὶ μαρτυρίας ἐπάγει πολλὰς, δι' ὧν δείκνυσιν ὅτι δεῖ συνῆφθαι τοὺς ἐξ Ἰουδαίων τοῖς ἐξ ἐθνῶν. Ταύτας δὲ πάσας παράγει τὰς μαρτυρίας, ὁμοῦ καὶ τὸν ἐξ Ἰουδαίων καταστέλλων, ἵνα μὴ ἐπαίρηται, τῶν προφητῶν πάντων καλούντων αὐτοὺς, τοὺς ἐξ ἐθνῶν φημι, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν πείσῃ μετριάζειν, τοῦ δεῖξαι πλείονος ὑπεύθυνον ὄντα χάριτος.

« Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης. »

Τουτέστιν, ὁ ἐπιτιμῶν καὶ ἐγκαλῶν. — Τὴν ὁλόκληρον ἀρετὴν οὕτω καλεῖ.

« Πεπληρωμένοι πάσης τῆς γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν. »

Ἐπειδὴ εἰσί τινες φιλόστοργοι μὲν, οὐκ εἰδότες δὲ τῷ πράγματι χρήσασθαι καλῷ.

« Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Χριστοῦ Ἰησοῦ εἰς τὰ ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. »

Πάλιν τὰ τῆς ταπεινοφροσύνης φησίν· τούτου γὰρ μάλιστα ἔδει αὐτοῖς.

« Ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

Τουτέστιν, αἱ ψυχαὶ τῶν διδασκομένων, ἵνα δεχθῶσιν. Οὐ γὰρ ἐμὲ τοσοῦτον τιμῶν ὁ Θεὸς, εἰς τοῦτο ἤγαγεν, ὅσον ὑμῶν κηδόμενος. Πῶς δὲ γένοιτο εὐπρόσδεκτος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ἀλλ' ἢ ὅταν ἡμῖν πρὸς τῇ πίστει καὶ πολιτεία προσγένηται πνευματικὴ, ἵνα κατέχωμεν τὸ Πνεῦμα τὸ δοθὲν ἡμῖν;

« Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸς τὸν Θεόν. »

Ἐπειδὴ σφόδρα ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, πάλιν αἴρει τὸν λόγον· καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἐκείνων ποιῶν, ὥστε μὴ δόξῃ εὐκαταφρόνητος εἶναι.

« Οὐ γὰρ τολμήσω τι λαλεῖν ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ.

Οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι κόμπος μου τὰ ῥήματα. Τῆς γὰρ χειροτονίας μου ἔχω δεῖξαι τὰ τεκμήρια.

« Ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· οὕτως δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι. »

Ἀριθμεῖ καὶ πόλεις καὶ χώρας, οὐ τὰς ὑπὸ Ῥω-

μαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ βάρβαρα ἔθνη· οἷον Πέρσας καὶ Σαρακηνοὺς καὶ Ἀρμενίους, καὶ τὰ ἕτερα τῶν βαρβάρων ἐθνῶν. Τοῦτο γὰρ, *τῷ κύκλῳ*, σημαίνει.

« Οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστός. »

Τοσοῦτον ἀπεῖχεν τοῦ ἐπιῤῥίπτειν ἑαυτὸν ἀλλοτρίοις μαθηταῖς, καὶ δόξης ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖν, ὅτι καὶ ἐσπούδαζεν τοὺς μὴ ἀκηκοότας διδάσκειν.

« Ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομήσω· ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

*Ἀλλότριον* οὐ κατὰ τὴν τοῦ προσώπου ποιότητά φησιν, οὐδὲ κατὰ τὴν τοῦ κηρύγματος φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ μισθοῦ λόγον. Ἐπεὶ οὐ τὰ κηρύγματα ἀλλότρια ἦν, ἀλλ' ὅσον εἰς μισθὸν ἀλλότριον. Ὁ γὰρ τῶν ἑτέροις πεπονημένων μισθὸς, τούτου ἀλλότριος ἦν.

« Νῦν δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις. »

Ὅρα πῶς δείκνυσιν, ὡς οὐ τῆς παρ' αὐτῶν ἐφιέμενος δόξης ἔγραφέν τε καὶ παρεγίνετο.

« Ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ ἱκανῶν ἐτῶν. »

Ἵνα μὴ δόξῃ εὐτελίζειν αὐτοὺς τῷ λέγειν, Ἐπειδὴ οὐδὲν ἔχω ποιῆσαι, διὰ τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, πάλιν τὸν τῆς ἀγάπης λόγον κινεῖ, εἰπών· *Ἐπιποθίαν ἔχων ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.*

« Ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν· ἐλπίζω γὰρ πορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς. »

Ἵνα μὴ πάλιν αὐτοὺς φυσήσῃ, ὅρα πῶς αὐτοὺς καταστέλλει εἰπών· *Ὡς ἂν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς.* Ὁμοῦ γὰρ τὴν ἀγάπην δεῖξαι βούλεται, καὶ καταλῦσαι καταλαζονεύεσθαι ἐκείνους.

« Καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. »

Ἵνα πάλιν μὴ λυποῖντο ὡς ὁδοῦ πάρεργον αὐτοὺς θεωροῦντος τοῦ Ἀποστόλου, φησὶν *τὸ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι*, τουτέστιν, ἵνα ὑμεῖς μοι μάρτυρές ἦτε, ὡς οὐ καταφρονῶν ὑμῶν, ἀλλὰ ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς χρείας παρατρέχω· καὶ ἐπιτείνων τοιοῦτόν φησιν· *Ἐὰν ἀφ' ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.*

« Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱεροσόλυμα διακονῶν τοῖς ἁγίοις. »

Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι *Τόπον οὐκέτι ἔχω ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις· καὶ ἐπιποθίαν ἔχω ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς*, ἔμελλεν δὲ ἔτι βραδύνειν, ἵνα μὴ νομίζηται διαχλευάζειν αὐτοὺς, λέγει καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἀναβάλλεται. Καὶ δοκεῖ μὲν τὴν πρόφασιν λέγειν τῆς μελλήσεως. Διδάσκει δὲ καὶ ἕτερον λεληθότως, τὸ προτρέψαι ἐκείνους εἰς ἐλεημοσύνην, καὶ σπουδαιοτέρους ποιῆσαι. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν,

A modo quæ Romanis parerent, verum et barbaras gentes universas, puta Persas, Saracenos, Armenios, et alias nationes barbaras. Id enim significat dicendo, *per circuitum*.

« Non ubi nominatus est Christus. »

Tantum abfuit ut alienis sese discipulis ingereret, idque munus appetitu gloriæ obiret, ut et docere illos studeret qui de Christo nihil audissent.

« Ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est: [Vers. 21, 22] Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, et qui non audierunt, intelligent. Propter quod et impediebar plurimum venire ad vos. »

*Alienum* dicit, non secundum personæ conditionem, B neque secundum naturam prædicationis, sed secundum rationem mercedis. Aliena quippe doctrina non erat, nisi quantum ad mercedem alienam spectabat. Nam merces laborum qui ab aliis desudati essent, aliena prorsus erat Paulo.

Vers. 23. « Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus. »

Videas quo pacto commonstret haudquaquam gloriæ causa, quam ab ipsis consequeretur, ad eos scribere se aut accedere.

« Cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam annis. »

Ne scilicet videatur eos parvi facere. Quasi dicat: Ubi nihil mihi suppetet patrandum, ad vos C perrecturus sum. Iterum vero de dilectione sermonem movet, dicens: *Cupiditatem habens veniendi ad vos.*

Vers. 24. « Cum in Hispaniam proficiscar. Spero enim quod iter faciens videam vos. »

**57** Ne iterum ipsos inflet, observa quomodo comprimit, dum ait: *Cum proficiscar in Hispaniam, spero quod præteriens videbo vos.* Simul enim amorem eis vult ostendere, et ostentationem ipsorum profligare.

« Et a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero. »

Ne rursum contristarentur, ac si per transennam tantum iter faciendo Apostolus ipsos esset visurus, D ait, *ut a vobis deducar*, hoc est, ut vos mihi testes sitis, quod non contemptu vestri, sed necessitate tractus ulterius transeam: tum augendo subjungit: *Si primum ex vobis ex parte satiatus fuero.*

Vers. 25. « Nunc autem proficiscor Hierosolymam ministrare sanctis. »

Quoniam dixerat: *Locum ulterius non habeo in his regionibus;* et: *Cupiditatem habens ex multis jam annis veniendi ad vos;* adhuc vero aliquantum erat tardaturus: ne putaretur illis illudere, adducit et causam propter quam differat. Ac quidem dilationis causam videtur enuntiare: clam vero aliud quidpiam docet, eosque incitat ad largiendam eleemosynam, et ipsorum hac in re studium

accendit. Alioqui enim dicere satis erat, *proficiscor Jerusalem*; nunc autem adjecit, *ministrare sanctis*.

Vers. 26. « Placuit enim Macedoniæ et Achaiæ. »

Hoc est, ita censuerunt probaveruntque, ac peroptarunt.

« Collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Jerusalem. [Vers. 27.] Placuit enim eis, et debitores sunt eorum. »

Non dixit, eleemosynam et stipem, sed *collationem*, communicationem. *Aliquam* vero posuit, non simplici voce, ne exprobrare illis videretur. Neque simpliciter dixit, *in pauperes*, sed, *in pauperes sanctorum*. Neque hoc duntaxat contentus fuit, sed subjunxit illos esse *debitores*.

« Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare illis. »

Quod ait, ejusmodi est. Propter eos venit Christus, inquit: cuncta illis promiserat; illis, inquam, qui ex Judæis sunt. Ex istis Christus est: quocirca aiebat: *Quia salus ex Judæis est* [38]. Exinde sunt apostoli, exinde prophetæ, exinde universa bona. Horum itaque bonorum orbis particeps fuit. Si ergo majorum communionem habuistis, inquit, omnino debetis et carnalia cum eis communicare et impertiri. Quin nec dixit, communicare, sed, *ministrare*, ita ut illos ministrorum instar habeat, eorumve qui regi tributa pendeant.

Vers. 28. « Hoc igitur cum consummavero, et obsignavero eis fructum hunc. »

Id est, velut in promptuaria regia detulero tanquam in asylum et locum securum. Non ait, eleemosynam, sed rursum *fructum*, quo significet lucrum acquirere illos qui contribuerint.

« Per vos proficiscar in Hispaniam. »

**58** Hispaniæ meminit iterum, ut impigrum animum præferat, quantoque erga illos amore ferveret.

Vers. 29. « Scio autem, quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi Evangelii veniam. »

Ac si diceret: Scio me, quando venero, visurum vos in omnibus probatos, atque ornatos bonis, necnon innumeris secundum Evangelium laudibus dignos. Atqui hoc consilii genus admirabile est, quo illos præconiis occupat.

Vers. 30. « Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. »

Hic rursus Christum et Spiritum proponit, Patris quidem nulla mentione facta. Sic porro loquitur, ut cum videris illum Patris et Filii meminisse, aut Filii tantum, neque Filium, neque Spiritum facessere facias. Quin nec Spiritum dixit, sed, *charitatem Spiritus*. Nam sicut Christus mundum dilexit, atque etiam Pater, ita et Spiritus.

[38] Joan. IV, 22.

A ἤρκει εἰπεῖν τὸ, *Πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ*· νῦν δὲ προσέθηκεν, *διακονήσων τοῖς ἁγίοις*.

« Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα. »

Τουτέστιν, ἐδοκίμασαν, ἐπεθύμησαν.

« Κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Εὐδόκησαν γὰρ, καὶ ὀφειλέται εἰσὶν αὐτῶν. »

Οὐκ εἶπεν, ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ, *κοινωνίαν*· τὸ δὲ, *τινὰ*, οὐχ ἁπλῶς τέθεικεν, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ αὐτοὺς ὀνειδίζειν. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, εἰς τοὺς πτωχοὺς, ἀλλ' *εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων*. Καὶ οὐ τούτῳ μόνῳ ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐπήγαγε καὶ, ὅτι *ὀφειλέται εἰσίν*.

« Εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν
B τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. »

Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Δι' αὐτοὺς ἦλθεν, φησὶν, ὁ Χριστός· αὐτοῖς ἦν ἅπαντα ἐπαγγειλάμενος, τοῖς ἐξ Ἰουδαίων· ἐξ αὐτῶν ὁ Χριστός· διὸ ἔλεγεν, *Ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ἡ σωτηρία*. Ἐκεῖθεν οἱ ἀπόστολοι· ἐκεῖθεν οἱ προφῆται· ἐκεῖθεν τὰ ἀγαθὰ πάντα. Τούτων οὖν ἁπάντων ἐκοινώνησεν ἡ οἰκουμένη. Εἰ τοίνυν ἐν τοῖς μείζοσιν ἐκοινωνήσατε, φησὶν, ὀφείλετε καὶ τῶν σαρκικῶν κοινωνῆσαι καὶ μεταδοῦναι αὐτοῖς. Καὶ οὐκ εἶπε, κοινωνῆσαι, ἀλλὰ, *λειτουργῆσαι*, ἐν τάξει διακόνων αὐτοὺς καθιστὰς καὶ τῷ βασιλεῖ τελούντων φόρους.

« Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον. »

C Τουτέστιν, ὡς εἰς βασιλικὰ ταμεῖα ἀποτιθέμενος, ὡς ἐν ἀσύλῳ καὶ ἀσφαλεῖ χωρίῳ. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ πάλιν, *τὸν καρπὸν*, δεικνὺς κερδαίνοντας τοὺς παρέχοντας.

« Ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς Σπανίαν. »

Πάλιν μέμνηται τῆς Σπανίας, δεικνὺς τὸ ἄοκνον, καὶ τὸ περὶ ἐκείνους θερμόν.

« Οἶδα δὲ ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πληρώματι εὐλογίας Χριστοῦ τοῦ Εὐαγγελίου ἐλεύσομαι. »

Ὡσανεὶ ἔλεγεν· Οἶδα ὅτι ἐρχόμενος ὄψομαι ὑμᾶς ἐν ἅπασιν εὐδοκιμοῦντας, καὶ κομῶντας τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ μυρίων ἐπαίνων ἀξίους τῶν κατὰ τὸ Εὐαγ-
D γέλιον. Καὶ τοῦτο δὲ τρόπος συμβουλῆς θαυμαστὸς, τὸ προκαταλαμβάνειν αὐτοὺς τοῖς ἐγκωμίοις.

« Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν.

Πάλιν ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται, καὶ οὐδαμοῦ μὲν μέμνηται τοῦ Πατρός. Ταῦτα δὲ λέγει, ἵνα ὅταν ἴδῃς αὐτὸν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μεμνημένον, ἢ Πατρὸς μόνον, μήτε τὸν Υἱὸν, μήτε τὸ Πνεῦμα ἀθετῇς. Καὶ οὐκ εἶπε, Πνεῦμα, ἀλλὰ, *ἀγάπης Πνεύματος*. Καθάπερ γὰρ Χριστὸς ἠγάπησε τὸν κόσμον, καὶ Πατὴρ, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα.

« Ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. » A

Δείκνυσι μὲν τὸ μέγεθος ὃ εἶχεν ἀγῶνος. Ἀπὸ δὲ τούτου καὶ δεύτερον κατασκευάζει· τὸ δεῖξαι ὅτι δικαίως ἀνεδέξατο διακονῆσαι τοῖς ἁγίοις. Οἱ γὰρ μεταξὺ τῶν οὕτω πονηρῶν κείμενοι, καὶ λιμῷ ἀπόλλυσθαι ἔμελλον.

« Καὶ ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος τοῖς ἁγίοις γένηται, ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω [a] πρὸς ὑμᾶς, διὰ θελήματος Θεοῦ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. »

Τουτέστιν, ἵνα μετὰ προθυμίας ὑποδέξωνται τὰ διδόμενα. Ὅρα δὲ πάλιν πῶς ἐπαίρει τὸ ἀξίωμα τῶν λαμβανόντων, εἴ γε εὐχῶν δεῖται παρὰ δήμου τοσούτου εἰς τὸ δεχθῆναι τὰ πεμπόμενα.

B

« Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. »

Εὐχῇ σφραγίζει τὸν λόγον.

## ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

« Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρέαις, ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι. Καὶ γὰρ αὕτη προστάτις πολλῶν ἐγεννήθη, καὶ ἐμοῦ. Ἀσπάσασθε Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν, οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν· καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίαν. Ἀσπάσασθε C Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀσίας εἰς Χριστόν. Ἀσπάσασθε Μαριὰμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς. Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ. Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ, καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου. Ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου. Ἀσπάσασθε Ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητὴν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ. D Ἀσπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ. Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν (2), Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς. Ἀσπάσασθε Φιλόλογον, καὶ Ἰουλίαν, καὶ Νηρέα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ

VERS. 31, 32. « Ut liberer ab infidelibus qui sunt in Judæa. »

Significat certaminis quod instabat, magnitudinem. Ex hoc autem et aliud conficit, ostendendo nimirum, quam juste sanctis ministraret. Qui enim inter improbos adeo homines versabantur, fame plane perituri erant.

« Et ministerium meum in Jerusalem acceptum fiat sanctis, et in gaudio veniens ad vos, per voluntatem Dei refociller vobiscum. »

Id est, ut cum alacritate quæ data sunt suscipiant. Ubi rursum observa quo pacto eorum qui suscepturi erant, dignitatem extollat; si quidem apud plebem hanc precibus tantis opus habeat, ut quæ sibi mittuntur accipiant.

VERS. 33. « Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. »

Precatione sermonem obsignat.

## CAP. XVI.

VERS. 1-24. « Commendo autem vobis Phœben sororem nostram quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchreis; ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis, et assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit. Etenim ipsa quoque astitit multis et mihi ipsi. Salutate Priscam et Aquilam adjutores meos in Christo Jesu (qui pro anima mea suas cervices supposuerunt: quibus non ego solus gratias ago, sed et cunctæ Ecclesiæ gentium) et domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiæ Asiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis. Salutate Andronicum et Juniam cognatos meos et concaptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis; qui et ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliam dilectissimum mihi in Domino. Salutate Urbanum adjutorem nostrum in Christo, et Stachyn dilectum meum. Salutate Apellem probatum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. **59** Salutate Tryphænam et Tryphosam quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laboravit in Domino. Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus et meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, et qui cum eis sunt, fratres. Salutate Philologum et Juliam, Nereum, et sororem ejus, et Olympam, et omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate invicem osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones

### VARIÆ LECTIONES.

[a] Lege ἐλθών.

### NOTÆ.

(2) In marg. Οὗτός ἐστιν Ἑρμᾶς, ὁ τὸ βιβλίον τὸ ἐπίγραφον *Ποιμὴν* συντάξας. *Hic est Hermas, a quo compositus est liber qui* Pastor *inscribitur.*

et offendicula præter doctrinam quam didicistis faciunt, et declinate ab illis. Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri : et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnes divulgata est. Gaudeo igitur in vobis : sed volo vos sapientes quidem esse in bono, simplices autem in malo. Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen. Salutat vos Timotheus adjutor meus, et Lucius et Jason et Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius qui scripsi epistolam in Domino. Salutat vos Caius hospes meus et universæ Ecclesiæ. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, et Quartus frater. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

quoque divinæ virtutis esse, quod se his instructos armis victores futuros considerent. Nam ille est qui ea valida reddit; adeo ut, licet nos ea circumvestiamur, ipse tamen sit qui cum illis pugnat et operatur.

« Ad destructionem munitionum, consilia destruentes. [Vers. 5] et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. »

Et ne, audito munitionum nomine, sensibile quidpiam intelligas, subjungit, *consilia destruentes*. Nam propositione gradus se loqui ostendit; adjectione vero declarat spirituale bellum esse. Cæterum munitionem vocat Græcanicum **147** fastum, vimque sophismatum et syllogismorum.

« Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. »

Præclaram et illustrem victoriam exhibet. Non enim verbis pugnamus, inquit, sed effectis adversus verba.

Vers. 6. « Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. »

Vos enim præstolamur, inquit, ut quando sive laudibus, sive interminatione vos emendaverimus, abduxerimusque et averterimus ab illorum consortio, tunc illis relictis solis qui immedicabiliter ægrotant, pœnam inferamus, quando vos ex toto viderimus ab eis abscessisse. Nunc etenim obsequentes estis, sed non ex toto. Quamobrem non dixit, cum obedieritis, sed, *quando obedientia vestra plena erit*

Vers. 7. « Quæ secundum faciem sunt, videtis. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se. »

Non parvum hoc crimen est, sed admodum grave. Ejus enim sunt rei, qui se facile decipi sinunt. Ait autem: Ex his quæ apparent sententiam ferri, ex carnalibus. Quid vero hoc est, e carnalibus? Si quis ditescit; si quis fastum præfert; si quis adulatorum turba circumdatur.

« Quia sicut ipse Christi est, ita et nos Christi. [Vers. 8.] Nam, etsi aliquid amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus. »

Non vult statim a principio molestus esse, sed paulatim orationis gravitas augescit, ad summum usque.

« In ædificationem, et non in destructionem vestram. Non erubescam, [Vers. 9-12] ne existimer tanquam terrere vos per epistolas: quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt et fortes; præsentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis. Hoc existimet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales

τουν, λέγει, ὅτι τὸ διὰ τῶν ὅπλων τούτων τοῦ κρατεῖν θαῤῥεῖν, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεώς ἐστιν. Αὐτὸς γὰρ ποιεῖ αὐτὰ ἰσχυρὰ, ὥστε εἰ καὶ ἡμεῖς αὐτὰ περικείμεθα, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ὁ δι' αὐτῶν πολεμῶν καὶ ἐνεργῶν.

« Πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. »

Καὶ ἵνα μὴ ἀκούσας ὀχυρώματα, αἰσθητόν τι νομίσῃς, ἐπάγει τὸ, *λογισμοὺς καθαιροῦντες*. Διὰ μὲν γὰρ τῆς προτάσεως τὴν ἔμφασιν δείκνυσιν. Διὰ δὲ τῆς ἐπαγωγῆς, τὸ νοητὸν τοῦ πολέμου παραδηλοῖ. Ὀχύρωμα δὲ λέγει τὸν τῦφον τὸν Ἑλληνικὸν, καὶ τῶν σοφισμάτων καὶ τῶν συλλογισμάτων τὴν ἰσχύν.

« Καὶ αἰχμαλωτεύοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. »

Λαμπρὰν καὶ περιφανῆ τὴν νίκην ποιεῖ [a]. Οὐ γὰρ λόγοις πολεμοῦμεν, φησὶν, ἀλλ' ἔργοις πρὸς λόγους.

« Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ πρότερον ὑμῶν ἡ ὑπακοή. »

Ὑμᾶς μὲν γὰρ, φησὶν, ἀναμένομεν, ἵνα ὅταν διὰ τῆς παραινέσεως καὶ τῆς ἀπειλῆς διορθώσωμεν ὑμᾶς, καὶ ἐξενέγκωμεν, καὶ ἀποστήσωμεν τῆς ἐκείνων κοινωνίας, τότε ἐκείνων ἀπολειφθέντων μόνων τῶν τὰ ἀνίατα νοσούντων, ἐπαγάγωμεν τὴν τιμωρίαν, ὅταν ὁλοκλήρους ἴδωμεν ὑμᾶς ἀποστάντας τούτων. Ὑπακούετε μὲν γὰρ καὶ νῦν, οὐ τελείως δέ. Διὸ οὐκ εἶπεν, ὅταν ὑπακούσητε, ἀλλ' *ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή*.

« Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ. »

Οὐ μικρὸν τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα. Εὐεξαπατήτων γὰρ ἀνθρώπων ἡ κατηγορία. Λέγει δὲ, ὅτι ἀπὸ τῶν φαινομένων δοκιμάζεται, ἀπὸ τῶν σαρκικῶν. Τί δέ ἐστιν, ἀπὸ τῶν σαρκικῶν; Εἴ τις πλουτεῖ, εἴ τις φυσιοῦται, εἴ τις πολλοὺς περιβέβληται κόλακας.

« Ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ. Ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῖν. »

Οὐ βούλεται ἐκ προοιμίων σφόδρα γενέσθαι φορτικὸς, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὔξεται καὶ κορυφοῦται.

« Εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν. Οὐκ αἰσχυνθήσομαι, ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν· ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶν, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραὶ, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενούμενος. Τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν ἐν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Regio altero reperi τὸ, Αἰχμαλωτεύοντες, οἷον αἰχμάλωτα ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος λαμβάνοντες, ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν ἄγομεν τοῦ Χριστοῦ· *Captivantes, inquit: id est veluti captivos a nequissimi tyrannide recipientes, a servitute ad libertatem Christi reducimus.* Quæ quidem totidem verbis apud *Œcumenium leguntur*: non vero perinde apud Chrysostomum

Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων, ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν. »

Ὅρα πῶς πάλιν παραμυθεῖται τὸν φθόνον.

« Ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι μέχρι καὶ ὑμῶν. Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς. Ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ· οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι, ἀλλ' ἐν ἀλλοτρίοις τόποις. »

Καὶ γὰρ οἱ ψευδαπόστολοι τοῦτο ἔλεγον, ὅτι τὴν οἰκουμένην ἐπεστρέψαμεν, πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς ἀφικόμεθα· ἅμα δὲ ἔνδειξίς ἐστι τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτοῦ.

« Ἐλπίδα δὲ ἔχοντες αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν, εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι, εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι. Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστάνων, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος· ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν. »

Ἐλπίζω, φησὶν, ὑμῶν ἐπιγνόντων *, ὅτι καὶ περαιτέρω κανὼν ἡμῶν ἐκταθήσεται. Προβησόμεθα γὰρ καὶ περαιτέρω, ὥστε κηρύξαι καὶ καμεῖν, οὐχ ὥστε λόγοις κομπάζειν ὑπὲρ ὧν ἔκαμον ἕτεροι. Καλῶς δὲ καὶ κανόνα ἐκάλεσε, καὶ μέτρον, ὡς ἐπὶ κτῆσιν τῆς οἰκουμένης εἰσελθὼν καὶ κληρονομίαν ἀρίστην, καὶ δεικνὺς τοῦ Θεοῦ τὸ ἔργον ὅλον. Ἔχοντες οὖν τοιαῦτα ἔργα, φησὶ, καὶ μείζονα προσδοκῶντες, οὐ κομπάζομεν ὡς ἐκεῖνοι μηδὲν ἔχοντες, οὐδ' ἑαυτοῖς λογιζόμεθα, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν. Διὸ καὶ ἐπάγει, ὥστε *ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυ-* [illegible]

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

« Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ, ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου. »

Μέλλων εἰσβαίνειν εἰς τοὺς οἰκείους ἐπαίνους, πολλῇ ἀποκέχρηται τῇ προθεραπείᾳ.

« Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ. Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. »

Οὐκ εἶπεν, Ἀγαπῶ ὑμᾶς, ἀλλ' ὃ πολλῷ τούτου σφοδρότερον ἦν, τοῦτο τίθησι. Ζηλότυποι γάρ εἰσιν αἱ ψυχαὶ σφόδρα τῶν ἐρωμένων περικαιόμεναι. Καὶ οὐκ ἂν ἄλλως τεχθῇ ἡ ζηλοτυπία, εἰ μὴ ἀπὸ σφοδρᾶς φιλίας.

« Φοβοῦμαι δὲ μήπως ὡς ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. »

Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἀπώλεια ὑμετέρα, ἀλλ' ἡ ἀθυμία κοινή· τὸ δὲ, *μήποτε*, οὔτε καταδικάζοντός ἐστιν, οὔτε σιωπῶντος. Οὐδ' ἕτερον γὰρ ἀσφαλὲς, οὔτε τὸ

et præsentes in facto. Non enim audemus inserere nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in seipsis seipsos metientes et comparantes seipsos sibi ipsis, non intelligunt. »

Vide quomodo rursum mollit invidiam.

VERS. 13-15. « Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi; non in immensum gloriantes, sed in alienis locis. »

Mendaces siquidem apostoli hoc dicebant: universum orbem convertimus: ad extrema terræ perreximus. Quin hic quoque locus specimen humilitatis ipsius præbet.

« Spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam; (VERS. 16-18) etiam in illa quæ ultra vos sunt evangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata **148** sunt gloriari. Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat. »

Spero, inquit, fore ut vobis augescentibus, ulterius quoque regula nostra protendatur. Nam ultra progrediemur, ita ut prædicemus et laboremus, non ut de laboribus aliorum nos jactitemus. Recte vero regulam dixit, et mensuram, velut qui ad acquirendum orbem et hæreditatem optimam pergeret, ostenderetque totum esse opus Dei. Cum ergo ejusmodi opera habeamus, inquit, et majora exspectemus, nequaquam jactantiam consectamur, ut illi quibus nihil superest, nec totum nobis imputamus, sed Deo. Unde etiam addit, *ut qui gloriatur, in Domino glorietur.*

## CAP. XI.

VERS. 1. « Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed et supportate me. »

Quia ad laudes proprias venturus erat, multa præmunitione utitur.

VERS. 2. « Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. »

Non dixit, Amo vos, sed vocem eam posuit, cui longe major vis inest. Animi siquidem illi zelotypi sunt, qui adversus eos quos amant, ardentius afficiuntur. Quin nec zelotypia aliunde nascitur, quam ex vehementi amore.

VERS. 3. « Timeo autem ne, sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri. »

Nam, quamvis interitus vester sit, dolor tamen communis est. Illud vero, *ne forte*, non condemnantis verbum est, neque tacentis. Neutrum enim

VARIÆ LECTIONES.

* Chrysost. ἐπιδιδόντων.

tutum fuerit, autve palam efferre, aut dedita opera celare. Commemoratione autem historiæ magnum eis terrorem incutit.

« Et simplicitate et castitate, quæ est in Christo. »

Significat fidem opus habere sincero simplicique animo.

VERS. 4. « Nam si is qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus. »

Hoc in loco declarat Corinthios nequaquam esse deceptores, sed eos qui aliunde advenerant. Hoc autem ait, eo quod illi palam jactitarent, plura se prædicando tradere, quam apostolos, qui imperfecte docuissent. Quoniam igitur verisimile erat, illos plura venditare, extraria sapientia abutentes, ita loquitur: Siquidem aliud præterea dicerent, ac Christum alterum prædicarent, quem non oporteret prædicare, idque nos prætermitteremus, recte sustinuissetis. Nam idcirco adjecit, *quem non prædicavimus*. Sin autem eadem fidei capita, quid præstant magis? Quæcunque enim dixerint, nihil effutient amplius quam nos docuerimus.

« Aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis. »

Id est, qui vos locupletiores reddat secundum gratiam.

**149** « Aut aliud Evangelium, quod non recepistis, juste pateremur. [VERS. 5.] Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. »

Neque hoc rursum fastosa illorum facundia opus habebat. Nihil enim perfectius ab eis collatum fuit. Enimvero postquam dixit: *Aut alium Jesum prædicant*, subjunxit, *quem non prædicavimus*: tum dicto, *aut alium Spiritum*, adjecit, *quem non accepistis*. Dicto denique, *aut aliud Evangelium*, addidit, *quod non recepistis*, per hæc omnia declarans, animum attendendum non fuisse, si quid illi dixerunt amplius, quod dicere operæ pretium fuerit, et a nobis omissum sit: si autem non oportebat, hoc in causa fuit, ut minime dictum sit a nobis. Eccur igitur erga illos sic obstupescitis, qui talia effutiant?

VERS. 6. « Nam etsi imperitus sermone; sed non scientia. »

Quia magnopere illi Græcanicam sapientiam jactitabant, hoc ita edisserit, ut ostendat hujus se non pudere, sed magis honestari. Extraneam quippe sapientiam illam nihili pendet, ac si stultitia sit.

« Ubique autem manifestati sumus in omnibus ad vos. »

Falsos apostolos criminatur tanquam in astutia ambulantes.

VERS. 7-9. « Aut nunquid peccatum feci, me-

εἰπεῖν φανερῶς, οὔτε τὸ κρύψαι διηνεκῶς· καὶ τῇ μνήμῃ δὲ τῆς ἱστορίας, εἰς φόβον αὐτοὺς ἐμβάλλει πολύν.

« Ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἁγνότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν. »

Δείκνυσιν ὡς ἀπλάστου καὶ ἀφελοῦς ψυχῆς δεῖται ἡ πίστις.

« Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύττει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν. »

Δείκνυσιν ἐνταῦθα οὐχὶ Κορινθίους ὄντας τοὺς ἀπατῶντας, ἀλλ' ἔξωθεν προσφερομένους αὐτοῖς. Τοῦτο δέ φησιν, ἐπειδὴ ἐκόμπαζον ἐκεῖνοι ὡς ἀτελῶς τῶν ἀποστόλων διδασκόντων, ὡς αὐτοὶ πλεῖόν τι εἰσφέροντες ἐν οἷς ἔλεγον. Ἐπειδὴ οὖν πλείονα εἰρηκὼς [p] αὐτοὺς κομπάζειν τῇ ἔξωθεν σοφίᾳ ἀποχρησαμένους, τοῦτό φησιν, ὅτι εἰ μέν τι τελειότερον ἔλεγον οὗτοι, καὶ ἕτερον ἐκήρυττον Ἰησοῦν, ὃν οὐ κηρυχθῆναι ἔδει, ἡμεῖς δὲ παρελείψαμεν, καλῶς ἂν εἴχεσθε. Διὰ γὰρ τοῦτο προσέθηκεν, *ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν*. Εἰ δὲ τὰ αὐτὰ κεφάλαια τῆς πίστεως, τί τὸ πλέον; Ὅσα γὰρ ἂν εἴπωσιν, οὐδὲν πλέον ἐροῦσιν ὧν ἡμεῖς εἰρήκαμεν.

« Ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε. »

Τουτέστι, πλουσιωτέρους ὑμᾶς ποιῆσαι κατὰ τὴν χάριν.

« Ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἂν εἴχεσθε. Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. »

Οὐδὲ τοῦτο πάλιν τῆς κομψείας ἐκείνων ἐδεῖτο. Οὐδὲν οὖν, φησί, τελειότερον παρ' αὐτῶν εἰσενήνεκται. *Εἴτε γὰρ Ἰησοῦν κηρύσσωσιν, ἐκηρύξαμεν* [q]· *εἴτε ἕτερον Πνεῦμα*, εἰπών, προσέθηκεν, *ὃ οὐκ ἐλάβετε*· *Ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον* πάλιν, εἰπών, προσέθηκεν, *ὃ οὐκ ἐδέξασθε*, διὰ πάντων δηλῶν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς, εἰ πλεῖόν τι λέγουσι, προσέχειν δεῖ· ἀλλ' εἴ τι πλέον ἔλεγον ὃ λεχθῆναι ἔδει, καὶ παρ' ἡμῶν παρελείφθη. Εἰ δὲ οὐκ ἔδει, διὰ τοῦτο οὐδὲ παρ' ἡμῶν εἴρηται· τί τοίνυν τοιαῦτα λέγοντας πρὸς ἐκείνους κεχήνατε;

« Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. »

Ἐπειδὴ μεγάλα ἐκόμπαζον ἐκεῖνοι ἐπὶ σοφίᾳ Ἑλληνικῇ, τοῦτο οὕτω τίθησι, δεικνὺς ὅτι οὐκ αἰσχύνεται τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζεται. Οὐδενὸς γὰρ ἡγεῖται ἀξίαν λόγου τὴν ἔξω σοφίαν, ἀλλὰ καὶ μωρίαν.

« Ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς. »

Διαβάλλει τοὺς ψευδαποστόλους, ὡς ἐν πανουργίᾳ περιπατοῦντας.

« Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν, ἵνα

VARIÆ LECTIONES.

[p] Chrysost. εἰκός. [q] Emendo et lego ex Chrysost. Εἴτε γὰρ ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσουσιν, εἰπών, ἐπήγαγεν, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν.

ὑμεῖς ὑψωθῆτε, ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν; Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν. Καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑστερηθεὶς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός. Τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ, ἐλθόντες ἀπὸ Μακεδονίας, καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρήσω. »

Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐν στενοχωρίᾳ διῆγον καὶ πενίᾳ ἐσχάτῃ, παρ' ὑμῖν ὢν, καὶ κηρύττων ὑμῖν τὸν λόγον. Τοῦτο οὖν μοι ἔχετε ἐγκαλεῖν, καὶ τοῦτο ἥμαρτον, ὅτι εἱλόμην ἐμαυτὸν θλίψαι, ἵνα ὑμεῖς ὠφεληθῆτε. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *ὑψωθῆτε*.

« Ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοί. »

Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι διὰ τοῦτο εἶπον ἵνα λάβω. Ἔστι γὰρ, φησὶν, ἀλήθεια ἐν ἐμοί.

« Ὅτι ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμὲ ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας. Διὰ τί; ὅτι οὐκ ἀγαπῶ ὑμᾶς; Ὁ Θεὸς οἶδεν. Ὃ δὲ ποιῶ, καὶ ποιήσω. »

Καύχησιν δὲ τὸ πρᾶγμα καλεῖ.

« Ἵνα δὲ ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμήν· ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται, εὑρεθῶσι καθὼς καὶ ἡμεῖς. »

Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζον ἐκεῖνοι, λαβήν τινα εὑρεῖν κατ' αὐτοῦ ὡς φιλοχρημάτου, καὶ ταύτην ἀναιρεῖν ἐσπούδαζεν.

« Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ. Καὶ οὐ θαυμαστόν· αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. »

Διὰ τοῦτο, φησὶ, ψευδαποστόλους καλῶ, ὅτι τοιαῦτα ὑποκρίνονται πάντα, ἵνα ἀπατήσωσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἴσασιν, ὅτι ἑτέρως οὐκ ἂν γένοιντο εὐπαράδεκτοι, τὸ πρόσωπον λαμβάνουσι τῆς ἀληθείας, ἵνα τὸ δρᾶμα τῆς πλάνης ὑποκρίνωνται, καὶ χρήματα φάσκουσι μὴ λαμβάνειν, ἵνα πλείονα λάβωσιν.

« Οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται. »

*Ἄγγελον φωτὸς*, τὸν παῤῥησίαν ἔχοντα ἄγγελον λέγει. Εἰσὶ γὰρ ἄγγελοι σκότους οὗτοι, οἱ τοῦ διαβόλου.

« Ὡς διάκονοι δικαιοσύνης, ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. »

Ὅπερ ἡμεῖς ἐσμεν, φησὶν, οἱ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττοντες.

« Πάλιν λέγω (μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι). »

Καὶ γὰρ ἤδη προδιωρθώσατο.

« Εἰ δὲ μή γε, κἂν ὡς ἄφρονα δέξασθέ με. »

Τοῦτο γὰρ ἐκείνων ἦν ἔργον, τὸ αἰτίας μὴ οὔσης καυχᾶσθαι.

« Ἵνα κἀγὼ μικρόν τι καυχήσωμαι. Ὃ λαλῶ, οὐ κατὰ Κύριον λαλῶ, ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ. »

Πάλιν τῇ προσθήκῃ τοῦ *μικροῦ* ἐπικουφίζει τὸ βάρος.

« Ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. »

A ipsum humilians, ut vos exaltemini, quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis? Alias Ecclesias exspoliavi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Et cum essem apud vos, et egerem, nulli onerosus fui. Quod mihi deerat, suppleverunt fratres, qui venerunt de Macedonia. Et in omnibus sine onere me vobis servavi et servabo. »

Hoc quod dicit, hunc habet sensum : In angustia agebam, et in extrema penuria versabar apud vos, dum verbum vobis prædicarem. Hoc itaque est cujus me accusare possitis, hocque peccatum meum est, quod me affligere ipse voluerim, ut vobis adjumento essem. Nam id significatur isto verbo, *ut exaltemini*.

B VERS. 10. « Est veritas Christi in me. »

Ne existimetis, inquit, hæc a me dicta esse animo accipiendi. Nam in me veritas exsistit.

VERS. 11. « Quoniam hæc gloriatio non præcludetur in me in regionibus Achaiæ. [VERS. 11.] Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio, et faciam. »

Rem porro gloriationem vocat.

VERS. 12. « Ut autem amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inveniantur sicut et nos. »

Quia illi studium ponebant, ut illius reprehendendi causam invenirent, quasi avarus esset; hanc tollere ipse contendebat.

VERS. 13, 14. « Nam et ejusmodi pseudoapo-
C stoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum : ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. »

**150** Idcirco, ait, falsos apostolos dico, quia isthæc omnia simulant, ut decipiant. Nam cum sciant aliter non posse fieri ut accepti sint, personam veritatis induunt, ut fabulam ludant erroris, aiuntque se non accipere pecunias, ut ampliores emungant.

VERS. 15. « Non ergo magnum si ministri ejus transfigurantur. »

*Angelum lucis* dicit illum qui fidenter et libere loquatur. Nam sunt alioqui angeli isti tenebrarum, diaboli videlicet.

« Sicut ministri justitiæ, quorum finis erit se-
D cundum opera ipsorum. »

Quales nos sumus, inquit, qui prædicamus Evangelium.

VERS. 16. « Iterum dico (ne quis me putet insipientem esse). »

Jam enim ante præmonuerat.

« Alioqui velut insipientem accipite me. »

Hoc quippe opus illorum erat, ut gratis gloriarentur.

« Ut et ego modicum quid glorier. [VERS. 17.] Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia. »

Gravitatem levat iterum, addendo, *modicum*.

« In hac substantia gloriæ. »

Vide quomodo gloriatio non sit secundum Dominum. *Quando enim*, inquit Dominus, *omnia feceritis, dicite, Quia servi inutiles sumus* [10].

Vers. 18-20. « Quando multi gloriantur secundum carnem, et ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit. »

Scilicet ab iis quæ exteriora sunt, puta a nobilitate, a divitiis, a sapientia, a circumcisione, ex a parentibus Judæis.

Vers. 21. « Secundum ignobilitatem dico. »

Non quod vapulatis: sed quia nihil minus perpessi estis, quam ii qui in faciem cæduntur.

« Quasi nos infirmi fuerimus. [Vers. 22-24.] In quo quis audet (in insipientia dico), audeo et ego. Hebræi sunt? et ego. Israelitæ sunt? et ego. Semen Abrahæ sunt? et ego. Ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico plus)? et ego. In laboribus amplius, in plagis supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter. A Judæis quinquies quadragenas. »

Nunquid vero non poteramus, inquit, eadem vobis præstare? Atqui non præstitimus. Cur ergo istos sustinetis, quasi penes nos non fuerit talia facere? In crimen igitur incurristis, insipientes tolerando. Quod vero suffertis etiam illos, qui vestra rapiunt, qui contemnunt, qui cædunt, hoc nulla defensione indiget.

« Una minus accepi. »

Quare, *una minus*? Lex erat antiqua dehonestatum 151 fore apud Hebræos, qui plusquam quadraginta ictus acciperet. Ne igitur percutientis vis et impetus, supra numerum plagas inferendo, contemptibilem redderet eum qui vapularet, statutum est ictum unum omitti; ut, quamvis plagas multiplicaret percussor, quadraginta non excederet, sed intra constitutum numerum sistendo, non prorsus dedecoraret illum qui cæderetur.

Vers. 25. « Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum. »

Quid vero istuc ad Evangelium? quia longa itinera et transmarina suscepit.

« Ter naufragium feci. »

Mystico sensu humanitatem significat ter naufragium fecisse. Quid enim ait, *Ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui*? Ter naufragium fecit humana natura. Semel in paradiso per prævaricationem. Secundo rursum, quando sub Noe diluvium invectum fuit. Tertio, dum populus, post susceptam legem, in cultum idolorum prola-

Ὅρα πῶς τὸ καυχᾶσθαι οὐ κατὰ Κύριον. Ὅταν γὰρ *πάντα ποιήσητε*, φησὶ, *λέγετε, ὅτι Δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν*.

« Ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι. Ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων, φρόνιμοι ὄντες. Ἀνέχεσθε γὰρ εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις εἰς πρόσωπον ὑμᾶς δέρει. »

Τουτέστιν, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ἀπὸ εὐγενείας, ἀπὸ πλούτου, ἀπὸ σοφίας, ἀπὸ τοῦ περιτομὴν ἔχειν, καὶ προγόνους Ἰουδαίους.

« Κατὰ ἀτιμίαν λέγω. »

Οὐχ ὅτι τύπτεσθε, ἀλλ' ὅτι εἰς ὄψιν τῶν τυπτομένων οὐκ ἐλάττονα πάσχετε.

« Ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν· ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, ἐν ἀφροσύνῃ λέγω, τολμῶ κἀγώ. Ἑβραῖοί εἰσι; κἀγώ. Ἰσραηλῖταί εἰσι; κἀγώ. Σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι; κἀγώ. Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ. Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις. Ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα. »

Μὴ γὰρ οὐκ ἐδυνάμεθα, φησὶ, καὶ ἡμεῖς τοιαῦτα ποιεῖν ὑμῖν; Ἀλλ' οὐ ποιοῦμεν. Τίνος οὖν ἕνεκεν αὐτῶν ἀνέχεσθε, ὡς ἡμῶν μὴ δυναμένων τοιαῦτα ποιεῖν; Ἔγκλημα μὲν γὰρ ὑμῖν, καὶ τὸ μωραινόντων ἀνέχεσθαι. Τὸ δὲ καὶ ἁρπαζόντων, καὶ καταφρονούντων, καὶ τυπτόντων, οὐδὲ ἀπολογίαν ἔχει.

« Παρὰ μίαν ἔλαβον. »

Διὰ τί *παρὰ μίαν*; Νόμος ἦν παλαιὸς τὸν πλέον τῶν τεσσαράκοντα λαβόντα ἄτιμον εἶναι παρ' αὐτοῖς. Ἵνα οὖν μὴ ἡ τοῦ τύπτοντος ῥύμη καὶ ὁρμὴ πλέον ἐπενεγκοῦσα τοῦ ἀριθμοῦ, ἄτιμον ποιήσῃ τὸν μαστιγούμενον, ὥρισαν παρὰ μίαν τύπτεσθαι, ἵνα κἂν πλεονάσῃ ὁ τύπτων, μὴ ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἐκπέσῃ, ἀλλὰ εἴσω τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ σεσοφισμένου μείνας, μὴ ἀτιμάσῃ τὸν τυπτόμενον.

« Τρὶς ἐῤῥαβδίσθην· ἅπαξ ἐλιθάσθην. »

Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον; ὅτι μακρὰς ὁδοὺς ἐστέλλετο, καὶ διαποντίους ἀποδημίας.

« Τρὶς ἐναυάγησα. »

Μυστικῶς [a] αἰνιττόμενος λέγει τὴν ἀνθρωπότητα τρίτον ναυαγῆσαι· τί γάρ φησι, *Τρὶς ἐναυάγησα, νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα*; Τρίτον γὰρ ἐναυάγησεν ἡ ἀνθρωπότης, ἅπαξ ἐν παραδείσῳ διὰ τῆς παραβάσεως· δεύτερον πάλιν ἐν τῷ κατακλυσμῷ Νῶε. Τρίτον, μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νόμον, πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν ἐξέπεσεν ὁ λαὸς, ἕως οὗ ἐλθὼν

[10] Luc. xvii, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Μυστικῶς*. Mysticas interpretationes istas non accepit Damascenus ex Chrysostomo, qui propriam et simpliciorem alteram dedit. Quem vero auctorem Noster secutus sit, deprehendere hactenus non potui. Cæterum Œcumenius, allato primum simplici verborum Apostoli sensu, figuratas istas expositiones strictim subjunxit, ex aliquo interprete cujus nomen omisit: ἑρμηνεύων φησί. Quidni vero is Damascenus noster fuerit, cujus ille, si quæ singularia proferat quæ Chrysostomus non habeat, interpretamenta perinde retulit?

ὁ τῶν ψυχῶν ἡμῶν κυβερνήτης Χριστὸς, στήσας τὸ ἱστίον τοῦ σταυροῦ ἐμμέσῳ τῇ γῇ, ἀχείμαστον ἡμῖν τὴν εἰς *Οὐρανόπολιν* πλοῦν ᾠκονόμησε.

« Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. »

Νύκτα λέγει, τὴν πρὸ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐν τῇ σκοτεινῇ πλάνῃ διατριβήν. Ἡμέραν δὲ λέγει τὴν μετὰ Χριστοῦ παρουσίαν ἐν τῷ φωτεινῷ βαπτίσματι διαγωγήν.

« Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. Ὁδοιπορίαις πολλάκις. »

Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι ἐν μέσῳ πελάγει πλέων· οἱ δὲ, ὅτι νηχόμενος ἐν μέσῳ πελάγει, ἔνθα οὐ γῆν, οὐκ ὄρος ἦν ἰδεῖν, ὅπερ καὶ ἀληθέστερον. Ἐπεὶ ἐκεῖνό γε οὐδὲ θαύματος ἄξιον, οὐδ' ἂν μετὰ τὰ ναυάγια αὐτὸ τέθεικεν ὡς τῶν ναυαγίων μεῖζον ὄν.

« Κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν, κινδύνοις ἐκ γένους, κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν, κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ, κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ, κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις. »

Ἠναγκάζετο γὰρ διαπορθμεύειν ποταμούς.

« Ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψει, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι· χωρὶς τῶν παρεκτὸς, ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθημέραν, ἡ μέριμνα πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰς ἀσθενείας μου καυχήσομαι. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι. Ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως (7), ἐφρούρει τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, πιάσαι με θέλων, καὶ διὰ θυρίδος ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους, καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτοῦ. »

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

« Καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι· ἐλεύσομαι δὲ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου. »

Τοῦτό φησιν, οὐχ ὡς οὐδὲν εἰρηκὼς, ἀλλ' ἐπειδὴ μέλλει μεταβαίνειν εἰς ἕτερον καυχήσεως εἶδος, ὃ λαμπρότερον αὐτὸν δείκνυσι καὶ ἐπισημότερον. Ταῦτα δέ φησιν ἐν ἑαυτῷ, ἐκείνους παιδεύων ταπεινοφρονεῖν. Εἰ γὰρ ὁ τοσαῦτα ἔχων, τοιοῦτος, τί οὐκ ὤφειλον ἐκεῖνοι ποιεῖν;

« Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων· εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν· ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον· εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν· ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι· ὑπὲρ δὲ ἐμαυτοῦ οὐ καυχήσομαι, εἰ μὴ ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου. Ἐὰν γὰρ θελήσω καυχήσασθαι, οὐκ ἔσομαι ἄφρων. Ἀλήθειαν γὰρ ἐρῶ. Φείδομαι δὲ, μή τις

pus est; donec Christus animarum nostrarum gubernator, erecta crucis antenna in medio terræ, ita navigationem temperavit, ut sine procella *Uranopolim*, seu ad cœlestem civitatem appelleremus.

« Nocte et die in profundo maris fui. »

Noctem vocat illam moram quam in tenebroso errore ante adventum Christi egimus. Diem autem appellat vitæ rationem alteram, quam, ex quo Christus venit, in lucido baptismate iniimus.

« Nocte et die in profundo maris fui. [Vers. 26]. In itineribus sæpe. »

Alii quidem aiunt eum in maris medio navigasse: alii vero innatasse in medio pelagi, unde nec terram, nec montem cernere poterat: quod plane verius est. Nam alterum quidem nec admiratione dignum foret, nec post naufragia hoc ipse posuisset, ceu quidpiam naufragiis majus.

« Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. »

Nam cogebatur etiam flumina trajicere.

Vers. 27-33. « In labore et ærumna, in vigiliis sæpe, in fame et siti, in jejuniis frequenter, in frigore et nuditate; præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? Si gloriari oportet, de infirmitatibus meis gloriabor. Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quia non mentior. Damasci præpositus gentis Aretæ regis custodiebat civitatem Damascenorum ut me comprehenderet, et per fenestram in sporta demissus sum per murum, et sic evasi manus ejus. »

## 152 CAP. XII.

Vers. 1. « Gloriari sane non expedit mihi: veniam autem ad visiones et revelationes Domini. »

Hoc ait, non quasi nihil dixisset, sed quia ad aliud gloriæ momentum transiturus erat, quod quidem eum splendidiorem reddit et insigniorem. Hæc autem de seipso narrat, erudiens illos humiliter sentire. Nam si talis erat qui tanta hæc haberet, quid non illi facere debuissent?

Vers. 2-7. « Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit), raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit), quoniam raptus est in paradisum; et audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem ipso non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam si voluero gloriari, non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra

NOTÆ.

(7) In marg. Πενθερὸς Ἡρώδου ὁ Ἀρέτας οὗτος. *Socer Herodis erat Aretas iste.*

id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et A ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carni. »

Cum multæ sibi revelationes fierent, hanc unam ponit. Quod autem complures essent, ipse declaravit dicendo, *ne magnitudine revelationum extollar*. Idcirco vero quatuordecim annorum tempus scripsit, ut ostenderet, quod qui tanto se tempore continuerat, hanc nunquam recitasset, nisi se necessitate compulsum sensisset.

« Angelus Satanæ, qui me colaphizet, ne superextollar. »

*Satan* Hebræo sermone adversarius dicitur. Nam Scriptura de Salomone narrans ait : *Non erat Satan in diebus ejus;* id est qui bellum inferret, B aut ex adverso staret. Quod ergo dicit, hunc habet sensum : Non permisit Deus ut Evangelii prædicatio nullo labore progrederetur, uti fastum nostrum comprimeret : sed adversariis nos invadendi potestatem fecit. *Angelum* itaque *Satanæ* appellat Alexandrum ærarium, Hymenæum et Philetum, qui resurrectionem factam esse assererent; uno verbo omnes prorsus qui prædicationis sermoni contradicerent, quique contra se lites et pugnas excitarent, et in carceres conjicerent. Quemadmodum ergo Judæos diaboli filios nuncupat, qui opera illius æmularentur, ita Satanæ angelos illos vocat, quicunque adversarentur Evangelio. Quocirca, *Datus est mihi stimulus*, inquit, *ut me colaphizet*, non quasi Deus ejusmodi homi- C nes armaret (absit enim istud), vel in ipsum animadvertendo plecteret : sed quia ita fieri permittebat, ultionem rejiciendo in diem judicii.

Vers. 8. « Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me. »

Atqui magnæ hoc demissionis animi argumentum est, quod nec celaverat.

**153** Vers. 9. « Et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea. »

Nimirum, quod mortuos suscitas, cæcos curas, et alia quæcunque prodigia facis.

« Nam virtus mea in infirmitate perficitur. »

Cum abigerentur exagitarenturque, cunctos vincebant.

« Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus D meis, ut inhabitet in me virtus Christi. »

Ne conciderent animo, cum apostoli mendaces ob res contrarias gloriarentur, ipsi vero in persecutionibus agerent; ostendit ipsos per eas clariores evasuros.

Vers. 10. « Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. »

A εἰς ἐμὲ λογίσηται ὑπὲρ ὃ βλέπει με, ἢ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί. »

Πολλῶν οὐσῶν ἀποκαλύψεων, μίαν ταύτην τίθησιν· ὅτι δὲ ἦσαν πολλαί, αὐτὸς ἐπεξιὼν εἶπεν, *ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι*. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν χρόνον τίθησι τῶν δεκατεσσάρων ἐτῶν, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἂν ὁ τοσοῦτον καρτερήσας χρόνον, νῦν ἂν ἐξεῖπεν, εἰ μὴ πολλὴν ᾔδει τὴν ἀνάγκην.

« Ἄγγελος Σατὰν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. »

*Σατὰν* ὁ ἀντικείμενος λέγεται τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ. Τοῦτο γὰρ ἐπὶ Σολομῶντος διηγουμένη φησὶν ἡ Γραφή· *Οὐκ ἦν Σατὰν* [a] *ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ*· B τουτέστι πολεμῶν, ἀντικείμενος. Ὃ τοίνυν λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐκ εἴασεν ὁ Θεὸς ἀπονητὶ προχωρῆσαι τὸ κήρυγμα, καταστέλλων ἡμῶν τὸ φρόνημα· ἀλλὰ συνεχώρησε τοῖς ἀντικειμένοις ἐπιτίθεσθαι ἡμῖν. *Ἄγγελον* τοίνυν *Σατανᾶ* λέγει, Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα, Ὑμέναιον καὶ Φιλητὸν, τοὺς τὴν ἀνάστασιν λέγοντας ἤδη γεγονέναι, καὶ πάντας τοὺς ἀντικειμένους τῷ λόγῳ τοῦ κηρύγματος, καὶ φιλονεικοῦντας αὐτῷ, καὶ πολεμοῦντας, καὶ ἐμβάλλοντας εἰς δεσμωτήρια. Ὥσπερ οὖν υἱοὺς διαβόλου καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, τὰ ἐκείνου ζηλοῦντας, οὕτω καὶ ἀγγέλους Σατανᾶ πάντα τὸν ἀντιπίπτοντα τῷ κηρύγματι. Τοῦτο οὖν, *ἐδόθη μοι σκόλοψ*, φησὶν, *ἵνα με κολαφίζῃ*· οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ τοὺς τοιούτους ὁπλί- C ζοντος· μὴ γένοιτο· οὐδὲ κολάζοντος, οὐδὲ τιμωρουμένου τέως, ἀλλὰ συγχωροῦντος, καὶ ἀφιέντος ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

« Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ. »

Καὶ τοῦτο πολλῆς ταπεινοφροσύνης, τὸ μὴ κρύψαι.

« Καὶ εἴρηκέ μοι· Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. »

Τουτέστιν, ὅτι Νεκροὺς ἐγείρεις, καὶ τυφλοὺς θεραπεύεις, καὶ τὰ ἄλλα τῶν σημείων ποιεῖς.

« Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. »

Ἐλαυνόμενοι γὰρ, καὶ διωκόμενοι, πάντων περιεγένοντο.

D « Ἥδιστα οὖν μᾶλλον καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. »

Ἵνα μὴ καταπέσωσι, τῶν ψευδαποστόλων ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις καυχωμένων, καὶ ὄντων τούτων ἐν διωγμοῖς, δείκνυσιν ὅτι διὰ τούτων λαμπρότεροι γίνονται.

« Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν στενοχωρίαις ὑπὲρ Χριστοῦ. »

## VARIÆ LECTIONES.

[a] *Οὐκ ἦν Σατάν*. Lib. III, Reg. cap. v, in Hebræo vox שטן *Satan* legitur : unde Hieronymus in Vulgata posuit, *non est Satan*, in Græca vero LXX interpretum translatione, secundum codices omnes, saltem hodiernos, habetur οὐκ ἔστιν ἐπίβουλος, nec usquam Hebræa vox inconversa apparet. Unde Chrysostomus verba hæc quæ Noster recitat acceperit, non liquet.

Ἵνα μή τις νομίσῃ σωματικὴν ἀσθένειαν λέγειν A αὐτὸν, καὶ κατ' εἶδος τὴν ἀσθένειαν διηγήσατο, λέγων· *Ἐν ὕβρεσιν, ἐν διωγμοῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις*. Εἶδες ὅπως αὐτὸν νῦν ἀπεκάλυψεν, ὃν εἶπεν ἄνω Σατανᾶν, καὶ οὐχὶ ἄλγος, ὥς φασιν οἱ ληροῦντες, περὶ τὴν κεφαλὴν εἶχεν.

« Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. »

Ἔνθα θλῖψις, ἐκεῖ καὶ παράκλησις. Καὶ ἔνθα παράκλησις, ἐκεῖ καὶ χάρις. Ὅτε γοῦν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἔπεσε, τότε θαυμαστὰ ἐποίησεν ἐκεῖνα. Ὅτε ἐναυάγησεν, καὶ εἰς τὴν βάρβαρον ἐξηνέχθη χώραν, τότε μάλιστα ἐδοξάσθη. Ὅτε εἰς τὸ δεσμωτήριον εἰσῆλθε, τότε καὶ τοῦ δικαστοῦ περιεγένετο.

« Γέγονα ἄφρων καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠναγκά- B σατε. Ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι. Οὐδὲν γὰρ ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων, εἰ καὶ οὐδέν εἰμι· τὰ μέντοι σημεῖα τοῦ Ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν, ἐν πάσῃ ὑπομονῇ, σημείοις τε, καὶ τέρασι, καὶ δυνάμεσι. Τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας, εἰ μὴ ὅτι αὐτὸς ἐγὼ οὐ κατενάρκησα ὑμῶν; »

*Καυχώμενος*. Ἀπαρτίσας δὲ τὸν περὶ τῶν οἰκείων ἐγκωμίων λόγον, οὐκ ἔστη μέχρι τούτου ἀλλὰ ἀπολογεῖται πάλιν, καὶ συγγνώμην ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αἰτεῖ. *Ὑμεῖς* γὰρ, φησὶν, *ἠναγκάσατε*. Εἰ μὲν γὰρ καυχώμενος [1], καὶ ἐκεῖνοι μὴ μετὰ τῆς ὑμετέρας τοῦτο ἐποίουν ἐκεῖνοι πλάνης, οὐκ ἂν οὕτως προήχθην εἰς τούτους ἐμαυτὸν ἀγαγεῖν λόγους. Ἐπειδὴ C δὲ ὁλόκληρον Ἐκκλησίαν διέφθειρον, εἰς τὸ συμφέρον ὑμῖν ὁρῶν, ἠναγκάσθην ἄφρων γενέσθαι.

« Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην. Ἰδοὺ τρίτον τοῦτο ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ καταναρκήσω ὑμῶν. Οὐ γὰρ ζητῶ τὰ ὑμῶν, ἀλλὰ ὑμᾶς· οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ' οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις. Ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἧττον ἀγαπῶμαι. »

Ἐγκώμιον ἐκείνων τίθησιν, εἴ γε ἀδικίαν οἰκείαν εἶναι νομίζουσι, τὸ μὴ καταδέξασθαι τὸν Ἀπόστολον λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν, μηδὲ ἀνασχεθῆναι τραφῆναι ἐκεῖθεν.

« Εἰς τοῦτο δὲ [a] ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς, ἀλλὰ D ὑπάρχων πανοῦργος δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον. Μή τινα ὧν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς; Παρεκάλεσα Τίτον, καὶ συναπέσταλκα τὸν ἀδελφόν. Μή τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; Οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι; Πάλιν δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; Κατέναντι τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. Τὰ δὲ πάντα, ἀγαπητοὶ, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς. Φοβοῦμαι γὰρ

Ne quis arbitraretur eum loqui de corporali infirmitate, singulatim infirmitatis genera enarravit, dicendo : *In contumeliis*, *in persecutionibus*, *in necessitatibus*, *in angustiis*. Vides quomodo nunc eum retegit, quem antea Satanam vocabat, ac non dolorem fuisse capitis quo vexaretur, uti quidam nugando narrant.

« Cum enim infirmor, tunc potens sum. »

Nam ubi obvenit afflictio, adest et consolatio. et ubi consolatio, illic et gratia. Quando igitur in carcerem conjectus est, tunc admirabilia illa gessit. Quando naufragium fecit, et in barbaricam regionem deportatus est, tunc maximopere inclaruit. Quando carcerem intravit, tunc et judicem superavit [17].

Vers. 11-13. « Factus sum insipiens gloriando, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum apostoli : tametsi nihil sum. Signa tamen apostoli facta sunt in vobis, in omni patientia, signisque, et prodigiis et virtutibus. Quid enim est, quod minus habuistis, præ cæteris Ecclesiis, nisi quod ipse non gravavi vos? »

*Gloriando*, inquit. Absoluto autem de suis laudibus sermone, non hactenus stetit, sed rursum satisfactionem offert, et veniam dictorum rogat. *Vos enim*, ait, *me coegistis*. Nisi enim illi quoque ostentatione sua in errorem vos adduxissent, nunquam admisissem, ut de me sermonem inferrem. Verum quia integram Ecclesiam labefactarunt, coactus sum fieri insipiens, ut utilitati vestræ consulerem.

« Donate mihi hanc injuriam. [Vers. 14, 15.] Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non ero gravis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam, et superimpendar ipse pro animabus vestris, licet abundantius vos diligens, minus diligar. »

In ipsorum laudem cedere censet, siquidem injuriam existiment suam, quod Apostolus nihil ab ipsis accipere voluerit, nec sustinuerit ab eis ali.

Vers. 16-20. « In hoc autem ego non gravavi vos : sed **154** cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumveni vos? Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem. Nunquid vos Titus circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? Nonne iisdem vestigiis? Rursum putatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur. Omnia autem, charissimi, propter ædificationem vestram.

[17] Act. XXVIII, 1 sqq.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Chrysost. ἐκαυχῶντο, alias legere, καυχώμενοι. [a] Codd. et libri omnes, ἔστω δέ.

Timeo enim ne forte, cum venero, non quales volo, inveniam vos : et ego inveniar a vobis qualem non vultis. »

Dixerit forsan aliquis, idcirco me nihil accepisse, quia non postulavi : cæterum versutus cum essem, adornatos a me quosdam, quos miserim ego, suo saltem nomine petituros a vobis, ut eorum manibus accipiendo, ab opinione receptæ pecuniæ immunem me ostentarem. At ne hoc etiam objicere quispiam possit; vosque ipsi hujus testes estis. *Eodem* porro *spiritu*, ait, sive eadem animi inductione, sive eadem gratiæ ministratione; quia consimilem agendi rationem Spiritus donavit nobis.

« Ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos : [Vers. 21] ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos. »

Id quod primo loco ponere debebat, hoc postremo collocat, inflationem nimirum. Etenim adversus ipsum arrogantes erant. Ne ergo videatur in primis commodo suo studere, de communi statim loquitur. Enimvero isthæc omnia ex invidentia nascebantur, puta calumniæ, criminationes, dissidia.

« Et lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditia, et fornicatione, et impudicitia, quam gesserunt. »

Non dixit omnes, sed *multos* : quin nec illos declarat, ut facilem ipsis præberet reditum ad pœnitentiam.

## CAP. XIII.

Vers. 1. « Ecce tertio hoc venio ad vos. »

Ostendit se multum esse ac vehementiorem in denuntiationibus, segniorem vero et cunctatorem in castigando.

« In ore duorum et trium testium stabit omne verbum. [Vers. 2.] Prædixi, et prædico ut præsens, secunda hac vice, et nunc absens scribo iis qui ante peccaverunt, et cæteris omnibus. »

Testium loco adventus suos ponit, suasque denuntiationes. Semel, inquit, atque iterum dixi, cum essem venturus, idemque nunc litteris denuntio. Ac siquidem mihi auscultabitis, id quod optabam, contigerit : sin vero inobsequentes fueritis, deinceps necesse erit ut præstem quæ dixi, et pœnas infligam.

« Quoniam, si venero iterum, non parcam. »

Ne dilatio socordiam creet, vide quomodo hoc quoque ante occupat dicens : *Si venero, non parcam.*

155 Vers. 3. « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur, Christi, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? »

Hæc ait, perstringens illos qui ipsum mordebant, deridebantque, ac dicerent, *Præsentia infirma*

μήπως ἐλθὼν, οὐχ οἵους θέλω εὕρω ὑμᾶς, κἀγὼ εὑρεθῶ ὑμῖν οἷον οὐ θέλετε. »

Ἆρα ἔχει τις εἰπεῖν, ὡς Ἐγὼ μὲν οὐκ ᾔτησά τι, οὐδὲ ἔλαβον· πανοῦργος δὲ ὢν, παρεσκεύασα τοὺς ὑπ' ἐμοῦ ἀποσταλέντας εἰς οἰκεῖον πρόσωπον αἰτῆσαί τι παρ' ὑμῶν. Καὶ δι' ἐκείνων αὐτὸς ἐγὼ ἐδεξάμην, τοῦ δοκεῖν εἰληφέναι ἔξω ἐμαυτὸν τιθείς. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, καὶ μάρτυρες ὑμεῖς. *Τῷ αὐτῷ πνεύματι*, ἢ τῇ αὐτῇ προαιρέσει λέγει, ἢ τῇ αὐτῇ διακονίᾳ τῆς χάριτος, ὅτι ὁμοίαν ἡμῖν τὸ Πνεῦμα πολιτείαν ἐχαρίσατο.

« Μήπως ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι· μὴ πάλιν παρελθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς. »

Ὃ πρῶτον ἔμελλεν θεῖναι, τὸ κατὰ τὴν φυσίωσιν, τοῦτο ὕστερον τίθησι. Κατ' αὐτοῦ γὰρ ἀπενοοῦντο· ἵνα οὖν μὴ δόξῃ προηγουμένως τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν, τὰ κοινὰ λέγει πρῶτον. Ταῦτα γὰρ πάντα ἀπὸ βασκανίας ἐτίκτοντο, αἱ διαβολαὶ, αἱ κατηγορίαι, αἱ διαστάσεις

« Καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ πορνείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ ᾗ ἔπραξαν. »

Οὐκ εἶπε πάντας, ἀλλὰ *πολλούς*· καὶ οὐδὲ τούτους ποιεῖ φανερούς, διδοὺς ῥᾳδίαν αὐτοῖς τὴν πρὸς τὴν μετάνοιαν ἐπάνοδον.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

« Ἰδοὺ τοῦτο τρίτον ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. »

Δείκνυσι πολὺν μὲν ἐν ταῖς παραγγελίαις ἑαυτὸν ὄντα καὶ σφοδρότερον, ὀκνηρὸν δὲ καὶ μελλητὴν ἐν ταῖς τιμωρίαις.

« Ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν, σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Προείρηκα, καὶ προλέγω ὡς παρὼν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράφω τοῖς προημαρτηκόσι, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν. »

Ἀντὶ μαρτύρων τὰς παρουσίας αὐτοῦ τίθησι, καὶ τὰς παραγγελίας. Ἅπαξ, φησὶν, εἶπον, καὶ δεύτερον, ὅτε παρεγενόμην, λέγω καὶ νῦν διὰ γραμμάτων. Κἂν μὲν ἀκούσητε, ὅπερ ἐπεθύμουν γέγονεν· ἂν δὲ παρακούσητε, ἀνάγκη λοιπὸν στῆσαι τὰ εἰρημένα, καὶ ἐπαγαγεῖν τὴν τιμωρίαν.

« Ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι. »

Ἵνα μὴ ἡ μέλλησις ῥᾳθυμίαν ἐργάσηται, ὅρα πῶς καὶ τοῦτο διορθοῦται λέγων· *Ἐὰν ἔλθω, οὐ φείσομαι.*

« Ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε, τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν. »

Τοῦτο πρὸς τοὺς κωμῳδοῦντας αὐτὸν, καὶ χλευάζοντας, καὶ λέγοντας, *Ἡ παρουσία ἀσθενής*, καὶ

ὁ λόγος ἐξουθενούμενος. Καθαπτόμενος λέγει· Ἐπειδὴ βούλεσθε δοκιμάζειν, εἰ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς οἰκεῖ· καὶ διὰ τοῦτό με κωμῳδεῖτε, ὡς εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόνητον, ἅτε ἔρημον ὄντα τῆς δυνάμεως ἐκείνης· εἴσεσθε, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ἔρημοι, εἰ παράσχοιτε πρόφασιν· ὃ μὴ γένοιτο· οὐκ εἶπε δὲ, *τοῦ ἐνοικοῦντος*, ἀλλὰ, τοῦ λαλοῦντος, πνευματικὰ ὄντα δεικνὺς τὰ ῥήματα.

« Καὶ γὰρ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. »

Τρία σημαίνει τὸ τῆς ἀσθενείας ὄνομα. Καὶ γὰρ ἀσθένεια λέγεται ἡ τοῦ σώματος ἀῤῥωστία, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὲρ Λαζάρου· *Κύριε, ἴδε ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ.* Καὶ πάλιν ἀσθενεῖ τῷ μὴ πεπηγέναι ἐν τῇ πίστει καλῶς, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Παύλῳ· *Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις λογισμῶν.* Καὶ πάλιν κατὰ τρίτον τρόπον ἀσθένειαι οἱ διωγμοὶ καὶ ἐπιβουλαί. Καὶ τοῦτο πάλιν ἔστιν ἐκ τοῦ Παύλου ἰδεῖν λέγοντος· *Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα, καὶ εἶπέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.* Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν τρίτον τρόπον τὸ τῆς ἀσθενείας ἐκδέχεται ὄνομα. Λέγει οὖν, ὅτι Εἰ καὶ ἐσταυρώθη κίνδυνον ὑπομείνας καὶ ἐπιβουλὴν, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν παρεβλάβη, ἀλλὰ δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς, εἰ καὶ διὰ τὴν οἰκονομίαν πέπονθεν ἑκών.

« Καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ ζήσομεν σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ εἰς ὑμᾶς. Ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει· ἑαυτοὺς δοκιμάζετε. Ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἐν ὑμῖν ἐστιν; εἰ μή τι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε. Ἐλπίζω δὲ ὅτι γνώσεσθε, ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι. »

Τουτέστι, Διωκόμεθα, ἐλαυνόμεθα, καὶ τὰ ἔσχατα πάσχομεν.

Τουτέστι, διὰ τὸ κήρυγμα καὶ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν.

« Εὐχόμεθα δὲ πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ ποιῆσαι ὑμᾶς κακὸν μηδέν· οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε. »

Παρακαλῶ τὸν Θεὸν, φησὶ, μηδὲν εὑρεῖν ἀδιόρθωτον· μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἁμαρτεῖν. Εἰ γὰρ μείνητε ἀμετανόητα ἁμαρτάνοντες, ἀνάγκη ὑμᾶς κολάζειν, καὶ δοῦναι δοκιμὴν τῆς δυνάμεως· ὃ καὶ ἐποίησαν ἐπὶ Σαπφείρας, καὶ τοῦ μάγου Ἐλύμα. Ἀλλ' οὐκ εὐχόμεθα τοῦτο, φησὶν, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἵνα μήτε ὑμεῖς ἁμάρτητε, μήτε ἡμεῖς ὡς ἀδόκιμοι φανῶμεν. Τουτέστιν, Ἵνα μὴ οὕτω τὴν δοκιμὴν ἐπιδειξώμεθα τῆς δυνάμεως τῆς ἐν ἡμῖν, διὰ τὸ κολάζειν ὑμᾶς καὶ τιμωρεῖσθαι ἁμαρτάνοντας, καὶ ἀνίατα νοσοῦντας. Ἀλλὰ τί; Ἵνα ὑμεῖς τὸ καλὸν ποιῆτε. Τοῦτο γὰρ εὐχόμεθα, στεφανωθέντας ὁρᾷν.

*est, et sermo contemptibilis* [18]. Quandoquidem, inquit, periculum vultis facere, nunquid in me Christus habitet, atque ideirco me taxatis tanquam vilem et contemptu dignum, ceu qui virtute illa destitutus sim : verumtamen cognoscetis non nos prorsus esse destitutos, si quando occasionem præbeatis : quod utinam non eveniat. Atqui non ait, qui habitat, sed, *qui loquitur;* ostenditque spirituales sermones esse.

VERS. 4. « Etenim crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. »

Infirmitatis nomine tria significantur. Nam infirmitas de valetudine corporis dicitur, secundum illud dictum de Lazaro : *Domine, ecce quem amas, infirmatur* [19]. Itemque ubi quis in fide bene solidatus non est, quo sensu dicebat Paulus : *Infirmum autem in fide suscipite, non in disceptationibus cogitationum* [20]. Tertio denique modo infirmitates nominantur insectationes et insidiæ. Quod etiam apud Paulum observare licet, ubi ait : *Propter quod Dominum rogavi, et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus mea in infirmitate perficitur* [21]. Hoc plane tertio sensu infirmitatis nomen nunc accipitur. Ait ergo : Tametsi affixus est cruci, toleratis periculis et insidiis, nihil inde percepit damni, sed potens exsistit Deus, licet sponte propter certam dispensationem passus fuerit.

« Nam et nos infirmi sumus in illo, sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis. [VERS. 5, 6.] Vosmetipsos tentate si estis in fide : ipsi vos probate. Annon cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi. »

Id est, nos insectantur, exagitamur, extrema patimur.

Sive propter prædicationem, et fidem in ipsum.

VERS. 7. « Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis : non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est, faciatis. »

Deum rogo, inquit, ut nihil distortum et pravum reperiam : imo vero non hoc solum, sed neque initium peccati. Nam si perseveretis in vitiis sine pœnitentia, necesse est ut pœnas ex vobis sumamus, et periculum faciamus virtutis. Id quod præstitum fuit in Sapphira et Elyma mago. Cæterum id non precamur, inquit, sed potius contrarium, ut neque vos peccetis, neque nos tanquam minime probati habeamur : hoc est, ne ejusmodi experimento virtutem, quæ in nobis est, monstremus, vos utique plectendo, et animadvertendo in eos qui peccaverint, immedicabilique morbo laboraverint. Quid vero ita? Ut vos bonum faciatis. Hoc enim avide optamus, ut coronatos vos videamus.

[18] II Cor. x, 10. [19] Joan. xi, 3. [20] Rom. xiv, 1. [21] II Cor. xii, 8

156 « Nos autem ut reprobi simus. »

Qui non monstraverimus puniendi virtutem. Non autem dixit, reprobi, sed, *ut reprobi*. Haud enim reprobandus erat, quamvis nec punivisset.

Vers. 8, 9. « Non enim possumus aliquid adversus veritatem. »

Id quod natura rei postulat, præstamus. Non enim si videamus vos commendatione dignos per pœnitentiam, plectere deinceps possimus.

« Sed pro veritate. Gaudemus enim. »

Quando existimamur infirmi, non quando sumus infirmi.

« Quando nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc et oramus, vestram consummationem. [Vers. 10.] Ideo hæc absens scribo, ut non præsens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi. »

Hoc est, probati et accepti estis.

« In ædificationem, et non in destructionem. [Vers. 11.] De cætero, fratres, gaudete. »

Fidem facit, nequaquam se cupidum esse utendi potestate ad illorum ultionem.

« Perfecti estote. »

Efficiamini perfecti, inquit, implendo quæ desunt.

« Exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. [Vers. 12, 13.] Salutate invicem osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus vobis. Amen.

Hæc dicit, quia multæ tentationes ingruebant, et magna pericula.

*Scripta est epistola Philippis in Macedonia, per Lucam et Titum. Ad Corinthios secunda, versus* 612.

A « Ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδόκιμοι ὦμεν. »

Οὐχ ἐπιδεικνύμενοι ἡμῶν τὴν τιμωρητικὴν δύναμιν. Καὶ οὐκ εἶπεν ἀδόκιμοι, ἀλλ' *ὡς ἀδόκιμοι*. Οὐ γὰρ ἔμελλεν εἶναι ἀδόκιμος, εἰ καὶ μὴ ἐκόλαζεν.

« Οὐ γὰρ δυνάμεθά τι κατὰ τῆς ἀληθείας. »

Ὃ ἡ τοῦ πράγματος, φησὶν, ἀπαιτεῖ φύσις, τοῦτο ποιοῦμεν. Κἂν γὰρ ἴδωμεν ὑμᾶς εὐδοκιμοῦντας διὰ τῆς μετανοίας, οὐ δυνάμεθα κολάσαι λοιπόν.

« Ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Χαίρομεν γάρ. »

Ὅταν νομιζώμεθα ἀσθενεῖς, οὐχ ὅταν ἐσμὲν ἀσθενεῖς.

« Ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν, ὑμεῖς δὲ δυνατοὶ ἦτε.

B Τοῦτο καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν. Διὰ τοῦτο ἀπὼν ταῦτα γράφω, ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι κατὰ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ὁ Κύριος ἔδωκέ μοι. »

Τουτέστι, δόκιμοι καὶ εὐάρεστοι.

« Εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. Λοιπὸν, ἀδελφοὶ, χαίρετε. »

Δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἐπιθυμεῖ τῇ ἐξουσίᾳ εἰς τὴν ἐκείνων χρήσασθαι τιμωρίαν.

« Καταρτίζεσθε. »

Τέλειοι γίνεσθε, φησὶ, πληροῦντες τὰ λείποντα.

« Παρακαλεῖσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν ἁγίῳ φιλήματι·

C ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

Τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν οἱ πειρασμοὶ, καὶ μεγάλοι οἱ κίνδυνοι.

*Ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδονίας διὰ τοῦ Λουκᾶ καὶ Τίτου. Πρὸς Κορινθίους β', στίχοι χιβ'*.

VARIÆ LECTIONES.

ª Eustathius Sulcensis, στίχοι φϟ', *versus* 590.

# ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ.

# IN EPISTOLAM AD GALATAS.

## CAPUT PRIMUM.

Εἰ γὰρ τῷ σπέρματι τοῦ Ἀβραὰμ αἱ εὐλογίαι δέδονται, ὁ δὲ νόμος κατάραν εἰσάγει, ἄρα κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ ὁ νόμος. Πῶς οὖν λύει αὐτὸν, σκόπει. Πρῶτον μὲν τῇ ἀπαγορεύσει τὸ, *Μὴ γένοιτο*, λέγων· ὅπερ [ἦν] σφόδρα ἀτοπώτατον, τίθεται ἔπειτα λογισμῷ βεβαίῳ. Ἔστι δὲ οὗτος· Εἰ μὲν ἐν αὐτῷ, φησὶ, τῷ νόμῳ τὴν ἐλπίδα τῆς ζωῆς εἴχομεν, ἴσως καλῶς ταῦτα ἔλεγον. Εἰ δὲ ἀπὸ τῆς πίστεως ἡ σωτηρία ἡμῖν καὶ ἡ ζωὴ, κἂν ἐπικαταράτους ἐκείνους

plane hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini ejus. Non dicit : et seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico testamentum 166 confirmatum a Deo, quæ post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. »

Humanis utor exemplis, inquit : hoc enim est quod ait, *secundum hominem dico*. Hujus autem loci sensus est. Abrahamo Deus pollicitus est benedicturum se gentes per semen ipsius : semen autem ejus secundum carnem Christus est : post annos subinde quadringentos et triginta lex prodiit : si benedictiones, vita et justitia lege donantur, irrita ergo fuit illa promissio. Ad hæc, nemo quidem hominis testamentum resciderit : Dei vero testamentum post quadringentos et triginta annos irritum factum erit. Nam si quæ illud promiserat, hæc ipsum non præstitit, sed aliud ejus loco, lex nimirum; testamentum igitur abrogatum erit. Quinam vero hæc cum ratione possint congruere?

Idem est atque, aut adjicit.

Vers. 19. « Quid igitur lex? propter transgressiones posita est. »

Ne quis legem superfluam fuisse arbitretur, hanc quoque partem sarcit, demonstrans eam, non temere et frustra, sed admodum utiliter esse datam : ne scilicet Judæis liceret nullo timore vivere, et in extremam prolabi malitiam. Quapropter legem instar freni impositam eis fuisse, quæ ipsos erudiret, componeretque, nec sineret violare, si non omnia, certe aliquot præcepta. Usquequo autem? Usque dum veniret semen cui promiserat.

« Donec veniret semen, cui promissio facta est, ordinata per angelos. »

Christum quidem *semen* dicit. Ait vero : Usque ad adventum Christi lex data est; cur eam longius et ultra tempus prorogas?

« In manu Mediatoris. [Vers. 20.] Mediator autem unius non est : Deus vero unus est. »

Hic Christum innuit, qui et legem quondam præbuit. Quod si is legem tulit, penes illum quoque sit oportet eam denuo solvere.

Vers. 21. « Lex ergo adversus promissa Dei? absit. Si enim data esset lex quæ posset vivificare, vere ex lege esset justitia. »

Nam si semini Abraham datæ benedictiones sunt, lex autem exsecrationem adducit; lex igitur promissionibus Dei adversatur. Inspice vero quinam hoc solvat. Primum quidem abnegando, dicens, *Absit*, remque adeo absurdissimam censet : tum deinde valida ratiocinatione, quæ ejusmodi est : Si in lege vitæ spem habuissemus, inquit, hæc forsan recte illi dicerent : sin vero a fide salus vitaque parantur, tametsi lex diris alios devoveat, nihil

inde damni accepimus, ubi venit fides, et cuncta dissolvit.

Vers. 22, 23. « Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam spem quæ revelanda erat. »

167 Judæi admodum superbirent, et idcirco miseriis obtererentur, eam ob rem lex illis data est, qua peccatum coargueretur ipsorum, eosque obnoxios imprecationi redderet, ut agnoscentes se in extremis agere, Christi fidem exoptarent, qua peccatum quoque tolleretur.

Vers. 24, 25. « Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur. At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo. »

Atqui pædagogus magistro contrarius non est, sed ei viam sternit. Quod si quis doctrinæ habitum adeptus a magistro est, tum ipsum pudet manere sub pædagogo.

Vers. 26. « Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu. »

At non per legem, inquit.

Vers. 27. « Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. »

Quoniam eximium quid et admirabile pronuntiavit, eos nimirum qui exsecrationi legis subditi erant, per fidem filios Dei appellatos fuisse, hoc ipsum evincit primum, quia Christum induerant. Porro si Christus Filius exsistit Dei, inquit, tu vero eum induisti, cum Filium in te habeas, ejusque similis evaseris, in Dei plane propinquitatem es cooptatus.

Vers. 28. « Non est Judæus, neque Græcus; non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unus in Christo Jesu. »

Magis ac magis explicat bonitatem Dei, qua cunctis æquale donum largitus sit.

Vers. 29. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes. »

Si Christus semen est Abraham, vos autem Christum induistis, et corpus ejus facti estis, manifestum est vos esse semen Abraham, ac proinde hæredes. Ad semen quippe illius promissio pertinet.

## CAP. IV.

Vers. 1-5. « Dico autem: quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dominus omnium, sed sub tutoribus et actoribus est, usque ad præfinitum tempus a Patre: ita et nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi hujus eramus servientes. Quando autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, natum ex muliere, natum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. »

*Parvulum* dicit, non ætate, sed animo; significans Deum initia hæc quoque voluisse largiri. Quia

A ποιήσῃ, οὐδὲν ἐβλάβημεν ἐρχομένης ἐκείνης, καὶ πάντα λυούσης.

« Ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ Γραφὴ ἅπαντα ὑφ' ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. Πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι. »

Ἐπειδὴ μεγάλα ἐφρόνουν Ἰουδαῖοι, καὶ τοῦτο ἦν αὐτοὺς το ταλαιπώρους ἐργασάμενον, τούτου χάριν ὁ νόμος ἐδόθη, ἐλέγχων αὐτῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ὑπὸ κατάραν ποιῶν, ἵνα εἰδότες ὡς ἐν ἐσχάτοις εἰσὶ, τὴν πίστιν ποθήσωσι τὴν διὰ Χριστοῦ, τὴν καὶ λύουσαν τὴν ἁμαρτίαν.

« Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν. Ἐλθούσης δὲ

B τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ παιδαγωγόν ἐσμεν. »

Ὁ δὲ παιδαγωγὸς οὐχ ἐναντίος τῷ διδασκάλῳ, ἀλλὰ προοδοποιῶν αὐτῷ. Εἰ δέ τις ἐν ἕξει γένηται μαθημάτων παρὰ τοῦ διδασκάλου, αἰσχύνεται λοιπὸν ἐμμένειν ἔτι τῷ παιδαγωγῷ.

« Πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε διὰ τῆς πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦ νόμου φησίν.

« Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. »

Ἐπειδὴ μέγα εἶπε, καὶ θαυμαστὸν, τοὺς ὑπὸ κατάραν ἐκ τοῦ νόμου γεγενημένους, διὰ τῆς πίστεως υἱοὺς προσαγορευθῆναι Θεοῦ, κατασκευάζει αὐτὸ, πρῶτον μὲν τῷ ἐνδύσασθαι τὸν Χριστόν. Εἰ δὲ ὁ Χρι-

C στὸς Υἱὸς Θεοῦ, σὺ δὲ αὐτὸν ἐνεδύσω, φησὶ, τὸν Υἱὸν ἔχων ἐν σαυτῷ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφομοιωθεὶς, εἰς μίαν συγγένειαν ἤχθης.

« Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ. Πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Ἐπὶ πλεῖον διηγεῖται τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, ὅπου γε πᾶσι τὴν ἴσην δέδωκε δωρεάν.

« Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριστοῦ, ἄρα τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα ἐστὲ, κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι. »

Εἰ ὁ Χριστὸς σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, ὑμεῖς δὲ Χριστὸν ἐνεδύσασθε, καὶ σῶμα αὐτοῦ γεγόνατε, δῆλον ὅτι σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ ἐστε. Οὐκοῦν καὶ κληρονό-

D μοι. Τῷ σπέρματι γὰρ αὐτῷ ἡ ἐπαγγελία.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

« Λέγω δὲ ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, Κύριος πάντων ὢν, ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ Πατρός. Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι. Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ. »

Νήπιος, οὐ τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ τὴν γνώμην φησί· δεικνὺς ὅτι καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἐβούλετο ὁ Θεὸς τα

χαρίσασθαι. Ἐπειδὴ δὲ ἔτι νηπιωδέστερον διεκεί-μεθα, ἀφῆκεν ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου εἶναι, τουτέστι Νουμηνίας καὶ Σάββατα. Αἱ γὰρ ἡμέραι ἀπὸ δρόμου σελήνης καὶ ἡλίου γίνονται. Εἰ δὲ καὶ νῦν ἡμᾶς ὑπὸ νόμον ἄγουσιν, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦσιν, ἀλλ' ἢ καὶ ἐν τῷ χρόνῳ τῆς τελείας ἡλικίας, εἰς τὸ νήπιον πάλιν ἀπάγουσι, καὶ δούλων οὐδὲν διαφέρειν ποιοῦσιν.

« Ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. »

Καλῶς εἶπεν, *ἀπολάβωμεν*, δεικνὺς ὀφειλομένην. Ἄνωθεν γὰρ ἐπηγγείλατο ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ.

« Ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλε τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον, Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. Ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός. Εἰ δὲ υἱὸς, καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστόν. »

Ἄνω καὶ κάτω τὸν περὶ τῆς υἱοθεσίας αὐτοῖς προφέρει λόγον. Καὶ ἤδη μὲν ἔδειξεν ἐν τοῖς ἀνωτέρω διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Χριστὸν ἐνεδύσασθε*· νῦν δὲ καὶ ἑτέρου τοῦ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἂν ἐδυνάμεθα Πατέρα καλεῖν τὸν Θεὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ λαβεῖν, εἰ μὴ υἱοὶ αὐτοῦ ἐγεγόνειμεν.

« Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι θεοῖς. Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; »

Ἐνταῦθα πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας ἀποτείνεται· ὅτι καὶ εἰδωλολατρεία τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ἡ τῆς τῶν ἡμερῶν παρατηρήσεως φυλακή.

« Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς. »

Ἐκ τούτων δῆλον, ὅτι οὐ μόνον περιτομὴν αὐτοὶ ἐκήρυττον ἐκείνην μόνην, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰς Νουμηνίας τηρεῖν.

« Φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. »

*Δέδοικα*, φησὶν, οὐ μὴν ἀπέγνωκα. Κύριοι γὰρ ὑμεῖς τὸ πᾶν διορθῶσαι.

« Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς, ἀδελφοὶ, δέομαι ὑμῶν. Οὐδέν με ἠδικήσατε. »

Ταῦτα πρὸς τοὺς ἐξ Ἰουδαίων λέγει. Διὸ καὶ ἑαυτὸν εἰς μέσον ἄγει, πείθων αὐτοὺς ἀποστῆναι τῶν παλαιῶν, μιμουμένους αὐτόν.

« Οἴδατε, ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον, καὶ τὸν πειρασμόν μου, τὸν ἐπὶ τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε, ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. »

Κηρύσσων ὑμῖν, φησὶν, ἠλαυνόμην, ἐμαστιγούμην, θανάτους ὑπέμενον, καὶ οὐδὲ οὕτω κατεφρονήσατέ μου. Τοῦτο γάρ ἐστι, *Τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐξεπτύσατε*. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, διωκόμενον ὡς ἄγγελον δέχεσθαι, παραινοῦντα δὲ τὰ δέοντα, μὴ δέχεσθαι.

A vero pueriliter adhuc affecti eramus, ipse nos sivit sub elementis mundi agere; puta sub Neomeniis et Sabbatis. Nam dies cursu solis et lunæ peraguntur. Si autem nos sub legem redigunt, nihil aliud faciunt, quam si nos ætatis adultæ tempore ad retroactam ætatem denuo revocarent, ut a servis nihil differentes simus.

« Ut adoptionem filiorum reciperemus. »

168 Recte dixit, *reciperemus*, ut eam debitam nobis fuisse ostenderet. Olim enim Deus hanc Abrahamo promiserat.

Vers. 6, 7. « Quoniam estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater. Itaque jam non es servus, sed filius.

B Quod si filius, et hæres Dei per Christum. »

Sursum deorsum de adoptione sermonem movet. Jamque superius quidem eam indicavit, dicendo, *Christum induistis:* nunc autem alio modo cum ait, non nos posse Deum vocare Patrem, neque Spiritum ab eo accipere, nisi filii ipsius facti simus.

Vers. 8, 9. « Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo, quomodo convertemini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo ab integro servire vultis? »

Hoc loci illos alloquitur ex gentibus qui crediderant: quoniam et observatio dierum idolorum

C superstitioni similis erat.

Vers. 10. « Dies observatis, et menses, et tempora, et annos. »

Ex istis compertum fit, non solum eos circumcisionem prædicasse, verum etiam festos dies et Neomenias servari debere.

Vers. 11. « Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis. »

*Timeo*, inquit, non despero. Nam in vestra potestate est totum emendare.

Vers. 12. « Estote sicut ego, et ego sicut vos: fratres, obsecro vos. Nihil me læsistis. »

Hæc loquitur ad illos qui ex Judæis erant. Quocirca semet ipse profert in medium, quo illos

D exemplo suo persuadeat a priscis ritibus suis desciscere.

Vers. 13, 14. « Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem, et tentationem meam in carne mea non sprevistis, neque respuistis; sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum. »

Quando Christum prædicabam, inquit, ejiciebar, vapulabam, mortes tolerabam; ac ne sic quidem me contemnebatis. Nam id significatur his verbis: *Tentationem meam in carne mea non sprevistis, neque respuistis*. Quomodo igitur non absurdum sit, eum qui exagitaretur, tanquam angelum susceptum esse, ac non item, dum ea quæ opus sunt, suadet?

VERS. 15, 16. « Ubi est ergo beatitudo vestra? A Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? »

Hic hæsitat et obstupescit, atque ab eis discere mutationis causam quærit. Nunquid non vos estis, inquit, qui me fovebatis colebatisque, vestrisque pretiosiorem oculis ducebatis? Undenam ergo inimicitia hæc? unde suspicio? quippe cum **169** ea quæ vera sunt dixerim vobis. Aliam quippe hujus rei causam non video, nisi quod veritatem vobis locutus sim.

VERS. 17. « Æmulantur vos, non bene. »

Ad æmulationem vos excitant, inquit, sed non rectam. Quo enim pacto æmulatio illa bona sit, B quæ in jugum eos servitutis detruderet?

« Sed excludere vos volunt, ut illos æmulemini. »

Excludere nimirum a gratia Evangelii. Hoc enim præstabant, qui ipsos vellent a perfecta cognitione abigere, et ad spuriam rursum deducere; non aliam ob causam, nisi ut ipsi in loco magistrorum sederent, Galatas vero in classe discipulorum statuerent.

VERS. 18. « Bene autem æmulamini in bono semper, et non tantum cum præsens sum apud vos. »

Istic annuit, absentiam suam totius mali causam fuisse, hocque rem bene succedere, si absente C magistro discipuli convenientem suum locum teneant.

VERS. 19. « Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. »

Imaginem labefactastis, inquit; formam perdidistis; altera vobis regeneratione et reformatione opus est, doctrina scilicet. Iterum vos gigno per eruditionem.

VERS. 20. « Volebam autem esse apud vos modo, et mutare vocem meam. »

Qua de causa præsens esse optabat; nisi ut mutaret vocem, hoc est uti lacrymas effunderet, lugeret, et ingemisceret, et simul omnes ad lamenta evocaret? Nam fieri minime poterat, ut in epistolis suis lacrymas gemitumve suum exhi- D beret.

« Quoniam confundor in vobis. »

Non enim, inquit, quid dicam habeo; qui factum sit, ut qui prius ad ipsum usque cœli verticem ascenderatis, partim ob pericula quæ fidei causa tolerastis, partim ob prodigia quæ per fidem edidistis, nunc repente adeo ad tantam vilitatem dejecti sitis, ut ad circumcisionem et Sabbata pertrahamini.

« VERS. 21-23. « Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim, Quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera. Sed qui de ancilla, se-

« Ποῦ οὖν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; Μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι εἰ δυνατὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἐδώκατέ μοι. Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν; »

Ἐνταῦθα διαπορεῖ καὶ ἐκπλήττεται, καὶ παρ' αὐτῶν ζητεῖ τὴν αἰτίαν τῆς μεταβολῆς μαθεῖν. Οὐχ ὑμεῖς ἦτε, φησὶν, οἵ με μεθέποντες καὶ θεραπεύοντες, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἡγούμενοι τιμιώτερον. Πόθεν οὖν ἡ ἔχθρα; πόθεν ἡ ὑποψία; ὅτι τὰ ἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἶπον· ἐγὼ γὰρ, φησὶν, οὐκ οἶδα ἄλλην αἰτίαν, ἢ τὸ τἀληθῆ λέγειν ὑμῖν.

« Ζηλοῦσιν ὑμᾶς, οὐ καλῶς. »

Ζῆλον ὑμᾶς, φησὶν, ἐρεθίζουσιν ἔχειν, οὐ καλόν. Πῶς γὰρ ἐκεῖνος καλὸς, ὁ πάλιν εἰς τὸν ζυγὸν αὐτοὺς καταφέρων τῆς δουλείας;

« Ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλῶτε. »

Ἐκκλεῖσαι μὲν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος. Τοῦτο γὰρ ἐποίουν, τοὺς μὲν [γὰρ] τελείας γνώσεως ἐκβαλεῖν θέλοντες, εἰς δὲ τὴν νόθον πάλιν ἀνάγοντες, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ μὲν ἐν τάξει διδασκάλων γένωνται, Γαλάτας δὲ ἐν τάξει καταστήσωσι μαθητῶν.

« Καλῶς δὲ ζηλοῦσθε ἐν καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς. »

Ἐνταῦθα αἰνίττεται, ὅτι ἡ ἀπουσία αὐτοῦ ταῦτα εἰργάσατο, καὶ ὅτι τοῦτο μακάριον, τὸ καὶ ἀπόντος τοῦ διδασκάλου τὴν δέουσαν τάξιν σώζειν τοὺς μαθητάς.

« Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. »

Ἐφθείρατε, φησὶ, τὴν εἰκόνα, ἀπωλέσατε τὴν μορφὴν, ἀναγεννήσεως ἑτέρας ὑμῖν δεῖ καὶ ἀναπλάσεως, διδαχῆς δηλονότι· πάλιν γεννῶ διὰ κατηχήσεως.

« Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου. »

Τίνος ἕνεκεν ζητεῖ τὴν παρουσίαν λέγει, καὶ τίνος; ἢ τοῦ ἀλλάξαι τὴν φωνὴν, ἀντὶ τοῦ δακρῦσαι καὶ θρηνῆσαι, καὶ ὀλοφύρασθαι, καὶ πάντας εἰς θρῆνον ἐπισπᾶσθαι; Διὰ γὰρ ἐπιστολῆς οὐκ ἦν δάκρυα δεῖξαι, οὐδὲ ὀλοφυρμόν.

« Ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν. »

Οὐκ ἔχω γὰρ, φησὶ, τί εἴπω· πόθεν οἱ πρὸς αὐτὴν ἀναβάντες τοῦ οὐρανοῦ τὴν κορυφὴν διὰ τῶν κινδύνων ὧν ὑπεμείνατε ὑπὲρ τῆς πίστεως, καὶ διὰ τῶν σημείων ὧν ὑπεδείξατε διὰ τῆς πίστεως, νῦν ἀθρόον οὕτως εἰς τοσαύτην εὐτέλειαν κατηνέχθητε, ὡς εἰς περιτομὴν καὶ Σάββατα κατασύρεσθαι.

« Λέγετέ μοι, οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ

σάρκα γεγέννηται, ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, δι' ἐπαγγελίας. »

Ἐπειδὴ ἔλεγεν, ὅτι ἡ πίστις ὑμᾶς συνάπτει τῷ Ἀβραάμ, καὶ ἐδόκει τοῖς ἀκούουσιν ἀπίθανον εἶναι εἰς τοὺς μὴ γεννωμένους ἐξ ἐκείνου, τούτους υἱούς φησιν εἶναι ἐκείνου, δείκνυσιν ὅτι τὸ παράδοξον τοῦτο ἄνωθεν γέγονεν. Ὁ γὰρ Ἰσαὰκ οὐ κατὰ φύσεως ἀκολουθίαν, οὐδὲ κατὰ γάμου νόμον, οὐδὲ κατὰ σαρκὸς δύναμιν γεννώμενος, καὶ υἱὸς, καὶ γνήσιος ἦν, ἀπὸ νεκρῶν σωμάτων φῦναι κελευσθείς. Μὴ θορυβείτω τοίνυν ὑμᾶς, φησὶ, τὸ μὴ κατὰ σάρκα γεγεννῆσθαι. Διὰ γὰρ τοῦτο μάλιστα συγγενεῖς ὑμεῖς αὐτοῦ, ὅτι οὐ κατὰ σάρκα ἐγεννήθητε. Οὐ γὰρ τιμιωτέρους τοῦτο τὸ κατὰ σάρκα, ἀλλὰ καὶ ἀτιμωτέρους ἐργάζεται. Θαυμαστότερος γὰρ ὁ τόκος, ὁ μὴ κατὰ σάρκα, καὶ πνευματικώτερος. Καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἄνωθεν τεχθέντων. Ἐτέχθη κατὰ σάρκα ὁ Ἰσμαήλ, ἀλλὰ δοῦλος ἦν, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξεβάλλετο τῆς πατρῴας οἰκίας. Ὁ δὲ κατ' ἐπαγγελίαν τεχθεὶς Ἰσαάκ, ἅτε υἱὸς ὢν γνήσιος καὶ ἐλεύθερος, κύριος ἁπάντων ἦν.

« Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. »

Ἡ μὲν ἱστορία αὐτὴ, φησὶν, οὐ τοῦτο δὲ μόνον παραδηλοῖ ὅπερ φαίνεται, ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ ἀγορεύει· διὸ καὶ ἀλληγορία καλεῖται.

« Αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι. »

Οἱ δύο νόμοι, ὁ νομικὸς καὶ ὁ εὐαγγελικός.

« Μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Τὸ γὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν Ἀραβίᾳ. »

Ἄγαρ ἐλέγετο ἡ δούλη. Τὸ δὲ Σινᾶ ὄρος, οὕτω μεθερμηνεύεται τῇ ἐπιχωρίῳ αὐτῶν διαλέκτῳ· ὥστε τοὺς ἐκ τῆς παλαιᾶς τικτομένους, πάντας ἀνάγκη δούλους εἶναι.

« Συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ· δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. »

Οὐ μόνον, φησὶν, ἐκείνη δούλη ἦν, ἀλλὰ καὶ δούλους ἔτεκεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ διαθήκη, τουτέστιν ἧς τύπος ἡ δούλη. Καὶ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἐκ γειτόνων κεῖται τῷ ὄρει τῷ ὁμωνύμῳ τῇ δούλῃ· ἐν τούτῳ δὲ τῷ ὄρει καὶ ἡ διαθήκη δέδοται.

« Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Γέγραπται γάρ· Εὐφράνθητι, στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα. »

Τῆς μὲν Ἱερουσαλὴμ τῆς κάτω τύπος ἡ Ἄγαρ· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ οὕτω καλουμένου· τῆς δὲ ἄνω ἡ Σάῤῥα. Ἄνω δὲ Ἱερουσαλὴμ καλή· καὶ αὐτὴ γὰρ ἦν πάλαι στεῖρα, ὥσπερ καὶ ἡ Σάῤῥα. Ὅτι δὲ περὶ τῆς Ἐκκλησίας ὁ λόγος, καὶ τὸν προφήτην παρήγαγεν μάρτυρα λέγοντα· *Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα.*

« Ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. »

[20] Isa. LIV, 1.

A cundum carnem natus est; qui autem de libera, per repromissionem. »

Quoniam dixit : fides vos conjungit Abrahamo, atque incredibile auditoribus videbatur, ut qui ex illo minime prognati essent, filii tamen ipsius esse dicerentur, ostendit paradoxum istud jampridem evenisse. Nam Isaac, qui non ordine naturæ, neque solita lege conjugiorum, neque secundum carnis vires natus fuit, et filius, et germanus erat, cum ex corporibus emortuis nasci jussus esset. Neque hoc vos conturbet, inquit, qui secundum carnem nati non estis. Nam hoc ipsum vos quam maxime propinquos illius facit, quod secundum carnem non estis nati. Enimvero secundum carnem esse natum, hoc non solum **170** non reddit honoratiores, verum et minus
B honorabiles facit. Partus quippe minime carnalis et spiritualioris generis, longe mirabilior est. Quod perspicuum fit ex iis qui jam olim nati sunt. Natus est Ismael secundum carnem, sed servus fuit; nec id solum, verum et exactus est ex paternis ædibus. Qui vero secundum repromissionem, Isaac nimirum, hic tanquam genuinus filius ac liber, omnium dominus fuit.

VERS. 24. « Quæ sunt per allegoriam dicta. »

Ipsa quidem historia, inquit, non illud solum quod apparet enuntiat, verum et alia quædam proloquitur. Unde etiam allegoria dicitur.

« Hæc enim sunt duo testamenta. »

Duæ utique leges, legalis et evangelica.

C « Unum quidem a monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar. [VERS. 25.] Sina enim mons est in Arabia. »

Agar ancilla dicebatur. Mons vero Sina idem sonat illius gentis lingua : unde omnes qui ex testamento veteri nati sunt, esse servos oportet.

« Conjunctus autem est ei quæ nunc est Jerusalem, et servit cum filiis suis. »

Non modo hæc serva est, inquit, sed et servos gignit; imo et testamentum ipsum, illud nimirum cujus figura ancilla est. Nam Jerusalem affinis est monti qui ancillæ cognominis est. Atqui in hoc monte datum testamentum quoque fuit.

VERS. 26, 27. « Quæ autem sursum est Jerusa-
D lem, libera est, quæ est mater omnium nostrum. Scriptum est enim : Lætare, sterilis quæ non paris, erumpe et clama, quæ non parturis. »

Inferioris quidem illius Jerusalem figura est Agar; idque manifestum est ex ejusdem nominis monte : Sara vero superioris. Atqui superna illa Jerusalem sponsa est. Nam et ipsa quondam sterilis erat, quemadmodum et Sara. Quod autem de Ecclesia id dictum fuerit, prophetæ testimonio comprobat, ubi nempe sic ille loquitur : *Lætare, sterilis quæ non paris* [20].

« Quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum. »

*Desertam* vocat Ecclesiam gentium, quæ quondam in solitudine et ignorantia Dei egerit. Ea autem quæ virum habuit, Synagoga est, quippe cui data lex fuerat. Nihilominus longe plures fuere filii sterilis; utpote quod quæ habebat virum, unam duntaxat gentem genuit: sterilis vero universas gentes edidit.

Vers. 28. « Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. »

Non modo quoniam sterilis erat Ecclesia, quemadmodum Sara; verum et, sicut illam non natura, sed promissio Dei fecundam reddidit; ita et in altera nostra generatione, natura nulla, sed Dei verba, quæ norunt fideles, in aquarum piscina, tanquam in utero quodam, formant et regenerant illum qui baptizatur. Itaque si sterilis filii sumus, liberi sumus.

171 Vers. 29. « Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita et nunc. »

Ne objiciant: Ecquænam est ista libertas, quando Judæi constringunt, et verberant illos qui credidere? ostendit ejus quoque rei jam olim figuram exstitisse.

Vers. 30, 31. « Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam et filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque, fratres, non sumus. »

Exhibita prius persecutionis figura, non eos sinit animum despondere, sed ex historia docet iterum, qualis futurus sit insectatorum finis, ut non modo suis ædibus abigantur, sed et facultatum jacturam faciant. Cæterum recte *filium* quoque dixit *ancillæ*, non Abrahami, ut a viliori parte eos nominaret.

« Ancillæ filii, sed liberæ. Libertate igitur nos Christus liberavit. »

## CAP. V.

Vers. 1. « State, et nolite iterum jugo servitutis contineri. »

Alteram addit causam, qua suadeat eos disciplinæ suæ adhærescere. Ait autem: nec enim in libertatem vos vindicastis. Alius est qui vos redemit: alius est qui pretium pro nobis solvit. Dicendo autem, *state*, procellam, quæ acciderat indicavit: nomine vero *jugi* rei gravitatem ipsis significavit. Quin et dum ait, *rursum*, nimium ipsorum stuporem notat. Nam si molestiam hanc non fuissetis experti, haud essetis tantorum criminum rei.

Vers. 2. « Ecce ego Paulus dico vobis. »

Vox ista illius est qui præfidenter loquatur.

« Quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. »

Qui vero nihil proderit Christus ei qui circumcisus erit? ausculta. Qui circumciditur, tanquam legem reformidans circumciditur. Qui vero for-

*Ἔρημον*, τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν λέγει, τὴν πάλαι ἐν ἐρημίᾳ καὶ ἀγνωσίᾳ ὑπάρχουσαν τοῦ Θεοῦ. Ἔχουσαν δὲ τὸν ἄνδρα, τὴν συναγωγήν, διὰ τὸ δεδόσθαι αὐτῇ τὸν νόμον. Ἀλλ' ὅμως πολυπλάσια γέγονε τῆς στείρας τὰ τέκνα· καθὸ ἡ μὲν ἔχουσα τὸν ἄνδρα, ἓν μόνον ἔτεκεν ἔθνος, ἡ δὲ στεῖρα, πάντα ἐποίησε τὰ ἔθνη.

« Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν. »

Οὐ γὰρ μόνον ὅτι στεῖρα ἡ Ἐκκλησία, ὥσπερ ἡ Σάῤῥα, ἀλλὰ καθάπερ ἐκείνη οὐχ ἡ φύσις, ἀλλὰ ἡ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ πεποίηκε τὴν γονήν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀναγεννήσεως τῆς ἡμετέρας, φύσις μὲν οὐδεμία, τὰ δὲ ῥήματα τοῦ Θεοῦ, ἃ ἴσασιν οἱ πιστοὶ, ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τῶν ὑδάτων, καθάπερ ἐν νηδύϊ τινὶ διαπλάττει, καὶ ἀναγεννᾷ τὸν βαπτιζόμενον. Οὐκοῦν εἰ τῆς στείρας ἐσμὲν, ἐλεύθεροί ἐσμεν.

« Ἀλλ' ὥσπερ τότε ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐδίωκε τὸν κατὰ πνεῦμα, οὕτω καὶ νῦν. »

Ἵνα μὴ λέγωσι· Καὶ ποία αὕτη ἡ ἐλευθερία, ὅπου Ἰουδαῖοι κατέχουσι καὶ μαστίζουσι τοὺς πιστούς; δείκνυσιν καὶ τούτου τὸν τύπον ἄνωθεν ὄντα.

Ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή; Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐσμέν. »

Δείξας ἄνωθεν τὸν τύπον τοῦ διωγμοῦ, οὐκ ἐᾷ καταπίπτειν εἰς ἀθυμίαν αὐτοὺς, διδάσκων ἐκ τῆς ἱστορίας πάλιν καὶ ποῖον ἔσται τῶν διωκτῶν τέλος· τὸ μὴ μόνον ἐκβληθῆναι τῆς οἰκίας, ἀλλὰ καὶ τῆς οὐσίας ἔκπτωσιν ὑπομεῖναι. Εὖ δὲ καὶ *υἱὸν παιδίσκης* εἶπεν, καὶ μὴ Ἀβραάμ· ἵνα ἀπὸ τοῦ φαυλοτέρου αὐτοὺς προσαγορεύσῃ.

Παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας. Τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε. »

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

« Στήκετε, καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. »

Ἑτέραν αἰτίαν τίθησι, τὴν πείθουσαν αὐτοὺς μένειν ἐπὶ τῶν δογμάτων. Λέγει δέ· Μὴ γὰρ ἑαυτοὺς ἠλευθερώσατε; Ἄλλος ἐστὶν ὑμᾶς ὁ ἠγορακώς· ἄλλος ὁ τιμὴν δοὺς ὑπὲρ ὑμῶν. Τὸ δὲ *στήκετε*, εἰπὼν, τὸν σάλον τὸν γεγενημένον ἔδειξε· τῷ δὲ, *ζυγοῦ*, ὀνόματι τὸ βάρος τοῦ πράγματος αὐτοῖς κατασημαίνει. Τὸ δὲ *πάλιν*, εἰπὼν, πολλὴν αὐτῶν δείκνυσιν ἀναισθησίαν. Εἰ μὲν γὰρ ἄπειροι τοῦ πάθους ἦτε ἐκείνου, φησὶν, οὐ τοσούτων ἦτε ἐγκλημάτων ἄξιοι.

« Ἰδοὺ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν. »

Θαῤῥοῦντος ἡ φωνή.

« Ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. »

Πῶς οὐδὲν ὠφελήσει τὸν περιτεμνόμενον ὁ Χριστός; ἄκουε. Ὁ περιτεμνόμενος, ὡς νόμον δεδοικὼς περιτέμνεται. Ὁ δὲ δεδοικὼς, ἀπιστεῖ τῇ δυνά-

τῆς χάριτος· ὁ δὲ ἀπιστῶν, οὐδὲν κερδαίνει παρὰ A τῆς ἀπιστουμένης.

« Μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. Κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. »

Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς κατ' ἔχθραν ταῦτα λέγεσθαι, οὐχ ὑμῖν μόνον λέγω, φησὶν, ἀλλὰ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ περιτεμνομένῳ, ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι. Ἀλλήλων γὰρ ἔχεται τὰ νόμιμα. Καὶ πῶς, ἄκουε. Ἡ περιτομὴ θυσίαν ἔχει συνεζευγμένην, ἡμέρας παρατήρησιν· ἡ θυσία πάλιν, καὶ ἡμέρας καὶ τόπου φυλακήν· ὁ τόπος, μυρίων καθαρμῶν τρόπους. Οἱ καθαρμοὶ, πλῆθος παρατηρήσεων εἰσάγουσιν. Οὐχ ἔξεσται γὰρ ἀκάθαρτος θύειν, οὐχ ἱερῶν ἐπιβαίνειν ἀδύτων, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων B ποιεῖν θέμις. Διὸ καὶ πολλὰ ἐφέλκεται διὰ μιᾶς ἐντολῆς ὁ νόμος. Ἂν τοίνυν περιτ[ε]μ[ν]ηθείης μὲν, μὴ ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ἢ ἐν τῇ ὀγδόῃ μὲν, μὴ θύσῃς δὲ ἢ θύσῃς μὲν, μὴ ἐν τῷ ὡρισμένῳ δὲ τόπῳ· ἢ ἐν τῷ ὡρισμένῳ τόπῳ, μὴ τὰ νενομισμένα δέ· ἢ τὰ νενομισμένα μὲν, μὴ καθαρὸς δέ· ἢ καθαρὸς μὲν ὢν, οὐ τοῖς προσήκουσι δὲ θεσμοῖς καθαρθεὶς, πάντα οἴχεται ἐκεῖνα. Διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι *Ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι.*

« Οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. »

Καὶ διὰ τῆς κολάσεως ἐκφοβεῖ. Τί γὰρ τὸ λειπό- C μενον τῆς χάριτος ἐκπίπτουσιν, ἀλλ' ἡ κόλασις ἀπαραίτητος;

« Ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως, ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα. »

Πτοήσας διὰ τῆς κολάσεως, πάλιν ἐπὶ λιμένα παραμυθίας αὐτοὺς ἄγει, λέγων· Οὐδὲν ἐκείνων δεόμεθα τῶν νομίμων, φησίν. Ἀρκεῖ γὰρ ἡ πίστις ἡμῖν Πνεῦμα παρασχεῖν, καὶ δι' αὐτῆς δικαιοσύνην, καὶ πολλὰ μεγάλα ἀγαθά.

« Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. Ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; »

Ὁ γὰρ τὸν Χριστὸν ἐνδυσάμενος, μηκέτι ταῦτα D περιεργαζέσθω, φησίν.

« Ἡ πεισμονὴ, οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. »

Οὐ διὰ τοῦτο ἐκάλεσεν ὑμᾶς ὁ καλῶν, ὥστε οὕτω σαλεύεσθαι· οὔτε ἐνομοθέτησεν, ὥστε Ἰουδαΐζειν.

« Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. »

Ἵνα μή τις λέγῃ, Τί τὸ πρᾶγμα ἐπαίρεις τῷ λόγῳ; μίαν ἐντολὴν μόνην ἐφυλάξαμεν τοῦ νόμου, καὶ τοσαῦτα θορυβεῖς; ἄκουσον πῶς ἐκφοβεῖ διὰ τοῦ παραδείγματος. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὥσπερ ἡ ζύμη μικρά τις οὖσα ὅλον τὸ φύραμα εἰς ἑαυτὴν μετεπείθησιν, οὕτω καὶ ὑμᾶς δύναται; φησὶν, τὸ μι-

midat, virtuti gratiæ incredulus est: qui demum incredulus est, nihil juvatur ab ea cui fides non habetur.

Vers. 3, 4. « Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ. Evacuati estis a Christo. »

Etenim ne existimes hæc inimico dici animo: non vobis solum dico, inquit, sed et cuicunque homini, quisquis circumciditur, quod debitor sit totius legis implendæ. Nam legis præcepta inter se cohærent. Qua vero ratione? audias velim. Circumcisio immolationem victimarum adjunctam habet, et dierum observationem, immolatio rursum et diei et loci cautionem: locus, ad sexcentos lustrationum ritus, lustrationesque ad examen quoddam observationum obligant. Non enim impuro fas est immolare, non sacra ingredi adyta, non quidvis aliud facere. Quocirca uno præcepto multa lex trahit. Siquidem ergo circumcidaris, non autem octava die; aut si octava die, at non immolaveris; aut si immoles, non autem in loco præscripto; sin etiam in præscripto loco, non vero quæ lex decernat; vel si ea quæ lege decernuntur, verum non sis mundus: **172** vel si mundus, non autem convenientibus ritibus purificatus, cuncta illa pereunt. Quamobrem ait: *Debitor est totius legis implendæ.*

« Qui in lege justificamini, gratia excidistis. »

Interminatione etiam supplicii terret. Quid enim aliud supersit illis qui a gratia exciderunt, nisi supplicium indeprecabile?

Vers. 5. « Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ exspectamus.

Posteaquam supplicio eos perculit, ad portum rursus consolationis illos revocat, his fere verbis. Nihil hisce præceptis legis opus habemus, inquit. Nam sufficit fides ad hoc ut donet nobis Spiritum, unaque justitiam, et plurima insuper et magna dona.

Vers. 6, 7. « Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impedivit veritati non obedire? »

Nam qui semel Christum induit, caveat, inquit, ne post talium sit curiosus.

Vers. 8. « Persuasio hæc non est ex eo qui vocat vos. »

Non ad hoc vocavit vos, qui vocavit, ut hoc modo fluctuaretis; nec legem præscripsit vobis, ut Judaicos mores sectaremini.

Vers. 9. « Modicum fermentum totam massam corrumpit. »

Ne dicat aliquis: Quid ita verbis rem exageras? unum legis mandatum observavimus, et tantos cies tumultus? vide quomodo terrorem incutit adducto exemplo. Quod porro dicit, hunc habet sensum. Quemadmodum fermentum, tametsi exiguum sit, totam conspersionem in se convertit,

sic plane exiguum hoc malum, inquit, nisi corri- A gatur, potest vos in perfectum Judaismum pertrahere.

Vers. 10. « Ego confido vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis. »

Non dixit, non sapitis; sed, *non sapietis*, id est, corrigemini.

« Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicunque est ille. »

Recte prorsus nusquam nomina perturbantium edidit, ne impudentiores fierent.

Vers. 11. « Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? »

Quoniam ubique traducebatur, quod ubique judaizaret, ac simulato animo prædicaret, vide quam B pure suspicionem hanc a se removeat. Nostis, inquit, et vos, hanc me insectandi colorem causamve illis fuisse quod a lege juberem desciscere. Si autem circumcisionem prædico, cur me insequuntur? neque enim qui ex Judæis sunt, crimen aliud mihi intendere possint, præterquam hoc solum.

« Ergo evacuatum est scandalum crucis. »

**173** Adeo stultus sum, inquit, ut pro nihilo affligi patiar, et aliis offendiculo sim? Enimvero non sic Judæi cruce offendebantur, uti quia patriis legibus renuntiandum erat. Nam cum Stephanum in concilium perduxissent, non dixerunt, hic crucifixum adorat; sed, *loquitur contra legem* C *et locum sanctum* [38].

Vers. 12, 13. « Utinam et abscindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis, fratres. »

Idem hoc est ac si dicat: nulla est mihi cura de illis. Quod si volunt, non modo circumcidantur, verum et exsecentur.

« Tantum ne libertatem in occasionem detis carni.

Christus nos exemit a jugo servitutis, nobisque esse liberum voluit facere quidquid libitum fuerit: non ut hac potestate ad nequitiam abuteremur, sed ut majoris mercedis copia daretur nobis, ad altiorem philosophiam progredientibus. Nam quia hinc inde passim legem appellat servitutis jugum, D ac exemptionis a maledicto meminit: ne quis sibi fingat, ipsum ideo avertere homines a lege, ut liceat deinceps exlegem vitam agere, suspicionem hanc corrigit, dicens: non ut effrenis fiat vitæ ratio, sed ut philosophia nostra legem transcendat, vinculis solutis legis. Atqui hæc loquor, non ut dejectiores simus, sed ad subliminiora provehamur.

« Sed per charitatem servite invicem.

κρὸν τοῦτο κακὸν μὴ διορθωθὲν, καὶ εἰς τέλειον Ἰουδαϊσμὸν ἀγαγεῖν.

« Ἐγὼ δὲ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε. »

Οὐχ εἶπεν, ὅτι Οὐ φρονεῖτε, ἀλλ' ὅτι *Οὐ φρονήσετε*· τουτέστιν, ὅτι Διορθωθήσεσθε.

« Ὁ δὲ ταράσσων ὑμᾶς, βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις ἂν ᾖ. »

Εὖ τὸ μηδαμοῦ ὄνομα τῶν ταρασσόντων θεῖναι, ἵνα μὴ ἀναισχυντότεροι γένωνται.

« Ἐγὼ δὲ, ἀδελφοί, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; »

Ἐπειδὴ διέβαλλον αὐτὸν ὡς πανταχοῦ Ἰουδαΐζοντα, καὶ ὑποκρινόμενον τὸ κήρυγμα, ὅρα πῶς καθαρῶ ὃ ἀπεδύσατο [b], μάρτυρας αὐτοὺς καλῶν. Οἴδατε, φησὶν, καὶ ὑμεῖς, ὅτι διωγμοῦ μοι πρόφασις τοῦτό ἐστιν, ὅτι κελεύω ἀπέχεσθαι τοῦ νόμου. Εἰ δὲ περιτομὴν κηρύσσω, τί διώκομαι; οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐγκαλεῖν μοι ἔχουσιν οἱ ἐξ Ἰουδαίων, ἢ τοῦτο.

« Ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ. »

Οὕτως ἀνόητός εἰμι, φησὶν, ὡς ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς θλίβεσθαι, καὶ σκανδαλίζειν ἑτέρους. Οὔτε γὰρ οὕτως ὁ σταυρὸς ἦν ὁ σκανδαλίζων τοὺς Ἰουδαίους, ὡς τὸ μὴ δεῖν πείθεσθαι τοῖς πατρῴοις νόμοις. Καὶ γὰρ Στέφανον προσενεγκόντες, οὐκ εἶπον ὅτι Οὗτος τὸν ἐσταυρωμένον προσκυνεῖ, ἀλλ' ὅτι *Κατὰ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου λέγει τοῦ ἁγίου.*

« Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς. Ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, ἀδελφοί. »

Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐδέν μοι μέλει ἐκείνων. Εἰ βούλονται, μὴ περιτεμνέσθωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποτεμνέσθωσαν.

« Μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί. »

Ἀπήλλαξεν ὑμᾶς, φησὶν, ὁ Χριστὸς τοῦ ζυγοῦ τῆς δουλείας, κυρίους ἀφῆκεν πράττειν ὅ τι βούλεσθε, οὐχ ἵνα τῇ ἐξουσίᾳ εἰς κακίαν χρησώμεθα, ἀλλ' ἵνα μείζονος μισθοῦ λάβωμεν πρόφασιν, ἐπὶ φιλοσοφίαν μείζονα ἰόντες. Ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω ζυγὸν δουλείας καλεῖ τὸν νόμον, καὶ οὐ τῆς κατάρας ἀπαλλαγὴν, ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ, ὅτι διὰ τοῦτο κελεύει τοῦ νόμου ἀποστῆναι, ἵνα ἐξῇ παρανόμως ζῆν, διορθοῦται τὴν ὑπόνοιαν, λέγων· Οὐχ ἵνα παρανόμως γένηται ἡ πολιτεία, ἀλλ' ἵνα ὑπὲρ νόμον ἡ φιλοσοφία. Ἐλύθη γὰρ τοῦ νόμου τὰ δεσμά· καὶ ἐγὼ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ταπεινότεροι, ἀλλ' ἵνα ὑψηλότεροι γενώμεθα.

« Ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις. Ὁ

[38] Act. vi, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Chrysost. καθαροὺς ἐνεδύσατο. Edit. Eton. in marg. ἴσ. καθαρῶς ἀπεδύσατο. Forte etiam legendum πῶς *καθαρῶς τοῦτο ἀπεδύσατο.*

A γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε. Λέγω δὲ, Πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε. »

Δείκνυσι τὸν τρόπον δι' οὗ ῥᾳδίως τὸν εὐαγγελικὸν πληρώσωσι νόμον, ἅμα δὲ καὶ πόθεν γέγονεν τῆς περιτομῆς ἡ ἀρχή. Ἐπειδὴ γὰρ ἀλλήλων ἄρχειν βουλόμενοι, ἐσχίσθητε, φησὶ, δουλεύσατε ἀλλήλοις. Οὕτω γὰρ συναχθήσεσθε πάλιν. Λεληθότως δὲ τοῦτο λέγει, καὶ οὐ φανερῶς.

« Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· Ταῦτα δὲ ἀντίκειται
B ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ ἂν θέλητε, ταῦτα ποιῆτε. »

*Σάρκα* φησὶ, τὴν προαίρεσιν τὴν πονηρὰν, πνεῦμα δὲ, τὴν προαίρεσιν τὴν ἀγαθὴν, τὴν ἄνω τρέχειν σπουδάζουσαν.

Ἡ μὲν κακία ἀντίκειται τῇ ἀρετῇ· ἡ δὲ ἀρετὴ πάλιν ἐναντιοῦται τῇ κακίᾳ, παιδαγωγοῦ τινος τάξιν ἀναπληροῦσα, καὶ μὴ ἐῶσα ὑμᾶς κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς φαύλας πορεύεσθαι.

« Εἰ δὲ Πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, διχοστασίαι, αἱρέσεις, φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ
C προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματός ἐστι, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθοσύνη, πίστις, πραότης, ἐγκράτεια. Κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος. »

Ὁ Πνεῦμα ἔχων ὡς χρὴ, διὰ τούτου σβέννυσι πονηρὰν ἐπιθυμίαν ἅπασαν. Ὁ δὲ τούτων ἀπαλλαγεὶς, οὐ δεῖται τῆς ἀπὸ τοῦ νόμου βοηθείας, ὑψηλότερος πολλῷ τῆς ἐκείνου εὐαγγελίας γενόμενος. Ὁ γὰρ μὴ ὀργιζόμενος, πῶς δεῖται ἀκούειν, *Οὐ φονεύσεις*; ὁ μὴ βλέπων ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς, πῶς χρήζει τοῦ παιδεύοντος μὴ μοιχεύειν; Τίς γὰρ διαλέξεται περὶ τοῦ καρποῦ τῆς κακίας, τῷ τὴν ῥίζαν αὐτῆς ἀνασπάσαντι;
D

Ὁρᾷς ὅτι οὐ τὴν σάρκα φησὶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸν γεώδη λογισμόν. Αἱ γὰρ ἔχθραι, καὶ οἱ ζῆλοι, καὶ αἱ αἱρέσεις, πῶς ἂν εἶεν σαρκός;

« Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ἐπιθυμίαις. »

*Σάρκα* πάλιν ἐνταῦθα, τὰς πονηρὰς πράξεις καλῶν.

« Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν. »

Κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους πολιτευώμεθα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *στοιχῶμεν*. Λέγει δέ· Ἀρκεσθῶμεν τῇ τοῦ Πνεύματος δυνάμει, καὶ μὴ ἐπιζητῶμεν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου προσθήκην

[VERS. 14-16.] Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si invicem mordetis et comeditis, videte ne ab invicem consumamini. Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis. »

Modum aperit, quo facili negotio evangelicam legem impleant; insuper et qua de causa circumcisio apud ipsos invecta esset. Nam quia, dum alter alteri vultis dominari, divisi estis, inquit, vobis invicem servite. Sic enim in unum denuo compingemini. Hoc vero subobscuris, non perspicuis verbis edisserit.

VERS. 17. « Caro enim concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem. Hæc autem sibi invicem adversantur; ut non quæcunque vultis, illa faciatis. »

*Carnem* dicit, voluntatem malam: spiritum autem, voluntatem bonam, quæ sursum ire contendat.

Vitium quidem virtuti adversatur: virtus vero rursum adversatur vitio, et cujusdam pædagogi vices exsequitur, non nos sinens secundum cupiditates malas incedere.

VERS. 18-23. « Quod si Spiritu Dei ducimini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis: quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, impudicitia, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia; quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agant, regnum Dei non consequentur. Fructus autem Spiritus est charitas, **174** gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Adversus ejusmodi non est lex. »

Qui Spiritum habet, sicut oportet, ejus ope pravam omnem cupiditatem exstinguit. Qui vero ab his exemptus est, auxilio legis non indiget, ut qui præceptis ejus altior evaserit. Nam qui non irascitur, quid jam opus habet ut audiat, *Non occides?* qui non intuetur impudicis oculis, quid opus est ut doceatur, non esse mœchandum? Ecquis enim de fructu malitiæ sermonem ad illum habeat, qui radicem ejus jam evulsit?

Vides eum istic non loqui de carne, sed de terrena cogitatione. Nam inimicitiæ, et contentiones, et sectæ, vel hæreses, quonam modo ad carnem spectaverint?

VERS. 24. « Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. »

*Carnem* hic rursum appellat quascunque malas actiones.

VERS. 25. « Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus. »

Secundum regulas illius vitam instituamus. Nam hoc significat verbum, *ambulemus*. Ait autem: Spiritus virtute contenti simus, nec quæramus insuper additamentum et appendicem ex lege mutuari.

Vers. 26. « Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, »

Declarat, eos qui circumcisionem inducebant, appetitu gloriæ id facere.

« Invicem provocantes, »

Ad contentiones nimirum, et rixas.

« Invicem invidentes. »

Enimvero ex inani gloria æmulatio nascitur.

## CAP. VI.

Vers. 1. « Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. »

Non dixit, si perpetraverit, sed, *si præoccupatus fuerit*; hoc est, si abreptus. Vide autem quam apposite illos quoque qui circumcisionem prædicarent, ad fidem adducit, dum ait peccatum ipsorum præoccupatione et abreptione admissum fuisse: attamen alios hortatur, ne eis jungantur. Qua enim ratione una abducantur cum illis quos jubentur emendare?

« Vos qui spirituales estis, ejusmodi instruite. »

Non dixit, pœnas infligite, nec condemnate, sed corrigite.

« In spiritu lenitatis. »

Ejusmodi legem præscribit doctoribus, ut cum mansuetudine cuncta proloquantur. Apprime vero non dixit solum, in lenitate, sed, *in spiritu lenitatis*: ut significaret, hæc quoque Spiritui placere, quippe cum et convenienti ratione corrigere, spiritualis sit doni.

« Considerans teipsum, ne et tu tenteris. »

Tacite comprimit eorum arrogantiam qua doctrinæ nomine intumescebant. Etenim ne propter docendi officium efferamur, nos in timore et anxietate constituit.

175 Vers. 2. « Alter alterius onera portate. »

Nam quia fieri non potest, ut quisquis homo est, immunis a mendo et labe sit; admonet ne rigidi censores sint delictorum alienorum.

« Et sic adimplete legem Christi. [Vers. 3.] Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. »

Qua nempe alios toleratis. Exempli gratia: iste iracundus est, tu vero somnolentus? hujus impetum tolera, ut is vicissim tuam segnitiem ferat: hocque modo fiet, ut neque hic peccet, dum abs te toleratur, nec tu delictum admittas, dum pro iis in quibus gravis molestusque es, sustineris a fratre tuo.

Vers. 4. « Opus autem suum probet unusquisque. »

V. gr., si quidpiam boni fecisti, considera ne forte propter inanem gloriam, aut ex necessitate, aut simulatione hoc feceris, neve ob ullam humanam causam.

« Et sic in semetipso gloriam habebit, et non in altero. »

Hæc ait, non quasi legem præscribens, sed illis indulgens: perinde ac si dixisset: Gloriari qui-

« Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι. »

Δείκνυσιν ἐκείνους τοὺς εἰσάγοντας τὴν περιτομὴν διὰ φιλοδοξίαν τοῦτο ποιοῦντας.

« Ἀλλήλους προκαλούμενοι. »

Εἰς φιλονεικίας δηλονότι καὶ ἔρεις.

« Ἀλλήλοις φθονοῦντες. »

Ἀπὸ γὰρ τῆς κενοδοξίας ὁ φθόνος.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

« Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι. »

Οὐκ εἶπεν, ἐὰν πράξῃ, ἀλλ' *ἐὰν προληφθῇ*, τουτέστιν, ἐὰν συναρπαγῇ. Ὅρα δὲ πῶς εὐφυῶς κἀκείνους τοὺς κηρύσσοντας περιτομὴν εἰς τὴν πίστιν εἰσάγει, ἐν προλήψει καὶ συναρπαγῇ λέγων αὐτῶν τὸ ἁμάρτημα, καὶ τοὺς ἄλλους πείθει μὴ συνάπτεσθαι αὐτοῖς. Πῶς γὰρ συναπαχθεῖεν, οἱ καὶ διορθοῦσθαι ἐκείνους κελευόμενοι;

« Ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ, καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον. »

Οὐκ εἶπεν, κολάζετε, οὐδὲ καταδικάζετε, ἀλλὰ διορθοῦτε.

« Ἐν πνεύματι πρᾳότητος. »

Τοιοῦτον νόμον τοῖς διδασκάλοις εἰσφέρει τὸ πάντα μετὰ πρᾳότητος λέγειν. Εὖ δὲ, τὸ μὴ μόνον ἐν πρᾳότητι, ἀλλὰ, *ἐν πνεύματι πρᾳότητος* εἰπεῖν· ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ τῷ Πνεύματι αὐτὰ δοκεῖ, καὶ τὸ μετ' ἐπιεικείας διορθοῦσθαι, χαρίσματός ἐστι πνευματικοῦ.

« Σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς. »

Λεληθότως καθαιρεῖ τὸ φρόνημα, τὸ ἐκ τῆς διδασκαλίας γινόμενον. Ἵνα γὰρ μὴ δι' αὐτὸ τὸ διδάσκειν ἐπαιρώμεθα καὶ ἡμεῖς, ἐν φόβῳ καὶ ἀγωνίᾳ καθίστησιν.

« Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. »

Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον ὄντα χωρὶς ἐλαττώματος εἶναι· παραινεῖ μὴ ἀκριβεῖς εἶναι ἐξεταστὰς τῶν ἑτέροις πεπλημμελημένων.

« Καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν, ἑαυτὸν φρεναπατᾷ. »

Δι' ὧν ἀλλήλους φέρετε. Οἷον, Ὁ δεῖνά ἐστιν ὀργίλος, σὺ δὲ ὑπνηλός; φέρε αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν τὴν σφοδρὰν, ἵνα καὶ αὐτός σου τὴν νωθείαν· καὶ οὕτως οὔτε ἐκεῖνος ἁμαρτήσεται ὑπὸ σοῦ βασταζόμενος, οὔτε σὺ πλημμελήσεις ἐν οἷς εἶ βαρὺς, ἀνεχομένου σου τοῦ ἀδελφοῦ.

« Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος. »

Οἷον εἰ ἐποίησας ἀγαθὸν, σκόπει σὺ μήποτε διὰ κενοδοξίαν, ἢ δι' ἀνάγκην, ἢ ὑποκρίσει τοῦτο ἐποίησας, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀνθρωπίνην αἰτίαν.

« Καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον. »

Ταῦτα οὐ νομοθετῶν λέγει, ἀλλὰ συγκαταβαίνων, ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Τὸ καυχᾶσθαι μὲν οὐ καλόν. Εἰ δὲ

ἄρα βούλει, μὴ κατὰ τοῦ πλησίον, ὡς ὁ Φαρισαῖος.[**] A Καὶ τοῦτο δὲ συνεχώρησεν, ἵνα τὸ ὅλον κατὰ μικρὸν ἐξέλῃ. Ὁ γὰρ συνεθισθεὶς εἰς ἑαυτὸν μόνον, καὶ μὴ καθ' ἑτέρων, καὶ τοῦτο ταχέως διορθώσεται τὸ ἐλάττωμα.

« Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. »

Δοκεῖ μὲν τιθέναι λογισμὸν κωλύοντα καθ' ἑτέρου καυχᾶσθαι. Διορθοῦται δὲ τὸν καυχώμενον, ὥστε μηδὲ ἐφ' ἑαυτῷ μέγα φρονεῖν, εἰς ἔννοιαν ἀγαγὼν αὐτὸν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, καὶ τοῖς ὀνόμασι τοῦ φορτίου πιέζων αὐτοῦ τὸ συνειδός.

« Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ B κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Μὴ πλανᾶσθε, Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. Ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες, μὴ ἐκκακῶμεν. »

Ἐνταῦθα περὶ τῶν διδασκάλων πάλιν ὁ λόγος αὐτῷ, ὥστε πολλῆς ἀπολαύειν παρὰ τῶν μαθητευομένων θεραπείας. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἐνομοθέτησε. Καὶ διὰ τί; ἄκουε. Ἐπειδὴ τὸ διδασκαλικὸν ἀξίωμα πολλάκις κατεφύσα τοὺς ἔχοντας, καταπαύων αὐτῶν τὸ φρόνημα, εἰς ἀνάγκην αὐτοὺς κατέστησε τοῦ δεῖσθαι τῶν μαθητευομένων, κἀκείνους πάλιν εἰς ἀφορμὴν ἤγαγεν τοῦ πρὸς εὐποιίαν εὐκολωτέρους γίνεσθαι, C γυμνάζων αὐτοὺς ἡμέρους εἶναι. Φησὶ δὲ, *ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς*, ὥστε πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι εἰς αὐτοὺς δαψίλειαν.

« Καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν, μὴ ἐκλυόμενοι. »

Οὐχ ὥσπερ ὁ σαρκικὸς ἄπορος, φησὶ, καὶ ἐν τῷ ἀμητῷ πολὺν ἔχει κόπον, οὕτω καὶ ὁ πνευματικὸς, ἀλλ' ἐν ἀναπαύσει γίνεται πολλῇ.

« Ἄρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. »

Τάχος καὶ σπουδὴν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην εἰσφέρειν παρακελεύεται. Οὔτε γὰρ πάντοτε τοῦ ἐλεεῖν ἐσμεν κύριοι. Ὅταν γὰρ ἐντεῦθεν ἀπενεχθῶμεν, κἂν D μυριάκις βουληθῶμεν, οὐδὲν περαίνομεν πλέον. Τὸ δὲ, *πρὸς πάντας*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς Ἰουδαϊκῆς ταπεινότητος. Ἐκείνοις μὲν γὰρ τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἅπαντα πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἦν. Ἡ δὲ τῆς χάριτος φιλανθρωπία, γῆν ὁμοῦ καὶ θάλατταν ἐπὶ τὴν τῆς ἐλεημοσύνης μετάληψιν καλεῖ, καὶ πλείονα πρὸς τοὺς οἰκείους τὴν σπουδὴν ἐπιδείκνυται.

« Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. »

Πάντα δέχεσθαι τὸν λόγον αὐτοῦ παραινεῖ, καὶ τὸ μέγεθος τῶν δογμάτων, διὰ τὸ, *πηλίκοις*, εἰπεῖν,

[**] Luc. xviii, 10.

dem minime convenit: sin autem lubeat, at saltem non adversus proximum; velut ille Pharisæus. Atqui hoc concessit, ut paulatim totum auferret. Nam qui in more habuerit in seipso tantummodo gloriam habere, et non adversus alios, is brevi hoc quoque vitium correxerit.

VERS. 5. « Unusquisque enim onus suum portabit. »

Videtur proponere rationem quæ prohibeat adversus alium gloriari. Cæterum gloriabundum corrigit, ne sibi valde placeat, revocans illum ad propriorum peccatorum considerationem, adhibito insuper *oneris* et sarcinæ nomine, quo conscientiam illius premat.

VERS. 6-9. « Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat de carne sua, de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus. »

Hoc rursum loci de doctoribus loquitur, quos a discipulis suis multa sollicitudine curari vult: quippe cum ita fieri Christus ipse sanxerit. Quare vero? audias. Quoniam ob docendi auctoritatem fastu inflabantur illi qui ea ornati erant; horum ut compesceret arrogantiam, in hanc eos necessitatem coegit, ut ipsi discipulis opus haberent: illis vero rursum præbet occasionem ut ad bene de aliis merendum faciliores fiant, ipsos exercens ad benevolentiam erga magistros præstandam. Ait autem, *in omnibus bonis*, ut omnem in eos liberalitatem impendant.

« Tempore enim suo metemus non deficientes. »

Non uti carnalis messor, inquit, qui nihil fructuum percipit, quamlibet metendo multum laboret, sic est spiritualis. Hic enim quiete multa potitur.

VERS. 10. « Ergo dum tempus habemus, operemur bonum **176** ad omnes, maxime ad domesticos fidei. »

Hortatur ut festinationem et diligentiam adhibeant ad eleemosynam erogandam. Non enim in potestate nostra est semper et ubique misereri. Quando enim ex hoc sæculo egressi erimus, etsi millies volemus, nihil ultra perficiemus. Ait autem, *ad omnes*, ad differentiam Judaicæ humilitatis. Nam omnia charitatis illorum officia in contribules solum impendebantur: at gratiæ humanitas, terram pariter et mare ad beneficentiæ participationem invitat, ut tamen copiosiorem erga domesticos fidei sollicitudinem præferat.

VERS. 11. « Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. »

Suadet ut totum sermonem suum excipiant, dicendoque, *qualibus*, et, *manu mea*, sublimita-

tem doctrinæ suæ significat. Ad hæc aliud quoque innuit. Quodnam vero istud? quoniam hanc ipsi calumniam struebant, ac si cum circumcisionem profiteretur, simularet tamen non profiteri; ideo compulsus est epistolam manu propria scribere; apud eos testimonium deponens sua exaratum manu.

VERS. 12. « Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi. »

Demonstrat illos gloriæ duntaxat studio prædicationi operam dare, non quod hoc munus exsequi ipsis incumberet.

« Tantum ut crucis persecutionem non patiantur. »

Tantum abest, inquit, ut vinculis meis doleam, quod rationem redditurus sim, non solum eorum quæ palam annuntio, verum etiam prædicationis illorum ; ut potius gaudendum existimem : res quippe nobis in salutem succedet. Cæterum statim modestiam præfert, cum ait hanc sibi salutem precibus ipsorum et subministratione Spiritus obventuram.

« Quia in nullo confundar : sed in omni fiducia, sicut semper et nunc, magnificabitur Christus in
B corpore meo. »

Hoc est, vincula non pertimesco ; non pro defensione mea dicere, non mortem ipsam, ut prædicationis officium deseram.

« Sive per vitam, sive per mortem. »

Sive vixero, inquit, amplius prædicabo, sive moriar, perinde Christus celebrabitur, cujus prædicatio ministros tales habeat, qui mortem ipsam aspernentur.

Vers. 21. « Mihi enim vivere Christus. »

Vide quot momentis eos a tristitia revocet. Primo quidem, quia pudore non suffunditur ; secundo, quia Christus magnificatur ; tertio, quia vivere non cupit, nisi propter Christum solum, ut ministerium obeat suum.

« Et mori lucrum. »

Non vos doleat vinculorum meorum, inquit. Quæstum quippe magnum fecero, si pro Christo moriar.

Vers. 22, 23. « Quod si vivere in carne, hic mihi fructus operis est. Et quid eligam ignoro. Coarctor autem e duobus, desiderium habens »

Explicat quæ prædixerat, et velut interpretatur. Quid hoc est, *mihi?* quidve istud, *vivere Christus ?* ait ergo : Vivere Christum hanc vitam, nihil aliud est nisi quæstus spiritualis, cujus mihi fructus debetur.

**196** « Dissolvi et esse cum Christo, multo magis melius : [Vers. 24-26] permanere autem
D in carne, necessarium propter vos. Et hoc confidens scio, quia manebo et permanebo omnibus vobis. »

Ac tunc quidem erat cum Christo, secundum illud : *Si experimentum quæris ejus qui in me loquitur Christi* [81]. At non ut aliquando : *Nunc enim*, inquit, *videmus per speculum et in ænigmate ; tunc autem facie ad faciem* [82].

« Ad profectum vestrum et gaudium fidei, ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me per meum adventum iterum ad vos. »

Vide rursum quantum boni quæstum eos facere testificatur. Nam qui progressum facit, gradiendo

[81] II Cor. xiii, 3. [82] I Cor. xiii, 12.

proficit. Quo vero progressum faciant, nisi ad gaudium fidei? Qui autem in gaudio hoc profecerit, inquit, is gloriabitur in Christo.

Vers. 27. « Tantum digne Evangelio Christi conversamini, ut sive cum venero, et videro vos, sive abiens, audiam quæ de vobis sunt, »

Postquam testificatus est multum eos profecisse, sensim ipsos reprimit, ne superbia inflentur, audientes se progressum fecisse. Reprimit vero, suadens ut dignam Evangelio vitæ rationem inire studeant.

« Quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii: [Vers. 28] et in nullo terreamini ab adversariis; quæ illis est causa perditionis. »

Cum eos monuerit ut digne Evangelio conversentur, conversationis quoque edisserit genus. Illud autem est sinceritas in fide. Nam alio modo non potestis, inquit, unus spiritus esse, præterquam isto. Deinde, si animam unam habeant: quod eximiæ charitatis argumentum est. Cæterum magnum exinde certamen ait subsecuturum. Quodnam vero illud, nisi ut Evangelii pugiles fiant? Enimvero complures erant adversarii; illi nimirum qui ex circumcisione.

« Nobis autem salutis, et hoc a Deo: [Vers. 29] quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. »

Observa quomodo tacite iterum illos reprimit. Nam postquam athletas et pugiles eos dixit Evangelii, subjunxit, hoc ipsum a Deo præstari; quin et ipsis concessum esse ut pro eo patiantur. Hoc autem ait, non ut animi affectum, non ut propositum dissolvat (mihi siquidem incumbit, ut propositum bonum habeam), sed ut omnia bona a Deo esse censeant. *Non enim ego*, inquit, *sed gratia Dei mecum* [88].

Vers. 30. « Idem certamen habentes, quale vidistis in me, et nunc audistis in me. »

Hoc in loco duo utilia suggerit, primum ne extollantur, ceu ipsi soli pugiles sint, quando exemplo ipsius decertant. Alterum, ne vel vincula, vel exspectatio mortis ipsos exterreat: unde illos ad sui æmulationem adhortatur. Videsis vero quam anxie Paulus discipulorum sit sollicitus, ut, sive bene agerent, sive metuerent, angeretur: ac siquidem rem recte gererent, ne efferrentur; sin autem trepidarent, ne propter metum, ut assolet, desponderent animum.

## 197 CAP. II.

Vers. 1, 2. « Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si quæ societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes. »

[88] I Cor. xv, 1

A Ποῦ δὲ προκόπτουσιν, ἢ εἰς τὴν χαρὰν τῆς πίστεως; Ὁ δὲ εἰς ταύτην προκόπτων, καυχήσεται, φησὶν, ἐν Χριστῷ.

« Μόνον ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε, ἵνα εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν. »

Μαρτυρήσας αὐτοῖς πολλὴν προκοπὴν, ἠρέμα καταστέλλει αὐτοὺς, ἵνα μὴ φυσηθῶσιν ἀκούσαντες, ὡς προέκοψαν. Καταστέλλει δὲ, ἀξίαν αὐτοὺς τοῦ Εὐαγγελίου πολιτείαν ἐπιτηδεύειν παραινῶν.

« Ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, ἥ τίς αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, »

B Εἰπὼν αὐτοῖς ἀξίους τοῦ Εὐαγγελίου πολιτεύεσθαι, λέγει καὶ τὸ εἶδος τῆς πολιτείας. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ περὶ τὴν πίστιν γνήσιον. Ἄλλως γὰρ οὐ δύνασθε ἓν πνεῦμα γενέσθαι, ἢ οὕτως· ἔπειτα τὸ καὶ μίαν ἔχειν ψυχήν. Τοῦτο δὲ ὑπερβαλλούσης ἀγάπης ἀπόδειξις. Μέγαν δὲ λέγει εἶναι τὸν ἐκ τούτων ἆθλον. Καὶ ποῖον τοῦτο, ἢ τὸ ἀθλητὰς αὐτοὺς γενέσθαι ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου; Ἦσαν γὰρ πολλοὶ οἱ ἀντικείμενοι οἱ τῆς περιτομῆς.

« Ἡμῖν δὲ σωτηρίας, καὶ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ· ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. »

C Ὅρα πάλιν ὡς ἠρέμα καταστέλλει. Εἰπὼν γὰρ ὅτι ἀθληταί ἐστε ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου, ἐπήγαγεν ὅτι αὐτὸ τοῦτο ἀπὸ Θεοῦ ἔρχεται· καὶ τοῦτο ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ πάσχειν ὑπὲρ αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ, φησὶν, οὐ τὰ τοῦ φρονήματος διαλύων, οὐ τὰ τῆς προθέσεως· δεῖ γὰρ ἀγαθήν με ἔχειν πρόθεσιν, πάντα δὲ ἀγαθὰ ἡγεῖσθαι ἐκ Θεοῦ. *Οὐκ ἐγὼ γὰρ, ἀλλ' ἡ χάρις ἡ σὺν ἐμοί.*

« Τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, οἷον εἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί. »

Δύο χρήσιμα ἐνταῦθά ἐστι, καὶ τὸ μὴ ὑψοῦσθαι ὡς μόνους ἀθλητὰς, ὅπου γε κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἀθλοῦσι. Καὶ τοῦ μὴ δειλιᾷν ἐπὶ τοῖς δεσμοῖς, καὶ τῇ προσδοκίᾳ τοῦ θανάτου, ὅπου γε καὶ μιμεῖσθαι αὐτοὺς ἑαυτὸν παρακελεύεται. D Ὅρα δὲ πόση ἀγωνία τῷ Παύλῳ περὶ τῶν μαθητῶν, ὡς καὶ κατορθούντων αὐτῶν, καὶ δεδιότων, ἀγωνιᾷν· κατορθούντων μὲν διὰ τὸ ὕψωμα, δεδιότων δὲ, διὰ τὴν τῆς δειλίας γενομένην ὑποστολήν.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Εἴ τις οὖν παράκλησιν ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τις σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοὶ, πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες. »

Μέλλων αὐτοὺς παραινεῖν ὁμοπίστους εἶναι καὶ ὁμοψύχους, ὥσπερ ὅρκῳ αὐτῶν προκαταλαμβάνει τὰς ψυχάς, μονονουχὶ λέγων· πρὸς αὐτῆς τῆς παρακλήσεως ὑμᾶς ὁρκίζω, ἧς παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς κοινωνίας τοῦ Πνεύματος, πρὸς αὐτῶν τῶν σπλάγχνων, πρὸς αὐτῶν τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, *πληρώσατέ μου τὴν χαράν*. Αὕτη δέ ἐστι τὸ, ὁμοπίστους ὑμᾶς εἶναι καὶ ὁμοψύχους.

« Μηδὲν κατὰ ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν, ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ, ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. »

Τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα τὸ τὰς αἱρέσεις ποιοῦν, ἔρις καὶ κενοδοξία.

« Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος. »

Μὴ τοῦτο σκόπει, φησὶν, ὅπως διδάσκαλος καὶ μέγας τις ὀνομασθῇς, ἀλλ' ὅπως μὴ σκανδαλίσῃς τὸν ἀδελφόν.

« Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός. »

Περὶ ταπεινοφροσύνης ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, εἰ καὶ δόγματος ἅπτεται. Ὅρα δὲ πόση ἀκρίβεια τοῦ δόγματος. Ὅτι καὶ ἴσος τῷ Πατρὶ ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσε, καὶ ὅτι ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ὅτι ἑκών. Ἵνα γὰρ μή τις ἀκούσας ὡς ὑπήκοος γέγονε τῷ Πατρὶ, ἀνάγκην νομίσῃ ἐπενήχθαι αὐτῷ, ὡς ἀπὸ μείζονος πρὸς ἐλάττονα, τούτου χάριν πολλαχοῦ τὸ, *ἑαυτὸν*, προσάπτει, *ἑαυτὸν ἐκένωσε* λέγων, *καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος*. Ταῦτα δὲ λέγει, ἓν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ δηλῶν. Καὶ οὐ μόνον ταῦτα τὰ δόγματα δηλοῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπέμεινε θάνατον, γενόμενος ἄνθρωπος, ὁ ἐν ἰσότητι τοῦ Πατρός· καὶ οὐχ ἁπλῶς θάνατον, ἀλλὰ θάνατον, τὸν διὰ σταυροῦ. Καὶ ὅτι οὐχ ἐκρατήθη θανάτῳ. *Ὕψωσε γὰρ αὐτὸν*, φησὶν, *ὁ Θεός*. Ὅταν δὲ τὸ, *ὕψωσε* καὶ *ἤγειρε*, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούσῃς, τὴν οἰκονομίαν ἐ[illegible]· μὴ γὰρ δὴ ὡς ἐλαττούμενον δυνάμεως αὐτὸν ἐννοήσῃς· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Πατρός. *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.*

« Εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ὥστε, ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε. »

Ἵνα οὕτω δοξάζηται, φησὶν, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ, ἴσος τε καὶ ὅμοιος αὐτῷ.

« Μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου. »

[44] I Cor. I, 24.

Priusquam eos adhortetur ad fidem unam ac animum unum habendum, velut sacramento mentes ipsorum occupat, his forme verbis : Per consolationem illam qua Christus nos consolatus est, perque charitatem et communicationem Spiritus, per ipsamet viscera, per ipsas miserationes Dei, vos adjuro : *impleta gaudium meum*. Hoc autem in eo consistit, quod unius fidei atque animi sitis.

Vers. 3. « Nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam, sed humilitate superiores sibi invicem arbitrantes. »

Hoc enim est quod præsertim hæreses facit, contentio scilicet et vana gloria.

Vers. 4. « Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum. »

Ne hoc displeias, inquit, quo pacto doctor, aut magnus quidam appelleris, sed quomodo fratri tuo offendiculo non sis.

Vers. 5-11. « Hoc autem sentiatur in vobis, quod et in Christo Jesu : qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo ; sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen ; ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus. »

De humilitate illi sermo erat, tametsi dogma perstringit. Inspice vero quam accurate id explicet. Quod nempe Christus æqualis sit Patri, quod semetipsum exinaniverit, quod factus sit homo, quod sponte id egerit. Ne enim aliquis audiens eum factum esse obedientem Patri, vim ei illatam putaret veluti inferiori a superiore, propterea frequenter inculcat, *semetipsum*. *Semetipsum*, inquit, *exinanivit*, et *humiliavit semetipsum factus obediens*. Sic porro loquitur, ut unam Patris Filiique voluntatem significet. Non solum autem hæc doctrinæ capita explicat ; verum etiam quod mortem homo factus pertulerit, cum æqualis esset Patri ; neque mortem duntaxat, sed mortem quam per crucem obierit. Ad hæc quod morte non sit detentus. *Deus enim*, inquit, *exaltavit illum*. Quando autem audieris, *exaltavit*, *suscitavit*, et similia, dispensationem, incarnationemve cogita. Neque arbitreris debilioris eum esse virtutis : quippe cum virtus sit Patris. *Christus Dei virtus, et Dei sapientia* [44], inquit.

« In gloria Dei Patris. [Vers. 12.] Itaque, charissimi mei, sicut semper obedistis. »

Ut eo modo collaudetur, inquit, quo et Pater, quia æqualis et similis est illius.

198 « Non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea. »

Amplius enim amorem suum erga magistrum A promit, qui illum etiam absentem audit. Nam qui præsenti auscultat, id forsan pudore facit : qui autem, dum is est absens, audit, magnam præfert suæ adversus magistrum dilectionis sinceritatem.

« Cum timore et tremore salutem vestram operamini. »

Eos iterum anxios reddit, superciliumque ipsorum adeo deprimit, ne ob egregia facinora superbiant.

Vers. 13. « Deus enim est qui operatur in vobis velle et perficere pro bona voluntate. »

Hoc porro ait, non ut libertati voluntatis detrahat; sed quod rursum formidet ne extollantur. Nam quod animi propositum in causa sit, ut vel B boni, vel mali simus, manifestum fecit exhortando ut cum timore salutem suam operarentur.

Vers. 14, 15. « Omnia autem facite sine murmuratione, et cogitationibus, ut sitis sine querela, et simplices filii Dei sine reprehensione. »

Nam qui mandata murmurando peragit, quasi gravia illa sint, mercedem quam ex his consecuturus erat, amittit. Quod autem ait, *et cogitationibus*, idem est ac si diceret, sine ambiguitate et dubitatione, et nihil hæsitando. Nam qui hoc pacto ea exsequitur, inquit, ille irreprehensus erit.

Cum charitate, libenti animo.

« In medio generationis pravæ et perversæ. » C

*Pravam generationem*, Judæos dicit, secundum illum Domini ad eos sermonem : *Generatio prava et perversa* [55].

« Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, [Vers. 16] verbum vitæ continentes. »

Nam qui dicere possunt, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* [56], hi possunt esse luminaria. *Verbum vitæ*, Evangelium vocat.

« Ad gloriam meam, et in die Christi : quia non in vacuum cucurri, neque in vanum laboravi. »

Magna siquidem gloria magistrorum est progressus discipulorum. Quousque autem pertingere progressum oportet, nisi ad adventum Christi? Sic D vero loquitur, ut in ipsomet progressu, nihil ei detrahentes moriamur. Sic enim integrum et sanum eum exhibebimus.

Vers. 17, 18. « Sed etsi immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestræ, gaudeo et congratulor omnibus vobis. Idipsum autem et vos gaudete, et congratulamini mihi. »

Mortem suam, sacrificium et libationem semper nuncupat : perindeque loquitur in Epistola ad Timotheum : *Ego enim jam delibor*, inquit, *et tempus resolutionis meæ instat* [57]. Ait igitur, *Ecce morior*, mihique mortem decernunt hostes veritatis ob

Μᾶλλον γὰρ τὴν ἀγάπην ἐνδείκνυται τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον, ὁ παρὰ τὴν ἀπουσίαν ἀκούων αὐτοῦ. Ὁ μὲν γὰρ παρόντι πειθόμενος, ἴσως καὶ αἰσχυνόμενος τοῦτο ποιεῖ· ὁ δὲ παρὰ τὴν ἀπουσίαν ἀκούων, μέγα δείκνυσι τῆς εἰς τὸν διδάσκαλον ἀγάπης τὸ γνήσιον.

« Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. »

Πάλιν ἀγωνιᾷν αὐτοὺς ποιεῖ· τοσοῦτον αὐτῶν τὴν ἐκ τοῦ κατορθοῦν κατασπᾷ ὀφρύν.

« Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. »

Καὶ τοῦτό φησιν, οὐχ ὡς τῆς προαιρέσεως καθαιρετικὸν, ἀλλ' ὡς φοβούμενος πάλιν μὴ ἐπαρθῶσιν. Ὅτι γὰρ ἡ γνώμη αἰτία τοῦ ἀγαθοὺς ἡμᾶς εἶναι ἢ πονηροὺς, ἐδήλωσε διὰ τοῦ παραινέσαι μετὰ φόβου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐργάζεσθαι.

« Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμοῦ καὶ διαλογισμῶν, ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα. »

Ὁ γὰρ τὰς ἐντολὰς ἐργαζόμενος μετὰ γογγυσμοῦ, ὡς βαρειῶν οὐσῶν, ἀπόλλυσι τὸν ἐπὶ ταύταις μισθόν. Τὸ δὲ, *καὶ διαλογισμῶν*, τοῦτο δηλοῖ, τὸ ἀδιστάκτως καὶ ἀνενδοιάστως, καὶ μηδὲν διακρινομένους. Ὁ γὰρ οὕτως αὐτὰς ἐργαζόμενος ἔσται, φησὶν, ἄμεμπτος.

Διὰ τὴν ἀγάπην, διὰ τὴν ἀρέσκειαν.

« Ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης. »

*Γενεὰν σκολιὰν*, τὴν τῶν Ἰουδαίων φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον πρὸς αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ Κυρίου· *Γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη*.

« Ἐν οἷς φαίνεσθε, ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. »

Οἱ γὰρ δυνάμενοι λέγειν, *Ἐσημειώθη ἐφ' ὑμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε*, οὗτοι δύνανται φωστῆρες γενέσθαι. *Λόγον* δὲ *ζωῆς*, τὸ εὐαγγελικόν φησιν.

Εἰς καύχημα ἐμοὶ, καὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ· ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. »

Μέγα γὰρ ὄντως διδασκάλων καύχημα ἡ τῶν μαθητῶν προκοπή. Μέχρι τίνος δὲ τὴν προκοπὴν φθάσαι δεῖ, ἢ μέχρι τῆς παρουσίας Χριστοῦ; τοῦτο δὲ λέγει, ἵνα αὐτὴν ἔχοντες ἀποθάνωμεν, μηδὲν αὐτῆς παρασαλεύσαντες. Οὕτω γὰρ αὐτὴν σώαν ἐπιδειξόμεθα.

« Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε, καὶ συγχαίρετέ μοι. »

Σπονδὴν ἀεὶ τὸν θάνατον ἑαυτοῦ φησιν, καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον ὁμοίως· *Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου πάρεστι*. Λέγει οὖν, ὅτι *Καὶ ἀποθνήσκω*, καὶ θάνατόν μου καταψηφίζονται οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ διὰ τὸ κήρυγμα,

[55] Luc. IX, 41. [56] Psal. IV, 7. [57] II Tim. IV, 6.

οὐχ ὅτι λυποῦμαι, ἀλλὰ χαίρω σφόδρα. Οὐκοῦν καὶ A αὐτοὶ χαίρειν ὀφείλετε.

« Ἐλπίζω δὲ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, Τιμόθεον ταχέως πέμψαι ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ, γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. »

Πέμπω, φησὶν, ὑμῖν Τιμόθεον, ἵνα ἀκούων τὰ περὶ ὑμῶν, χαίρω. Οὐχ ὅτι ἠγνόει· αὐτὸς γὰρ ἔλεγεν εὐχαριστεῖν ὑπὲρ αὐτῶν καθ' ἑκάστην δέησιν. Τί οὖν ἐστι τὸ χαίρειν περὶ Τιμοθέου, ἢ ὅτι πεποίθασι καὶ χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς δεσμοῖς τοῖς διὰ τὸ κήρυγμα; τοῦτο γὰρ αὐτοῖς καὶ παραινεῖ.

« Οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν B ζητοῦσιν, οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι. »

Τοῦτο μέγιστον ἐγκώμιον Τιμοθέου, τὸ ἰσόψυχον εἶναι τῷ διδασκάλῳ· ἅμα δὲ καὶ προτροπῆς ἐστι, τὸν αὐτὸν μετὰ χαρᾶς προσδέξασθαι, ὡς αὐτὸν ὁρῶντας τὸν Ἀπόστολον.

« Ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ ἐξ αὐτῆς. Πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ.

Ἐξ αὐτῆς μὲν, τῆς κρίσεως λέγει. Ὁ δὲ νοῦς οὗτος· Σκοπῶ, φησὶν, οἷά μοι τὰ περὶ τὴν κρίσιν γενήσεται, καὶ οὕτως ὑμῖν αὐτὸν ἀποστέλλω.

« Ὅτι καὶ αὐτὸς ταχέως ἐλεύσομαι. » C

Οἶδεν διὰ τοῦ Πνεύματος, ὅτι τὰ περὶ τὴν πρώτην αὐτοῦ ἀπολογίαν ἔσται ῥᾴδια, καὶ διελεύσεται, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὰ δεσμά· καὶ ὅτι οὕτως ἐγένετο, ἐδήλωσεν ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον εἰπὼν, *Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι παρέστη, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον. Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος.*

« Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν δὲ ἀπόστολον, καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου, πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς ἰδεῖν. »

Μεγάλη σύστασις περὶ ἑκάστου τῶν μαθητῶν, ὅπου γε Ἐπαφρόδιτον μὲν *συνεργὸν καὶ συστρατιώτην* λέγει, Τιμόθεον δὲ *ὁμόψυχον*. D

Καὶ ἀδημονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε. Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλὰ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμέ. »

Ὁ Ἐπαφρόδιτος θλῖψιν ἣν ὑπομείνας ἐν Φιλίπποις διὰ τὸ κήρυγμα, καὶ τοσαύτην, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν παθῶν ὧν ἔπαθε, νοσῆσαι τὴν εἰς θάνατον νόσον· Οὐ μόνος δὲ αὐτὸς ἐλιθάσθη, ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσε γράφων Θεσσαλονικεῦσι· *Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε*, φησὶν, *ἀγαπητοὶ τὴν εἴσοδον ὑμῶν*

[35] II Tim. IV, 16.

Evangelii prædicationem. Neque **199** idcirco doleo, sed admodum gaudeo. Igitur vos quoque debetis lætari.

Vers. 19. « Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. »

Mitto ad vos Timotheum, inquit, ut audiens ex eo quæ circa vos geruntur, gaudeam. Non quod ipse nesciret, qui in qualibet oratione sua Deo pro illis gratias agere se dixerat. Quid ergo illud est, quod de Timotheo loquens, se gavisurum dicit, nisi quia accepturus erat, ob sua vincula fiduciam et voluptatem eos sumere? Ad hoc enim ipsos hortatur.

Vers. 20-23. « Neminem autem habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi. Experimentum ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servivit in Evangelio. Hunc igitur spero me mittere. »

Magna laus Timothei, quod unanimis sit magistro: sed insuper hac eos ratione invitat, ut illum cum gaudio excipiant, ac si ipsummet Apostolum cernerent.

« Mox ut videro quæ circa me sunt ex ipsa. [Vers. 24.] Confido autem in Domino. »

Ex ipsa quidem sententia, inquit. Atque hic est sensus: Exspecto quæ mihi sint eo in judicio eventura, tumque illum ad vos mittam.

« Quoniam et ipse veniam cito. »

Per Spiritum noverat cuncta sibi fore pervia et facilia in priore illa defensione sua, seque a morte et vinculis liberandum. Atque rem ita contigisse, ipse declaravit in Epistola ad Timotheum his verbis: *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt. Dominus autem mihi astitit, et liberatus sum de ore leonis* [35].

Vers. 25, 26. « Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem, et cooperatorem, et commilitonem meum; vestrum autem apostolum, et ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos: quoniam quidem omnes vos desiderabat videre. »

Magna hæc commendatio est uniuscujusque discipulorum, dum Epaphroditum quidem *cooperatorem et commilitonem* vocat, Timotheum vero *unanimem*.

« Et mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum. [Vers. 27.] Nam et infirmatus est usque ad mortem; sed Deus misertus est ejus: non solum autem ejus, verum etiam et mei. »

Epaphroditus dure Philippis habitus erat propter Evangelium, tantumque fuerat vexatus, ut ex doloribus quos pertulerat, ad mortem usque ægrotasset. Neque vero ille solus lapidibus petitus fuerat, sed etiam Apostolus. Id quod significavit ad Thessalonicenses ita scribens: *Nam ipsi scitis, fratres,*

*introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit; sed ante passi, et contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis* [59]. Graviter ergo Epaphroditus ferebat, eos audivisse, in tantum se periculum, cum apud ipsos prædicaret, incidisse, ut morti proximus fieret.

« Ne tristitiam super tristitiam haberem. [VERS. 28-30.] Festinantius **200** ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, et ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, et ejusmodi viros cum honore habetote: quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, prodens animam suam. »

Affectus igitur tristitia est propter jacturam eorum qui se insectarentur. Cæterum convaluit, inquit, ne præter hunc dolorem alio insuper affligerer, propter mortem Apostoli. Tristis autem erat, non quod dissolutionem passurus esset, et cum Christo futurus: sed quia ejus opera indigebat ad prædicandum, ut ille sua, quemadmodum et ipse dixit: *Ut maneam in carne, necessarium magis est propter vos* [60].

Non vos præsentes aderatis, inquit, sed per eum mihi ministrastis, ut ipsum mitterem.

« Ut impleret id quod vobis deerat erga me obsequium. »

Nondum, inquit, perfecte ministerium meum implevi, quod apud vos prædicandi causa suscepi. Vincula me impedierunt, quæ propter prædicationem sustinui. Epaphroditus itaque defectum hunc supplebit.

## CAP. III.

VERS. 1. « De cætero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum. »

Quinimo me quoque vinctum lætari oportet.

« Vobis autem tutum. »

Animum quippe eorum fortiter communiebat, docendo minime lugendum esse de vinculis quæ propter prædicationem toleranda essent.

VERS. 2. « Videte canes, videte malos operarios. »

Judæorum principes innuit, de quibus scriptum fuit: *Omnes canes muti, non valentes latrare, et canes impudentes animo, qui saturari nesciunt* [61].

« Videte concisionem. »

Nam carnem duntaxat secant, nihilque inde juvantur. Signaculum quippe fidei circumcisio est: ipsi vero non credunt. Cur enim circumciduntur? Cujusnam signum accipiunt? duntaxat igitur amputantur.

VERS. 3, 4. « Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu servimus Deo, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habemus: quanquam ego habeam confidentiam et in carne. »

Qui omne rerum hujus mundi desiderium am-

A *τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὡς οὐ κενὴ γέγονεν, ἀλλὰ προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις*. Ἠθύμει οὖν ὁ Ἐπαφρόδιτος, ὅτι ἦσαν ἀκηκοότες, ὡς διὰ τὸ κήρυγμα τὸ εἰς αὐτοὺς, τοσοῦτος αὐτὸν περιέστη κίνδυνος, ὡς καὶ εἰς θάνατον ἐλθεῖν.

« Ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπην σχῶ. Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν, ἵνα ἰδόντες αὐτὸν πάλιν χαρῆτε, κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ. Προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς, καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε· ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ. »

Εἶχε μὲν οὖν λύπην διὰ τὴν τῶν διωκόντων ἀπώλειαν. Ὑγίανεν οὖν, φησὶν, ἵνα μὴ πρὸς ἐκείνῃ τῇ
B λύπῃ καὶ ἑτέραν σχῶ τὴν τοῦ θανάτου τοῦ Ἀποστόλου. Ἐλυπεῖτο δὲ, οὐχ ὅτι ἀνέλυε, καὶ σὺν Χριστῷ ἦν, ἀλλ' ὅτι χρείαν εἶχεν αὐτοῦ ἐν τῷ κηρύγματι, ὥσπερ ἀμέλει καὶ αὐτοῦ· ὡς καὶ αὐτὸς εἶπε· *Τὸ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς*.

Οὐ παρῆτε ὑμεῖς, φησὶ, ἀλλ' ἐλειτουργήσατέ μοι δι' ἐκείνου, τῷ ἐκεῖνον πέμψαι.

« Ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας. »

Οὔπω τελείαν, φησὶ, τὴν λειτουργίαν πεποίημαι, ἣν λειτουργῶ ὑμῖν εἰς τὸ κήρυγμα. Ὑστερῶ δὲ, διὰ τοὺς ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος δεσμούς. Τοῦτο οὖν τὸ ὑστέρημα ὁ ἀγαπητὸς ἀναπληροῖ Ἐπαφρόδιτος.
C

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν Κυρίῳ. Τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρόν. »

Καί πού μοι τὸ χαίρειν, καὶ δεδεμένου αὐτοῦ.

« Ὑμῖν δὲ τὸ ἀσφαλές. »

Μεγάλως γὰρ αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἠσφαλίζετο, διδάσκων μὴ ἀδημονεῖν ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῖς διὰ τὸ κήρυγμα.

« Βλέπετε τοὺς κύνας· Βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας. »

Τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἰουδαίων φησὶ, περὶ ὧν ἐγέ-
D γραπτο, *Πάντες κύνες ἐνεοὶ μὴ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, καὶ οἱ κύνες ἀναιδεῖς τῇ ψυχῇ, οὐκ εἰδότες πλησμονήν*.

« Βλέπετε τὴν κατατομήν. »

Μόνον γὰρ τὴν σάρκα κατατέμνουσιν, οὐδὲν ἐκ πράγματος ὠφελούμενοι· ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς πίστεως ἡ περιτομή· οὐ πιστεύουσι δέ. Τί γὰρ περιτέμνονται; τίνος σφραγῖδα λαμβάνουσιν; οὐκοῦν κατατέμνονται μόνον.

« Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ, οἱ πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες· καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν καὶ ἐν σαρκί. »

Οἱ πᾶσαν κοσμικὴν ἐπιθυμίαν ἀποτέμνοντες. Τοῦτο

[59] I Thess. II, 1. [60] Philipp. I, 24. [61] Isa. LVI, 10.

A γὰρ ἡμῖν δέδωκε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ποιεῖν, καὶ ἡ καύχησις ἡ εἰς τὸν Χριστόν.

« Εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον. Περιτομὴ ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ἰσραὴλ, φυλῆς Βενιαμὶν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος, κατὰ ζῆλον διώκων τὴν Ἐκκλησίαν, κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος. Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν. Ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου μου· δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην, καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω καὶ εὑρεθῶ ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην. » B

Ἐπειδὴ μέγα ἐφρόνουν οἱ τοῦ γράμματος κήρυκες, ἐπί τε περιτομῇ καὶ γένει τῷ ἐξ Ἰσραὴλ, τούτου χάριν ἐφ' ἑαυτοῦ αὐτὸ ἐξουθενεῖ. Τότε γὰρ ἀληθὴς ἡ ἐξουδένωσις, οὐχ ὅταν μὴ σχών τις καταπτύει ὧν ἔχει, ἀλλ' ὅταν ἔχων, μικρὰ αὐτὰ ἡγῆται, καὶ εὐκαταφρόνητα τῇ τῶν μειζόνων καὶ ὑπερβαλλόντων εὑρέσει. Λέγει οὖν, ὅτι Πάντα αὐτῶν σχὼν τὰ σεμνὰ, καὶ τοσαύτην ἐν τοῖς νομικοῖς ἐπιδειξάμενος δικαιοσύνην, ὅσην οὐκ ἄλλος τις, πάντα ἥγημαι ζημίαν καὶ σκύβαλα, ὑπερβολῆς τινος οὔσης τῆς κατὰ Χριστὸν πολιτείας. Τοσαύτη δέ ἐστιν ἡ ὑπερβολὴ, ὥστε εὔχομαι μηδεμίαν εὑρεθῆναι ἔχοντα C ἐμαυτὸν νομικὴν δικαιοσύνην, ἵνα τὴν ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνην κερδήσω. Ὅρα πῶς τὴν μὲν ἐκ νόμου δικαιοσύνην ἑαυτοῦ φησι, τὴν δὲ εὐαγγελικὴν, Θεοῦ δικαιοσύνην, ἵνα τοσοῦτον ᾖ ἀμφοτέρων τὸ μέσον, ὅσον ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ.

« Ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ γνῶναι αὐτὸν, καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ, συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν· οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι· διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. »

D Διδάσκει τίς ἡ ἐκ Θεοῦ δικαιοσύνη· ἡ πίστις ἡ εἰς Χριστὸν, καὶ ἡ γνῶσις τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τῶν παθημάτων αὐτοῦ. Ταῦτα γὰρ ἐν ἐμοὶ εὑρεθέντα, φησὶ, καταντῆσαι ποιήσει εἰς τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπε, *καταντήσω*, ἀλλὰ, *εἴ πως καταντήσω*. Δείκνυσιν ὅτι καὶ ἤδη τοῖς λαβοῦσι τῆς γνώσεως τὸ χάρισμα καὶ τῶν παθημάτων τὴν κοινωνίαν, πολλῆς τῆς νήψεως χρεία, ἵνα μὴ ἃ ἔλαβον ἀπολέσωσι. Καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον. *Οὐχ ὅτι γὰρ ἤδη ἔλαβον*, φησὶ, καὶ δὴ περὶ τοῦ τέλους θαῤῥῶ· ἀλλὰ διώκω, ἵνα καὶ καταλάβω. Τί δὲ, ἵνα καταλάβῃ, ἢ τοῦτο τὸ χάρισμα εἰς ὃ καὶ κατελήφθη ὑπὸ Χριστοῦ; ἐν τίνι δὲ κατελήφθη, ἢ τῇ ἀναστάσει; Εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα πάντες ζήσωμεν. Φόβος οὖν μέ-

A putavimus. Hoc enim ut faceremus, Spiritus Dei concessit nobis, et hæc gloria ad Christum refertur.

« Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis. [Vers. 5-9.] Circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum justitiam quæ in lege est, conversatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Christi Jesu Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror **201** ut stercora, ut Christum lucrifaciam, B et inveniar in illo non habens justitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est, justitiam. »

Quia commendatores legis insolentius efferebantur, tum ob circumcisionem, tum ob genus quod ex Israel ducebant, idcirco hæc in se floccifacit: tum quippe vera sui aspernatio est, non quando quis, cum nihil habeat, ea respuit quæ non habet, sed quando quæ habet, vilia et contemptibilia ducit, ex quo majora et eximia nactus est. Ait ergo: Tametsi quæcunque apud illos venerationi sunt, habui, et tantam in iis quæ lege præscribuntur justitiam prætuli, quantam nullus alter, nihilominus universa hæc detrimento duxi, C et veluti stercora, cum instituta a Christo vivendi ratio plane sit excellentior. Atqui tanta hujus exsuperantia est, ut percupiam nullam in me reperiri justitiam secundum legem, quo justitiam quæ ex Deo est, lucrifaciam. Vide quomodo suam esse legalem justitiam dicit; evangelicam vero, Dei justitiam nuncupat, ut tanta inter utramque distantia sit, quanta inter Deum et hominem.

« In fide, [Vers. 10-12] ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius, configuratus morti ejus; si quo modo occurram in resurrectionem mortuorum: non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim; sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo. »

D Docet quæ sit justitia Dei, eamque esse fidem in Christum, et cognitionem resurrectionis ejus, societatemque passionum illius. Hæc, inquit, cum in me reperiantur, efficient ut occurram in resurrectionem ex mortuis. Non autem simpliciter dixit, *occurram*, sed, *si quomodo occurram*, ostenditque eos qui donum cognitionis, et passionum societatem accepere, multis vigiliis opus habere, ne ea amittant quæ acceperunt. Idque manifestum fit ex iis quæ sequuntur: *Non quod jam acceperim*, inquit. Cum enim certam de fine fiduciam habeam, attamen persequor ut et illum comprehendam. Quidnam vero, ut comprehendat, nisi illud donum cujus gratia comprehensus est a Christo? in quo autem comprehensus est, nisi in

resurrectione? Unus quippe pro omnibus mortuus est, ut omnes vivamus. Nobis ergo timor magnus et anxietas incumbit, ne in resurrectione indigni inveniamur illo qui nos suscitavit, hocque verbum audiamus : *Nescio vos* [62].

Vers. 13, 14. « Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. »

Adhuc a seipso demissionem mentis illis suadet; eo magis etiam quia non expedit beatum aliquem dicere ante mortem [63]. Quandiu ergo certaminis tempus instabat, nondum comprehenderat.

« Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. »

Docet quo pacto aliquis comprehendere queat. Quo vero, nisi eorum quæ retro sunt obliviscatur? dicendo autem, *quæ retro sunt*, intelligit, **202** vel legis cultum, vel vitam omnem corruptam: cujus sic oblivisci debet, ut ad ea quæ priora sunt, sese extendat, sive evangelicam vivendi rationem persequatur. Hoc quippe duntaxat modo supernæ vocationis bravium obtineri potest.

Vers. 15. « Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. »

Vide rursum demissionis immoderationem. Non dixit : omnino necesse est ut ita sapiamus; sed, oportet ut qui perfecti sunt sic sapiant. Quinam vero istud? nisi existimando se nondum comprehendisse. Quod si qui perfecti sunt, ita comparati esse jubentur, quid de se sentire debent, qui non sunt ejusmodi?

« Et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit. »

Sin vero, inquit, non eo quo dicimus modo sapitis, Deus vos certiores faciet, rem plane ita esse uti docuimus.

Vers. 16. « Verumtamen ad quod pervenimus, ut eamdem regulam teneamus, quo idem sapiamus. »

Etsi præstolamur, inquit, ut nobis ea de quibus inquirimus, revelentur; attamen hoc modo tenete quod jam habetis. Quidnam vero habebant, nisi ut secundum rectam fidem saperent?

Vers. 17-21. « Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicut nostram formam habetis. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in cœlis est, unde et Salvatorem exspectamus Dominum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, ut sit configuratum corpori claritatis suæ,

[62] Matth. xxiv, 12. [63] Eccli. ii, 30.

A γας ἡμῖν καὶ ἀγωνία, μήποτε καὶ ἀναστάντες, ἀνάξιοι εὑρεθῶμεν τοῦ ἀναστήσαντος, καὶ ἀκούσωμεν τὸ, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς*.

« Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι. »

Ἔτι ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτοῖς εἰσηγεῖται, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ οὐ δεῖ μακαρίζειν ἄνθρωπον πρὸ τελευτῆς. Ἕως οὖν ὁ ἀγῶνος ἐνέστηκε καιρὸς, οὔπω κατείληφεν.

« Ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ
B Ἰησοῦ. »

Διδάσκει πῶς ἄν τις καταλάβοι· καὶ πῶς ἢ τῶν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος; *Ὀπίσω* δὲ, ἢ τὴν νομικὴν λατρείαν φησὶν, ἢ καὶ πάντα τὸν ἐφθαρμένον βίον, οὗ δεῖ ἐπιλανθανόμενον τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι, δηλαδὴ τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν μετέρχεσθαι. Οὕτω γὰρ μόνως ἔστι τυχεῖν τοῦ βραβείου τῆς ἄνω κλήσεως.

« Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν. »

Ὅρα πάλιν ὑπερβολὴν ταπεινοφροσύνης. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἁπλῶς οὕτω δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ τοὺς τελείους οὕτω δεῖ φρονεῖν. Οὕτω δὲ, πῶς, ἢ τὸ οὔπω
C ἑαυτοὺς λογίζεσθαι κατειληφότας; Καὶ εἰ οἱ τέλειοι οὕτως, οἱ μὴ τοιοῦτοι, πῶς ἑαυτοὺς ὀφείλουσι λογίζεσθαι;

« Καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει. »

Εἰ καὶ οὐχ οὕτω φρονεῖτε, φησὶν, ὡς ἡμεῖς λέγομεν, ὁ Θεὸς ὑμᾶς πληροφορήσει περὶ τούτου, ὅτι οὕτως ἐστὶν ὡς ἐδιδάξαμεν.

« Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. »

Εἰ καὶ ἀναμένομεν, φησὶ, τὴν ἐκ Θεοῦ ἀποκάλυψιν περὶ τῶν ζητουμένων, ἀλλ' ὅμως τούτου ἀντ-
D έχεσθε νυνὶ οὗ ἤδη ἔχετε. Καὶ τί ἦν ὃ εἶχον, [illegible] τὸ φρονεῖν περὶ πίστεως ὀρθῆς;

« Συμμιμηταί μου γίνεσθε, ἀδελφοὶ, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς. Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. Ὑμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμ-

μορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐν- A ἐργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα. »

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

« Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου. »

Πάλιν ἀναγκαῖον αὐτοῖς λέγει, τὸ μιμεῖσθαι αὐτὸν, καὶ εἰδέναι τίς οὕτω περιπατεῖ ὡς αὐτός. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ὑψηλοφρονῶν, ἀλλὰ ἀποτρέπων τῆς τῶν ἑτεροδιδασκάλων συνουσίας, δεικνὺς πόσον ἑκατέρων τὸ μέσον τῶν τε πνευματικῶν καὶ τῶν σαρκικῶν. Τὸ δὲ μέσον τοῦτο ἀπὸ τοῦ τέλους ἑκατέρων ἔστιν ἰδεῖν. Τῶν μὲν γὰρ, φησὶ, τὸ τέλος ἀπώλεια· τῶν δὲ, τὸ μετασχηματισθῆναι καὶ συμμόρφους γενέσθαι τῷ σώματι τῆς δόξης Χριστοῦ. Τοῦτο δὲ αὐτὸ *μετασχηματισθῆναι*, ἡμῶν δηλονότι τὰ σώματα, ποιήσει B Χριστὸς, διὰ τὸ δύνασθαι, καὶ πάντα ἔχειν ὑποτεταγμένα· τὸ δὲ, *καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν*, τοῦτο δηλοῖ, ὅτι ἐπὶ τούτοις μέγα φρονοῦσιν, ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἔδει αἰσχύνεσθαι. Πάντα γὰρ τὰ τῆς κοιλίας, αἰσχύνη καὶ φθορά.

« Οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητοί. »

Οὕτω, πῶς; ὡς ἀπεκδεχόμενοι ἐξ οὐρανῶν Σωτῆρα τὸν Κύριον Ἰησοῦν. *Στέφανον* δὲ ἑαυτοῦ τοὺς μαθητὰς, φησὶ, διά τοι τῶν στεφάνων αὐτῷ γίνεσθαι πρόξενον τὴν ἐπακοὴν αὐτῶν τὴν εἰς τὸ κήρυγμα.

« Εὐοδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν Κυρίῳ. Ναὶ ἐρωτῶ καὶ σὲ, σύζυγε C γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου.

Εἰπὼν ἐν τῷ καθόλῳ παράκλησιν, καὶ κατ' εἶδος αὐτὴν προσφέρει ἐπὶ τῶν ἐξόχων ἐν τῇ πίστει· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἐπενεγκεῖν αὐτόν· *Οἵτινες συνήθλησάν μοι ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ.*

Τινὲς τὴν γυναῖκά φασιν αὐτοῦ παρακαλεῖν ἐνταῦθα. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν. ἀλλά τινα γυναῖκα, ἢ καὶ ἄνδρα μιᾶς αὐτῶν.

« Ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. »

Τοῦτο εἴρηκεν ἐκ τοῦ Κυρίου μαθών· *Χαίρετε γὰρ*, φησὶν, *ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγγέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς.*

« Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε. » D

Κἂν ἐν δεσμοῖς, φησὶν, ἀκούητε τὸν διδάσκαλον, κἂν ἐν μάστιξιν, κἂν ἐν αὐτῷ θανάτῳ, καὶ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν διδασκάλων δεῖ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ταῦτα διὰ Χριστὸν πάσχοιμεν.

« Πάλιν ἐρῶ, Χαίρετε, τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. »

Μονονουχὶ διαμαρτύρεται αὐτοῖς, ὡς οὐ δεῖ ἀθυμεῖν, ἀλλὰ χαίρειν.

« Ὁ Κύριος ἐγγύς· μηδὲν μεριμνᾶτε. »

Μὴ θορυβείτω, φησὶν, ὑμᾶς τὰ κατ' ἐμέ. Ὁ γὰρ Κύριός μοι παρέσται.

secundum operationem qua etiam possit sibi subjicere omnia. »

## CAP. IV.

VERS. 1. « Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium et corona mea. »

Iterum eos docet necessarium esse ut sui æmulatores sint, videantque quis eo quo ipse modo ambulet. Sic autem loquitur, non quod de se bene admodum existimet, sed ut eos avertat ab extrariæ doctrinæ magistrorum consuetudine, ostendens quantum inter se distent spiritualia et carnalia: Atqui hanc intercapedinem ex utrorumque fine liceat observare. Horum enim finis, inquit, est interitus; illorum vero, transfiguratio et conformatio cum corpore gloriæ Christi. Ait vero *reformabit*, hoc est, corpora nostra Christus gloria vestiet, cum id facere possit, et omnia sibi subdita habeat. Illud vero, *et gloria in confusione ipsorum*, hoc significat eos superbire in quibus erubescere deberent. Nam quæcunque ad ventrem spectant, turpitudo et corruptela sunt.

« Sic state in Domino, charissimi. »

*Sic.* Quomodo? velut exspectantes e cœlis Salvatorem nostrum Dominum Jesum. *Coronam* autem discipulos suos vocat; quippe quorum erga prædicationem attentio coronas ipsi præparabat.

203 VERS. 2, 3. « Evodiam rogo, et Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino. Etiam rogo et te, germane compar, adjuva eas quæ mecum in Evangelio laboraverunt, et cum Clemente, et cæteris adjutoribus meis. »

Quia ubi generatim locutus est, rogationem dixit, hanc nunc quoque speciatim ad eos habet qui fide eximii erant: hocque manifestum fit, eo quod subjungat, *qui mecum laboraverunt.*

Nonnulli aiunt uxorem ejus esse, quam obsecret. Verum hoc falsum est: sed mulierem aliquam, aut virum alicujus illarum alloquitur.

« Quorum nomina sunt in libro vitæ. »

Hoc dixit, edoctus a Christo, qui ait: *Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis* [64].

VERS. 4, 5. « Gaudete in Domino semper. »

Tametsi magistrum, inquit, constringi vinculis, tametsi flagris verberari, tametsi tolerare mortem audiatis; imo quamvis non solum magistri, verum et nos ipsi eadem Christi causa pateremur.

« Iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. »

Non solum obtestatur eos ne despondeant animum, sed etiam ut gaudeant.

« Dominus prope est. [VERS. 6, 7.] Nihil solliciti sitis. »

Non vos turbent, inquit, quæ mihi acciderunt. Aderit quippe mihi Dominus.

[64] Matth. v, 12.

« Sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum : et pax Dei quæ exsuperat omnem sensum. »

Quoniam nihil eos sollicitos esse debere dixerat, ne conciderent animo, existimantes hoc generatim a se pronuntiatum, eam ob rem ait : Monui vos ne solliciti sitis ob vincula quibus detineor, tanquam aliquid exinde doloris patiar. Nequaquam enim hæc mihi molesta sunt et gravia. Verum oportet, inquit, ut orationi et obsecrationi apud Deum diligentius intenti sitis. Nam cum gratiarum actionibus exorandus Deus est, non dejecto torpentique animo.

« Custodiet corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jesu. »

Iterum precatur, ut eamdem fidem teneant. Hoc est enim, corda et intelligentias ipsorum in Christo muniri.

VERS. 8, 9. « De cætero, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque casta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis. »

Apostolus nos docet fidem in Christum esse caput omnis boni quod nobis accidat, cæteraque virtutum facinora velut exiguum quoddam erga illam exsistere. Perinde est igitur ac si diceret : habete fidem, quam in vobis incolumem servari precor. Superest autem ut vitam ad virtutis normam instituatis, quam etiam hortor vos ut arripiatis. Ait itaque, *de cætero*, non quod parum sit dare operam virtuti (hoc enim magnum est),
204 sed quia comparatione fidei parvum est, ac velut appendix. Fides siquidem fundamentum basisque et tutamen est, sine qua nihil quidpiam possit exstrui : quippe cum absque fundamentis nullum ædificium, nullaque domus consistat. Fides ergo fundamentorum instar est, totiusque domus structuræ : actiones vero virtutum, tecto similes sunt, quo ædificium omne clauditur, et veluti coronatur.

« Et vidistis in me. »

Quia monuit eos ut multiplicem virtutem amplexarentur, veracitatem nimirum, gravitatem morum, justitiam, castitatem, fraternam dilectionem, benedicentiam, et omnia quibus constat virtus, quæ famam bonam afferunt; cum horum omnium sollicitos esse monuerit, ne videatur aliquid eis majus præcipere quam assequi possent, adhortatur eos ut ad exemplum sui hæc omnia præstare studeant. Idem igitur est ac si diceret : Ne despondeatis animum, tanquam ardua præcepta sint et majora quam præstare valeatis. Audivistis enim universa hæc me coluisse : neque solum audivistis, sed et vidistis.

« Hæc agite, et Deus pacis erit vobiscum. »

A « Ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ δεήσει μετὰ εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν· καὶ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν. »

Ἐπειδὴ μηδὲν μεριμνᾷν αὐτοῖς εἶπεν, ἵνα μὴ ἀναπέσωσι, νομίσαντες αὐτὸν ἐν τῷ καθόλου τοῦτο ἀποφήνασθαι· Τούτου χάριν, φησὶν, εἶπον μὴ μεριμνᾷν ἐν τοῖς περὶ ἐμοῦ δεσμοῖς, ὡς δεινόν τι πάσχοντος ἐξ αὐτῶν. Οὐ γάρ εἰσι δεινά· ἀλλὰ μεριμνᾶτε, φησὶν, ἐν τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ δεήσει τῇ πρὸς τὸν Θεόν. Αἰτεῖν γὰρ τὸν Θεὸν δεῖ, εὐχαριστοῦντας, οὐκ ἀθυμοῦντας, οὐδὲ ἀκηδιῶντας.

« Φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα
B ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Πάλιν αὐτοῖς τὸ ὁμόπιστον εὔχεται. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φρουρηθῆναι τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ τὰ νοήματα ἐν Χριστῷ.

« Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε, ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε. »

Ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος, ὡς κεφαλὴ παντὸς ἡμῖν ἀγαθοῦ ἡ πίστις, ἡ εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ὡς πάντα τὰ ἔργα τὰ κατ' ἀρετὴν, ὡς μέρος τι μικρὸν κατ' ἐκείνην εἰσίν. Ὅμοιον οὖν ὡσεὶ λέγοι·
C Ἔχετε τὴν πίστιν, ἣν καὶ φυλάττεσθαι ἐν ὑμῖν εὔχομαι. Λείπει δὲ ἔτι ὑμῖν ἡ κατ' ἀρετὴν πολιτεία, ἧς καὶ ἀντέχεσθαι ὑμᾶς παραινῶ. *Τὸ λοιπὸν* οὖν λέγε, οὐχ ὅτι μικρὸν τὸ κατ' ἀρετὴν πολιτεύεσθαι· μέγα γάρ· ἀλλ' ὅτι μικρὸν ὡς πρὸς σύγκρισιν τῆς πίστεως, καὶ περίλοιπον. Ὁ γὰρ θεμέλιος, καὶ ἡ ἀσφάλεια ἡ πίστις ἐστὶν, ἧς ἄνευ οὐ δυνατὸν οἰκοδομηθῆναί τι. Ἐπεὶ οὐδὲ οἰκοδομή ἐστιν, ὥσπερ οὐδὲ οἶκος ἄνευ θεμελίων. Ἔστιν οὖν ἡ μὲν πίστις τὰ θεμέλια, καὶ ἡ τοῦ παντὸς οἴκου οἰκοδομὴ, αἱ δὲ πράξεις αἱ κατ' ἀρετὴν, ὀρόφῳ ἐοίκασι συγκλείοντι καὶ οἱονεὶ στεφανοῦντι τὸ πᾶν οἰκοδόμημα.

« Καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί. »

D Ἐπειδὴ πολλῆς ἀρετῆς εἶπεν ἀντέχεσθαι, ἀλ[illegible]θείας, σεμνότητος, δικαιοσύνης, ἁγνείας, φιλαδελ[illegible]φίας, εὐλογίας, καὶ πάντων ὅσα ποιοῦσιν ἀρετὴν, ὅσ[illegible] εὐφημίαν· ἐπειδὴ τούτων πάντων εἶπεν ἐπιμελεῖσθα[illegible] ἵνα μὴ δόξῃ μείζονα ὧν ἴσχυον ποιεῖν ἐπιτάττε[illegible] αὐτοῖς, τούτου χάριν ἐφ' ἑαυτοῦ εἰς τὸ κατορθ[illegible] αὐτὰ παρακαλεῖ αὐτούς. Ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγ[illegible] Ἵνα μὴ ἀκηδιάσητε, ὡς μεγάλων ὄντων τῶν [illegible] ταγμάτων, καὶ μειζόνων ἢ δύνασθαι κατορθοῦν. [illegible] ἐμοὶ γὰρ, φησὶν, ἅπαντα ἠκούσατε γινόμενα, καὶ οὐ μόνον ἠκούσατε, ἀλλὰ καὶ τεθέασθε.

« Ταῦτα πράσσετε, καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. »

Παραινῶ, φησὶ, ποιεῖν αὐτὰ, ἐπειδὴ καὶ μέγας ὁ A ὑπὲρ αὐτῶν μισθός· οὗτος δέ ἐστιν, τὸ σύνοικον ἔχειν τὸν Θεόν.

« Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε· ἠκαιρεῖσθε δέ· οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω. Ἐγὼ γὰρ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμι αὐτάρκης εἶναι. Οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν ἐν παντί· καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾷν, καὶ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι. Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει. Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ B μὴ ὑμεῖς μόνοι· ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μου ἐπέμψατε· οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. Ἀπέχω δὲ πάντα, καὶ περισσεύω· πεπλήρωμαι δεξάμενος παρ' Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν. »

Περὶ τῆς διακονίας ἧς ἀπέστειλαν αὐτῷ, λέγει. Ἐχάρη δὲ, οὐχ ὅτι ἔλαβεν, ἀλλ' ὅτι καρπὸν ἔσχον οἱ μαθηταί. Εἰ γὰρ ὁ Κύριος διέταξεν αὐτοὺς διδόναι, πῶς οὐκ ἔπταιον μὴ διδόντες; Οἰκείως οὖν σφόδρα τὸ, *ἀνεθάλετε*, εἶπεν. Ἀρχὴ γὰρ ἀγαθοῦ καρποῦ ἡ πρὸς τοὺς διδασκάλους κοινωνία, ὥσπερ ἀμέλει καὶ μαρασμοῦ, ἡ τούτων λήθη.

« Ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ C Θεῷ. »

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ παρέχον αὐτοῖς εὐωδιάζειν· νόμον γὰρ θεῖον πληροῦσιν.

« Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσῃ πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν, ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί· ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι. Μάλιστα δέ. »

Ὅρα τῆς διακονίας πόσος ὁ καρπός· τὸ πλουτισθῆναι αὐτοὺς ἐν δόξῃ Χριστοῦ· ἅμα δὲ καὶ ἠρέμα αὐτοὺς διδάσκει, ὡς διὰ τὸ χρήσιμον αὐτῶν ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὁ Χριστὸς κοινωνεῖν τοῖς διδασκάλοις, ἵνα τῶν πνευματικῶν αὐτῶν μεταλάβωσιν. Ἐπεὶ πῶς D οὐκ ἠδύνατο ὁ τούτους πλουτίζων, καὶ τοὺς διδασκάλους πλουτίσαι; Ἀλλ' οἰκονομίᾳ τοῦτο πεποίηκεν, ἵνα καὶ οἱ διδάσκαλοι μὴ κατεπαίρωνται τῶν μαθητῶν, ὡς δωρεὰν αὐτοὺς πλουτίζοντες, μήτε οἱ μαθηταὶ ἀκηδιῶσιν, ὡς ἀεὶ ἐν τῇ τῶν πτωχευόντων ὄντες τάξει, καὶ μηδὲν μεταδιδόντες αὐτοῖς. Διὰ τοῦτο ἀντίδοσιν καὶ κοινωνίαν ἐκέλευσε γίνεσθαι, εἰ καὶ τὰ τῶν διδασκάλων ἀσυγκρίτως μείζονα.

« Οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Παραμυθεῖται σφόδρα αὐτοὺς, τῷ εἰς τὸν οἶκον

[66] Luc. x, 7.

Hortor vos, inquit, ut hæc faciatis, quoniam magna pro eis merces redditur. Hæc porro est, qua contubernalis habetur Deus.

Vers. 10-18. « Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis : occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico : ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et abundare (ubique et in omnibus institutus sum) et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati. Omnia possum in eo qui confortat me, Christo. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem et vos, Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli : quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia, et abundo : repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ a vobis sunt. »

De ministratione quam sibi miserant, loquitur. Lætabatur autem, non quia acceperat, sed quia discipuli fructum habuerant. Nam, cum Christus jusserit [66] eos largiri, quinam non in peccatum incurrissent, minime largiendo. Apposite igitur ait, *refloruistis*. Boni siquidem fructus initium est communicatio cum magistris; quemadmodum marcoris, horum oblivio.

« Odorem suavitatis, hostiam acceptam placentem Deo. »

Hoc enim confert eis ut bonum odorem spirent; quippe qui legem Dei impleant.

Vers. 19-23. « Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu. Deo autem et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu. Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti. Maxime autem. »

**205** Videsis quantus fructus præstiti officii, quod locupletentur in gloria Christi. Simul vero eos tacite docet, propter utilitatem ipsorum se præcepisse ut carnalia cum magistris communicarent, quo spiritualium bonorum eorum participes fierent. Eccur enim non queat ille qui ipsos ditat, magistros quoque locupletare? Sed consulto id fecit, ne magistri adversus discipulos arrogantius extollerentur, ac si gratis illos divitiis suis augerent : nec rursum discipuli mœrenti animo essent, quod semper inter egenos haberentur, nihilque eis impartirent. Quocirca repensare mandavit et communicare, quamvis ea quæ a magistris tribuuntur, longe sint præstantiora.

« Qui de Cæsaris domo sunt. Gratia Domini Jesu Christi. »

Ingenti eos solatio afficit, dum ait, in ipsius-

met imperatoris aula prædicationem invaluisse, et eousque, ut et fideles qui Philippis agebant, illi salutarent.

« Cum spiritu vestro. Amen. »

Ostendit eos ad quos hæc scribit, spiritales esse. Hoc quippe ipsis per totam perinde epistolam testatur.

*Ad Philippenses epistola scripta est Roma per Epaphroditum. Vers. 208.*

A τὸν βασιλικὸν κεκρατηκέναι εἰπεῖν τὸ κήρυγμα, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τοὺς ἐν Φιλίπποις πιστοὺς κατασπάζεσθαι.

« Μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν. »

Δείκνυσιν ὡς πάντες, πρὸς οὓς γράφει τὴν ἐπιστολὴν, εἰσὶ πνευματικοί. Τοῦτο γὰρ καὶ δι' ὅλης τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῖς μαρτυρεῖ.

*Πρὸς Φιλιππησίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης δι' Ἐπαφροδίτου. Στίχων ση'.*

# ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ.

# IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

## CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. « Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, et Timotheus frater. »

Epistolam scribit hominibus, qui ante quidem ab Epaphra Evangelii doctrinam acceperant, ampliore vero cognitione indigebant, quippe qui perfectam notitiam non haberent. Quocirca altiora quoque mysteria tractat, eosque in ipsummet dispensationis pelagus deducit, et orat ut ejusmodi scientia perfectiores evadant. Neque id solum, sed etiam admonet ne seducantur ab iis, qui cum Græcanico errori addicti essent, ipsos a veritate abstraherent, neque illis qui ex circumcisione sunt, fidem haberent. Utrosque enim procul a mysterio Dei abesse. Ad hæc demum moralem ad eos sermonem facit, docetque quales esse oporteat illos qui secundum Christum vitam agunt.

VERS. 2, 3. « Qui sunt Colossis. »

Urbs est Phrygiæ.

« Sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. »

Fideles nuncupamur, non solum quia credimus, sed etiam quia nobis Dei mysteria concreduntur.

« Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes, [VERS. 4, 5.] audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam **206** habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vobis in cœlis. »

Ait se propter hæc duo eorum vice gratias referre; propter rectam fidem in Christum, et propter dilectionem ipsorum in sanctos.

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος, ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. »

Γράφει τὴν ἐπιστολὴν ἀνδράσι παραλαβοῦσι μὲν τοῦ Εὐαγγελίου τὸν λόγον παρὰ Ἐπαφρᾶ, δεομένοις δὲ τῆς πλείονος γνώσεως· οὐ γὰρ εἶχον τελείαν γνῶσιν. Διὸ καὶ δογμάτων βαθυτέρων ἅπτεται, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ τῆς οἰκονομίας αὐτοὺς εἰσάγει πέλαγος, καὶ ἐπεύχεται τελειωθῆναι ταύτῃ τῇ γνώσει. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ παραινεῖ μὴ ἀπάγεσθαι, μήτε τοῖς ἐξ Ἑλληνικῆς ἀπάτης ἀποσυλῶσιν αὐτοὺς τῆς ἀληθείας, μήτε πιστεύειν τοῖς ἐν περιτομῇ. Ἀμφότεροι γὰρ ἔξω τοῦ κατὰ Θεὸν μυστηρίου εἰσίν. Ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἠθικὸν αὐτοῖς συνάπτει λόγον, ὁποίους εἶναι δεῖ C τοὺς κατὰ Χριστὸν ζῶντας, διδάσκων αὐτούς.

« Τοῖς ἐν Κολοσσαῖς. »

*Ἡ πόλις τῆς Φρυγίας* [k].

« Ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Πιστοὶ, οὐ διὰ τὸ πιστεύειν μόνον καλούμεθα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστευθῆναι τοῦ Θεοῦ μυστήρια.

« Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι, ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρα- D νοῖς. »

Εὐχαριστίαν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναφέρειν φησὶ διὰ δύο ταῦτα, διά τε τὴν ὀρθὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς τοὺς ἁγίους.

### VARIÆ LECTIONES.

[k] *Ἡ πόλις τῆς Φρυγίας.* Sic in Catena Œcumenii: Πόλις Φρυγίας αὕτη, ἡ λεγομένη νῦν Χῶναι· *Hæc Phrygiæ civitas est, quæ nunc Chona appellatur.* Narrationem habeo Joanni Damasceno ascriptam, qua fertur Michael archangelus Chonæ vel Chonis in Phrygia apparuisse. Theodoretus, in cap. 2 hujus Epistolæ, ad hæc verba *in religione angelorum*, testatur apud Phryges illorumque vicinos exstitisse ad suam usque ætatem, εὐκτήρια τοῦ ἁγίου Μιχαήλ, *Oratoria S. Michaelis.*

« Ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς. » A

Παρ' Ἐπαφρᾶ δηλονότι.

« Καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ἔστι καρποφορούμενον, καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε, καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὅς ἐστι πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ, ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν Πνεύματι. »

Τὴν δύναμιν τοῦ Εὐαγγελίου λέγει, πρὸς βεβαίωσιν τῶν ἀκουόντων, λέγων αὐτὸ διήκειν διὰ τοῦ κόσμου παντὸς, καρποφορούμενον ἐν ἔργοις, καὶ αὐξανόμενον ταῖς προσθήκαις τῶν πιστευόντων, ὥστε εἰδέναι τοὺς ἀκούοντας, ὅτι καθάπερ ἐν μεγίστῃ πόλει, καταριθμοῦνται δι' ὅλης τῆς οἰκουμένης αἱ Ἐκκλησίαι. B

« Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι, ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, ἐν πάσῃ σοφίᾳ, καὶ συνέσει πνευματικῇ. »

Ἄξια σπουδῆς, φησὶν, ἐμοὶ τὰ καθ' ὑμᾶς. Διὸ καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχομαι αἰτούμενος τὸ σοφίας δῶρον, ἵνα δι' αὐτοῦ μάθητε πῶς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον εἰς οἰκείωσιν τὴν ἑαυτοῦ ἀγαγεῖν, καὶ τίνι τρόπῳ τὰ τῆς οἰκειώσεως γενέσθαι δυνατὸν ἦν. Τοῦ μὲν νόμου συνάπτειν Θεῷ μὴ ἰσχύοντος, Χριστοῦ καὶ μόνου συνάπτοντος, ὅτι αὐτὸς δικαιοσύνης τῆς ὑπὲρ ἀνθρώπων πληρωτὴς γενόμενος, τὸ πληρωθὲν ἐφ' ἑαυτοῦ χαρίζεται τοῖς πιστεύουσιν. C

« Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου, εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ, ἐν πάσῃ δυνάμει κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς. »

Αὕτη γὰρ σοφία πνευματικὴ, ἐξ ἧς ὁ ὑγιὴς καὶ πνευματικὸς βίος. Ἐπιτείνει γὰρ τὴν προθυμίαν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἡ σύνεσις.

« Εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί· ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς. » D

*Πατέρα ἡμῶν* λέγει τὸν Θεὸν, κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διὰ τῆς εἰς τὸν Μονογενῆ πίστεως υἱοθεσίαν· *Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι.*

« Ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. »

Σκότος, ἡ ἐξουσία τοῦ διαβόλου, καὶ ἐν σκότῳ τὸ δύνασθαι ἔχει, καθάπερ ὁ κλέπτης ἐν νυκτί· οἷς δὲ μὴ παρέστη τὸ κακίας σκότος, κατὰ τούτων οὐχ

« Quam audistis in verbo veritatis Evangelii, [VERS. 6] quod pervenit ad vos. »

Ab Epaphra videlicet.

« Sicut et in universo mundo, et fructificat, sicut et in vobis, ex ea die qua audistis et cognovistis gratiam Dei in veritate, [VERS. 7. 8] sicut didicistis ab Epaphra charissimo conservo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi; qui et manifestavit nobis dilectionem vestram in Spiritu. »

Virtutem Evangelii recitat, ut auditores confirmet, cum ait illud universum mundum pervadere, et fructus effectis edere, atque accessionibus eorum qui fidem amplectuntur, augescere : ita ut quicunque audiant, liquido cognoscant, perinde atque in urbe maxima, sic per totum orbem Ecclesias numerari.

VERS. 9. « Ideo et nos, ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orantes, et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spiritali. »

Quæ ad vos spectant, inquit, digna sunt quibus studium impendam meum. Quamobrem sine intermissione vobis sapientiæ donum orationibus meis postulo, per quod addiscatis qua ratione Deus mundum voluerit sibi conciliare, et quomodo conciliationis hujus patrari negotium possit : quandoquidem lex ad hoc non valet uti nos conjungat Deo, solus vero Christus conjunctionem hanc patravit; quippe qui, justitiam propter homines implendo, plenitudinem suam iis qui credunt impartitur.

VERS. 10, 11. « Ut ambuletis digne Domino, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati, secundum potentiam claritatis ejus, in omni patientia et longanimitate cum gaudio. »

Hæc enim est sapientia spiritualis, ex qua filius sanus et spiritualis nascitur. Intellectione quippe flagrans bonorum operum studium intentius augescit.

VERS. 12-14. « Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos. »

*Patrem nostrum* appellat Deum, pro ea adoptione quæ per fidem in Unigenitum donata nobis fuit : *Quotquot enim receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri* [66].

« De potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum. »

Tenebræ potestas diaboli sunt, qui in tenebris habeat ut possit, veluti fur in nocte. In illis 207 vero qui in malitiæ tenebris non jacent,

[66] Joan. I, 12.

adversus istos nihil diabolus valet : et qui ex hac A potestate evaserunt, hi sub regno Filii sunt, per quem revertimur in regnum Patris. Quoniam autem dictum hoc ad incarnationis dispensationem spectat, idcirco dicitur *dilectionis Patris Filius*, qui pro ministratoria sua, quam inter homines gessit, functione, vice hominum et propter homines dilectus est, et in servi forma adimplevit quæ deessent mundo. *Per sanguinem* ejus redemptionem esse factam dicit. Nam vice pretii sanguis Domini datus est, quo in lucem educuntur, qui morte tenebantur captivi. Alias enim fieri non potest, ut revocentur qui regno mortis subjiciuntur, nisi per illum qui mortis particeps exstitit, nobis iter ad vitam paravit.

**207** Vers. 15. « Qui est imago Dei invisibilis. »

Gratiæ enarratio ad theologiam recurrit. Nam ex operatione quam in adventu suo præstitit, Dei naturam novimus quæ ante ipsius adventum exstabat. Dei siquidem opus est, exstincta morte, pro ea vitam restitui, mundumque ad Deum revocari. Ideo dicit : *qui est imago Dei invisibilis*, ut monstret hunc esse Deum, nec tamen ipsum esse Patrem, sed imaginem Patris ; quippe qui habeat ut idem sit ac ille, cum interim ipse non ille sit.

« Primogenitus omnis creaturæ ; [Vers. 16-18] quoniam in ipso condita sunt universa quæ in cœlis et quæ in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive C Potestates : omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et ipse est ante omnia. »

Videsis quomodo illius etiam nativitatem æternam ex Patre prædicat, eumque a rebus creatis secernit, dum ait, *in ipso creata esse omnia*. Quod si fratres alii præter hunc primum exstitissent, nunquam hæc in ipso condita pronuntiasset. Nam Pater omnia fecit *in sapientia* [47] : Christus vero *Dei virtus, et Dei sapientia* [48].

« Et omnia in ipso constant, et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens. »

Et in ipso, inquit, universa creata sunt, et in ipso consistunt, et ipse est caput, et utraque D compingit, tum quæ theologiæ sunt, tum quæ exinanitionis. Nam is est qui ante sæcula natus est, qui et primogenitus ex mortuis. Eum vero *primatum tenere* dicit, non ut primatum ante acceperit, sed quatenus nos gloria ista donavit, ut ipse nobis anteiret. Hoc siquidem pacto ipsæ quoque res conditæ permansuræ erant, ut a conditore suo penderent, effugerentque corruptelam, quam sustinuit interitui fracturam tradens; quemadmodum ipse Paulus enarravit in Epistola ad Ephesios [49].

Vers. 19, 20. « Quia in ipso complacuit omnem

ἰσχύει διάβολος. Οἱ δὲ τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἀποφυγόντες, ὑπὸ τὴν βασιλείαν καθίστανται τοῦ Υἱοῦ, δι' οὗ ἐπανατρέχομεν ἐπὶ τὴν τοῦ Πατρὸς βασιλείαν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τὰ λεγόμενα, διὰ τοῦτο λέγεται *Υἱὸς τῆς ἀγάπης τοῦ Πατρὸς*, ἀντὶ ἀνθρώπων καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀγαπηθείς, κατὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις λειτουργικὴν ἐνέργειαν· καὶ κατὰ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν πληρώσας τὰ ὑπὸ κόσμου ἐλλειπόμενα. *Καὶ διὰ τοῦ αἵματος* αὐτοῦ λέγει τὴν ἀπολύτρωσιν. Λύτρου γὰρ λόγῳ δέδοται τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου, ἐξάγον τοὺς ὑπὸ θανάτου αἰχμαλώτους εἰς ζωήν· ὅτι οὐχ ἑτέρως οἷόν τε ἦν ἐπαναχθῆναι τοὺς ὑπὸ τὴν τοῦ θανάτου βασιλείαν, ἢ διὰ τοῦ κοινωνήσαντος ἡμῖν θανάτῳ, καὶ ὁδηγοῦντος ἡμᾶς ζωήν.

« Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. »

Ἡ τῆς χάριτος ἐξήγησις εἰς τὴν θεολογίαν ἀνατρέχει. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἐνεργείας τῆς ἐν τῇ παρουσίᾳ γινώσκομεν τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν τὴν πρὸ τῆς παρουσίας. Θεοῦ γὰρ ἔργον, τὸ σβέσαι θάνατον, καὶ ζωὴν ἀντικαταστῆσαι, καὶ τὸν κόσμον εἰς Θεὸν ἐπαναγαγεῖν. Διὰ τοῦτο λέγει· *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου*, ἵνα καὶ ὅτι ἐστὶ Θεὸς, ἐπιδείξῃ, καὶ ὅτι οὐχὶ ὁ Πατὴρ αὐτὸς, ἀλλ' εἰκὼν τοῦ Πατρὸς, ταυτότητι ἔχων πρὸς αὐτὸν, οὐκ αὐτὸς ὢν ἐκεῖνος.

« Πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε Θρόνοι, εἴτε Κυριότητες, εἴτε Ἀρχαὶ, εἴτε Ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων. »

Ὅρα πῶς καὶ τὴν ἐκ Πατρὸς αὐτοῦ προαιώνιον κηρύττει γέννησιν, καὶ τῶν κτισμάτων αὐτὸν χωρίζει, τῷ λέγειν, *ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα*. Εἰ δὲ ἀδελφότης ἦν υἱῶν δευτέρων ἐπὶ τῷ πρώτῳ γενομένων, οὐκ ἂν ἐν αὐτῷ ἔλεγεν αὐτὰ ἐκτίσθαι. *Τῇ γὰρ σοφίᾳ* πάντα ἐποίησεν ὁ Πατὴρ, Χριστὸς [illegible] ἐστι *Θεοῦ δύναμις καὶ σοφία*.

« Καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, ὅς ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι αὐτὸς πρωτεύων. »

Καὶ ἐν αὐτῷ, ἔκτισται, φησὶ, τὰ πάντα, καὶ αὐτῷ συνέστηκεν, καὶ αὐτός ἐστι κεφαλὴ, καὶ ἀμφότερα συνάγει, τά τε τῆς θεολογίας, καὶ τὰ [illegible] κενώσεως. Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ἐστὶν ὁ πρὸ αἰώνων γεννηθεὶς, ὁ καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. *Πρωτεύειν* δὲ αὐτὸν λέγει, οὐχ ὡς τὸ πρωτεύειν προλαβόντα, ἀλλ' ὡς δόξαν ἡμῖν τοῦ πρωτεύεσθαι ὑπ' [illegible] τοῦ χαριζόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ διαμένειν ἔμελλε [illegible] ποιήματα, ἐξαρτηθέντα τοῦ δημιουργοῦ καὶ ἀπο[illegible] φευγότα τὴν φθορὰν, ἣν ὑπέμεινεν ἐν τῷ τὴν διαρρῆξιν εἰς φθορὰν μεταβάλλειν· ὅπερ εἶπεν ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους.

« Ὅτι ἐν αὐτῷ ηὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοι-

[47] Psal. CIII, 24. [48] I Cor. I, 24. [49] Ephes. II, 13, 14.

κῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ δι' αὐτοῦ, εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. »

Ὅτι ἐν αὐτῷ ηὐδόκησεν ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτω καὶ ἐνταῦθα πάλιν λέγει δι' ἑτέρων λέξεων. Ὁ γὰρ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀνέσωσεν, καὶ ἀνεστοιχείωσε, καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς τὴν ἀρχαίαν ἤγαγε χαρὰν σωζομένων ἀνθρώπων, καὶ συνῆψε τὰ κάτω τοῖς ἄνω· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα*. Ἐποίησε γὰρ εἰρήνην, καὶ τὴν ἔχθραν ἦρεν ἐκ τοῦ μέσου. Διὸ καὶ ἔλεγον οἱ ἄγγελοι, *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη*.

« Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ, ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ. »

Ἐχθροὶ ἦσαν τῇ διανοίᾳ οἱ κεχωρισμένοι τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὸ ἐν ἔργοις εἶναι πονηροῖς. Τὴν μὲν προϋπάρχουσαν ἔχθραν, διὰ τὴν κακίαν καὶ ἀνομίαν εἰς φιλίαν ἐληλυθέναι φησὶ, διὰ τὸ νεκρωθῆναι τὸν τῆς σαρκὸς βίον, τὸν ἐν ἡμῖν μὲν ἐῤῥυπωμένον, ἐν Χριστῷ δὲ καθαρὸν, δοθέντα δὲ ὅμως εἰς νέκρωσιν ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ παρ' ἡμῖν κεκρατηκυῖαν ἁμαρτίαν ἐκ βάθρων ἀναιρεθῆναι, ὥστε ἡμᾶς καθ' ἑτέραν ζωὴν τὴν ἐκ νεκρῶν παραστῆναι Θεῷ, μηκέτι ἐνόχους τοῖς ἐγκλήμασι τῆς προτέρας ζωῆς, ὅσοι δηλαδὴ συμμορφούμεθα τῷ θανάτῳ καὶ τῇ ἀναστάσει τοῦ Χριστοῦ.

« Εἴ γε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ Εὐαγγελίου, οὗ ἠκούσατε, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, οὗ ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος διάκονος. »

Ἐπειδὴ ἀκοῇ τὰ κατ' αὐτοὺς οἶδεν, ἀμφιβόλως εἴρηκεν, *Εἴ γε ἐπιμένετε*. Δηλονότι τῆς πίστεως ἡ ἐπιμονὴ βεβαιοῖ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν.

« Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ ὑμῶν. »

Ἐναγώνιον τὸ ἔργον τοῦ Ἀποστόλου. Καὶ ἐπειδὴ περὶ τὸ ἔργον ἐστὶ πρόθυμος, χαίρει καὶ ἐν τοῖς ἀγωνίσμασιν οἷς ἀγωνίζεται ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας. »

« Καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία· ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς. »

Τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας· καθὸ [1] γὰρ αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία.

Πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, τὸ μυστήριον τὸ

A plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, per ipsum, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. »

In hoc quoque loco verbis aliis enuntiat, 208 Deo complacitum fuisse, ut in Christo instauraret universa quæ in cœlis, et quæ in terris sunt. Nam Christi mors, cum hominem salvum fecit redintegravitque, tum angelis gaudium reddidit pristinum propter salutem hominum, et inferiora superioribus copulavit: atque hoc est, *reconciliare omnia*. Etenim pacem fecit, inimicitiasque sustulit e medio. Quapropter angeli dicebant: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax* [79].

VERS. 21, 22. « Et vos cum essetis aliquando B alienati, et inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso. »

*Sensu* erant inimici, qui segregabantur ab Israel, cum operam malis operibus darent. Pristinas quidem inimicitias, quas malitia et iniquitas pepererant, in amicitiam esse mutatas dicit, vita carnis exstincta, quæ quidem, cum in nobis sorduisset, in Christo munda facta est: quippe quæ data fuit ad mortificationem, ut peccatum, quod in hac vita dominatum in nobis fuerat, radicitus tolleretur, quo nos ex mortuis vitam alteram agentes repræsentaremur Deo, nec essemus C deinceps anterioris vitæ criminum rei; quotquot nimirum conformati sumus ad mortem et resurrectionem Christi.

VERS. 23. « Si tamen permanetis in fide fundati, et stabiles, et immobiles a spe Evangelii, quod audistis, quod prædicatum est in universa creatura, quæ sub cœlo est; cujus factus sum ego minister. »

Quoniam auditu duntaxat acceperat quæ apud eos gererentur, quasi incertus dixit, *si tamen permanetis*. Nimirum fidei constantia firmius nos Deo conciliat.

VERS. 24. « Nunc gaudeo in passionibus pro vobis. »

Apostoli munus ad certamina comparatum erat. D Quocirca cum alacri animo incumbat operi, ideo in certaminibus lætatur, quibus pro Ecclesia desudabat.

« Et adimpleo quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia, [VERS. 25] cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos. »

Hoc est pro Ecclesia; corpus enim ejus est Ecclesia.

« Ut impleam verbum Dei, [VERS. 26-29] my-

[79] Luc. II, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Legerim, σῶμα potius. Sed textus nimium hic luxatus mutilusque est.

sterium, quod absconditum fuit a sæculis et a generationibus; nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere quæ sint divitiæ gloriæ sacramenti hujus in gentibus, qui est Christus; in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, et docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu, in quod et laboro, certando secundum operationem ejus, quæ operatur in me in virtute. »

## CAP. II.

Vers. 1-3. « Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, et iis qui sunt Laodiceæ, et quicunque non viderunt faciem meam 209 in carne, ut impleantur corda ipsorum, instructi in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterii Dei, et Patris, et Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. »

Apostoli ministerium in verbi doctrina consistit. Verbum autem de mundi salute tractat, quam olim quidem ab æternitate Deus proposuit et definierat; nunc autem palam patrata est, atque ab illis cognoscitur qui scientia digni sunt, non per sapientiam carnis, sed per eam quæ semper abscondita est apud Deum, cum mundo superior exsistat, et a Spiritu sancto pendeat. Hac opus habent, tum qui ex humana sapientia veniunt, tum qui ex lege; quia neque lex aperte mysterium C
promisit, neque mundus eam comprehendit.

Vers. 4, 5. « Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens et videns ordinem vestrum et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ. »

Ideo, inquit, in Christo thesauros omnes sapientiæ esse dixi, ne extrariam sapientiam inquiratis. Quandoquidem etsi corpore vobis non sum præsens, adsum tamen spiritu: gaudeoque propter fidem et rectum Ecclesiæ ordinem. Quanquam illud quoque quod deest vobis, video, et quæ sit doctrinæ necessitas. Nam ad fidem scientia necessaria est.

Vers. 6. 7. « Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulate, radicati et superædificati in ipso, et confirmati fide, sicut et didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. »

Quia noverat epistolica doctrina non posse illos assequi sapientiæ altitudinem, hos consulto adhortando antevertit, bonam esse dicens traditionem quam acceperant, eamque duntaxat veram esse quam Epaphras tradiderat: quocirca e re ipsorum esse, ut fidem constanter teneant, charitatisque structuram adjiciant, atque in bonis semper operibus proficiendo, afflictiones non sine gratiarum actione tolerent.

ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων, καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν· νυνὶ δὲ ἐφανερώθη τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι, τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστὸς, ἐν ὑμῖν ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης, ὃν ἡμεῖς καταγγέλλομεν, νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον, καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς ὃ καὶ κοπιῶ ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει. »

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκὶ, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν συμβιβασθέντων ἐν ἀγάπῃ, καὶ εἰς πάντα πλοῦτον τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. »

Ἡ διακονία τοῦ Ἀποστόλου ἐστὶν ἐν τῇ λόγου διδασκαλίᾳ. Ὁ δὲ λόγος ἐστὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας, τῆς πάλαι μὲν ἐξ ἀϊδίου παρὰ Θεῷ βεβουλευμένης καὶ ὁρισθείσης, ἐμφανῶς δὲ νῦν καταστησάσης, καὶ γινωσκομένης παρὰ τοῖς ἀξίοις τῆς γνώσεως, οὐ διὰ σοφίας σαρκικῆς, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀποκεκρυμμένης ἀεὶ παρὰ Θεῷ, ὑπερκοσμίου τυγχανούσης, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ κειμένης, ἧς δέονται καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας ἐρχόμενοι, καὶ οἱ ἐκ νόμου, ὅτι μήτε νόμος ἐξέφηνεν ἀργῶς τὸ μυστήριον, μήτε κόσμος κατέλαβεν.

« Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν. »

Διὰ τοῦτο, φησὶν, εἴρηκα τοὺς πάντας θησαυροὺς τῆς σοφίας ἐν Χριστῷ τυγχάνειν, ἵνα μὴ τὴν ἔξωθεν σοφίαν ἐπιζητῆτε. Ἐπειδὴ καὶ οὐ παρὼν ὑμῖν σωματικῶς, πάρειμι πνευματικῶς, καὶ χαίρω ἐπὶ τῇ πίστει, καὶ εὐταξίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. Βλέπω δὲ καὶ τὸ ἐνδεὲς ὑμῶν, καὶ τὸ ἐν χρείᾳ τῆς διδασκαλίας. Ἐπὶ γὰρ πίστει γνῶσις ἀναγκαία.

« Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε, ἐῤῥιζωμένοι, καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ, καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, καθὼς ἐδιδάχθητε περισσεύοντες ἐν αὐτῇ. »

Ἐπειδὴ μήπω διὰ τῆς ἐπιστολιμαίου διδασκαλίας οἶδεν αὐτοὺς δυναμένους φθάνειν εἰς τὸ τῆς σοφίας βάθος, πρὸς ἀσφάλειαν παραγγέλματι αὐτοὺς προκαταλαμβάνει, λέγων ἀγαθὴν εἶναι τὴν παράδοσιν ἣν παρειλήφασι, καὶ μόνην ἀληθῆ τὴν περὶ Χριστοῦ διδασκαλίαν, ἣν ὁ Ἐπαφρᾶς παραδέδωκεν, καὶ δεῖν τὸ βέβαιον ἐπὶ τῇ πίστει φυλάξαι, καὶ προσθεῖναι τὴν τῆς ἀγάπης ἐποικοδόμησιν, καὶ προκόπτειν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς ἀεὶ, καὶ τὰ τῶν θλίψεων ἐν ὑπομονῇ μετ' εὐχαριστίας.

« Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ A τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν. »

Πλεονάζει κατὰ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πρὸς Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους διαλεγόμενος, ἑκατέρας ἐκτροπῆς ἀφαιρῶν τοὺς πεπιστευκότας. Πρῶτον μὲν οὖν τὴν ἐκ φιλοσοφίας ἀποσύλησιν φυλάττεται, *κενὴν ἀπάτην* λέγων εἶναι τὴν φιλοσοφίαν, ὅτι σχήματι καταπλήττει, καὶ πιθανότητι λόγων τῆς ἀληθείας ἀφεστηκυῖα. Οὐ γὰρ ἱκανὰ περὶ Θεοῦ τὰ ἐξ ἀνθρώπων νοήματα, ἐπειδὴ πᾶσαι αἱ ἀνθρώπιναι καταλήψεις ἐκ τῶν ὁρατῶν οὖσαι, καὶ ἐκ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων, οὐκ εἰσὶ βέβαιαι πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων κατάληψιν, τῶν ἀοράτων τῶν ζητουμένων. B

« Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. »

Ἐν Χριστῷ, φησὶ, καὶ ὁ Πατήρ ἐστι καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Καὶ ἵνα μή τις νομίσῃ σχετικὴν εἶναι τὴν κατοίκησιν, ἢ συναπτικὴν ἁπλῶς, τούτου χάριν εἶπε, *σωματικῶς*, ἀντὶ τοῦ, οὐσιωδῶς. Λέγει οὖν, ὡς οὗτος ὁ γενόμενος ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ὁμοούσιος αὐτῷ τε καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

« Καὶ ἐστὲ ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι. »

Ἐπειδὴ σὰρξ αὐτοῦ καὶ μέλη γεγόνατε, καὶ κεφαλὴν αὐτὸν ἔχετε, τούτου χάριν Πνεύματος ἁγίου ἐστὲ πεπληρωμένοι.

« Ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. » C

Εἰ καὶ ὁμοούσιος, φησὶ, γέγονεν ἡμῖν κατὰ τὴν σάρκα, ἤτοι τὴν ἀνθρωπότητα, ἀλλ' οὖν καὶ οὗτός ἐστι κατεξουσιάζων τῶν ἀνθρώπων.

« Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρθητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐν τοῖς παραπτώμασι, καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν, συνεζωοποίησεν ὑμᾶς σὺν αὐτῷ, χαρισάμενος ὑμῖν πάντα τὰ παραπτώματα. »

Ἐπισυνάπτει τοῖς Ἰουδαϊκοῖς τὰ Ἑλληνικὰ, οὐκ ἐκβάλλων αὐτὰ ὥσπερ ἐκεῖνα, ἀλλ' ὑπεραναβαίνων, D καὶ σώζων ἐν τοῖς πνευματικοῖς τὰ σωματικά. Τὸ πρῶτον οὖν γνώρισμα τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ τὴν περιτομὴν ἔχων, ἡμᾶς, φησὶ, πιστεύοντας τῇ ἀληθεῖ περιτομῇ Χριστοῦ, καὶ μετέχοντας αὐτῆς· αὕτη δέ ἐστιν οὐ διὰ χειρουργίας ἀνθρωπίνης γινομένη, ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ σώματος ἑκουσίου ἀποδύσεως, τοῦ γηΐνου βίου ἀποτιθεμένου εἰς ἀνάληψιν τοῦ οὐρανίου, τοῦ δι' ἀναστάσεως ἡμῖν ἀποδιδομένου· ἥντινα ἀνάστασιν ἤδη μὲν ἔχομεν δυνάμει, πιστεύοντες τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναστάντι, κομιούμεθα δὲ καὶ ἔργῳ τὴν ἀνάστασιν ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ.

« Ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτῷ τῷ σταυρῷ, ἀπεκδυσάμε-

VERS. 8. « Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum. »

Hac in epistola multum sermonem habet adversus Græcos et Judæos, quo ab utrorumque pravitate fideles deterreat. Primum igitur philosophiæ deceptionem cavet, ubi philosophiam *inanem fallaciam* vocat: quippe quæ specie percellat, et probabilitate rationum retrahat a veritate. Neque enim hominum sensa idonea sunt, ut percipiant ea quæ Dei sunt: quoniam universæ perceptiones humanæ, cum a visibilibus rebus incipiant, necnon ab elementis mundi, nihil firmitatis habent ad ea quæ quæruntur intelligenda, quippe cum invisibilia sint quæ quæruntur.

**210** VERS. 9. « Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. »

In Christo, inquit, exsistit Pater ac Spiritus sanctus. Sed ne quis existimet affectu et habitudine tantum inhabitationem esse deitatis, aut simplici conjunctione; idcirco dixit, *corporaliter*, hoc est substantiali modo. Ait ergo, hac ratione illum qui factus est homo, Dei Filium esse, quia consubstantialis est ei, ac Spiritui sancto.

VERS. 10. « Et estis in illo repleti. »

Quandoquidem caro ipsius et membra facti estis, et eum habetis caput, eam ob rem Spiritu sancto estis repleti.

« Qui est caput omnis principatus et potestatis. »

Tametsi, inquit, consubstantialis nobis factus est secundum carnem, naturamve humanam, nihilominus ipse quoque hominibus dominatur

VERS. 11-13. « In quo et circumcisi estis, circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis peccatorum carnis, sed in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo et simul resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit eum ex mortuis. Et vos cum essetis mortui in delictis et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta. »

Res Græcanicas cum Judaicis conjungit, ut tamen istas velut illas non rejiciat, sed superius ascendat, et in spiritualibus corporalia conservet. Quocirca, admisso statim Judaismi indicio, circumcisione scilicet, nos qui veræ Christi circumcisioni credimus, ejus quoque consortes effici ait. Hæc porro non humana manu peragitur, sed spontanea corporis affectuum abdicatione, qua deposita terrestri vita, cœlestem assumimus, quæ nobis per resurrectionem Christi redditur. Atqui resurrectionem hanc jam potestate quidem habemus, credentes in illum qui nostri causa resurrexit, re vero tempore tandem suo obtinebimus.

VERS. 14, 15. « Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci;

et exspolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. »

In eos qui contumaces in Deum fuere, quædam veluti scriptura est, expressa pravæ vitæ delineatio. Instrumentum hoc dilutum fuit, ut non amplius adversum nos contestetur, modo ad decretum divinum accedamus, libera utique voluntate, diligentique studio. Cruci itaque Domini illud affixum fuit, hoc est abolitum et rescissum, exstincta vita, in qua improbitatis, ejusque contra nos testimonii expressionem ferebamus. Nam qui vitam istam exstinxit, chirographum subinde quod adversus eam exstabat, pessumdedit, et pravas potestates, quæ vitio carnis circum excreverant, quæque totum hominem obtegebant, una cum corpore exuit, suspenditque, **211** adeo ut susciperet quidem ipse confusionem ante hominum oculos; quam vero in illos a quibus in crucem actus fuit, sive in principes hujus mundi, rejiceret. Mors enim in qua robur eorum positum erat, enecata est, et in vitam commutata: quo factum est, ut illi throno exciderint, destructa morte, quæ basis ejus et fundamentum erat.

« [Vers. 16, 17.] Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. »

Facti estis immunes, inquit, ab illis præceptis quæ ad corpora spectabant. Nam hæc omnia umbratiles figuræ erant futurorum; quando nempe assistemus Deo, veram illam præferentes munditiam, veramque festivitatem agentes.

Vers. 18, 19. « Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei. »

Nemo, ait, vobis sanciat legem quæ humilis adhuc abjectaque sit, quæ vos angelis procuratoribus, et administris orbis in carnalibus quoque subjiciat. Nam illi custodes legis, qui eam sequuntur, nulla causa sapientiam jactitant suam, cum capite, quod est Christus, careant; per quem universum Ecclesiæ corpus per commissuras et compagines ea accretione crescit, qua ipsi concessit Deus ut augescat. *Commissuras* autem et *nexus* appellat illos, qui verbum docent in Ecclesia. Ecclesia siquidem per eos Christo conjungitur, et in elegans ædificium exstruitur.

Vers. 20-22. « Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tanquam viventes mundo decernitis? ne tetigeris, neque gustaveris, neque contrectaveris; quæ omnia sunt in interitum ipso usu. »

A νος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ.

Ἐν τοῖς παρακούσασι Θεοῦ, καθάπερ γράμμα ἐστὶ τὴν παρακοὴν ἐλέγχον, ἡ ἐκτύπωσις, ἡ ἐκ τῆς πονηρᾶς ζωῆς. Τὸ διάγραμμα τοῦτο ἐξαλείφεται, ὡς μηκέτι καταμαρτυρεῖν ἡμῶν, ἐὰν δόγματι θείῳ προσίωμεν, τουτέστι προαιρέσει καὶ σπουδῇ. Προσήλωται οὖν, φησὶ, τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου, τουτέστι νενέκρωται καὶ ἠκύρωται, τῆς ζωῆς νεκρωθείσης, ἐν ᾗ τὴν τύπωσιν εἴχομεν τῆς πονηρίας, καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς καταμαρτυρίας. Ὁ γὰρ νεκρώσας τὴν ζωὴν, ἐνέκρωσε τὸ κατ' αὐτῆς χειρόγραφον, καὶ τὰς πονηρὰς ἐξουσίας τὰς περιπεφυκυίας τῇ κακίᾳ τῇ σαρκικῇ, καὶ οἱονεὶ σκεπούσας καὶ καλυπτούσας τὸν B ἄνθρωπον, συναπεκδύσατο τῷ σώματι, συνεκρέμασε, βαστάζων μὲν αἰσχύνην αὐτὸς, τὴν ἐν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς, περιτρέπων δὲ αὐτὴν εἰς τοὺς σταυροῦντας τοῦ αἰῶνος τούτου ἄρχοντας ὄντας· ὅτι τὸ ἰσχυρὸν αὐτῶν, ὁ θάνατος ἀνῃρέθη μεταπεσὼν εἰς ζωὴν, ὥστε ἐκπεπτωκέναι τοῦ θρόνου, διὰ τὸ τὴν ῥίζωσιν, καὶ τὴν ὑποβάθραν αὐτοῦ περιῃρῆσθαι, ἥτις ἐστὶν ὁ θάνατος.

« Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ Νουμηνίας, ἢ Σαββάτων, ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα Χριστοῦ. »

Ἀπηλλάγητε, φησὶ, τῶν περὶ σωμάτων νομοτε- C θημάτων. Ταῦτα γὰρ πάντα τυπικαὶ σκιαὶ μελλόντων, ὅτε τὴν ὄντως ἔχοντες καθρότητα [a], καὶ τὴν ἀληθῆ ἑορτάζοντες ἑορτὴν, Θεῷ παραστησόμεθα.

« Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ, καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῆ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἀφῶν καὶ συνδέσμων χορηγοῦν, καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ. »

Μὴ νομοθετείτω τις ὑμῖν, φησὶ, νομοθεσίαν ἔτι τὴν ταπεινὴν, τὴν ὑπ' ἀγγέλοις οὖσαν ἐπιτρόποις, καὶ οἰκονόμοις, καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς ταπεινῶν ὑμᾶς. Ταύτης γὰρ ἀντεχόμενοι οἱ τοῦ γράμματος D φύλακες μάτην ἐπὶ σοφίᾳ μεγαλοφρονοῦσιν, οὐκ ἔχοντες τὴν κεφαλὴν, ὅς ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐξ οὗ ἅπαν τῆς Ἐκκλησίας τὸ σῶμα διὰ τῶν ἀφῶν καὶ συνδέσμων αὔξει τὴν αὔξησιν, ἣν αὐτῇ δέδωκεν ὁ Θεὸς αὐξάνεσθαι. *Συναφὰς* δὲ καὶ *συνδέσμους* τοὺς τὸν λόγον τῇ Ἐκκλησίᾳ κηρύττοντας λέγει. Δι' αὐτῶν γὰρ συνάπτεται ἡ Ἐκκλησία Χριστῷ, καὶ τὴν καλὴν οἰκοδομὴν οἰκοδομεῖται.

« Εἰ ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς· ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. »

VARIÆ LECTIONES.

[a] **Spatium vacuum est in mss.; lego autem** καθαρότητα.

Εἰ ἐνεκρώθητε ταύτῃ, φησὶ, τῇ ζωῇ, καὶ παντὶ A ὁρωμένῳ καὶ σαρκικῷ. Τὸν γὰρ παρόντα βίον διὰ τῶν *στοιχείων* σημαίνει. Εἰ ἀπεθάνετε οὖν, φησὶ, τῷ αἰῶνι τούτῳ, τί πάλιν περὶ αὐτὸν στρέφεσθε, περὶ βρώματα, καὶ τὰ τοιαῦτα στρεφόμενοι; ταῦτα γὰρ, φησὶ, γαστρὶ δέδοται, καὶ εἰς φθορὰν χωρεῖ.

« Κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων · ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας, ἐν ἐθελοθρησκείᾳ, καὶ ταπεινοφροσύνῃ, καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινι, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. »

*Ἐντολὰς ἀνθρώπων*, τὰς μυθικὰς διδασκαλίας τῶν Ἰουδαίων λέγει, ἢ καὶ ἐντολὰς σαρκικὰς αὐτὰς λέγει, μηδὲν ἐχούσας πνευματικόν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *οὐ κατὰ Θεόν* [a]. *Ἀφειδίαν δὲ σώματος*, B τὴν περιτομὴν λέγει.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Εἰ συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος, τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀπεθάνετε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. »

Ἐπεὶ οὖν, φησὶν, εἰς ἑτέραν ζωὴν ἀνέστητε τὴν οὐράνιον, τῶν κατὰ γῆν ἁπάντων δικαιωμάτων ἄνω γίνεσθε. Οὐ γὰρ δυνατὸν, ἀλλαχοῦ μὲν ἔχειν τὴν ζωὴν, τῆς δὲ ἑτέρωθι κειμένης ἔχειν τὰ νομοθετήματα · ἀλλὰ ἀργείτω μὲν τὰ περὶ σῶμα, ὡς C τεθνηκότων ἡμῶν, ἐνεργείσθω δὲ τὰ πνεύματα καθὸ ζῆτε, καὶ ἀναμενέτω τὸ σῶμα τὴν καὶ αὐτῷ δοθησομένην ζωὴν, ἐπειδὰν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῖν χορηγὸς ἐπιφανῇ Χριστὸς, ἔχων μὲν αὐτὴν ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι, μεταδώσων δὲ αὐτῆς καὶ τοῖς ἡμετέροις · ἐπειδὰν καὶ αὐτὰ εἰς ζωὴν προαχθῆναι δέῃ, ζωὴν τὴν ἔνδοξον, ζωὴν τὴν μακαρίαν, πρὸς ἣν ἰδίαν οὖσαν Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς συσχηματιζόμεθα.

« Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας · ἐν οἷς καὶ ὑμεῖς περιεπατήσατέ ποτε, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς · νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ D πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. Μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους. »

Ἡ τοῦ Παύλου παραίνεσις, νεκρότητα μὲν εἰσηγεῖται πρὸς τὴν κοσμικὴν ζωὴν τὴν παρεφθαρμένην, ζωὴν δὲ ἀντὶ ταύτης εἰσάγει τὴν οὐράνιον καὶ πνευματικήν · καὶ νεκρῶσαι μὲν τὰ μέλη προστάττει τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ἂν τῷ πνεύματι ἡμῶν ζωὴν καταλιπὼν κατὰ τὴν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτείαν, ἀναγκαίαν δὲ τὴν νέκρωσιν τῆς ζωῆς ἀπο-

Si mortificati estis, inquit, huic vitæ, et omni quod visibile et carnale est. Præsentem quippe vitam, *elementa* dicendo significat. Si ergo huic sæculo mortui estis, inquit, cur ergo circa illud versamini iterum, circa escas, et alia ejusmodi? isthæc enim data sunt ventri, et in corruptionem abeunt.

« Secundum præcepta et doctrinas hominum : [VERS. 23] quæ sunt rationem habentia sapientiæ, in superstitione et humilitate, et ad non parcendum corpori, non in honore aliquo, ad saturitatem carnis. »

*Præcepta hominum*, fabulares Judæorum doctrinas vocat, quas perinde mandata carnis appellat, ut quæ nihil spiritus habeant. Hoc porro significat dum ait, *non secundum Deum*. Dicendo autem, *ad non parcendum corpori*, circumcisionem innuit.

## CAP. III.

VERS. 1-4. « Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ **212** sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. »

Quoniam ad vitam alteram, cœlestem nimirum, resurrexistis, superiores efficiamini terrenis omnibus institutis. Non enim fieri potest ut alio in loco vitam agamus, et vitæ alterius sanctiones sectemur : sed quæ ad corpus attinent, cessare oportet, ac si mortui essetis ; operentur autem quæ sunt Spiritus secundum quem vivitis. Interim corpus exspectet vitam, quæ ipsi dabitur, quando ille qui vitæ est auctor, manifestus fiet, ut vitam qua suum corpus præditum est, nostris etiam impertiatur, quando isthæc quoque ad vitam adduci necesse erit, ad vitam, inquam, gloriosam, ad vitam felicem, cui, quoniam propria est Christi, nos quoque similes evademus.

VERS. 5-9. « Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram : fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis. In quibus et vos aliquando ambulastis cum viveretis in illis : nunc autem deponite et vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem. »

Hæc exhortatio Pauli, mundanæ seu corruptæ vitæ interemptionem suadet, in cujus locum cœlestem et spiritualem vitam subjicit. Ac membra quidem, quæ sunt super terram, jubet mortificari, ut tamen spiritui nostro supersit vita quæ secundum Spiritum sanctum instituatur. Necessariam autem esse ostendit vitæ hujus mortificationem,

### VARIÆ LECTIONES.

[a] *Τὸ οὐ κατὰ Θεόν*. Videtur auctor in Apostoli textu legisse, διδασκαλίας ἀνθρώπων, οὐ κατὰ Θεόν.

ubi sordes ejus spurcitiasque edisserit; ne, quemadmodum gentiles, vitam quæ in corpore agitur, malam esse suspicemur, sed vitæ duntaxat deflexionem ad voluptates, in quibus scortatio est, et omnia quævis nequitiæ genera: immunditiam quoque et impudicitiam, libidinem, et concupiscentiam malam nominat; quibus et avaritiam adjungit, quippe quæ sequela sit voluptatum, quæ pecuniarum suppeditationem exigunt. Avaritiam vero, *servitutem idolorum* appellat, quoniam avari, relicto Dei cultu et servitio, Dei vice pecuniis serviunt. Ut ergo suadeat ejusmodi vitiis non adhærescere, iram Dei propter illa imminere ait in illos qui credere detrectant. E re non fuerit igitur, inquit, ut et fideles, qui iram effugerunt, in istis operibus versentur, in quibus vos olim versabamini, dum vitam illam agebatis, quam vos ex toto deponere commonemus.

« Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis. »

Generatim et in summa dicit, veterum morum mutationem esse necessariam. *Hominem* enim *veterem* nuncupat, ingenitam vivendi rationem, ex quo lapsus est homo.

VERS. 10-14. « Et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum. Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, Barbarus, Scytha, servus, liber, **213** sed omnia et in omnibus Christus. Induite ergo vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam; supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et Christus donavit nobis, ita et vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. »

Quemadmodum *veterem hominem* dicit, pravitatem quæ nobis ex lapsu accidit, sic et novum vocat, eam vitæ rationem, quæ sit secundum Christum; qua fit ut omnes Christi sint æmulatores, sive quis Judæus exsistat, sive Græcus, sive Barbarus, sive liber: quos omnes ejus similitudinem vult exprimere.

VERS. 15-25. « Et pax Dei exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore, et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes et commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in corde vestro Domino. Et omne quodcunque facitis in verbo, et in opere, omnia in nomine Domini Jesu, gratias agentes Deo et Patri per ipsum. Mulieres, subditæ estote viris vestris, sicut oportet, in Domino. Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse illis. Filii, obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum est in Domino. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi ho-

A δείκνυσι, τὸ μεμολυσμένον αὐτῆς ἐξηγούμενος, ἵνα μὴ τὴν ἐν σώματι ζωὴν πονηρὰν ὑπολάβωμεν, ὥσπερ Ἕλληνες ἡγοῦνται, ἀλλὰ τὴν τῆς ζωῆς παρατροπὴν, τὴν ἐν ἡδοναῖς, ἐν αἷς αἱ πορνεῖαι, καὶ ὅσαι ἰδέαι κακουργίας· ἀκαθαρσίαν, καὶ ἀσέλγειαν, καὶ πάθος, καὶ ἐπιθυμίαν κακὴν ὀνομάζει, καὶ τὴν πλεονεξίαν ἐπισυνάπτων, ὅτι δὴ ἀκολούθημα τῶν ἡδονῶν αἱ πλεονεξίαι, χρημάτων χορηγίαν ἐπιζητουσῶν ἡδονῶν. *Εἰδωλολατρείαν* δὲ καλεῖ τὴν πλεονεξίαν, ὅτι τῷ Θεῷ δουλεύειν καταλιπόντες, ἀντὶ Θεοῦ τοῖς χρήμασι δουλεύουσι. Πείθων οὖν μὴ διατρίβειν τοῖς τοιούτοις, τὴν ὀργὴν ἐπέρχεσθαί φησι δι' αὐτὰ ἐκ Θεοῦ τοῖς ἀπειθοῦσιν. Οὐ δέον οὖν, φησὶ, καὶ τοὺς πιστοὺς τοὺς καὶ τὴν ὀργὴν ἀποφευξαμένους, ἐν τούτοις τοῖς
B ἔργοις διατρίβειν, ἐν οἷς τὸ παλαιὸν διετρίβετε, ὅτε τὴν ζωὴν εἴχετε ταύτην, ἣν ἀποθέσθαι συμβουλεύομεν.

« Ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ. »

Καθόλου λέγει συνελὼν μεταβολὴν τῶν παλαιῶν τρόπων δεῖν γενέσθαι. *Ἄνθρωπον* γὰρ λέγει *παλαιὸν*, τὸν τρόπον τὸν πάλαι, τὸν ἀπὸ τῆς πτώσεως ἐπιγεγενημένον.

« Καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος αὐτὸν, ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος, ἐλεύθερος, ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. Ἐνδύσασθε
C οὖν ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πραότητα, μακροθυμίαν, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, καὶ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφὴν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος. »

Ὥσπερ *παλαιὸν ἄνθρωπον*, τὴν πονηρίαν ἐπεισελθοῦσαν ἡμῖν ἐκ τῆς πτώσεως λέγει, οὕτω καινὸν, τὴν κατὰ Χριστὸν πολιτείαν, ὡς πάντας εἶναι μιμητὰς Χριστοῦ, καθὸ καὶ ἐν Ἰουδαίῳ, καὶ ἐν Ἕλληνι καὶ Βαρβάρῳ, καὶ ἐν δούλῳ, οὓς ὁμοιώματα αὐτοῦ πάντας θέλει γενέσθαι.

« Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρ-
D δίαις ὑμῶν, εἰς ἣν ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι, καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε. Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ· διδάσκοντες, καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς, ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ δι' αὐτοῦ. Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, ὡς ἀνῆκεν, ἐν Κυρίῳ. Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς. Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι κατὰ πάντα. Τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον ἐν Κυρίῳ. Οἱ πατέρες, μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν. Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείᾳ, ὡς

A ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας, φοβούμενοι τὸν Θεόν. Καὶ πᾶν ὅ τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις, εἰδότες ὅτι ἀπὸ Κυρίου λήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας· τῷ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. Ὁ δὲ ἀδικῶν, κομιεῖται ὃ ἠδίκησε, καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία. »

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε Κύριον ἐν οὐρανοῖς. Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ, προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ Θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, διὸ καὶ B δέδεμαι, ἵνα φανερώσω αὐτὸ, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. »

Καὶ τὸ εἰρηναῖον, φησὶν, ἐκ καρδίας ἔστω, καὶ ἐκ καρδίας κρατείτω, μὴ λόγων ἀπάταις δοκούντων ἐπιτελεῖσθαι. Ἀπαιτεῖ γὰρ τὴν διὰ τῆς εἰρήνης ἕνωσιν τοῦ ἑνὸς σώματος ἑνότης, εἰς ὃ πάντες ἀνειλήμμεθα δυνάμει, ὅπερ ἐστὶ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν. »

Τὴν συνδιατριβὴν τῶν ἀπίστων φιλικὴν εἶναι βούλεται μέχρι τῆς κοινῆς ταύτης φιλίας. Ἕως γὰρ C σύνεσμεν τοῖς τοιούτοις, εἰρηνικῶς συνεῖναι δεῖ, ἐπειδὴ μετὰ τοῦτο ἔσται τό· *Κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκησάς με.*

« Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ, ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῷ τε τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν σὺν Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν. Πάντα ὑμῖν γνωρίσουσι τὰ ὧδε. Ἀσπάζεται ὑμᾶς. »

Ἀσιανὸς ἀνὴρ ἀπολιπὼν τὴν πατρίδα, καὶ ἀκολουθῶν τῷ Ἀποστόλῳ. Διὸ καὶ *ἀγαπητὸν ἀδελφὸν, καὶ πιστὸν διάκονον, καὶ σύνδουλον ἐν Κυρίῳ* καλεῖ, καὶ διδασκαλικῆς χάριτος τετυχηκότα. Δείκνυσιν ἐπὶ παρακλήσει τῶν Ἐκκλησιῶν ἀποστέλ- D λων αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης σὺν Ὀνησίμῳ πολίτῃ Κολοσσαέων ὄντι, καὶ οἰκείως πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἀποστελλομένῳ.

« Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου. »

Οὗτός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης συναπάρας τῷ Παύλῳ. Ἐπεὶ οὖν καὶ δεσμώτῃ συνεξῆλθεν, ὥσπερ αἰχμαλώτῳ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν ὄντι, *συναιχμάλωτον* καλεῖ.

« Καὶ Μάρκος ἀνεψιὸς Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολὰς, ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν· καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς.

minibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, et non hominibus; scientes quod a Domino accipietis retributionem hæreditatis: nam Domino Christo servitis. Qui autem iniquus est, recipiet id quod inique gessit: et non est personarum acceptio apud Deum. »

## CAP. IV.

Vers. 1, 4. « Domini, quod justum est et æquum servis præstate; scientes quod et vos Dominum habetis in cœlis. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione: orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum), ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui. »

Iis quæ sunt pacis, inquit, ex animo studeatur, eaque ex intimis corroborentur, neque fallaciis verborum specie tenus præstentur. Conjunctionem enim quæ pace sanciatur, postulat unitas corporis unius, in quod omnes virtute assumpti sumus: hocque est corpus Christi.

Vers. 5-7. « In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet. »

Vult ut cum infidelibus amice commoremur, communi hac amicitia. Nam quandiu cum ejusmodi hominibus versamur, pacifice nos agere oportet: posthac enim fiet illud: *Singulariter in spe constituisti me* [71].

« Tychicus, charissimus frater, et fidelis minister et conservus in Domino; [Vers. 8-10] quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, **214** et consoletur corda vestra cum Onesimo fideli et charissimo fratre, qui ex vobis est. Omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis. Salutat vos. »

Vir Asiaticus, qui relicta patria, secutus erat Apostolum. Quamobrem illum et *charissimum fratrem, et fidelem ministrum, et conservum in Domino* appellat, necnon docendi gratia ornatum. Significat se illum, Ecclesiis id postulantibus, Roma misisse cum Onesimo Colossarum cive, qui speciatim et apposite ad Judæos missus erat.

« Aristarchus concaptivus meus. »

Ille ipse est qui Thessalonica cum Paulo solverat. Quoniam igitur tum quando Paulus catena vinctus est, una cum ipso ex Judæa venerat, *concaptivus* idcirco vocatur, ac si apud gentes captivus ageret.

« Et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum: [Vers. 11] et Jesus, qui dicitur Justus, qui sunt

[71] Psal. IV, 10.

ex circumcisione. Hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio. »

Eum etiam qui *Marcus* hic nominatur, consanguinitas Barnabæ commendat. Nam Barnabas erat notior. Jesum addit *qui vocatur Justus*; cum hunc forsitan fideles ita cognominassent, ob reverentiam nominis Salvatoris. Atqui hos sibi solatio esse ait, cum essent ex circumcisione, propter jacturam utique contribulium aliorum. Nam ei qui propter illos qui pereunt, luget, solamini sunt qui salvi fiunt.

Vers. 12, 15. « Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti et pleni in omni voluntate. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet zelum multum pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiceæ, et qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charissimus, et Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, et Nympham. »

Nonnihil juvat affinitas, sive secundum genus sit, sive secundum patriam, insuper etiam et quæ secundum doctrinam. His autem omnibus modis Epaphras Colossenses contingebat. Orationum igitur studium commendat, dum de illis sermonem habet.

« Et quæ in domo ejus est, Ecclesiam. [Vers. 16.] Et cum lecta fuerit apud vos Epistola hæc, facite, ut et in Laodicensium ecclesia legatur. »

Unamquamque etiam per domos Ecclesiam adhortatur, ut pietatem erga Deum colant. Ubi domos, ipsas quoque ecclesias appellat.

« Et eam quæ est ex Laodicea, vos legatis. »

Primam Epistolam ad Timotheum dicit. Quidam aiunt non hic Epistolam innui quam Paulus ad illos miserit. Non enim ait, ad Laodicenses, sed eam quæ *Laodicea* scripta esset ad Paulum.

Vers. 17, 18. « Et dicite Archippo : Vide ministerium quod accepisti a Domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. »

Cum ministratoria quædam cura huic **215** injuncta esset, eum commonefacit, uti jussionem ac pensum exsequatur : idque *in Domino*, ut nihil, sive parvum sit, sive magnum, aliter fiat, nisi secundum Deum.

« Memores estote vinculorum meorum. »

Non eum pudet vinculorum, quin et iis oblectatur ; seque ipsum propter illa recordatione dignum ducit.

« Gratia vobiscum. Amen. »

Ἐπειδὴ μέγας ἦν ὁ ἀγὼν τῷ μαθητῇ· δέσμιος γὰρ ἦν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος· τούτου χάριν εὐθὺς ἐκ προοιμίων ἀνίστησιν αὐτοῦ τὴν ψυχήν, *Σωτῆρα* τὸν Θεὸν καλῶν· ὅμοιον δὲ ὡς εἰ λέγοι· Οὐ χρὴ ἀκηδιᾷν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἔχοντες Σωτῆρα τὸν Θεὸν, καὶ ἐλπίδα τὸν Χριστόν.

Εὑρίσκομεν γὰρ τὸ Πνεῦμα λέγον· *Ἀφορίσατέ μοι Παῦλον καὶ Βαρνάβαν.*

« Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. »

Καὶ τοῦτο τῆς θλίψεως παραμυθικόν. Οὐδαμοῦ τὸν ἔλεον ἢ ἐνταῦθα ὠνόμασεν.

C

## CAPUT PRIMUM.

VERS. 1, 2. « Paulus apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Patris nostri, et Domini nostri Jesu Christi spei nostræ, Timotheo dilecto filio in fide. »

Quoniam magnum certamen incumbebat discipulo, cum vinctus esset propter prædicationem, eam ob causam statim ab exordio animum illius erigit, Deum *Salvatorem* vocat; perinde ac si diceret: Non nos oportet in afflictionibus concidere animo, qui Deum habeamus Salvatorem et Christum spem.

Invenimus enim Spiritum edixisse: *Segregate mihi Paulum et Barnabam* [19].

« Gratia, misericordia, pax a Deo Patre et D Christo Jesu Domino nostro. »

Atque hoc est afflictionis levamentum et solamen. Nusquam misericordiam his in locis memoravit.

[19] Act. XIII, 2.

NOTÆ.

(12) Sic quidem codices aliquot: auctor vero cum Chrysostomo et aliis legebat, Σωτῆρος.

VERS. 3. « Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam. »

Non magistri more loquitur, sed pene famuli; ut discipulum doceat modeste ac demisse sapere.

« Ut denuntiares quibusdam non aliter docere. »

Non eos nominatim indicat, ne impudentiores fierent.

VERS. 4. « Neque intenderent fabulis, »

Fabulosis utique Judæorum traditionibus, quos etiam propheta coarguit dicens : *Docentes doctrinas et mandata hominum* [20]. Nam neglecta legis expositione, traditiones suas excogitaverant.

« Et genealogiis interminatis. »

*Genealogias* vocat, theogonias Græcorum, longas series deorum. Hortatur ergo discipulum **259** ut eos disturbet qui fabulas Judaicas amplecterentur, nec illos loqui sineret qui Græcanicis erroribus addicti essent, nec veluti concatenationes deorum inferre.

« Quæ quæstiones præstant magis, quam dispensationem Dei in fide. »

Istæ doctrinæ, inquit, cum nulli adjumento sint, hominem insuper a dispensatione Dei avertunt. *Dispensationem* autem *Dei* appellat incarnationis mysterium.

VERS. 5. « Finis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. »

Id est, summa mandatorum est sermo de charitate. Quemadmodum autem Scriptura Christum finem legis dicit [21], hoc est complementum et summarium; sic et hoc in loco vocabulum *finis* usurpavit. Bene vero adjecit, *de corde puro;* quoniam et malorum est amicitia, qualis fuerat eorum qui unanimi consilio Christum impie afflixerunt.

VERS. 6. « Quorum quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium. »

A charitate, ait, et conscientia bona, et fide non simulata.

VERS. 7. « Volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. »

Libido quippe dominandi eos cogit ut magisterii munus arripiant.

VERS. 8, 9. « Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur. Hoc sciens, »

*Legitime*, inquit, id est, per opera legem implendo. Rursumque *legitime* dicitur, dum aliquis legi morem gerit. Legi vero ille morem gerit, qui Christum suscipit : quia nempe hæc nos mysterium ejus docebat, quod umbratice delinearet.

« Quia lex justo non est posita. »

Proximus sensus est, justum minime obnoxium esse supplicio. Spiritualior vero, eum qui justus factus sit, liberum esse a molestis jussionibus

[20] Isa. XXIX, 13. [21] Rom. X, 4.

« Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν. »

Οὐ διδασκάλου φωνῇ κέχρηται, ἀλλ' οἰκέτου σχεδὸν, ἵνα διδάξῃ τὸν μαθητὴν ταπεινοφρονεῖν.

« Ἵνα παραγγείλῃς τισὶ, μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν. »

Οὐ τίθησιν αὐτοὺς ὀνομαστὶ, ἵνα μὴ ἀναισχυντοτέρους ποιήσῃ.

« Μηδὲ προσέχειν μύθοις, »

Ταῖς μυθικαῖς τῶν Ἰουδαίων παραδόσεσιν, οἷς καὶ ὁ προφήτης ἐνεκάλει λέγων· *Διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων*. Ἀφιέντες γὰρ ἐξηγεῖσθαι τὸν νόμον, ἰδίας παραδόσεις ἐπενόουν.

« Καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις. »

*Γενεαλογίας*, τὰς παρ' Ἑλλήνων θεογονίας λέγει, τὰς σειρὰς τῶν θεῶν. Παραινεῖ οὖν τῷ μαθητῇ, καὶ τοὺς μύθοις Ἰουδαϊκοῖς κεχρημένους ἀνατρέπειν, καὶ τοὺς Ἑλληνικῆς ἀπάτης χρωμένους, μὴ ἐπιτρέπειν λαλεῖν, μηδὲ οἱονεὶ σειρὰς εἰσφέρειν θεῶν.

« Αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον, ἢ οἰκοδομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει. »

Αὗται, φησὶν, αἱ διδασκαλίαι πρὸς τὸ μηδὲν ὠφελεῖν, καὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ, ἀπασχολοῦσι τὸν ἄνθρωπον. *Οἰκονομίαν* δὲ Θεοῦ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως λέγει μυστήριον.

« Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν, ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου. »

Τουτέστι, κεφάλαιον τῆς παραγγελίας ἐστὶν, ὁ περὶ ἀγάπης λόγος. Ὥσπερ δὲ τέλος νόμου Χριστὸν ἡ Γραφὴ λέγει, τουτέστι συμπλήρωσιν καὶ κεφαλαίωσιν, οὕτω ἐνταῦθα εἴρηκε τὴν *λέξιν*. Εὖ δὲ τὸ προσθεῖναι *ἐκ καθαρᾶς καρδίας*, ἐπειδὴ ἔστι καὶ πονηρῶν ἀγάπη. Οἷοι ἦσαν οἱ ὁμονοοῦντες ἐπὶ τῇ κατὰ Χριστοῦ δυσσεβείᾳ.

« Ὧν τινες ἀστοχήσαντες, ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν. »

Τῆς ἀγάπης λέγει, καὶ τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως, καὶ τῆς ἀνυποκρίτου πίστεως.

« Θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. »

Ὁ γὰρ ἔρως τῆς φιλαρχίας ἀναγκάζει τὸ τῶν διδασκάλων ἁρπάζειν ἀξίωμα.

« Οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται. Εἰδὼς τοῦτο, »

Τὸ, *νομίμως*, ἀντὶ τοῦ, δι' ἔργων αὐτὸν πληροῖ. Καὶ πάλιν τὸ *νομίμως*, ὅταν τις αὐτῷ πείθεσθαι λέγει. Πείθεται δὲ αὐτῷ ὁ δεχόμενος τὸν Χριστὸν, καθὸ καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ ἐδίδασκεν ἡμᾶς μυστήριον, ὥσπερ ἐν σκιαῖς ὑμῖν καταγράφων αὐτό.

« Ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται. »

Κατὰ μὲν τὸν πρόχειρον λόγον, ὅτι κολάσεώς ἐστιν ἐκτὸς τῷ δικαίῳ. Κατὰ δὲ τὸν πνευματικώτερον, ὅτι ὁ δικαιωθεὶς διὰ τῆς χάριτος, ἔξω λυπούντων προσ-

ταγμάτων ἐστὶ τοῦ νόμου, οὐκέτι χρείαν ἔχων γάλα- A κτος, ἅτε λοιπὸν τῇ στερεᾷ χρώμενος τροφῇ.

« Ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατραλοίαις καὶ μητραλοίαις ἀνδροφόνοις, πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραποδισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις, καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται. »

Ταῦτα εἰς Ἰουδαίους αἰνίττεται. Οὐ γὰρ ἦν παρανομίας εἶδος, ὃ μὴ ἔπραττον. Διὸ καὶ σφοδρὸς αὐτοῖς ἐτέθη νόμος κολάζων παραβαίνοντας.

« Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ· καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με, Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. »

B *Εὐαγγέλιον δόξης* αὐτὸ καλεῖ, δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ πρὸς τοὺς αἰσχυνομένους ἐπὶ τοῖς διωγμοῖς, καὶ ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ· ἢ τάχα καὶ περὶ τῶν μελλόντων αἰνίττεται ἀγαθῶν.

« Ὅτι πιστόν με ἡγήσατο, θέμενος εἰς διακονίαν, τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστήν· ἀλλὰ ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ. Ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Εἰπὼν, ὅτι *Ἐπιστεύθην τὸ Εὐαγγέλιον τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ*, ἐπειδὴ ἔδοξε μέγα φθέγξασθαι, ἵνα μή τις δόξῃ ἐξ ἀπονοίας τοῦτο ποιεῖν, σκόπει πῶς ἐπιδιορθοῦται, ἀνάξιον ἑαυτὸν λέγων διὰ τὴν προτέραν ἄγνοιαν. Ἅμα δὲ καὶ ἐπαίρει τὸν ἔλεον τοῦ Θεοῦ, C καὶ τὴν φιλανθρωπίαν, τὸν πρότερον ἑαυτοῦ βίον ἐξηγούμενος.

« Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν. »

Οὕτως μεγάλαι εἰσὶν αἱ εὐεργεσίαι τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαι προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα, ὡς πολλαχοῦ καὶ ἀπιστεῖσθαι. Ἃ γὰρ μὴ εἴδετό ποτε, μήτε ἐνενόησεν, μήτε προσεδόκησεν νοῦς ἀνθρώπινος, ταῦτα ἡμῖν ἐχαρίσατο. Διὸ μέλλων αὐτὰ λέγειν, προλαμβάνει, καὶ λέγει· *Πιστὸς ὁ* D *λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος*. Ὡς εἰ λέγοι· Μή τις ἀπιστήσῃ οἷς μέλλομεν ἐρεῖν. »

« Πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, τιμὴ, δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον Τιμόθεε. »

Βουλόμενος πεῖσαι, φησὶν, ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι πάντα αὐτοῖς ἀφίησιν, ἐμὲ ἐδέξατο.

« Κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας, ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐτοῖς τὴν καλὴν στρατείαν, ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν. »

*Προφητείαν* ἐνταῦθα τὴν χειροτονίαν φησὶ, δι' ἧς τὸ Πνεῦμα ἔλαβε. Πληθυντικῶς δὲ αὐτὰς ὀνομάζει,

legis, ut qui non amplius opus lacte habeat, sed robusto jam cibo vescatur.

« Sed injustis, et non subditis, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, parricidis et matricidis, homicidis, [Vers. 10] fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, et perjuris, et si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur. »

His verbis Judæos innuit. Nullum quippe genus iniquitatis fuit quod illi non perpetrarint. Propterea severissima lex eis imposita est, quæ prævaricatores puniret.

Vers. 11-14. « Secundum Evangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi. Et gratias ago ei qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro. »

Nullam ob causam alteram *Evangelium gloriæ* dicit, nisi quia eos alloquitur, quibus, cum insectationes, tum Christi passio opprobrio erant. Vel forsan futura bona innuit.

260 « Qui me fidelem existimavit, ponens in ministerio; qui prius blasphemus fui, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide et dilectione, quæ est in Christo Jesu. »

Quoniam dixerat, *Evangelium gloriæ Dei creditum est mihi;* cum magnum quid pronuntiasse videretur, ne putarent aliqui id ab ipso factum ostentationis ergo, vide quomodo hoc corrigit, indignum seipsum dicens illo munere propter præteritam ignorantiam. Una vero Dei misericordiam et humanitatem extollit, anteactam vitam suam enarrando.

Vers. 15, 16. « Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quod Jesus Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam. »

Tam magnæ sunt beneficentiæ Dei, tamque humanam exspectationem et spem omnem excedunt, ut eis sæpe fides denegetur. Ea quippe donavit nobis, quæ mens hominis, nec novit unquam, nec cogitavit, aut exspectavit. Quapropter, priusquam ea edisserat, præfatur et ait: *Fidelis sermo et omni acceptione dignus*. Ac si dicat: Nemo ea credere renuat, quæ narraturi sumus.

« Ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. [Vers. 17, 18.] Regi autem sæculorum immortali et invisibili, soli Deo, honor et gloria, in sæcula sæculorum. Amen. Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee. »

Deus, inquit, quo persuaderet hominibus, cuncta illis condonari, ipse me suscepit.

« Secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, [Vers. 19] habens fidem et bonam conscientiam. »

*Prophetiam* hic appellat ordinationem, per quam Spiritum acceperat. Plurali autem eas numero

exprimit, velut significans, tum illam cum qua Timotheum acceperat, cum qua et ipsum circumciderat, et cum qua ordine sacro eumdem initiaverat.

« Quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt, [Vers. 20] ex quibus est Hymenæus et Alexander, quos tradidi Satanæ. »

Nam ubi vita deposita est, et ejusmodi dogma in lucem editur, ac plurimos videas in profundum malorum corruere, et ad gentilem ritum converti. Ut enim futurorum metu minime crucientur, animo persuadere student falsa esse quæcunque nos tradimus.

« Ut discant non blasphemare. »

## CAP. II.

Vers. 1. « Obsecro igitur primum fieri obsecrationes, postulationes, et gratiarum actiones pro omnibus hominibus. »

Non ut eos doceat, inquit, sed ut *discant*. Non enim hoc ille præstat, sed inflictione pœnæ id accidit.

Vers. 2-6. « Pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, **261** ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore Deo nostro, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum »

Quia principes tunc temporis Christianos maxime insectabantur, orandum esse pro ipsis ait, ut fideles discant eos non odisse. Hoc nempe docens, quod Dominus his verbis præceperat : *Orate pro persequentibus vos* [11]. Quapropter adjecit : *Hoc bonum est et acceptum.*

« Redemptionem pro omnibus, testimonium, »

Cum ob peccata sua puniendi essent, inquit, horum vice Filium suum dedit.

« Temporibus suis; [Vers. 7, 8] in quo positus sum ego prædicator et Apostolus (veritatem dico, et non mentior), magister gentium in fide et veritate. Volo ego viros orare »

Id est, uti congruebat.

« In omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione. »

Ostendit sacrificio Christi factum esse ut omnis orbis terræ locus Jerusalem evaderet. *Puras manus* dicit, ut ipsos doceat ab omni peccato puros esse, velut ante dixerat. Illud vero, *sine ira*, idem est atque injuriarum immemores. Istud etiam, *et disceptationibus*, omnem hæsitationem adimit, et ejusmodi dubietatem; num forte eorum quæ a Deo postulant, compotes essent futuri.

Vers. 9, 10. « Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis,

[11] Matth. xxii, 44.

A οἱονεὶ σημαίνων ἐκείνην μεθ' ἧς ἔλαβεν αὐτὸν, καὶ μεθ' ἧς περιέτεμε, καὶ μεθ' ἧς ἐχειροτόνει.

« Ἥν τινες ἀπωσάμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν, ὧν ἐστιν Ὑμεναῖος καὶ Ἀλέξανδρος οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, »

Ὅταν γὰρ ἢ βίος ἀπεγνωσμένος, καὶ δόγμα τίκτεται τοιοῦτον, καὶ ἔστιν ἰδεῖν πολλοὺς ἐπὶ τὸ τοῦ καταπεσεῖν εἰς βυθὸν κακῶν καὶ εἰς Ἑλληνισμὸν ἐκτραπέντας. Ἵνα γὰρ μὴ τῷ φόβῳ τῶν μελλόντων βασανίζωνται, σπουδάσουσι πεῖσαι τὴν ψυχὴν, ὅτι ψευδῆ πάντα τὰ παρ' ἡμῖν.

« Ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

B « Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. »

Οὐχ ἵνα παιδεύσῃ αὐτοὺς, φησὶν, ἀλλ' ἵνα *παιδευθῶσιν*. Οὐ γὰρ ἐκεῖνος τοῦτο ἐργάζεται, ἀλλ' ἐκ τῆς κολάσεως τοῦτο συμβαίνει.

« Ὑπὲρ βασιλέων, καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν »

C Ἐπειδὴ τότε μάλιστα ἐδιώκοντο, φησὶν εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἵνα διδάσκῃ μὴ μισεῖν αὐτούς. Τοῦτο λέγων, ὃ προσέταξεν ὁ Κύριος λέγων, *Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς*. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Τοῦτο καλὸν καὶ ἀπόδεκτον.*

« Ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων· τὸ μαρτύριον, »

Ἔμελλεν, φησὶ, τιμωρεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων τὸν ἑαυτοῦ ἔδωκεν Υἱόν.

« Καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, ἀλήθειαν λέγω, οὐ ψεύδομαι, διδάσκαλος ἐθνῶν, ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας »

Τουτέστι, προσηκόντως.

D « Ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. »

Δείκνυσιν, ὡς διὰ τῆς θυσίας τοῦ Χριστοῦ ἅπας τῆς οἰκουμένης τόπος γέγονεν Ἱερουσαλήμ. *Ὁσίους* δὲ *χεῖρας* λέγει, διδάσκων αὐτοὺς πάσης, ὡς εἶπεν, καθαρεύειν ἁμαρτίας. Τὸ δὲ, *χωρὶς ὀργῆς*, τουτέστιν ἀμνησικάκους ὄντας. Τὸ δὲ, *διαλογισμῶν*, τὸ ἀμφίβολον ἀναιροῦντός ἐστι, καὶ τὸ διστάζοντος, εἰ ἄρα λάβοιεν ἃ αἰτοῦσι παρὰ Θεοῦ.

« Ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ ἐν χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ

ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν, ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. »

Τουτέστι, πανταχόθεν περιστέλλεσθαι καλῶς, ὅπερ ἐστὶ πολλοῦ φόβου σημαντικόν.

« Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω, ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα. »

Βουλόμενος αὐτῶν περικόψαι τὴν ἀφορμὴν τῆς λαλιᾶς, οὐδὲ διδάσκειν αὐτὰς ἐπιτρέπει. Καὶ τοῦτο γὰρ κοσμιότης ἐστὶ, περὶ ἧς καὶ διελέγετο, μηδὲ λαλεῖν ὅλως. Ἅμα δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τίθησιν, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐδίδαξε, καὶ τὸν ἄνδρα κατέστρεψεν, καὶ τῇ παρακοῇ ὑπεύθυνον ἐποίησεν.

« Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. »

Πρὸς σύγκρισιν τῆς γυναικὸς, φησὶν αὐτὸν μὴ ἠπατῆσθαι· πάλιν δὲ οὐ περὶ Ἀδὰμ εἴρηται, *Εἶδε τὸ ξύλον ὅτι καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν*, ἀλλὰ περὶ τῆς γυναικός. *Καὶ ἔφαγε, καὶ ἔδωκε καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς*, ὥστε οὗτος οὐκ ἐπιθυμίᾳ ἐνδοὺς παρέβη, ἀλλὰ τῇ γυναικὶ πεισθείς.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Πιστὸς ὁ λόγος. »

Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Μὴ κατηφεῖς γένησθε, ὅτι τὸ γένος ὑμῶν διαβέβληται. Ἔδωκεν ὑμῖν ὁ Θεὸς καὶ ἑτέραν ἀφορμὴν σωτηρίας, τὴν παιδοτροφίαν, ὥστε μὴ μόνον δι' ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρων σώζεσθαι. Σώζονται γὰρ, ὅτι ἀθλητὰς ἔθρεψαν τῷ Θεῷ. Καὶ ὅτι τοῦτο σώζει, ἐπήγαγε, *Πιστὸς ὁ λόγος*, μονονουχὶ λέγων, Μηδεὶς ἀπιστείτω, φησί· διὰ τῆς τεκνογονίας σώζονται· οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μικρὸν, τὸ τὰ δοθέντα παιδία παρ' αὐτοῦ, ταῦτα αὐτῷ ἀναθεῖναι.

« Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ. Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον »

Οὐκ ἐγκαλῶ, φησί· προστασίας γὰρ ἔργον ἐστὶ, εἴ τις ταύτην ἔχοι τὴν ἐπιθυμίαν, ὥστε μὴ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς ἀπ' αὐτῆς τιμῆς ἐφίεσθαι μόνον. Ἀλλὰ καὶ τῆς προστασίας οὐκ ἐγκαλῶ· ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ἐξ ἀρχῆς τοῦτον ἔσχε τὸν ζῆλον, τοῦ ἐπισκοπεῖν τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.

« Ἀνεπίληπτον εἶναι, »

Διὰ μιᾶς λέξεως πᾶσαν αὐτὸν ἀρετὴν ἔχειν προσέταξε.

« Μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφαλέον, σώφρονα, κόσμιον, φιλόξενον, διδακτικὸν, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, »

Ἵνα μὴ τοῦτο ἐμπόδιον γένηται τοῖς ἤδη ἐσχηκόσι γαμετὰς, ἢ καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν παρὰ Ἰου-

A vel veste pretiosa; sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per bona opera. »

Hoc est, undequaque debent modesto vestitu uti: id quod multi timoris argumentum est.

Vers. 11-13. « Mulier in silentio discat cum subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam primus formatus est, deinde Eva. »

Cum velit loquacitatis occasiones eis amputare, nec permittit ut doceant. Hæc enim est honestas illa de qua locutus erat, præcipiendo ne ullatenus loquerentur. Insuper autem et hic causam affert, quod nempe cum semel docuerit, vir ab ipsa dejectus sit, et inobsequens redditus.

B Vers. 14, 15. « Et Adam non est seductus; mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem, si maneant in fide, et dilectione, et sanctificatione cum sobrietate. »

In comparationem mulieris seductum non esse virum dicit. Rursum vero non de Adamo scriptum est: *Vidit lignum quod esset bonum ad vescendum*, sed de muliere: *Et comedit, deditque viro suo* [23]. Quamobrem ille non appetitui obtemperando mandatum violavit, sed obsequendo mulieri.

## CAP. III

« Fidelis sermo. »

**262** Perinde est ac si diceret: Ne mœsto animo C sitis, ac si sexui vestro detrahatur. Alteram vobis Deus occasionem porrexit salutis, liberorum videlicet educationem, ut non modo per vos ipsæ salvæ sitis, verum etiam per alios. Enimvero salvæ fiunt, quia athletas Deo nutriunt. Quodque hoc eis conducat ad salutem, intulit his verbis: *Fidelis sermo*. Quasi dicat: Nemo revocet in dubium, quin per filiorum generationem salutem obtineant. Non enim hoc exiguum aliquid est, filios Deo dedere, qui ab ipsomet dati sunt.

« Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum »

Non culpo, inquit. Opus quippe regiminis est, si quis hoc desiderium habet, ut neque primatum, neque honorem qui ex eo consequitur, tantum- D modo cupiat. Quin nec regiminis studium taxo: quandoquidem et Moyses prima ætate hoc æmulatus est, ut fratribus suis prospiceret [24].

« Irreprehensibilem esse, »

Una dictione genus omne virtutis habendum ei præscripsit.

Unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem: [Vers. 3-5] non vinolentum, non percussorem: non turpis lucri cupidum, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, domui suæ bene præpositum. »

Ne hoc illis impedimento sit, qui jam ante uxores duxerint; vel ad differentiam doctorum Judæo-

[23] Gen. III, 6 [24] Exod. II, 11.

rum, quibus fas erat duas etiam uxores habere : id quod magis consentaneum est.

« Filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit ? »

Conjecet enim ut e re domestica exempla præbeat, posse se recte filios secundum Deum instituere.

Vers. 6. « Non neophytum, ne in superbiam elatus. »

Eum dicit qui nuper eruditus sit, non qui junioris ætatis.

« In judicium incidat diaboli. »

Id est, in eamdem condemnationem, quam ille ob superbiam sustulit.

Vers. 7-9. « Oportet illum et testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ne in opprobrium incidat, et in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non vino multo deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei. »

Omnino debet, inquit, homines in sui admirationem trahere, et justus esse, ut ab ipsismet inimicis testimonium habeat. Id quod perinde est atque illud effatum : *Luceat lux vestra coram hominibus* [11].

« In conscientia pura. [Vers. 10-15.] Et hi quidem probentur primum, et sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diaconi sint unius uxoris viri, qui filiis suis bene præsint, et suis domibus. Qui enim bene ministrant, gradum bonum sibi acquirunt, et multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu. Hæc tibi scribo, sperans me ad te **263** venire cito. Si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. »

Hoc est, qui recta fide instructi sint, nihilque dolosi ei admisceant.

Vers. 16. « Et manifeste magnum est pietatis sacramentum. Deus manifestatus est in carne. »

Ne mihi tintinnabula narraveris, inquit ; ne Sancta sanctorum, ne summum sacerdotem. Ecclesia est orbis columna ; sacramentum magnum est, ac pietatis sacramentum ; idque in confesso est, non in ancipiti. Nam hoc est indubitatum.

« Justificatus est in spiritu. »

Ita loquitur, quoniam ille qui consimili modo ac nos participavit carnem et sanguinem, nequaquam peccatum admisit, nec inventus est dolus in ore ejus.

« Apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. »

CAP. IV.

Vers. 1-3. « Spiritus autem manifeste dicit : quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide. »

[11] Matth. v, 16.

A δαίοις διδασκάλων, οἷς ἐξῆν καὶ δύο ἔχειν, ὅπερ κ… ἁρμόζει μᾶλλον.

« Τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμν… τητος. Εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου προστῆναι οὐκ οἶδ… πῶς Ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται ; »

Δεῖ γὰρ αὐτὸν οἴκοθεν παρασχέσθαι τὰ παραδεί… γματα, ὡς καλῶς δυνήσεται τὰ κατὰ Θεὸν τέκν… διοικεῖν.

« Μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθείς. »

Τὸν νεωστὶ κατηχημένον λέγει, οὐ τὸν νεώτερ… τῇ ἡλικίᾳ.

« Εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. »

Τουτέστιν εἰς τὴν καταδίκην, ἣν ἐκεῖνος ἀπὸ τῆ… ἀπονοίας ὑπέμεινε.

B « Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶ… ἔξω, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ, καὶ παγίδα το… διαβόλου. Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλό… γους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς ἔχοντας τὸ μυστήριον πίστεως. »

Οὕτως ὀφείλει, φησί, θαυμαστὸς εἶναι καὶ δίκαιος, ὡς καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῷ μαρτυρεῖν. Ὅμοιον δὲ τῷ, *Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων.*

« Ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. Καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες. Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ διαβόλους,

C νηφαλέους, πιστὰς ἐν πᾶσιν. Διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι, καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται, καὶ πολλὴν παῤῥησίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ταῦτά σοι γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς σὲ τάχιον. Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. »

Τουτέστιν, ὀρθὴν ἔχοντας πίστιν, καὶ μηδὲν αὐτῇ τῶν δολίων ἐπεισάγοντας.

« Καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. »

Μή μοι εἴπῃς τοὺς κώδωνας, φησίν, μηδὲ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, μηδὲ τὸν ἀρχιερέα. Στύλος ἐστὶ τῆς οἰ…

D κουμένης ἡ Ἐκκλησία· καὶ μυστήριόν ἐστι, καὶ μέγα, καὶ εὐσεβείας μυστήριον, καὶ ὁμολογουμένως οὐ ζητουμένως. Ἀναμφίβολον γάρ ἐστιν.

« Ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. »

Τοῦτό φησιν, ὅτι μεταλαβὼν αἵματος καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν, οὐκ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

« Ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπι… ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. »

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

« Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις … ροις ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως. »

Ὥστε καὶ ἄγγελοι μεθ' ἡμῶν εἶδον τὸν Υἱὸν τοῦ A Θεοῦ, πρότερον οὐχ ὁρῶντες.

« Προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις, καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας, τοῖς πιστοῖς, καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. »

Εἰς Μανιχαῖον καὶ Μαρκίωνα ταῦτα πάντα λέγει.

« Ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. Ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλὸς ἔσῃ διάκονος Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Δύο τίθησιν ἐνταῦθα κεφάλαια· ἓν μὲν, ὅτι οὐδὲν B κτίσμα κοινόν· δεύτερον δὲ, εἰ καὶ γένηται τῇ ὑπολήψει κοινὸν, ἀλλ' ἔχεις τὸ φάρμακον· σφραγίσας εὐχαρίστησον· δόξασον τὸν Θεὸν, καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἀφίπταται.

« Ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως, καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκα. »

Τὸ διηνεκὲς τῆς εἰς τὰ τοιαῦτα προσοχῆς δηλῶν.

« Τοὺς βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ. »

Τὰς μυθικὰς Ἰουδαίων παραδόσεις λέγει.

« Γύμναζε δὲ ἑαυτὸν »

Ὁ γυμναζόμενος, ἱδρῶτας ἔχει πολλούς.

« Πρὸς εὐσέβειαν. »

C Τουτέστι, πίστιν καθαρὰν καὶ βίον.

« Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια, πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν. »

Τινὲς περὶ νηστείας τοῦτό φασιν εἰρῆσθαι. Ἄπαγε· οὐκ ἔστι σωματικὴ γυμνασία, ἀλλὰ πνευματική. Εἰ γὰρ σωματικὴ ἦν, τὸ σῶμα ἔτρεφεν ἄν. Εἰ δὲ τήκει αὐτὸ, καὶ λεπτύνει, καὶ κατισχύει, οὐκ ἔστι σωματική. Ἄρα περὶ τῆς τοῦ σώματος ἀσκήσεώς φησιν, ὥστε ἡμῖν δεῖ τῆς γυμνασίας τῆς κατὰ ψυχήν· ἐκείνη γὰρ οὐκ ἔχει κέρδος, ἀλλ' ὀλίγον ὠφέλησε τὸ σῶμα· ἡ δὲ τῆς εὐσεβείας ἄσκησις, τὸν καρπὸν καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἀποδίδωσι, καὶ ἐνταῦθα ἀνακτᾶται.

« Ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν, καὶ τῆς μελλούσης. » D

Ἄρα καὶ ἐνταῦθα ἐν ἐλπίσιν ἐσμὲν χρησταῖς. Ὁ γὰρ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς, καὶ ἐνταῦθα γάννυται. Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ πονηρὸς, καὶ ἐνταῦθα κολάζεται.

« Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. »

Τουτέστιν, ἀληθής ἐστι, καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐκεῖ.

« Εἰς τοῦτο γὰρ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα πιστῶν. Παράγγελλε ταῦτα, καὶ δίδασκε. »

Τουτέστι· τίνος γὰρ ἕνεκα κόπτομεν ἑαυτοὺς, εἰ μὴ τὰ μέλλοντα προσεδοκῶμεν;

« Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν, ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν

Itaque angeli, quemadmodum et nos Dei Filium conspexere, quem ante non viderant.

« Attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et iis qui cognoverunt veritatem. »

Hæc omnia adversus Manichæum et Marcionem dicuntur.

VERS. 4-6. « Quia omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei et orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Jesu Christi. »

Hic duo capita statuit: unum quidem, nullam rem creatam communem esse aut immundam: alterum, etsi quidpiam vel suspicione immundum habetur, remedium in promptu esse, nimirum consignando gratias age: gloriam præbe Deo, et impuritas omnis avolabit.

« Enutritus verbis fidei et bonæ doctrinæ, quam assecutus es. »

Assiduam erga ista attentionem præferens

VERS. 7. « Ineptas autem et aniles quæstiones devita. »

Fabulares Judæorum traditiones dicit.

« Exerce autem teipsum »

Qui se exercet, valde desudat.

« Ad pietatem. »

Id est fidem et vitam puram.

VERS. 8. « Nam corporalis exercitatio ad modicum prodest, pietas autem ad omnia utilis est. »

Quidam aiunt hoc de jejunio dictum esse. Apage: non hoc est exercitatio corporalis, sed spiritualis. Nam si corporalis esset, corpus nutriret. Sin vero illud marcescere facit et attenuat, ejusque vires atterit, corporalis non fuerit. Igitur de exercitatione corporis loquitur, ut e re nostra sit 264 exercitationi animi operam dare. Illa enim nihil compendii habet, parumque prodest corpori; Pietatis autem exercitatio, cum in ævo futuro fructum retribuit, tum et in præsenti recreat.

« Promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ. »

Igitur nunc quoque in spe bona versamur. Nam qui nihil sibi conscius est, hic etiam oblectatur. Quemadmodum malus istic quoque pœnas luit.

VERS. 9. « Fidelis sermo et omni acceptatione dignus. »

Hoc est, verus est, cum hic, tum illic.

VERS. 10, 11. « In hoc enim laboramus et maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc et doce. »

Id est: Eccur enim laboribus nos conficimus, nisi res futuras speraremus?

VERS. 12, 13. « Nemo adolescentiam tuam contemnat; sed exemplum esto fidelium, in verbo, in

conversatione, in charitate, in spiritu, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi et doctrinæ. »

Ostende opera, inquit, canitie digna: quæ subinde etiam enarrat.

Vers. 14, 15. « Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterii. Hæc meditare: in istis esto. »

Doctrinam ait.

« Ut profectus tuus manifestus sit in omnibus. [Vers. 16.] Attende tibi et doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt. »

Non in vita solum, sed et in verbo doctrinæ.

## CAP. V.

Vers. 1-4. « Seniorem ne increpaveris: sed obsecra ut patrem; juvenes ut fratres; anus ut matres; juvenculas ut sorores, in omni castitate. Viduas honora, quæ vere viduæ sunt. Si quæ autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum, »

De quocunque, qui provectæ sit ætatis, loquitur.

« Domum suam regere, et mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. [Vers. 5-7.] Quæ autem vere vidua est, et desolata, speret in Deum, et instet obsecrationibus et orationibus nocte et die. Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est. Et hæc præcipe, ut irreprehensibiles sint. »

Idem est ac, bene gerere.

Vers. 8. « Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non habet, »

Eos ait qui genere propinqui sunt; quemadmodum et Isaias: *Affines generis tui non asperneris* [26].

« Fidem negavit, et est infideli deterior. [Vers. 9-15.] Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ **265** fuerit unius viri uxor; in operibus bonis testimonium habens: si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autem viduas devita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christum, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem et otiosæ discunt circuire domos: non solum otiosæ, sed et verbosæ, et curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Jam enim quædam conversæ sunt retro Satanam. »

Quia infidelis ille, etsi extraneos despicit, propinquos tamen non aspernatur. Atqui *fidem* compactum dicit.

Vers. 16-25. « Si quis vir aut mulier fidelis

[26] *Isa.* LVIII, 7, sec. LXX.

A ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ. Ἕως ἔρχομαι, πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ. »

Ἔργα γάρ, φησίν, ἐπίδειξον ἄξια πολιᾶς, ἃ καὶ ἐφεξῆς λέγει.

« Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν πρεσβυτερίου. Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, »

Τῆς διδασκαλίας φησίν.

« Ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν. Ἔπεχε σεαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, ἐπίμενε αὐτοῖς. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου. »

Μὴ ἐν τῷ βίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ λόγῳ τῷ διδασκαλικῷ.

B

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα, νεωτέρους ὡς ἀδελφούς, πρεσβυτέρας ὡς μητέρας, νεωτέρας ὡς ἀδελφὰς ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. Χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα, ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτω πρῶτον, »

Περὶ παντὸς γεγηρακότος λέγει.

« Τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ ὄντως χήρα, καὶ μεμονωμένη, ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς, καὶ ἡμέρας· ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν. Καὶ ταῦτα

C παράγγελλε, ἵνα ἀνεπίληπτοι ὦσιν. »

Ἀντὶ τοῦ, εὖ ποιεῖν.

« Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων, οὐ προνοεῖ, »

Τοὺς γένει προσήκοντας φησὶν, ὡς καὶ Ἡσαΐας, *Τοὺς οἰκείους τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει.*

« Τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, γεγονυῖα ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή, ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησεν. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. Ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ,

D γαμεῖν ἐθέλουσιν, ἔχουσαι κρῖμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσιν, περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαί, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. Βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ, λοιδορίας χάριν. Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. »

Ὅτι ἐκεῖνος, εἰ καὶ μὴ τοὺς ἀλλοτρίους, τούς γοῦν ἐγγὺς οὐ περιορᾷ. Τὴν συνθήκην φησίν.

« Εἴ τις πιστὸς, ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω

αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ, Βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις. Καὶ, Ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. Τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι. Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει. Μηκέτι ὑδροπότει, ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν· τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν. Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστι, καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα κρυβῆναι οὐ δύνανται. »

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

« Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται. Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Ταῦτα δίδασκε καὶ παρακάλει. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται μηδὲν ἐπιστάμενος, ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται φθόνος, ἔρεις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι, »

Τουτέστι, δόξαι καὶ δόγματα πονηρά· τότε περὶ Θεοῦ ἃ μὴ δεῖ, ὑποπτευόμενοι, ὅταν εἰς ζητήσεις ἐμπέσωμεν.

« Διαπαρατριβαὶ, διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν, καὶ ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας, νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. Ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων. Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας. Οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησώμεθα. Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδα, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους, καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία· ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς.

Τοῦτό φησι· Καθάπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα, νόσου καὶ τὰ ὑγιαίνοντα ἐμπίπλησιν, οὕτως καὶ αὐτοὶ οἱ πονηροὶ ἄνδρες.

« Σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ταῦτα φεῦγε· δίωκε δικαιοσύνην, εὐσέβειαν, πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονὴν, πραότητα. Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως·

habet viduas, subministret illis, et non gravetur Ecclesia, ut iis quæ vere viduæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim Scriptura: Non alligabis os bovi trituranti [17]; et, Dignus est operarius mercede sua [18]. Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, ut et cæteri timorem habeant. Obtestor coram Deo et Domino Jesu Christo, et electis angelis, ut hæc custodias, sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates. Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium: quosdam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt, et quæ aliter se habent, abscondi non possunt. »

## CAP. VI.

Vers. 1-5. « Quicunque sunt sub jugo servi, dominos suos honore dignos arbitreatur, ne Dei nomen et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt; sed magis serviant, quia fideles sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce et exhortare. Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones, »

Id est, opiniones et dogmata prava. Tunc de Deo existimationes malesanas habemus, quando in quæstiones incidimus.

Vers. 5-10. « Conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in mundum; haud dubium quod nec auferre quid possimus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti simus. Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa absurda et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. »

**266** Quemadmodum, inquit, oves scabiosæ, si cum aliis habitent, cæteras etiam quæ sanæ sunt, morbo inficiunt suo, sic et mali homines.

Vers. 11-14. « Tu autem, o homo Dei, hæc fuge: sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa

[17] *Deut.* xxv, 4; *I Cor.* ix, 8. [18] *Matth.* x, 7.

bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus es bonam confessionem coram multis testibus.

« Præcipio tibi coram Deo qui vivificat omnia, et Christo Jesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile. »

Rursus eum bono esse animo jubet, his fere verbis : Ne mortem timeas. Nam servus es Dei, qui potest vivos procreare.

« Usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi; [Vers. 15] quem suis temporibus ostendet. »

Id est, ut quando manifestus erit, plenum illud servasse reperiaris.

« Beatus et solus potens, Rex regum, et Dominus dominantium; [Vers. 16-19.] qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre potest; cui honor et imperium sempiternum. Amen. Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum) bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi. »

His rursum verbis illum edocet ne metu prædicationem prodat.

« Fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. [Vers. 20, 21.] O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiæ; quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen. »

Nihil instabile, sed firma omnia, immobilia, solida, permanentia.

*Ad Timotheum prima scripta est Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ. Versus 201.*

ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων.

« Παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα, καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν, τηρῆσαί σε τὴν ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον. »

Πάλιν αὐτὸν εἰς εὐθυμίαν διανίστησι, μονονουχὶ λέγων· Μὴ φοβηθῇς τὸν θάνατον. Θεοῦ γὰρ εἶ δοῦλος, τοῦ δυναμένου ζωογονεῖν.

« Μέχρι τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει. »

Τουτέστιν, ἵνα ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ πλήρης αὐτὴν ἔχων [illegible]

« Ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων, ὁ μόνος ἔχων τὴν ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν. Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν τῷ Θεῷ ζῶντι, τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν, ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς, ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς. »

Τοῦτο πάλιν φησι, διδάσκων, μὴ διὰ φόβον προδιδόναι τὸ κήρυγμα.

« Θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ὦ Τιμόθεε, τὴν παραθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Ἡ χάρις μετὰ σοῦ. Ἀμήν. »

Οὐδὲν ἄστατον, ἀλλὰ πάντα βέβαια, ἀκίνητα, πάγια, μόνιμα.

*Πρὸς Τιμόθεον α', ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς. Στίχων ζ'.*

# ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ Β' ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ.

# IN EPISTOLAM SECUNDAM AD TIMOTHEUM.

## CAPUT PRIMUM.

D

Vers. 1-7. « Paulus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu, Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, pax a Deo Patre, et Christo Jesu Domino nostro. Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, die ac nocte, desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear,

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Τιμοθέῳ τῷ τέκνῳ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περὶ σοῦ μνείαν ἐν ταῖς δεήσεσί μου νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν, μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ, ὑπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ

ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶτον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι, καὶ τῇ μητρί σου Εὐνίκῃ· πέπεισμαι δὲ ὅτι καὶ ἐν σοί. Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ ἀγάπης, καὶ σωφρονισμοῦ. »

Γράψας αὐτῷ, ὡς ἀφίξεται πρὸς αὐτὸν, ἐνεποδίσθη δεθεὶς εἰς Ῥώμην· διὸ καὶ δευτέρας αὐτῷ ἐδέησεν ἐπιστολῆς.

Πρῶτον ἐγκώμιον τοῦ μαθητοῦ, ὅτι ἄνωθεν ἀπὸ οἰκίας ἐστὶ τῷ Χριστῷ δουλευούσης.

« Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ, ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ Εὐαγγελίῳ, κατὰ δύναμιν Θεοῦ τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων. »

Κἂν αὐτὸς ταῦτα πάθῃς, φησὶ, μὴ αἰσχυνθῇς.

« Φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ, καὶ ἀπόστολος, καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω, ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. Οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Οἶδα τοῦτο, ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύγελος καὶ Ἑρμογένης. Δῴη ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξεν, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη, ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, καὶ εὗρεν. Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεον παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις. »

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται, καὶ ἑτέρους διδάξαι. Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδεὶς στρατευόμενος, ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. Νόει ἃ λέγω· δώσει γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν ὡς κακοῦργος· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται. Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν

A recordationem accipiens ejus fidei quæ est in te non ficta, quæ et habitavit primum in avia tua Loide, **267** et matre tua Eunice; certus sum autem quod et in te. Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis. »

Cum scripsisset se profecturum ad illum, prohibitus fuit, vinctusque Romam perductus. Quapropter necesse fuit ut alteram ad eumdem epistolam daret.

Prima laus discipuli, quod ex familia sit Christo jampridem mancipata.

VERS. 8, 9. « Noli igitur erubescere testimonium
B Domini nostri, neque me vinctum ejus; sed collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia. »

Tametsi hæc patiare inquit, *noli erubescere*.

VERS. 10, 18. Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium; in quo positus sum ego prædicator, et apostolus, et magister gentium. Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, et certus sum quia
C potens est depositum meum servare in illum diem. Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide et in dilectione in Christo Jesu. Bonum depositum custodi, per Spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus et Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit: sed cum Romam venisset, sollicite me quæsivit et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti. »

## CAP. II.

« Tu ergo, fili mi, confortare in gratia quæ est
D in Christo Jesu; et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere. Tu ergo labora sicut bonus miles Jesu Christi. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat qui se probavit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum Evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu cum gloria æterna. Fidelis sermo; nam si

commortui sumus, et convivemus; si sustinemus, et regnabimus. Si negaverimus, et ille negabit nos; si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis : ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura teipsum probatum exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Profana **268** autem et vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem: et sermo eorum ut cancer serpit : ex quibus est Hymenæus et Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam, et subverterunt quorumdam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt ejus; et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia : et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum et utile Domino ad omne opus bonum paratum. Juvenilia autem desideria fuge, sectare vero justitiam, fidem, charitatem, et pacem cum iis qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem et sine disciplina quæstiones devita; sciens quia generant lites. Servum autem Domini non oportet litigare; sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, in quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. »

A Χριστῷ Ἰησοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου. Πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. Εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς. Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. Ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, μὴ λογομαχεῖν, ὡς οὐδὲν χρήσιμον ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Χριστῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περίστασο· ἐπὶ πλέον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας, καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει· ὧν ἐστιν Ὑμεναῖος καὶ Φιλητὸς, οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τὴν τινων πίστιν. B Ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγίδα ταύτην. Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, καὶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου. Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον καὶ εὔχρηστον τῷ Δεσπότῃ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. Τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας. Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι γεννῶσι μάχας. Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικὸν, C ἀνεξίκακον, ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. »

## CAP. III.

VERS. 1, 11. «Hoc autem scitote, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, et voluptatum amatores magis quam Dei; habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita : ex his enim sunt qui penetrant domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis : semper discentes, et quæ nunquam ad scientiam veritatis possunt pervenire. Quemadmodum autem Jannes et Jambres restiterunt Moysi; ita et hi resistent veritati; homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones; qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, in Lystris, quales persecutiones sustinui. »

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Τοῦτο δὲ γινώσκετε ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί. Ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι, φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι, ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι, προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι· ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Καὶ τούτους D ἀποτρέπου· ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτεύοντες γυναικάρια, σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις, πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα. Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσῇ, οὕτω καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν, ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον. Ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο. Σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, τῇ πίστει, τῇ μακροθυμίᾳ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ, τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις, οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα. »

Ἃ διὰ Θέκλαν πέπονθε, λέγει.

« Καὶ ἐκ πάντων με ἐῤῥύσατο ὁ Κύριος. Καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται. »

Τούτων ὡς νεαρῶν ὄντων ἐμνήσθη· τὰ δὲ ἄλλα ἀφῆκεν, ὡς γνώριμα ὄντα τῷ ἀνδρί.

« Πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες, καὶ ἐπιστώθης· εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες, καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους. »

Τὰς θλίψεις ἐνταῦθά φησι, καὶ τὰς ὀδύνας τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ τῆς ἀρετῆς.

« Τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. »

Τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας λέγει, οἵτινες αὐτὸν ἐδύναντο εἰς τὴν σοφίαν ἀναγαγεῖν, τουτέστι Χριστόν. Εἰς τοῦτον γὰρ ἐπληροῦτο, καὶ ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται. Ὅτι δὲ ᾔδει τὴν Γραφὴν, δῆλον ἐκ τοῦ ἱστορῆσαι τὸν Λουκᾶν περὶ αὐτοῦ. Ὅτι μητρὸς ἦν Ἰουδαίας πιστῆς, τουτέστιν ἐξ Ἰουδαίων πιστευσάσης εἰς Χριστόν.

« Πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ· ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος. »

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

« Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μέλλοντος κρίνειν. »

Πολλὴν παράκλησιν ποιησάμενος καὶ παραμυθίαν ἀπὸ πάντων, ἐπάγει καὶ τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν τελειοτέραν οὖσαν. Εἰκότως δὲ τοσαύτην ἐπάγει, ἐπειδὴ λυπηρὸν ἔμελλεν ἐρεῖν τῷ μαθητῇ, τὸν ἑαυτοῦ θάνατον.

Ἐκείνην φησὶ τὴν Γραφὴν, περὶ ἧς εἶπεν, ὅτι *Ἀπὸ βρέφους ἱερὰ Γράμματα οἶδας*.

« Ζῶντας καὶ νεκροὺς, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι. »

Ἁμαρτωλοὺς καὶ δικαίους λέγει· ἢ ὅτι πολλοὶ καταλειφθήσονται ζῶντες.

« Εὐκαίρως, ἀκαίρως· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ. Ἔσται γὰρ καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους, »

Τουτέστιν, Μὴ ἔχε κεχωρισμένον καιρόν· ἀεί σοι ἔστω καιρὸς, Μὴ ἐν εἰρήνῃ, μηδὲ ἐν εὐθυμίᾳ ὢν, μηδὲ ἐν Ἐκκλησίᾳ καθήμενος μόνον διδάξῃς, ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις περισταλῇς, ἀλλὰ κἂν ἐν δεσμωτηρίῳ ᾖς, κἂν ἅλυσιν περικείμενος, μὴ παύσῃ τοῦ κηρύγματος.

« Κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται. Σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφό-

A Innuit ea quæ Theclæ causa perpessus erat.

« Et ex omnibus eripuit me Dominus. [VERS. 12.] Et omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. »

Horum meminit, ut recentiorum ; alia vero prætermisit, ut quæ Timotheo comperta essent.

VERS. 13-15. « Mali autem homines et seductores proficient in pejus ; errantes et in errorem mittentes. Tu vero permane in iis quæ didicisti, et certa fide tenes ; sciens a quo didiceris. Et quia ab infantia. »

Hic afflictiones significat, et acerbitates, quæ in arcta angustaque virtutis via occurrunt.

« Sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Jesu. »

B

Legem ait et prophetas, quæ valerent eum ad sapientiam, id est ad Christum provehere. In eo **269** siquidem impleta est lex ac prophetæ. Quod autem Scripturam nosset, manifestatum est, quandoquidem ipse Lucas scribit quod ex Judæa matre ortus esset, id est quæ ex Judæo genere in Christum crediderat.

VERS. 16, 17. « Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia : ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. »

## CAP. IV.

C

VERS. 1. « Testificor igitur ego coram Deo et Domino Jesu Christo, qui judicaturus est. »

Postquam ex omni capite eum est cohortatus et consolatus, addit tandem perfectius argumentum ex Scripturis. Et consulto quidem ; quoniam discipulo grave quoddam et triste indicaturus erat, suam videlicet mortem.

Scripturam illam ait, de qua modo ante dixerat : *Ab infantia Litteras sacras nosti.*

« Vivos et mortuos, per adventum ejus et regnum ejus : [VERS 2] Prædica verbum, insta »

Peccatores et justos dicit : vel quod multi in vivis superstites erunt.

D « Opportune, importune : argue, increpa, obsecra in omni patientia et doctrina [VERS. 3, 4.] Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, »

Hoc est, Nullum tempus definitum habe : semper tibi tempus adsit, ut non modo in pace, aut quando bono es animo, aut quando in Ecclesia versaris, tunc solum doceas; dumque pericula ingruunt, desistas : sed sive carcere inclusus sis, sive catena vinctus, non cesses a prædicatione.

« Prurientes auditum, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. [VERS. 5, 6.) Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistæ, ministerium tuum imple.

Ego enim jam libor, et tempus resolutionis meæ A
instat. »

Hoc est, oblectantes auditum.

Vers. 7-9. « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex. Non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum ejus. Festina ad me venire cito. Demas enim me reliquit, »

Discipuli mœrorem solari cupit, bono animo esse jubens; quoniam ad coronam omnibus rite peractis ipse pergebat. Lætari juvat, inquit, non dolere.

« Diligens hoc sæculum, et abiit Thessaloni-
cam. » B

Id est, requiem et delicias.

Vers. 10-12. « Crescens in Galatiam; Titus in Dalmatiam; Lucas est mecum solus. Marcum assume, et adduc tecum; est enim mihi utilis in ministerium. Tychicum autem misi Ephesum. »

Hos non taxat; quippe qui prædicationis ergo missi erant.

Vers. 13-15. **270** « Penulam autem quam reliqui Troade apud Carpum, affer tecum, et libros, maxime membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Reddat illi Dominus secundum opera ejus : quem et tu devita; valde enim restitit ver-
bis nostris. » C

Peram dicit, in qua libros et chartas asservabat. Ubi nos docet ut ad extremum usque spiritum, quamlibet vinculis detineamur, divina eloquia indesinenter meditemur.

Judaicum dicit involucrum legis.

Vers. 16, 17. « In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt : non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, et confortavit me. »

Jam enim semel in jus venerat coram Nerone, et immunis evaserat.

« Ut per me prædicatio impleatur, et audiant omnes gentes : et liberatus sum de ore leonis. »

Ut manifesta fiat omnibus prædicationis osten- D
sio. Neque vero hoc ait ut se dignum jactet, sed propter prædicationem; ac si quis purpuram et diadema gestans, per hæc servetur.

*Leonem* appellat Neronem.

Vers. 18-21. « Et liberabit me Dominus ab omni opere malo, et salvum faciet in regnum suum cœleste; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Salutate Priscam et Aquilam, et Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Trophimum au-

ρησον. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν. »

Τουτέστι, τερπόμενοι τὴν ἀκοήν.

« Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα. Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὁ δίκαιος κριτής. Οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως. Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, »

Τὴν ἀθυμίαν παραμυθήσασθαι βούλεται τοῦ μαθητοῦ, θαῤῥεῖν κελεύων, ὡς ἐπὶ στέφανον ἀπιόντος αὐτοῦ, ὡς πάντα τετελεκότος, Χαίρειν, φησὶ, δεῖ, οὐκ ἀλγεῖν.

B « Ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην. »

Τουτέστιν, τὴν ἄνεσιν, καὶ τὴν τρυφήν.

« Κρίσκης εἰς Γαλατίαν, Τίτος εἰς Δαλματίαν· Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Μάρκον ἀναλαβὼν, ἄγαγε μετὰ σαυτοῦ· ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν. Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον. »

Τούτους οὐ μέμφεται· διὰ τὸ κήρυγμα γὰρ ἦσαν ἀπεσταλμένοι.

« Τὸν δὲ φελόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας. Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Ἀποδῴη αὐτῷ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· ὃν καὶ σὺ φυλάσσου. Λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς
C ἡμετέροις λόγοις. »

Γλωσσόκομον ἔνθα εἶχεν τὰς βίβλους καὶ τὰ χαρτία. Διδάσκει ἡμᾶς ὡς ἄχρι ἐσχάτης ἀναπνοῆς, κἂν ἐν δεσμοῖς ὦμεν, τῶν θείων λογίων οὐκ ἀμελεῖν δεῖ.

Ἰουδαϊκὸν ἱλαστήριον (13) τοῦ νόμου λέγει.

« Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη. Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με. »

Παρέστη γὰρ ἅπαξ τῷ Νέρωνι, καὶ διέφυγεν.

« Ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος. »

D Ἵνα πᾶσι κατάδηλος γένηται ἡ τοῦ κηρύγματος ἐπιφάνεια. Οὐχ ὡς ἄξιον δὲ ἑαυτόν φησιν, ἀλλὰ διὰ τὸ κήρυγμα, ὡς ἄν τις πορφυρίδα καὶ διάδημα βαστάζων, δι' αὐτὰ ἐσώζετο.

*Λέοντα*, τὸν Νέρωνα λέγει.

« Καὶ ῥύσεταί με Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ἀσπάσασθε Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν, καὶ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον. Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ.

## NOTÆ.

(13) Lego ἔλυτρον, *involucrum*, seu *tegumentum voluminis legis* : Ἐν εἰλητοῖς γὰρ εἶχον τὸ παλαιὸν τὰς θείας Γραφάς, inquit Theodoretus. « Divinas siquidem Scripturas in involucris servabant olim; cujusmodi etiam ad hunc quoque diem Judæi plurima habent. »

Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα. Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος καὶ Πούδης. »

Τότε μὲν γάρ, φησί, τῶν κινδύνων ἐξήρπασεν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἱκανὸν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγονε, ῥύσεταί με ἀπὸ παντὸς ἁμαρτήματος· τουτέστι, μὴ ἀφήσει καταγνωσθέντα ἀπελθεῖν.

« Καὶ Λῖνος, καὶ Κλαυδία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες. »

Τὸν Λῖνόν φασι διαδέξασθαι τὸν μακάριον Πέτρον ἐν τῇ Ῥώμῃ.

« Ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν. »

Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Μὴ ἄλγει ὅτι ἀφίσταμαι. Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ ἐστι· καὶ οὐκ εἶπε, Μετὰ σοῦ, ἀλλά, *Μετὰ τοῦ πνεύματός σου*, ἵνα ᾖ διπλῆ ἡ βοήθεια, τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦ βοηθοῦντος αὐτῷ.

*Πρὸς Τιμόθεον β' ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης. Στίχοι ρη'* (14).

Ἀπὸ Ῥώμης γράφει τὴν Ἐπιστολὴν ἐν δεσμοῖς ἐχόμενος, ὁμοῦ σημαίνων τήν τε προτέραν αὐτῷ γενομένην ἀπολογίαν, καὶ τὴν παρὰ πόδας τελείωσιν. *Ἐγὼ γάρ*, φησίν, *ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν* (15).

A tem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus et Pudens. »

Tunc enim, inquit, a periculis me eripuit. Postquam autem prædicatione Evangelii satis functus ero, liberabit me ab omni peccato; id est, non permittet ut damnationi addictus abeam.

« Et Linus, et Claudia, et fratres omnes. »

Linum ferunt beato Petro Romæ successisse.

VERS. 22. « Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen. »

Ac si diceret : Ne mœsto animo sis quod abscedam. Dominus tecum est : quin nec dixit : Tecum
B est, Sed, *Cum spiritu tuo*, ut duplum sit auxilium. gratiæ spiritus, et illius qui ei opitulatur.

*Ad Timotheum secunda Roma scripta est.*
*Vers.* 108.

Roma scripsit hanc Epistolam, dum vinculis detinebatur, simulque declarat primam se defensionem suam obiisse, et sui consummationem e vestigio imminere. *Ego enim*, inquit, *jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat.*

NOTÆ.

(14) Eusth. Sulc. ρθ', CLXXV cod. Cryptoferat., doctissimo Zaccanio teste, ρθ', CIX.

(15) Similia Theodoretus habet in prologo ad secundam Epistolam ad Timotheum.

# ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ.

# IN EPISTOLAM AD TITUM.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν Θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς Θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων, ἐφανέρωσεν δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν Λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν· χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταθήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγὼ διεταξάμην. Εἴ τίς ἐστιν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ, τέκνα ἔχων πιστά, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα. »

Ἐπισκόπους.

« Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγα-

C

## 271 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1.-6. « Paulus servus Dei, apostolus autem Jesu Christi secundum fidem electorum Dei, et agnitionem veritatis quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus, ante tempora sæcularia, manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Salvatoris nostri Dei, Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia, pax a Deo Patre et Christo Jesu Salvatore nostro. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, et
D non subditos. »

Presbyteros. Episcopos.

VERS. 7-12. « Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum non iracundum, non vinolentum, non percussorem,

non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, justum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem : ut potens sit et exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, seductores ; maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui ; qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum »

A θον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδαχῇ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι, φρεναπάται, μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς, οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν· οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσιν, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροκέρδους χάριν. Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν »

Non illum (continentem) ait qui jejunat, sed qui affectum omnem moderatur.

Οὐ τὸν νηστευτὴν ἐνταῦθα λέγει, ἀλλὰ τὸν πάθους κρατοῦντα παντός.

« Propheta : Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. [Vers. 13-15.] Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sint sani in fide, non intendentes Judaicis fabulis et mandatis hominum, aversantium veritatem. Omnia quidem munda »

« Προφήτης· Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής. Δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν B ἐν τῇ πίστει, μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς »

*Prophetam* hic Callimachum poetam vocat. Eccur vero ejus testimonio utitur ? quoniam homines tunc præsertim pudore percelluntur a nobis, quando eos suorum criminationibus coarguimus.

*Προφήτην*, ἐνταῦθα τὸν ποιητὴν λέγει, τὸν Καλλίμαχον (16). Διὰ τί δὲ τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ ; ὅτι μάλιστα τούτοις ἐντρέπομεν αὐτούς, ὅταν ἐκ τῶν αὐτῶν ἐνέγκωμεν τὰς κατηγορίας.

« Mundis : coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum et mens et conscientia.[Vers. 16.] Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati, et incredibiles, et ad omne opus bonum reprobi. »

« Καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρὸν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν, καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἡ συνείδησις· Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. Βδελυκτοὶ ὄντες, καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι. »

## CAP. II.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

Vers. 1-5. Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam. Senes ut sobrii sint, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant. Sobrias, castas, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis. »

« Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ. C Πρεσβύτας νηφαλέους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, ὑπομονῇ. Πρεσβύτιδας ὡσαύτως, ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουρούς, ἀγαθάς, ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. »

Non suapte natura, sed ex destinatione voluntatis illorum qui ea participant.

Οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν τῶν μεταλαμβανόντων.

**272** « Ut non blasphemetur verbum Dei.[Vers. 6-13.] Juvenes similiter hortare ut sobrii sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, ut is qui ex adverso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed omnem fidem bonam ostendentes, ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia Dei, salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sæcularia, desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. »

« Ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται. Τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν. Περὶ πάντας ἑαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀφθορίαν, σεμνότητα, λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον· ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ἡμῶν λέγειν φαῦλον. Δούλους ἰδίοις δεσπόταις D ὑποτάσσεσθαι ἐν πᾶσιν, εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας, μηδὲ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐπιδεικνυμένους ἀγαθήν, ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν. Ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχομένους τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

## NOTÆ.

(16) *Τὸν Καλλίμαχον*. Theodoretus perinde *Callimachum* dicit; Chrysostomo vero, *Epimenidem;* qui sane Cretensis fuit, et cujus voces quasdam recitat, quæ tamen non satis illas referunt quas Paulus allegat.

Εἰ γὰρ συμβαίνει γυναῖκα πιστὴν ἀπίστῳ συνοικοῦσαν, μὴ εἶναι ἐνάρετον, ἡ βλασφημία ἐπὶ τὸν Θεὸν διαβαίνειν εἴωθεν.

« Ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ὑμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. Ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. Μηδείς σου περιφρονείτω. »

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς, καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι, μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ, καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους. Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου. Πιστὸς ὁ λόγος· καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε βεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες Θεῷ. Ταῦτά ἐστι καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις. Μωρὰς δὲ ζητήσεις καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔρεις, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο. Εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι. Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει, ὢν αὐτοκατάκριτος. Ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρὸς σὲ, ἢ Τυχικὸν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν. Ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι. Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ. Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι. Ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ πάντες. Ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. Ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

*Πρὸς Τίτον, τῆς Κρητῶν ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας. Στίχων ϞΖ'.*

A Nam si contingit ut uxor fidelis, quæ cum viro infideli habitat, virtuti non det operam, obtrectatio et blasphemia in Deum ipsum redundare solet.

VERS. 14, 15. « Qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, et exhortare, et argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. »

CAP. III.

VERS. 1-15. «Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, B servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Fidelis sermo est; et de his volo te confirmare, ut curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Hæc sunt bona et utilia hominibus. Stultas autem quæstiones, et genealogias, et contentiones, et pugnas legis devita; sunt enim inutiles et vanæ. Hæreticum hominem C post unam et secundam correptionem devita: sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus. Cum misero ad te Artemam aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare. Zenam legisperitum et Apollo sollicite præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem et nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen. »

*Ad Titum, qui primus Cretæ episcopus ordinatus fuit, Epistola Nicopoli ex civitate Macedoniæ scripta est. Versibus 97.*

# ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ.

# IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM.

« Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, Φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν, καὶ Ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ τῇ κατοικούσῃ Ἐκκλησίᾳ, χάρις

D 273 VERS. 1-3. « Paulus vinctus Christi Jesu, et Timotheus frater, Philemoni dilecto et adjutori nostro, et Apphiæ sorori charissimæ, et Archippo commilitoni nostro, et Ecclesiæ quæ in domo tua est,

gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo. »

Non initio statim gratiam postulat, sed virum prius admiratione prosequitur et laudat ob egregias actiones, charitatem illius prædicans, et fidem erga Dominum, qua cunctis sanctis communicaret.

Vers. 4-20. « Gratia ago Deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam et fidem, quam habes in Domino Jesu, et in omnes sanctos; ut communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu. Gaudium enim magnum habui et consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem et vinctus Jesu Christi. Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem et mihi et tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum, id est viscera mea, suscipe: quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, ut æternum illum reciperes: jam non ut servum, sed supra servum charissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi, et in carne, et in Domino? Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam; ut non dicam tibi, quod et teipsum mihi debes. Ita, frater, ego te fruar in Domino. »

Pro servo quidem scribitur Epistola, idque cum ille aufugisset, imo et furatus esset; sed ex Apostoli doctrina fructum retulisset. Atqui ex hac utilia multa percipias. Unum quidem, et primum, oportere ut se aliqui sollicitos erga omnes præbeant. Nam si Paulus pro servo fugitivo et fure, cum is resipuisset, tantum sollicitudinis ostendit, quanto magis incumbit nobis desides non esse, ubi de fratribus quibusdam agitur. Alterum est, de servili conditione minime desperandum esse, tametsi ad extremam usque nequitiam processerit. Hic enim fugitivus et fur cum fuisset, ad tantum istud virtutis fastigium pervenit. Tertium, fas minime esse servos a dominis abstrahere: nam si Paulus, qui tanta apud Philemonem auctoritate pollebat, Onesimum tamen, cujus ministerium sibi admodum utile esset, detinere noluit præter heri sententiam ac voluntatem, a fortiori hoc nobis facere non licet. Si enim famulus eximiæ virtutis est, ideo prorsus convenit **274** ut in servitute maneat, et herile jus agnoscat, ut cunctis qui domi sunt, commodo et utilitati esse possit.

A ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. »

Οὐκ εὐθέως ἐκ προοιμίων αἰτεῖ τὴν χάριν, ἀλλὰ πρότερον τὸν ἄνδρα θαυμάζει καὶ ἐπαινεῖ ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι τὴν ἀγάπην αὐτοῦ, καὶ τὴν πίστιν τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἐπαινῶν, ἐξ ἧς καὶ πᾶσι τοῖς ἁγίοις κοινωνικὸς ἦν.

« Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ πάντοτε, μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἀκούων σου τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, ὅπως ἡ διακονία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ἡμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Χάριν γὰρ ἔχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται
B διὰ σοῦ, ἀδελφέ. Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον διὰ τὴν ἀγάπην, μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν ὡς Παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, Ὀνήσιμον τόν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, ὃν ἀνέπεμψα. Σὺ δὲ αὐτὸν, τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, προσλαβοῦ, ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ Εὐαγγελίου. Χωρὶς δὲ τῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοὶ, πόσῳ δὲ μᾶλλον
C σοὶ, καὶ ἐν σαρκὶ, καὶ ἐν Κυρίῳ. Εἰ οὖν με ἔχεις κοινωνὸν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, ἐγὼ ἀποτίσω· ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ ἑαυτόν μοι προσοφείλεις. Ναὶ, ἀδελφὲ, ἐγώ σοι ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. »

Ὑπὲρ δούλου μὲν γράφεται ἡ Ἐπιστολὴ, καὶ ταῦτα ἀποδράσαντος, καὶ ἔτι καὶ κλέψαντος, ὠφεληθέντος δὲ διὰ τῆς διδασκαλίας τοῦ Ἀποστόλου. Πολλὰ δὲ καὶ ἐκ ταύτης τὰ χρήσιμα. Ἓν μὲν καὶ πρῶτον, τὸ σπουδαῖον εἶναί τινας πρὸς πάντας. Εἰ γὰρ Παῦλος ὑπὲρ δραπέτου καὶ κλέπτου μετανοοῦντος τοσαύτην ποιεῖται σπουδὴν, πολλῷ μᾶλλον οὔτε ἡμᾶς προσήκει ῥᾳθύμους εἶναι περί τινας τῶν ἀδελφῶν. Δεύτερον,
D ὅτι τὸ δουλικὸν γένος οὐ δεῖ ἀπογινώσκειν, κἂν εἰς ἐσχάτην ἐλάσῃ κακίαν. Ὁ γὰρ κλέπτης καὶ δραπέτης οὕτω γέγονεν ἐνάρετος. Τρίτον, ὅτι τοὺς δούλους ἀποσπᾷν τῶν δεσποτῶν οὐ προσήκει. Εἰ γὰρ Παῦλος οὕτω θαῤῥῶν τῷ Φιλήμονι τὸν Ὀνήσιμον οὕτως εὐχάριστον αὐτῷ ὄντα πρὸς διακονίαν οὐκ ἠθέλησε κατασχεῖν παρὰ γνώμην τοῦ Δεσπότου, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν οὐ χρή. Εἰ γὰρ θαυμαστός ἐστιν ὁ οἰκέτης, ταύτῃ μάλιστα πρέπει αὐτὸν ἐν τῇ δουλείᾳ μένειν, καὶ τὴν δεσποτείαν ἐπιγινώσκειν, ἵνα εὔχρηστος[a] πᾶσι τοῖς ἐν οἰκίᾳ γένηται.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Lege ex Chrysost. εὔχρηστον.

« Ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν Κυρίῳ. Πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω ποιήσεις. Ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν. Ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν. Ἀσπάζονταί σε Ἐπαφρᾶς ὁ συναιχμάλωτός μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Μάρκος, Ἀρίσταρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν. »

Τουτέστι, τῷ Κυρίῳ δίδοθι τὴν χάριν, οὐχ ἐμοί.

*Πρὸς Φιλήμονα ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης. Στίχοι μβ'.*
*Οἱ πάντες στίχοι, ͵εγμη'.*

A VERS. 20-25. « Refice viscera mea in Domino. Confidens in obedientia tua scripsi tibi : sciens quoniam et super id quod dico, facies. Simul autem et para mihi hospitium. Spero enim per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu. Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adjutores mei. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen. »

Id est, non mihi, sed Domino gratiam hanc concede.

*Ad Philemonem scripta est Roma Vers. 42.*
*Versus omnes Epistolarum. 5348.*

# ADMONITIO.

Ejusdem Græci codicis Parallelorum S. Joannis Damasceni, ex quo Jacobus Billius Latinorum versionem suam adornavit, quique nunc asservatur in Vaticana bibliotheca, apographum humanissime mihi transmisit reverendissimus Ordinis nostri magister generalis. Codicem alterum RR. PP. Societatis Jesu Collegii Parisiensis dono dedit Eminentissimus cardinalis Franciscus Rupefucaldus : cujus codicis mihi copiam amplissimam fecit R. P. Joannes Harduinus, pro singulari sua erga me benevolentia. Quem ubi cum Vaticano contuli, tantam inter utrumque discrepantiam reperi, ut nullus mihi supersit ambigendi locus, quin uterque codex lucubrationes duas contineat diversorum auctorum, quorum tamen unus magnam operis alterius partem exscripserit. In utroque tituli, sive capita, ordine quidem alphabetico perinde digesti distributique sunt : ast alia atque alia capitum seu titulorum serie : imo aliis atque aliis sæpe passim capitibus; aliis itidem et aliis ut plurimum, tum Scripturæ sententiis, tum sanctorum Patrum aliorumve auctorum symbolis. In Rupefucaldino leguntur prolixa illa nec pauca fragmenta, quæ propter librorum veterum penuriam a viris eruditis auro contra cara habita sunt, ut puta Justini Martyris, Irenæi, Titi et Antipatri Bostrorum, aliorumque, quorum opera temporum iniquitate perierunt. In Vaticano autem, cum isthæc omnia non compareant, tum alia vicissim plurima reperiuntur, quæ in altero frustra quis quæsierit. Alia complura utriusque codicis discrimina omitto, ne lectoribus tædiosus sim. Cæterum hoc minime tacendum arbitror, in Rupefucaldino excerpta quoque sincerarum Ignatii Antiocheni epistolarum, quales Isaacus Vossius ex codice Mediceo edidit, multa sparsim reperiri : quæ vero in Vaticano pauciora hinc inde occurrunt ejusdem Martyris loca, ex interpolatis litteris accepta sunt ; si unum aut alterum duntaxat excipias : cum nempe Vaticanorum Parallelorum auctor altera illa quæ Rupefucaldinus codex exhibet, identidem, ut pote antiquiora, consuluerit et exscripserit.

Rupefucaldinis Parallelis præfixa S. Joannis Damasceni præfatio est, quæ toti operi fucum fecit, ut sancti hujus doctoris fetus censeretur. Quod quidem jam olim a Joanne Zonara admissum animadverti, infraque referam. Quanquam ex præfatione dempta
275 illa pars fuit, in qua Damascenus *de transmissionibus* quædam obiter admonebat; quippe cum in horum Parallelorum indice παραπομπαὶ, *transmissiones*, nullæ sint, quales in Vaticano pro singulis alphabeti litteris subnectuntur. Insuper Damascenus in eadem præfatione sua, se primo loco dicturum pollicetur de sanctissima Trinitate : quod quidem in Vaticano præstitum legimus, in quo titulus primus est, Περὶ ἀϊδίου θεότητος, καὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος· καὶ ὅτι εἷς καὶ μόνος ἐν πᾶσι Θεός. *De sempiterna Deitate, deque sancta et consubstantiali Trinitate : et quod unus solusque est in omnibus Deus ;* cum in Rupefucaldino titulus primus sit, Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως καὶ κατασκευῆς· καὶ ὅσα περὶ ἡμῶν ἐν Γραφαῖς ἐμφέρεται. *De hominis effictione et formatione ; et quæcunque de nobis in Scripturis feruntur ;* nec nisi titulo LXXVI agatur, Περὶ ἁγίας, καὶ ἀκτίστου, καὶ συναϊδίου, καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, *De sancta et increata, coæternaque et consubstantiali Trinitate.* Denique qui Rupefucaldina Parallela congessit, integro sæculo se antiquiorem prodit Damasceno Joanne, ut sub Heraclii imperatoris initiis scripserit. Id quod diserte nobis significat duobus in scholiis, quorum prius habetur litt. α, tit. VI, qui est Περὶ ἀνηκόων καὶ ἀνυποτάκτων, *De inobsequentibus et contumacibus :* ubi post duo loca Ezechielis, quibus Deus Israelitis ob pertinaciam sancta ipsorum auferenda nuntiabat, hæc subnotat : *Σχόλ.* Τοῦτο καὶ ἡμῖν ἐκ τῶν ἡμετέρων συμβέβηκεν ἁμαρτημάτων. Καύχημα γὰρ καὶ δόξασμα παντὸς γένους Χριστιανῶν, ὁ σωτήριος σταυρὸς, καὶ ἡ ζωηφόρος ἀνάστασις ὑπῆρχον, ἅτινα διὰ τὸ μεμιαμμένον Βενετοπράσινον ὄνομα, ὃ ἐπεθήκαμεν ἑαυτοῖς, καὶ ἐβδελύχθημεν ὑπὸ Χριστοῦ, τοῦ ἁγιάσαντος ἡμᾶς τῷ θείῳ αὐτοῦ ὀνόματι, εἰς χεῖρας μεμιαμμένων παρεδόθησαν,

καὶ ἐμιάνθησαν. Schol. *Idem quoque nobis ob peccata nostra accidit. Nam crux salutaris et vivificæ resurrectionis templum, quæ gloria lausque generis totius Christiani erunt, cum accersita Venetorum Prasinorumque nuncupatione, abominabiles nos Christo reddiderimus, cujus divino nomine sancti facti eramus, in manus impurorum tradita, pollutaque fuerunt.* Hic enim Persicum bellum significatur, quo Chosroes, Romanis altrinis, sub imperatoris Heraclii initiis divina loca occupavit ac diripuit, crucemque sanctam in Persidem transtulit. Egregie siquidem cum isto scholio concinit Theophylactus Simocata lib. VIII Hist., c. 7, ubi Mauritii exauctorationem, quæ furentibus invicem Veneta Prasinaque factionibus contigit, narrare incipiens, ita scribit : Εἰς δύο γὰρ χρωμάτων ἐρέσεις τὰ τῶν Ῥωμαίων καταπέπτωκε πλήθη, ἐντεῦθεν μέγιστα κακὰ τῷ βίῳ εἰσελήλυθε· κατὰ μικρὸν γὰρ ταύτης αὐξανομένης μανίας, τὰ Ῥωμαίων διώλοντο πράγματα. *Duorum quippe colorum (cærulei et viridis) factionibus dedita plebis multitudine, mala gravissima mundo importata sunt, ut sensim aucta hac insania Romanæ res pessumierint.* Theophanes quoque harum factionum dissidio, quo Mauritius throno dejectus occisusque est, ac Phocas inauguratus, imperii Romani casum perinde ascribit ad annum Domini, ut ipse numerabat, 594. Ne vero quispiam contendere velit, scholii auctorem excidium aliud Hierosolymitanum innuisse, quo sancta civitas in Saracenorum principum potestatem postmodum venerat, scholium alterum addo, quod de sola Persarum expeditione accipi poterit. Igitur titulo XII. *Περὶ ἀναρχίας.* Ὅτι ἐπιβλαβὴς καὶ ἐπικίνδυνος, καὶ συγχύσεως αἰτία, De anarchia : *Quod nociva, periculosa, et confusionis plena sit;* allatis Ozee verbis quæ cap. IV, v. 1 et 2 leguntur, subjungit : *Σχόλ.* Μάθωμεν διὰ τοῦ θείου τούτου, καὶ τῶν ἑξῆς, τί τὸ αἴτιον τῆς καταλαβούσης ἡμᾶς ἀναρχίας, καὶ συγχύσεως, καὶ ὡς οὐκ ἄδικος ὁ Θεός, ὁ ἐπαφήσας ἡμῖν τὴν καταδυναστείαν τὴν ἐξ ἐθνῶν. Ἐμολύναμεν γὰρ πρὸς τοῖς μυρίοις ἡμῶν ἀτοπήμασι, καὶ ἐμφυλίῳ αἵματι, τὴν ἁγίαν κα[illegible] σεβασμίαν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλιν, ὡς καὶ μετανάστην γενέσθαι ταύτης τὸν τίμιον σταυρόν, τὴν ζωὴν ἡμῶν. Schol. *Discamus ex divina ista Scriptura, et iis quæ sequuntur, quæ causa fuerit anarchiæ confusionisque illius quæ* [illegible] *occupavit. Deumque non esse injustum, qui nos duro gentium jugo subigi permiserit. Nam, cum innumeris sceleribus, tum præsertim civium nostrorum effuso cruore, sanctam totique orbi venerandam Dei nostri civitatem contaminavimus, ita ut alio translata pretiosa crux, vita inquam nostra, fuerit.* Atqui Saraceni Dominicæ crucis lignum, expugnata civitate, alio non transtulerunt. De illa vero anarchia et confusione, quæ belli Persici temporibus Palæstinam aliquantum occupavit, legendus imprimis est S. Antiochus monachus in epistola homiliarum suarum nuncupatoria ad Eustathium. Quia vero Heraclius resumptis animis, illatas a Persis injurias ulcisci meditabatur, eo spectant scholia quædam alia quibus auctor non de rebus asceticis, ut assolet, lectorem instituit, sed quo animo Christiani ad bella **276** contra hostes pergere debeant. Primum habetur litt. B, tit. II, post quemdam Scripturæ locum II Par. xx, quo refertur quomodo Josaphat prælium contra Ammonitas, Moabitas et Idumæos sit auspicatus. *Σχόλ.* Φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὅσα προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη. Διὸ ἀναγκαῖόν ἐστι τοὺς τῶν ἁγίων ἐξακολουθοῦσιν ἴχνεσιν, ἐν Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν παρατάττεσθαι τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ μὴ μόνον θρασείᾳ καρδίᾳ, ἧς τὸ τέλος ἀδόκιμον. Schol. *Div*[illegible] *Apostolus dicit, quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta esse. Quocirca necesse est, ut qui vestigiis sanctorum insistunt, in Domino Deo nostro adversus hostes aciem dirigant, neque audaci duntaxat animo, cujus exitus obscurus incertusque est.* Aliud subjungit, quo religiosos principes monitos vult, ut in Domino per omnia fiduciam habeant. Litt. E, tit. XII, alterum hoc scholium apposuit : Ἀβραὰμ ὑπέρμαχον τὸν Θεὸν κτησάμενος, μετὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ οἰκογενῶν τοὺς τέσσαρας βασιλεῖς εἰς φυγὴν ἔτρεψεν. *Abraham, cum pugnantem pro se Deum haberet, reges quatuor cum vernaculis suis in fugam vertit.* Mox rursum hoc tertium : Ἀσὰ ὁ βασιλεὺς μετὰ πεντακοσίων ὀγδοήκοντα χιλιάδων ἀντιπαραταξάμενος τοῖς Αἰθίοψιν, ἄρδην πάντας ἀνεῖλεν ὑπὲρ χιλιάδας ὄντας. *Asa rex cum octoginta millibus quingentis instructa contra Æthiopes acie, internecione omnes delevit, cum duplo et ultra illi superiores essent.* Quia igitur Rupefucaldina Parallela Joanni Damasceno perperam ascripta sunt, mea referre non putavi ut hæc integra excuderem : sed neque eruditorum virorum aliud consilium fuit, nisi ut indicem eorum, cum fragmentis librorum quæ perierunt, aut parum obvia sunt, ad calcem Vaticanorum Parallelorum subjicerem.

Jacobus Billius in sua de Parallelis nostris ad lectorem admonitione, de germano S. Joannis Damasceni opere ex ejusdem præfatione ita loquitur : *Parallelorum volumen in tres libros commodissime sane, meo judicio, primum distinxerat Damascenus. Primus enim ea complectebatur, quæ ad res divinas pertinebant. Secundus de rerum humanarum statu disserebat. Tertius denique de virtutibus et vitiis pertractabat. Verum postea, ut lectores ea quæ quærerent facilius invenirent, consilium mutavit, atque alphabetico ordine capita collocare maluit.* Hæc vir doctus, qui mox subinde declarat se ultro fuisse facturum, ut priorem illum ordinem, quem, tum ipse auctor, tum translationis suæ ratio sibi veluti porrecta manu præberet, sequeretur, nisi veritus esset, *ne si quando Græca in lucem exirent,* in nonnullorum reprehensionem incurreret, quibus fortasse hæc sua immutando alieni operis ordine, vel audacia, vel pene licentia, parum grata futura esset. Quia vero Billius tantum volumen in tres libros iterum divisit potius, quam in viginti quatuor, qui totidem Græcis litteris responderent, id se ea re fecisse declarat, ut disparem librorum magnitudinem vitaret. Nam, cum in Parallelis Græcis quædam sint litteræ, quibus plurima capita contineantur, quædam rursus in quibus unum duntaxat, idque breve admodum insit, ridiculum fuisset librum unum videre qui minus dimidia pagina constaret. Quod incommo-

dum ut fugeret, in tres paris magnitudinis libros totum opus se partitum esse ait; ita tamen ut in capitum elencho, ubi quæque littera Græca incipiat, annotarit; ut quibus Græca suppetunt, ii quo Latina referantur prima fronte percipiant. Postmodum fatetur, se illustrissimi *cardinalis Antonii Carafæ consilio atque auctoritate adductum, in reddendis Scripturæ locis, quæ a Damasceno proferuntur, Vulgatam interpretationem ubique, quoad ejus fieri potuit, secutum esse*; cum sibi minoris constitisset, ea suo, ut dici solet, marte, quam, non sine magno tum animi tædio, tum temporis dispendio bibliorum codicem toties revolvere, et quæsita loca describere : sed antiquius habuisse plus aliquanto laboris suscipere, quam a veteris interpretis vestigiis aberrando, gravibus et orthodoxis lectoribus displicere. Hucusque Jacobi Billii de translationis ipsius ratione. Quia vero nunc Græca excudunt, religioni perinde habui distributionem aliam Parallelorum invehere, quam Damascenus non cogitaverit, uti neque versionem Scripturæ alteram Latine referre, quam auctor non agnoverit. Quamvis enim Vulgata translatio magno in honore sit apud fideles Occidentalis Ecclesiæ : at neque veterem, quæ Septuaginta virorum esse dicitur, ita aspernantur, ut loca quæ Patres, præsertim Græci, ex ea allegarunt, Latine alio quam ut plurimum præfert sensu reddi patiantur. Nec minus vero temporis insumpsi in recensendis Scripturæ sententiis cum bibliorum Græcorum contextu, **277** assignandisque capitibus et versibus, unde acceptæ essent; cum Billius Latinam Vulgatam duntaxat consulendo multipliciter ac sæpe cespitaverit. Unum etiam vir doctissimus omisit, auctorem in præfatione declarasse hanc operis sui inscriptionem fore, Τὰ ἱερὰ, *Sacra* : quam proinde omnino servandam duxi, totique volumini hoc modo adjuncta voce altera quæ usu recepta est, præfigendam, Τὰ ἱερὰ Παράλληλα, *Sacra Parallela*, ne trita alia nuncupatio spretim habita videatur.

De libri hujus utilitate ex Billio iterum dicam, nihil esse quamobrem longa oratio habeatur. Nam, cum (ut Scripturam sacram omittam, unde innumera loca transsumpta sunt) ex selectissimis quibusque et elegantissimis eruditissimorum theologorum sententiis hæc Parallela contexta, inque locos communes digesta sint, quis non videt quantum hinc, non modo pietatis, sed etiam doctrinæ fructum lectori decerpere liceat ? Huc accedit, quod in hanc anthologiam multa ex iis auctorum scriptis conjecta sint, quæ vel temporis injuria prorsus interciderunt, vel certe nondum typis mandata sunt. Quod si in hoc genere, tum Antonii Melissam, tum Maximi Collectanea viri studiosi magni fecerunt, quanto majore illos oblectatione lectio hæc affectura est, ut quæ longe uberiorem ornatioremque sententiarum supellectilem ipsis subministret.

Dicebam Joannem Zonaram Parallela quæ Rupefucaldinus codex exhibet, non quæ Vaticanus, Joanni Damasceno attribuisse. Id porro mihi ex eo constat, quod lib. VI *Annal.*, n. 4, allato primum quod vulgo circumfertur Josephi de Domino Jesu testimonio, subjungat, eumdem scriptorem in libro, Περὶ τοῦ παντὸς, κατὰ Πλάτωνος, *De universo, contra Platonem*, bene quoque de Christo scripsisse, eo loco cujus S. Joannes Damascenus in Parallelis meminit. Ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἕλληνας αὐτοῦ λόγῳ, ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, οὗ καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης Δαμασκηνὸς μνείαν πεποίηται ἐν τῇ συνηθείσῃ αὐτῷ βίβλῳ τῇ καλουμένῃ Παράλληλα. Mox lineas aliquot recitat operis illius, Περὶ τοῦ παντὸς, cujus fragmentum sat amplum legitur in fine Parallelorum Rupefucaldinorum, quod in Vaticanis nusquam comparet. Suidas in *Joanne Damasceno*, inter ejus opera, *Selectos in divinam Scripturam locos Parallelos* numerat, εἰς τὴν θείαν Γραφὴν Παράλληλοι κατ' ἐκλογήν, quibus tamen verbis Catenam in aliquot saltem Scripturæ libros innuere videatur. Quidquid id est, similem Vaticano antiquioremque codicem asservant Venetiis Græci in bibliotheca illustrissimi archiepiscopi Philadelphiensis, ex quo mihi quædam transmissa sunt rogatu viri eruditissimi atque amicissimi R. P. Dom. Anselmi Bandurii. In Bibliotheca etiam Medicea perinde exstat Parallelorum codex ordine alphabetico digestus, Vaticano non in totum absimilis : sed in quo Patrum sententiæ media parte truncatæ, non integræ, nec ad longum referuntur. Adduntur insuper hinc inde e scriptoribus profanis symbolæ, contra quam sibi Joannes Damascenus proposuerat.

In codicibus tam Vaticano, quam Venetiano Græcorum, præfationes duæ toti operi præmittuntur, quarum prior nonnihil mihi difficultatis suggessit. Huic Jacobus Billius Latinum hunc titulum fecit : *Præfatio Græci cujusdam in D. Joannis Damasceni Parallela.* Dum vero singula membra, imo singulas voces oculis et mente pensito, nihil me reperire fateor, quod non a Parallelorum auctore scriptam significet, præter hæc postrema verba, οὐκ ἐλαττοῦντα τούτων τὰ παρὰ τοῦ Πατρὸς ῥηθησόμενα λόγια, *nec doctorum eloquia quæ eruditus Pater est producturus, infirment.* Cæterum Venetianus codex ista non habet; Billius vero in *Sermones a Spiritu sancto pronuntiatos* ea transtulit; ut legerit, Παρὰ τοῦ Πνεύματος, non παρὰ τοῦ Πατρὸς, *a Patre*, seu Parallelorum collectore. Atqui hæc postrema lectio, quam velut verissimam teneo, cum Præfationis hujus prioris alium a Damasceno auctorem indicat, tum Joannem nostrum symbolas et excerpta Philonis et Josephi in sua Parallela non congessisse, sed ab isto anonymo postmodum adjecta esse : ut proinde quæ ad calcem alterius præfationis de iisdem excerptis leguntur, ex hac prima mutuata transsumptaque fuerint a librariis quibusdam, qui, ea prætermissa, alteram duntaxat, quæ genuina Joannis Damasceni est, Parallelis ipsis præfigendam censuerint. Neque rursum deest suspicio, quin Prologus iste, qui primo loco ponitur, scriptus ab aliquo fuerit, præfixusque Parallelis, quæ ipse ex Damascenicis excerpserit concinnaveritque : ita ut, nulla eorum quæ

ad fidem et Ecclesiæ dogmata 278 spectant, mentione facta, de virtutibus duntaxat eorumque adversariis vitiis, seu de rebus ad mores pertinentibus unice ageretur. Cujus quidem modi sunt capita Parallela sancti Maximi et Antonii Melissæ, quorum paulo ante memini. Sed alioqui negotium mihi facessit, quod in illis etiam capitibus quæ res theologicas edisserunt, Philonis identidem et Josephi testimonia subjiciantur. Quibus difficultatibus in totum expediendis, cum me imparem prorsus sentiam, sagaciorum criticorum, qui eas solvant, judicio me ultro subscripturum profiteor.

---

# ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΤΩΝ ΠΑΡΑΛΛΗΛΩΝ.

## PROLOGUS IN PARALLELA.

*Basil. De fide.* — Si de Deo quidpiam loqui aut audire studes, missum fac corpus tuum, missos fac corporeos sensus. Desere terram, desere mare, supra aerem assurge, anni partes præteri, temporum ordines, ornamenta terræ: æthere superior fias, pertransi stellas, ea quæ circa illas mirifica sunt, ornatum earum, magnitudinem, usum, splendorem, situm, procreationem.

*Ejusdem.* — Ne illa quæras quæ indagari nequeunt: neque enim invenies. Ecquid enim ea quæris? A quonam eorum haurire cognitionem possis? A terra? at non exsistebat. A mari? at nondum unda erat. A cœlo? nondum extensum erat. A sole et luna? nondum conditi erant. A sæculis? verum ante sæcula exstabat Unigenitus. Pro illo qui sempiternus est, ne ea quæ minime æterna sunt, cogites. Quod si mihi non morem geris, sed contendere cupis, inscitiam tuam irrideo, imo potius temeritatem deploro.

*Ejusdem.* — Iis quæ scripta sunt, fidem adhibe: quæ scripto minime prodita sunt, ne quæsieris. Hoc scire interest, quid loqui oporteat, quid silere. Non omnia verba linguæ committenda sunt: ne alioqui idem tibi quod oculo accidat, qui dum solem totum intueri nititur, eam quoque qua præditus est, lucem amittit.

*Ejus. in S. Mamant.*—Quantus sit Deus, quanta ipsius essentiæ mensura, aliaque id genus; interroganti quidem periculosa sunt: ei autem qui interrogatur, perplexa prorsus. Silentium vero ejusmodi rerum medicina est.

*In psal.* CXV. — Qui non dejicit animum suum, nec ad imitationem Apostoli dicit: « Fratres; ego meipsum nondum arbitror comprehendisse (*Philipp.* III, 13): » verum essentiæ divinæ cognitionem rimatur, et cogitationis suæ modulo ea, quæ comprehendi non possunt, metitur, tantumdemque duntaxat, quantum ipse suo animo complexus est, Deum esse censet, ac denique mentem suam eorum quæ exsistunt mensuram constituit, ut nec illud secum reputet facilius esse vasculo exiguo totum mare metiri, quam humana mente Dei majestatem omni sermone præstantiorem arripere et amplecti: ille, cum perperam inflatus et elatus vanitate sensus sui sit, dicere nequaquam potest: « Credidi propter quod locutus sum » (*Psal.* CXV, 10). A

Ὁ μὴ ταπεινῶν ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν, μηδὲ κατὰ μίμησιν τοῦ Ἀποστόλου λέγων τὸ, « Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔτω λογίζομαι κατειληφέναι τι· » ἀλλὰ περινοῶν οὐσίας Θεοῦ κατάληψιν, καὶ τῷ ἰδίῳ λογισμῷ ἐκμετρῶν τὰ ἀνέφικτα, καὶ τοιοῦτον εἶναι λογιζόμενος τὸν Θεὸν, ὅσον αὐτὸς τῷ ἰδίῳ λογισμῷ περιέλαβεν, καὶ ὅλως τὸν οἰκεῖον νοῦν μέτρον τῶν ὄντων ποιούμενος, καὶ μὴ λογιζόμενος, ὅτι ῥᾷον ἐστὶ κοτύλῃ μικρᾷ τὴν πᾶσαν θάλασσαν ἐκμετρῆσαι, ἢ τῷ ἀνθρωπίνῳ νῷ τῆς ἀφάτου μεγαλειότητος τοῦ Θεοῦ περιδράξασθαι, εἰκῇ φυσιούμενος, καὶ ἐπαιρόμενος τῇ ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτοῦ, οὐ δύναται λέγειν τὸ, « Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. »

*Ejusdem.* — Ex Scriptura divina edocti sumus, menti nostræ permittendum non esse, ut quidquam præter ea quæ concessa sunt, imaginetur. B

Δεδιδάγμεθα παρὰ τῆς θείας Γραφῆς μηδὲν ἐπιτρέπειν ἡμῶν τῷ νῷ παρὰ τῶν συγκεχωρημένων φαντασιοῦσθαι.

*Ejusd. hom. De fide.* — Dei quidem nunquam non meminisse pium est, atque ejusmodi, ut mens amore divino prædita, **303** minime satiari queat. At res divinas sermone prosequi audax facinus est; quippe cum ipsa quoque mens a rerum dignitate procul excidat, et quæ in animum subierint, tenuiter et obscure sermone declarentur. Cum igitur et mens nostra rerum celsitudine longe sit inferior, at rursus ipsi quoque cogitationi cedat oratio; quid tandem afferri possit, quin necessarium silentium sit, ne ob sermonis vilitatem, eximia et admiranda divinarum rerum magnitudo periclitari videatur?

Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς εὐσεβὲς, καὶ κόρον οὐκ ἔχον τῇ φιλοθέῳ ψυχῇ· λόγῳ δὲ διεξιέναι τὰ περὶ Θεοῦ τολμηρόν· τῆς μὲν διανοίας πολλῷ τῷ μέτρῳ τῆς ἀξίας τῶν πραγμάτων ἀποπιπτούσης· πάλιν δὲ τοῦ λόγου ἀμυδρῶς παριστῶντος τὰ νοηθέντα. Εἰ οὖν ἡ μὲν διάνοια ἡμῶν παρὰ πολὺ τοῦ μεγέθους τῶν πραγμάτων ἀπολιμπάνεται, ὁ δὲ λόγος ἐλάττων ἐστὶ καὶ αὐτῆς τῆς διανοίας, πῶς οὐκ ἀναγκαία ἡ σιωπὴ, μήποτε ἐν τῇ τῶν ῥημάτων εὐτελείᾳ δόξῃ κινδυνεύειν τῆς θεολογίας τὸ θαῦμα;

*Greg. Naz. orat.* 39. — Lingua atque anima et mente horresco, cum de Deo sermonem habeo: huncque ipsum laudabilem et beatum affectum vobis exopto. C

Φρίττω καὶ γλῶσσαν, καὶ διάνοιαν, ὅταν περὶ Θεοῦ φθέγγωμαι, καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ συνεύχομαι, τὸ ἐπαινετὸν πάθος καὶ μακάριον.

*Id. orat.* 26. — Humilis meo quidem judicio censendus est, non qui parva de seipso loquitur, idque apud paucos et raro; nec qui dejectiorem humiliter alloquitur: sed qui de Deo modeste loquitur: qui alia dicere, alia silentio premere, aliorum denique inscitiam confiteri novit, eique cedit, cui sermonis cura commissa est: qui spiritualiorem esse aliquem æquo animo fert, et in contemplatione provectiorem.

Ταπεινόφρων ἐμὸς, οὐχ ὅστις περὶ ἑαυτοῦ μικρὰ διαλέγεται, καὶ τοῦτο πρὸς ὀλίγους καὶ ὀλιγάκις, οὐδὲ ὅστις ταπεινῶς προσαγορεύει τὸν ἀτιμότερον, ἀλλ᾽ ὅστις περὶ Θεοῦ μετρίως φθέγγεται· καὶ τὰ μὲν εἰπεῖν οἶδεν, τὰ δὲ κατέχειν, τῶν δὲ ὁμολογῆσαι τὴν ἄγνοιαν· καὶ παραχωρεῖται τοῦ λόγου τῷ πιστευθέντι, καὶ εἶναί τινα πνευματικώτερον δέχεται καὶ διαβεβηκότα μᾶλλον ἐν θεωρίᾳ.

*Ibid.* — Cum omnis oratio suapte natura imbecillis sit, facileque agitari queat, et propter sermonem ex adverso pugnantem libertate careat: tum vero ea quæ de Deo suscipitur, tanto plus habet difficultatis, quanto majus argumentum est, et zelus ardentior, et periculum gravius. Ecqua tandem subnixi fiducia metum hunc dispellemus? an sermonis, an auditus? quandoquidem in tribus istis periculum versatur. Nam et intellectu res divinas percipere arduum est, et enarrare perdifficile, majorisque tandem difficultatis purgatas aures nancisci. D

Φύσει μὲν ἅπας λόγος σαθρὸς, καὶ εὐκίνητος, κ[illegible] διὰ τὸν ἀντίμαχον λόγον ἐλευθερίαν οὐκ ἔχων. Ὁ [illegible] περὶ Θεοῦ, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ μεῖζον τὸ ὑποκε[illegible]μενον, καὶ ὁ ζῆλος πλείων, καὶ ὁ κίνδυνος χαλεπώτερος. Καὶ τί φοβηθέντες, τί θαῤῥήσομεν; νοῦν, λόγον, ἢ ἀκοήν; ἐν τρισὶ τούτοις κινδύνου σαλεύοντος. Καὶ γὰρ νοῆσαι χαλεπὸν καὶ ἑρμηνεῦσαι ἀμήχανον, καὶ ἀκοῆς κεκαθαρμένης τυχεῖν ἐργωδέστερον.

*Ibid.* — Quid est, quamobrem quisquam laudabilem ascensum cuipiam invideat? Ac rursus, quis perinde gravis casus, atque elatione trans-

Τίς φθόνος ἐπαινετῆς ἀναβάσεως; Καὶ τί πτῶμα τοιοῦτον, οἷον ἐπάρσει περιπαρῆναι, καὶ μὴ γνῶναι τῆς ἀνθρωπίνης ἀναβάσεως τὴν ταπείνωσιν, καὶ ὅσον

ἔτι λείπεται τοῦ ἀληθινοῦ ὕψους ὁ πάντων ἀνώτερος;

figi, nec humani ascensus compertam humilitatem habere, et quantum adhuc a vero fastigio absit, qui cunctis est sublimior?

Κρεῖσσον καμεῖν ἐν τοῖς λογισμοῖς μετὰ τῆς ὁδηγίας τοῦ Πνεύματος, ἢ προχείρως ἀσεβεῖν τὴν ῥᾳστώνην διώκοντα.

*Id. orat.* 23. — Præstat ratiocinando duce Spiritu laborare, quam, dum otium et tranquillitatem consectamur, præcipiti casu in impietatem ruere.

Οὔτε ἀέρα ἔπνευσέ τις ὅλον πώποτε, οὔτε οὐσίαν παντελῶς Θεοῦ, ἢ νοῦς ἐχώρησεν, ἢ φωνὴ περιέλαβεν.

*Id. orat.* 2 *De Filio.* — Nec aerem quisquam totum unquam spiravit; nec Dei essentiam perfecte, aut mens concepit, aut vox complexa est.

Ἄλλη μὲν τοῖς ἐκκεκαθαρμένοις παντελῶς τὴν διάνοιαν ἁρμόζει ἡ θεολογία, ἡ μάλιστα ἀληθής· ἄλλη δὲ τοῖς πολλοῖς, ἡ δυναμένη τὴν διάνοιαν αὐτῶν εἰς εὐσέβειαν ἐκκαλεῖσθαι καὶ δικαιοπραγίαν ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ, ἀπαλλάττουσα τοῦ θηριώδους βίου.

*Incerti.* — Alia theologia illis convenit, quorum animus omnino purgatus est, quæ si admodum vera; alia quæ vulgo quadret; quæ nimirum mentem eorum ad pietatem et justitiam possit allicere, per mutuum commercium eos a vita ferina abstrahens.

Τί ποτε ἄρα ἐστὶ τὸ φῶς, ᾧ τὸ ζοφῶδες τοῦτο τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σπήλαιον ἐν τῷ παρόντι βίῳ οὐκ ἀπαυγάζεται; Ἢ τάχα πρὸς ἀνήνυστον, καὶ ἀκατάληπτον ἡ ἐπιθυμία βλέπει; Τίς γὰρ ἐν ἡμῖν λόγος τοιοῦτος, ὡς ἀνιχνεῦσαι τοῦ ζητουμένου τὴν φύσιν; Τίς ἐξεύροι ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων σημασίαν τοιαύτην, ὡς ἀξίαν ἡμῖν ἔννοιαν τοῦ ὑπερκειμένου φωτὸς ἐμποιεῖσθαι; Πῶς ὀνομάσω τὸ ἀθάνατον; πῶς παραστήσω τὸ ἄϋλον; πῶς δὲ δείξω τὸ ἀειδές; πῶς διαλάβω τὸ ἀμέγεθες, τὸ ἄποσον, τὸ ἄποιον, τὸ ἀσχημάτιστον, τὸ μήτε τόπῳ, μήτε χρόνῳ εὑρισκόμενον, τὸ ἐξώτερον παντὸς πειρασμοῦ καὶ πάσης ὁριστικῆς φαντασίας; οὗ ἔργον ζωὴ, καὶ ἡ πάντων τῶν κατὰ τὸ ἀγαθὸν νοουμένων ὑπόστασις; Ἀλλ' ὡς μὴ μάτην ὁ λόγος κάμῃ, τοῖς ἀχωρήτοις ἑαυτὸν ἐπεκτείνων· ἀμήχανον γὰρ ὑπὸ κατάληψιν τοῦτο ἐλθεῖν· πολυπραγμονοῦντες παυσώμεθα, τοσοῦτον μόνον ἐκ τῶν ζητηθέντων κερδάναντες, ὅσον δι' αὐτῶν ἔννοιάν τινα μεγέθους ἄφραστον ἀνατυπώσασθαι. Ὅσον δὲ τῆς γνώσεως ἡμῶν ὑψηλότερον εἶναι τὸ ἀγαθὸν τῇ φύσει πιστεύομεν, τοσοῦτον μᾶλλον τὸ πένθος ἑαυτοῖς ἐπιτείνομεν· ὅτι τούτου τοῦ ὑπεραίροντος πᾶσαν δύναμιν καταληπτικὴν ἐν μετουσίᾳ ποτὲ ἦμεν οἱ ἄνθρωποι.

*Greg. Nyss. in* 5 *beatit.* — Quid tandem illud est, quo tenebrosum hoc humanæ naturæ antrum in hac vita collustratur? An fortasse id sibi frustra nostra cupiditas proponit intuendum, quod nec permeari, nec percipi queat? Quænam enim in nobis tanta facultas sit rationis, ut ejus quod quæritur, naturam pervestigare possit? Quisnam tantam nominum et vocabulorum significationem comminiscatur, ut summi illius luminis notionem nobis pro eo ac dignum est, efferat? Quo nomine id quod immortale est, appellem? quomodo id quod materia, et quod forma vacat, ostendero, qui demum id oratione complectar, quod magnitudine, quantitate, **304** qualitate et figura caret? quod nec in loco, nec in tempore invenitur; quod ab omni termini et definitionis specie alienum est; cujus opera vita est, atque omnium quæ secundum bonum intelliguntur, creatio et sustentaculum? Verum ne sermo noster incassum laboret, dum ad ea quæ capi non possunt, sese exporrigit (neque enim fieri potest ut hoc sub cognitionem cadat), curiose ista inquirere desinamus, hoc tantum ex his quæ a nobis quæsita sunt, utilitatis consecuti, quod per ea notionem quamdam magnitudinis inexplicabilem animo nobis effinximus. Porro quo bonum illud suapte natura cogitatione nostra esse sublimius credimus, eo majore luctu afficimur; quoniam nos quondam homines illo incomprehensibili bono fruebamur.

Ἀκράτητος καὶ οὐρανοδρόμος ἡ θεία φύσις, ἀνέφικτος τοῖς διώκουσιν, ἐγγίζουσα τοῖς πιστεύουσιν.

*Chrys. in S. Steph.* — Divina natura captum omnem excedit, atque in cœlum excurrit, ut non a persequentibus queat capi, et iis qui fide præditi sunt, proxima sit.

Ἀνθρώπιναι λέξεις Θεοῦ οὐσίαν ἑρμηνεῦσαι οὐ δύνανται.

*Didymi.* — Humana verba Dei essentiam enuntiare nequeunt.

Ἔστιν ὅτε καὶ θεολογεῖν ἐπιχειροῦσιν, ὅπου καὶ ἡ ἀλήθεια ἀνέφικτος, καὶ ὁ στοχασμὸς ἐπικίνδυνος.

*Nili.* — Interdum etiam de divinis rebus disserere conantur; ubi nec veritatem assequi quisquam possit, et conjecturis uti periculosum est.

Εἰ ζητεῖς Θεὸν, ὦ διάνοια, ἐξελθοῦσα ἀπὸ σαυτῆς ἀναζήτει.

*Philonis.* — Si Deum quæris, o mens, ex teipsa excede ut quæras.

Τίτλ. Δ. — *Περὶ ἀγάπης καὶ φόβου Θεοῦ· καὶ ὅτι παντὸς ἀγαθοῦ ὑπερέχουσιν.*

Tit. IV. — *De amore et timore Dei, et quod omne bonum superent.*

« Ἐκάλεσεν ἄγγελος Κυρίου τὸν Ἀβραὰμ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀβραάμ. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἰδοὺ ἐγώ. Εἶπε δέ· *Μὴ ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸ παι-*

*Gen.* XXII, 11, 12. — « Et vocavit angelus Abraham de cœlo, dicens ei: Abraham. Qui respondit: Adsum; dixitque ei: Ne extendas manum tuam

super puerum, neque facias illi quidquam. Nunc A cognovi quod timeas Dominum, et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. »

*Deut.* x, 1[illegible]. — « Et nunc, Israel, quid Dominus Deus petit a te, nisi ut timeas Deum tuum, et ambules in omnibus viis ejus? »

*Deut.* vi, 5. — « Diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis. »

*Psal.* xxiv, 14. — « Firmamentum est Dominus timentibus eum. »

*Psal.* xxxii, 8-18. — « Timeat Dominum omnis terra. Ecce oculi Domini super metuentes eum. »

*Psal.* xxxiii, 8-10. — « Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos. Timete Dominum, omnes sancti ejus. » B

*Psal.* cx, 9. — « Initium sapientiæ timor Domini. »

*Psal.* cxi, 1. — « Beatus vir qui timet Dominum. »

*Psal.* cxviii, 120. — « Confige a timore tuo carnes meas. »

*Psal.* cxxvii, 1. — « Beati omnes qui timent Dominum. »

*Psal.* cxlvi, 10, 11. — « Non in fortitudine equi voluntatem habes, nec in tibiis viri beneplacitum est tibi, » etc.

*Prov.* ii, 6. — « Dominus dabit sapientiam; et viam timentium se custodiet. »

*Prov.* xiv, 27. — « Timor Domini fons vitæ, C et facit ut declines a ruina mortis. »

*Prov.* viii, 13. — « Timor Domini odit malitiam. »

*Prov.* x, 27. — « Timor Domini apponet dies. Præsidium piorum timor Domini. »

305 *Prov.* xv, 27. — « Per timorem Domini declinat omnis a malis. Tuetur Dominus timentes se. »

*Prov.* iii, 7. — « Time Dominum, et recede ab omni malo. Tunc sanitas erit umbiculo tuo, et irrigatio ossibus tuis. »

*Prov.* xiv, 26. — « In timore Domini fiducia fortitudinis. »

*Eccle.* xii, 13. — « Finem loquendi, totum audi: Deum time, et mandata ejus observa. » D

*Malach.* iv, 2. — « Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ; et sanitas in pennis ejus. »

*Habac.* ii, 20. — « Dominus in templo sancto suo: timeat a [illegible] ejus omnis terra. »

*Eccli.* i, 17, 12, 19, 20, 21, 34, 36. — « Timor Domini gloria et gloriatio. Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiam et gaudium in longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Deum. Radix sapientiæ est timere Deum: et rami ejus longitudo dierum. Sapientia et disciplina timor Domini. Ne sis incredibilis timori Domini, et ne accesseris ad eum duplici corde.

A δάριόν σου, μηδὲ ποιήσῃς αὐτῷ μηδέν. Νῦν γὰρ ἔγνων ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. »

« Καὶ νῦν, Ἰσραὴλ, τί Κύριος ὁ Θεὸς ἀπαιτεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι αὐτὸν, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ; »

« Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου. »

« Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν. »

« Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ. Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. »

« Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Φοβήθητε τὸν B Κύριον, πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ. »

« Ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου. »

« Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον. »

« Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου. »

« Μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. »

« Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θέλεις, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖς, » καὶ τὰ λοιπά.

« Κύριος δώσει σοφίαν, καὶ ὁδὸν εὐλαβουμένων αὐτὸν διαφυλάξει. »

C « Φόβος Κυρίου πηγὴ ζωῆς· ποιεῖ δὲ ἐκκλίνειν ἐκ παγίδος θανάτου. »

« Φόβος Κυρίου μισεῖ κακίαν. »

« Φόβος Κυρίου προστίθησιν ἡμέρας. Ὀχύρωμα ὁσίων, φόβος Κυρίου. »

« Φόβῳ Κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακῶν. » Ὑπερασπίζει Κύριος τῶν εὐλαβουμένων αὐτόν. »

« Φοβοῦ τὸν Θεὸν, καὶ ἔκκλινον ἀπὸ παντὸς κακοῦ· τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου. »

« Ἐν φόβῳ Κυρίου ἐλπὶς ἰσχύος. »

« Τέλος λόγου, τὸ πᾶν ἄκουε· τὸν Θεὸν φοβοῦ, D καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φύλασσε. »

« Ἀνατελεῖ ὑμῖν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ ἴασις. »

« Κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. »

« Φόβος Κυρίου, δόξα καὶ καύχημα. Φόβος Κυρίου τέρψει καρδίαν, καὶ δώσει εὐφροσύνην, καὶ χαρὰν, καὶ μακροημέρευσιν. Τῷ φοβουμένῳ τὸν Κύριον εὖ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων. Ἀρχὴ σοφίας, φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, στέφανος σοφίας, φόβος Κυρίου. Ῥίζα σοφίας, φοβεῖσθαι τὸν Κύριον, καὶ οἱ κλάδοι αὐτῆς μακροημέρευσις. Σοφία καὶ παιδεία, φόβος Κυρίου. Μὴ ἀπειθήσῃς φόβῳ Κυρίου, καὶ μὴ προσέλθῃς αὐτῷ καρδίᾳ δισσῇ. »

A « Πνεῦμα φοβουμένων Κύριον ζήσεται· ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν ἐπὶ τὸν σώζοντα αὐτούς. Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν· ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. »

« Οἱ φοβούμενοι Κύριον, ἀναμείνατε τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐκκλίνατε, ἵνα μὴ πέσητε. Οἱ φοβούμενοι Κύριον οὐκ ἀπειθήσουσι ῥημάτων αὐτοῦ· καὶ οἱ ἀγαπῶντες αὐτὸν, συντελέσουσι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. »

« Τῷ φοβουμένῳ τὸν Κύριον οὐκ ἀπαντήσει κακὸν, ἀλλ' ἐν πειρασμῷ καὶ πάλη ἐξελεῖται. Χρήματα καὶ ἡ ἰσχὺς ἀνυψοῦσι καρδίαν, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα φόβος Κυρίου. »

« Ὁ φοβούμενος Κύριον εὐθύνει φίλους αὐτοῦ. »

B « Ἐν φόβῳ Κυρίου ἔστω τὸ καύχημά σου. »

« Σπέρμα ἔντιμον ποῖον; Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Πλούσιος καὶ ἔνδοξος, καὶ πένης, τὸ καύχημα αὐτῶν, φόβος Κυρίου. »

« Οἱ φοβούμενοι Κύριον, πιστεύσατε αὐτῷ, καὶ οὐ μὴ πέσῃ ὁ μισθὸς ὑμῶν. Οἱ φοβούμενοι Κύριον, ἐλπίσατε εἰς ἀγαθὰ, καὶ εἰς εὐφροσύνην αἰώνιον καὶ ἔλεος. »

« Μεγιστὰν καὶ κριτὴς, καὶ δυνάστης δοξασθήσεται, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῶν τις μείζων τοῦ φοβουμένου τὸν Κύριον. »

« Πᾶσα σοφία φόβος Κυρίου. Οὐδὲν κρεῖττον φόβου Κυρίου, καὶ οὐδὲν γλυκύτερον τοῦ προσέχειν ἐντολαῖς Κυρίου. »

C « Ὁ φοβούμενος Κύριον, οὐδὲν εὐλαβηθήσεται. Φοβουμένου Κύριον, μακαρία ἡ ψυχή. »

« Ὁ φοβούμενος Κύριον, ἐκδέξεται παιδείαν. »

« Οἱ φοβούμενοι Κύριον, εὑρήσουσι κρῖμα καὶ δικαιώματα, καὶ ὡς φῶς ἐκλάμψουσιν. »

« Οὐκ ἔστιν ἐν φόβῳ Κυρίου ἐλάττωσις, φόβος Κυρίου, ὡς παράδεισος εὐλογίας. »

« Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. »

D « Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς. Μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ. Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου, καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ Πατρός μου τετήρηκα, καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ. »

« Ἀνοίξας Πέτρος τὸ στόμα εἶπεν· Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστιν. »

« Οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. »

« Εἴ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. »

*Φόβος Κυρίου, καθάρσιον ψυχῆς*, κατὰ τὴν εὐχὴν

*Eccli.* XXXIV, 14, 19. — « Spiritus timentium Deum vivet : spes enim illorum in salutem, et oculi Dei in diligentes se. Oculi Domini super metuentes eum. »

*Eccli.* II, 7, 18. — « Metuentes Dominum, sustinete misericordiam ejus, et non deflectatis, ne cadatis. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbis illius; et qui diligunt illum, conservabunt vias illius. »

*Eccli.* XXXIII, 1. — « Timenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione et lucta liberabit eum. Facultates et virtus exaltant cor : sed super hæc timor Domini. »

*Eccli.* XL, 26. — « Qui timet Dominum, dirigit amicos suos. »

*Eccli.* IX, 22. — « In timore Domini sit gloriatio tua. »

*Eccli.* X, 23, 25. — « Semen honorabile quale? qui timent Dominum. Dives, et gloriosus, et pauper, gloriatio eorum timor Domini. »

*Eccli.* II, 8, 9. — « Qui timetis Dominum, credite illi; et non evacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate bona, et lætitiam sempiternam, et misericordiam. »

*Eccli.* X, 27. — « Magnus, et judex, et potens erit in honore : et non est major illo qui timet Dominum. »

*Eccli.* XIX, 28, 18. — « Omnis sapientia timor Domini. Nihil melius quam timor Domini : et nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini. »

*Eccli.* XXIII, 37. — « Qui timet Dominum, nihil trepidabit. Timentis Dominum beata est anima. »

*Eccli.* XXXIV, 17. — « Qui timet Dominum, accipiet disciplinam. »

*Eccli.* XXXII, 16. — « Qui timent Dominum invenient judicium et justificationes, et ut lux fulgebunt. »

*Eccli.* XL, 26, 27. — « Non est in timore Domini imminutio. Timor Domini sicut paradisus benedictionis. »

*Matth.* X, 28. — « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potius eum timete, qui potest corpus et animam perdere in gehennam.

*Joan.* XV, 9, 10. — « Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, **306** manebitis in dilectione mea, sicut et ego Patris mei mandata servavi, et maneo in ejus dilectione. »

*Act.* X, 34. — « Aperiens Petrus os suum dixit : In veritate comperi, quod non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, et facit justitiam, acceptus est illi. »

*Rom.* VIII, 28. — « Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. »

*I Cor.* VIII, 3. — « Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo. »

*Basil.* in init. Prov. — Domini timor, expiatio

undum hanc Prophetæ postulationem A τοῦ Προφήτου λέγοντος· « Καθήλωσον ...onfige timore tuo carnes meas (*Psal.* ...) : tanquam hac ratione, improba om...iosa actio profugiat, ubi timor se... quippe cum corporis membra eam ob turpia flagitia moveri nequeant, ubi ti...lavis confixa sunt. Quemadmodum enim ...s clavis transfixum habet, in ejusmodi versatur, ut nihil valeat agere : sic qui ...ei constrictus tenetur, non oculo ad ea ...nime opus est, uti, non manus ad inter...ictiones movere; nihil quidquam denique, ...rvum, vel magnum, præterquam conveniat, ...e potest; velut nempe suppliciorum quæ Deus comminatus est, cruciatu quodam, exspecta... transfigatur.

σου τὰς σάρκας μου· » ὡς ὅπου φόβος ἐνοικεῖ, πάσης πονηρᾶς καὶ ἀνοσίας πράξεως ἀποφευγούσης, τῶν τοῦ σώματος μελῶν κινηθῆναι πρὸς ἀτόπους ἐνεργείας διὰ τὸ τῷ φόβῳ καθηλῶσθαι, μὴ δυναμένων. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐμπεπηγότας ἔχων ἐν ἑαυτῷ τοὺς σωματικοὺς ἥλους, ἀνενέργητός ἐστιν, ὑπὸ τῶν ὀδυνῶν κατεχόμενος, οὕτως ὁ τῷ φόβῳ Θεοῦ κατειλημμένος, οὐκ ὀφθαλμῷ χρήσασθαι πρὸς ἃ μὴ δεῖ, οὐ χεῖρας κινῆσαι πρὸς ἀπηγορευμένας πράξεις, οὐχ ὅλως μικρὸν ἢ μεῖζον ἐνεργῆσαι παρὰ τὸ καθῆκον δύναται· οἷον ὀδύνῃ τινὶ τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀπειληθέντων συμπεπαρμένος.

*Canon. Constitut. Reg. fus. Int.* 2. — Chari... B ...rga Deum exposcitur a nobis tanquam debi... necessarium; quod dum animus solvendo non ..., hoc malis omnibus est intolerabilius. Siquidem ...enum esse et aversum a Deo, ipsis quoque ge...nnæ futuris cruciatibus, asperius est, et gravius ...li qui damnum hoc patitur; velut oculo lumine ...rbari, licet nullus alioqui dolor accedat.

Ἀναγκαῖον ὄφλημα τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην ἀπαιτούμεθα, ὃ τῇ ἐλλιπούσῃ ψυχῇ πάντων κακῶν ἐστιν ἀφορητότατον. Θεοῦ γὰρ ἀλλοτρίωσις καὶ ἀποστροφὴ, καὶ τῶν ἐν τῇ γεέννῃ προσδοκωμένων κολάσεων ἀφορητότερόν ἐστι καὶ βαρύτερον τῷ παθόντι, ὡς ὀφθαλμῷ φωτὸς στέρησις, κἂν μὴ ὀδύνη προσῇ.

Timor Domini omnimoda recte facta animi superat.

Φόβος Κυρίου παντοίων κατορθωμάτων τῆς ψυχῆς περιγίνεται.

Charitas erga Deum in hoc sita est, ut animus quotidie se supra vires extendat.

Ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη αὕτη ἐστὶν, τὸ ὑπὲρ δύναμιν ἀεὶ τὴν ψυχὴν ἐπεκτεῖναι.

*Reg. brev. quæst.* 212. — Quemadmodum bos et asinus ex beneficio quod ab alente suscipiunt, timorem erga Deum sponte concipimus; si non stupido ingratoque animo beneficia suscipiamus. C Qui fieri possit, ut tot tantorumque beneficiorum auctorem Deum non redamemus; quando ejusmodi affectus naturali, ut ita dicam, instinctu, nullo docente, animis nostris inditus fuit.

Ὥσπερ τῷ βοῒ καὶ τῷ ὄνῳ ἐκ τῆς παρὰ τοῦ τρέφοντος εὐεργεσίας, ἡ πρὸς αὐτὸν ἀγάπη αὐτομάτως ἐγγίνεται, οὕτω καὶ ἡμεῖς, ἐὰν εὐαισθήτως καὶ εὐγνωμόνως τὰς εὐεργεσίας δεξώμεθα. Τὸν τοσούτων καὶ τηλικούτων εὐεργέτην Θεὸν πῶς οὐκ ἀγαπήσομεν κατὰ φύσιν, ἵν' οὕτως εἴπω, ἀδιδάκτως τῆς τοιαύτης διαθέσεως τῇ ὑγιανούσῃ ψυχῇ ἐγγινομένης;

*Naz. orat.* 2. — Initium sapientiæ est timor Domini, veluti primæ quædam fasciæ illius. Sapientia autem timorem exsuperat, nosque ad amorem provehens, Dei amicos et filios pro servis facit.

Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου, οἷόν τι πρῶτον σπάργανον· καὶ σοφία τὸν φόβον ὑπερβᾶσα, καὶ εἰς τὴν ἀγάπην ἀναβιβάσασα, Θεοῦ φίλους ἡμᾶς καὶ υἱοὺς ἀντὶ δούλων ἐργάζεται.

*Ejusdem, orat.* 1. — Bonum est aliquantisper etiam secedere, quemadmodum olim Moyses, et postmodum Jeremias, ac prompte atque impigre ad vocantem accurrere, ut de Aarone et Isaia proditum est : dummodo utrumque pie fiat : alterum D ob propriam infirmitatem, alterum ob vocantis potentiam.

Ἀγαθὸν καὶ ὑποχωρῆσαί τι μικρὸν, ὡς Μωϋσῆς ἐκεῖνος τὸ παλαιὸν, καὶ Ἱερεμίας ὕστερον, καὶ προσδραμεῖν ἑτοίμως τῷ καλοῦντι, ὡς Ἀαρὼν καὶ Ἡσαΐας, μόνον εὐσεβῶς ἀμφότερα· τὸ μὲν διὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, τὸ δὲ διὰ τὴν τοῦ καλοῦντος δύναμιν.

*Chrys. orat.* 15 *De stat.* — Non tantum virtutis habet oratio, quantum efficit timor. Quid atrocius gehenna? at nihil ejus timore utilius. Metus quippe gehennæ nobis regni cœlestis coronam affert : haud secus ac in militis semper armati domo, non prædo, non effossor murorum, non quispiam alius ex his qui ejusmodi facinora aggrediuntur, propius audeat apparere : timore sic animos obtinente, nihil illiberalium **307** affectionum facile nobis accedit, ...ese proripiunt, et fugam capessunt, ...tione fusæ et profligatæ. ...imus : sed

Οὐ τοσοῦτον ἐργάζεσθαι δυνήσεται λόγος, ὅσον ἐργάζεται φόβος. Τί γεέννης χαλεπώτερον; ἀλλ' οὐδὲν τοῦ ταύτης χρησιμώτερον φόβου. Ὁ γὰρ τῆς γεέννης φόβος τὸν τῆς βασιλείας ἡμῖν κομίζει στέφανον. Καθάπερ ἐν οἰκίᾳ στρατιώτου διηνεκῶς ὡπλισμένου, οὐ λῃστὴς, οὐ τοιχωρύχος, οὐκ ἄλλος τις τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργούντων, τολμήσει φανῆναι πλησίον· οὕτω φόβου κατέχοντος τὰς ψυχὰς, οὐδὲν τῶν ἀνελευθέρων παθῶν ἐπεισέρχεται ῥᾳδίως ἡμῖν, ἀλλὰ δραπετεύει καὶ φυγαδεύεται, τῇ τυραννίδι τοῦ φόβου πάντοθεν ἐξελαυνόμενα. Καὶ οὐ τοῦτό ἐστιν ὃ κερδαίνομεν ἀπὸ τοῦ φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ ...

πολλῷ μεῖζον. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τὰ πονηρὰ ἡμῶν ἀπελαύνει πάθη, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν εἰσάγει μετὰ πολλῆς εὐκολίας τὴν ἀρετήν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κατεσθίει μὲν ἁμαρτήματα, ἀρετὴν δὲ αὔξεσθαι ποιεῖ καὶ θάλλειν, ὡς διηνεκοῦς φόβου φύσις. Διὰ τοῦτο τὸν μὴ συζῶντα φόβῳ ἀμήχανον κατορθῶσαι, ὥσπερ οὖν τὸν ἐν φόβῳ ζῶντα ἀμήχανον διαμαρτεῖν.

Φόβος οὐδὲν ἕτερον ἐστιν, ἢ τεῖχος, καὶ ἀσφάλεια, καὶ πύργος ἀκαταγώνιστος.

Ὁ τοῦ ἀπαθοῦς Θεοῦ φόβος ἀπαθής· φοβεῖται γάρ τις, οὐ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἀποπεσεῖν τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ τοῦτο δεδιὼς, τὸ τοῖς κακοῖς συμπεσεῖν, φοβεῖται καὶ δέδιεν τὰ κακά· ὁ δεδιὼς δὲ τὸ πτῶμα, ἄφθαρτον ἑαυτὸν καὶ ἀπαθῆ εἶναι βούλεται.

« Οὐ δυνατὸν τὸν ἀληθῶς φοβούμενον τὸν Θεὸν δειλίαν ἔχειν, εἰρημένου τοῦ· « Πλὴν αὐτὸν μὴ φοβοῦ ἄλλον. »

Ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν, κατὰ Θεὸν πάντα πράττει.

Λέγεται ὁ Θεὸς φοβερὸς εἶναι· ἀλλ' οὐχ ὡς θανασίμου θηρίου ἢ ἀνθρώπου ὠμοῦ φόβον ἔχειν. Ὁ γὰρ Θεὸς φῶς ἐστιν, καὶ τὰ ἑξῆς. Πῶς οὖν φοβηθῶμεν φῶς, ἢ ζωὴν, ἢ ἀλήθειαν, ἢ ἀνάστασιν; ὡς ἐάν τις ἢ ἐπὶ ὑψηλὸν ὄρος οἰκῶν, καὶ λέγεται φοβεῖσθαι αὐτό· οὐ τὸ ὄρος φοβεῖται, ἀλλὰ τοῦ μὴ ἐκπεσεῖν αὐτοῦ. Τοίνυν καὶ ἡμεῖς φοβούμεθα τὸν Θεὸν, φοβούμενοι ἐκπεσεῖν τοῦ φωτὸς, καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς γνώσεως.

Τίτλ. Ε'. — *Περὶ ἀντιλογίας πρὸς Θεόν· καὶ ὅτι οὐ δεῖ ἀντιλέγειν, ἢ δικαιολογεῖσθαι πρὸς [illegible]*

« Ἀνομία ἡμῖν λογισθήσεται, πολλὰ λαλούντων ῥήματα ἐνώπιον Κυρίου. »

« Οὐκ εἶ ἄνθρωπος κατ' ἐμὲ, ᾧ ἀντικρινοῦμαι, [illegible] ἔλθωμεν ὁμοθυμαδὸν εἰς κρίσιν. »

« Τί ἔτι ἐγὼ κρίνομαι νουθετούμενος καὶ ἐλεγχό[illegible] παρὰ Κυρίου, ἀκούων τοιαῦτα οὐθὲν ὤν; Ἐγὼ [illegible] τίνα ἀπόκρισιν δώσω; Χεῖρα θήσω ἐπὶ στόματί [μ]ου· ἅπαξ λελάληκα, ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ οὐ προσ[θ]ήσω. »

« Μή μοι εἴη ἐναντίον Κυρίου ἀσεβῆσαι, ἢ ἐναντίον παντοκράτορος ταράξαι τὸ δίκαιον. »

« Μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου, καὶ ἡ καρδία σου [μὴ] ταχυνέτω τοῦ ἐξενεγκεῖν λόγον πρὸ προσώπου Θεοῦ. »

« Μὴ ἐρεῖ πλάσμα τῷ πλάσαντι, Οὐ σύ με ἔπλασας; ἢ τὸ ποίημα τῷ ποιήσαντι, Οὐ συνετῶς με ἐποίησας; »

« Μὴ ἐρεῖ ὁ πηλὸς τῷ κεραμεῖ, Τί ποιεῖς; Τί οὐκ ἐργάζεις, οὐδὲ ἔχεις χεῖρας; καὶ μὴ ἀποκριθήσεται

aliud quoque multo præstantius. Non enim tantummodo vitiosos affectus nostros propulsat, verum et omnibus virtutibus facilem ad nos aditum aperit. Nec enim quidquam perinde, tum peccata delet, tum auget virtutem et florentem reddit, atque perpetui timoris natura. Quocirca fieri non potest, ut qui in timore vivit, recte aliquid agat, et vicissim qui in timore vivit, a recto aberret.

*Chrysost. orat.* 15 *De stat.* — Timor nihil aliud est, nisi murus et præsidium, ac turris inexpugnabilis.

*Clem. Alex. Stromat.* — Timor Dei qui perturbationibus vacat, perturbationi non est obnoxius. Neque enim Deum quisquam timet, sed ne a Deo excidat. Qui autem hoc timet, ne incidat in mala, is proinde mala metuit. Porro qui casum timet, is ab interitu et perpessionibus alienus fieri cupit.

*Didym. in Isa.* — Fieri non potest, ut qui timore Dei præditus est, meticulosus sit : quando dictum est : « Præter illum ne quemquam alium metuas. »

*Evagrii.* — Qui timet Deum, omnia secundum Deum gerit.

*Ejusdem.* — Deus terribilis esse dicitur : non quod in pestiferæ belluæ aut sævi hominis morem terrorem incutiat. Deus quippe est lux, via, veritas, et vita, etc. Quinam ergo lucem, aut vitam, aut veritatem, aut resurrectionem perhorrescamus? Hoc perinde est, ac si quis in sublimi quodam monte agens, ipsum metuere dicatur ; is plane non montem timet, sed ne ex eo præceps [illegible] Ad eumdem modum Deum extimescimus ; hoc utique metuentes, ne a luce, vita, veritate et scientia excidamus.

Tit. V. — *De contradictione adversus Deum : et quod adversus Deum minime sit contradicendum, nec cum eo expostulandum.*

*Job* XXXIV, 37. — « Iniquitas nobis reputabitur, multa verba loquentibus coram Domino. »

*Job* IX, 32. — « Non es homo similis mei, cum quo litigem, ut veniamus unanimiter ad judicium. »

*Job* XXXIX, 34. — « Quid adhuc ego judicor admonitus et reprehensus a Domino, audiens talia, cum nihil sim? Ego autem quid hæc responsum dabo? manum meam imponam ori meo. Unum locutus sum, et ultra non addam. »

*Ibid.* 35. — « Absit ut coram Deo impie agam : et coram Omnipotente jus perturbem ! »

*Eccle.* V, 1. — « Ne festines in ore tuo : et cor tuum non festinet ad proferendum verbum in conspectu Dei. »

*Isa.* XXIX, 16. — « Nunquid dicet figmentum fictori suo : Non tu me fecisti? aut factura factori suo : Non tu sapienter me fecisti? »

*Isa.* XLV, 9, 10. — « Nunquid dicet lutum figulo : Quid facis? quid non operaberis, [illegible]

manus? et non respondebit figmentum ad eum qui se finxit, aut qui dicit Patri, cur genuit? et matri, Cur parturis? »

τὸ πλάσμα πρὸς τὸν πλάσαντα αὐτόν; ἢ ὁ λέγων τῷ πατρὶ, τί ἐγέννησε; καὶ τῇ μητρὶ, Τί ὠδίνεις; »

*Sap.* III, 14. — « Qui non cogitavit adversus Dominum nequissima, huic dabitur donum fidei electum. »

« Ὁ μὴ ἐνθυμηθεὶς κατὰ τοῦ Κυρίου πονηρὰ, δοθήσεται αὐτῷ τῆς πίστεως χάρις ἐκλεκτή. »

**308** *Eccli.* VII, 5. — « Ne te justifices ante Deum. »

« Μὴ δικαιοῦ ἐναντίον Κυρίου. »

*Rom.* IX, 20, 21. — « O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? An dicet figmentum ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem; aliud autem in contumeliam? »

« Ὦ ἄνθρωπε, μενοῦν γε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι· Τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; »

*I Cor.* X, 9. — « Non tentemus Dominum, sicut quidam eorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. »

« Μὴ πειράζωμεν τὸν Κύριον, καθώς τινες αὐτῶν ἐπείρασαν, καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. »

*Basil. Quod Deus non est auctor malorum.* — Qui Deo reluctari audent, his verbis utuntur: Quid est, quamobrem in ipsa structura non habemus, ut extra peccandi aleam simus, ut ne, si velimus quidem, peccare nobis liceat? Quoniam tu quoque servos, non, cum eos in vinculis constrictos tenes, benevolos tibi existimas; sed cum eos sponte munere suo fungi perspicis. Quin Deo quoque gratum est, non quod vi extorquetur, sed quod ex virtute geritur. Virtus porro a voluntate, non ex necessitate oritur. Itaque qui conditorem hoc nomine reprehendit, quod nos natura impeccabiles non condiderit, nihil aliud quam brutam naturam ei quæ rationalis est anteponit; et illam quæ nullo ex se motu cietur, ei cui inest electio et vis agendi.

Οἱ τολμῶντες Θεῷ ἀντιλέγειν, φασίν· Διὰ τί ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ ἀναμάρτητον οὐκ ἔχομεν, ὥστε οὐδὲ βουλομένοις ἡμῖν ὑπάρχειν τὸ ἁμαρτάνειν; Ὅτι καὶ σὺ τοὺς οἰκέτας, οὐχ ὅταν δεσμίους ἔχῃς, εὔνους ὑπολαμβάνεις, ἀλλ' ὅταν ἴδῃς ἑκουσίως ἀποπληροῦντάς σοι τὰ καθήκοντα. Καὶ Θεῷ φίλον, οὐ τὸ ἠναγκασμένον, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀρετῆς κατορθούμενον. Ἀρετὴ δὲ ἐκ προαιρέσεως, καὶ οὐκ ἀνάγκης γίνεται. Ὁ τοίνυν μεμφόμενος τὸν ποιητὴν, ὡς μὴ φυσικῶς κατασκευάσαντα ἡμᾶς ἀναμαρτήτους, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἄλογον φύσιν τῆς λογικῆς προτιμᾷ, καὶ τὴν ἀκίνητον καὶ ἀνόρμητον τῆς προαιρετικῆς καὶ ἐμπράκτου.

*Id. epist.* 41. — Ne quis, velim, corrigere Deum tentet, et dicat: Hoc nobis omnino debet contingere, non autem illud. « Quis enim novit sensum Domini; aut quis consiliarius ejus fuit? » (*Rom.* XI, 34) In caligine siquidem judicat, ut Jobi sermonibus utar, et nubes absconsio ejus est, nec conspicietur. Explorata medicamina habet, quæ a vitio ad virtutem, et ab ignoratione ad cognitionem Dei animos excitant.

Μηδεὶς, παρακαλῶ, διορθούσθω τὸν Κύριον, μηδὲ λεγέσθω, ὅτι τοῦτο ἡμῖν ὠφελεῖ συμβῆναι, καὶ οὐκ ἐκεῖνο πάντως. « Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; » ἐν γνόφῳ γὰρ κρίνει, κατὰ τὸν Ἰὼβ, καὶ νεφέλη ἀποκρυφὴ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὁραθήσεται. Εἶδεν τὰ ἀπὸ κακίας ἐπὶ ἀρετὴν καὶ ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ προτρεπόμεν[illegible] φάρμακα.

*Cyrilli Alexand.* — Demitte supercilium, o homo: repagulum et januam impone linguæ. Ab hoc tam frigido vaniloquio quamprimum abscede. Sine Deum et scire, et facere, quæ ipsum deceant.

Κάθες, ἄνθρωπε, τὴν ὀρμήν· ἐπίθες τῇ γλώτ[illegible] μοχλὸν καὶ θύραν, ἀποπήδησον τῆς οὕτω ψυχρᾶς [illegible]καιομυθίας Πάρες ἐπὶ πάντα Θεῷ τὸ καὶ εἰδέναι καὶ δρᾷν ἅπερ ἂν αὐτῷ πρέπει.

Tit. VI. — *De angelis: et quod admisso peccato puniantur.*

Τίτλ. Ϛ΄. — *Περὶ ἀγγέλων· ὅτι καὶ ἄγγελοι ἁμαρτήσαντες κολάζονται.*

*Job* XXVI, 13. — « Præcepto interfecit draconem apostatam. »

« Προστάγματι ἐθανάτωσε δράκοντα ἀποστάτην. »

*II Petr.* II, 4. — « Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari. »

« Ὁ Θεὸς ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο· ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν κολαζομένους τηρεῖσθαι. »

*Judæ* 6. — « Angelos qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domi-

« Ἀγγέλους τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρί-

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Hæc perperam in* Rup. *dicitur accepta ex lib.* XVIII *Contra Julian.*, *cum* Cyrillus *decem libros duntaxat, non plures, contra* Julianum *ediderit.*

σιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς αἰωνίοις ὑπὸ ζόφον τε- A τήρηκεν. »

Ἄγγελοι πάντες, ὥσπερ προσηγορίας, οὕτω καὶ φύσεως πάντως τῆς αὐτῆς τυγχάνουσι.

Φανοτάτης οὔσης οὐσίας τῶν ἀγγέλων, μᾶλλον δὲ οὐρανίου, οὐκ ἀποτεταγμένον ἓν εἶδος, ἢ μία μορφὴ περὶ αὐτὰ εὑρίσκεται· οὐ γὰρ σκληραὶ καὶ ἀντίτυποι φύσεις σωμάτων εἰσίν.

Ἦν τὰ σκέλη αὐτῶν ὀρθὰ, καὶ πτερωτοὶ οἱ πόδες αὐτῶν, ὁ μέγας Ἰεζεκιὴλ περὶ τῶν ἀγγέλων ἔλεγεν· ὅπερ δηλοῖ τὸ ἀκλινὲς τῆς γνώμης, καὶ τὸ πρὸς τὰ νοήματα τῆς φύσεως ἐκείνης ὀξυκίνητον.

Τιμῶμεν ἀγγέλους, οὐ διὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρετήν· καὶ δαίμονας ἀτιμάζομεν, διὰ τὴν ἐν- B υπάρχουσαν αὐτῶν κακίαν.

Πνευματικαὶ τῶν ἀγγέλων οὐσίαι· εἰκάζονται δὲ πολλάκις ἀνθρώπων ἰδέαις, πρὸς τὰς ὑποκειμένας χρείας μεταμορφούμενοι.

TITΛ. Ζ'. — *Περὶ ἀγγέλων· ὅτι ἀγγέλους φύλακας ἡμῖν ἐπέστησεν ὁ Θεός.*

« Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ἵνα φυλάξῃ σε ἐν τῇ ὁδῷ, ὅπως εἰσαγάγῃ σε εἰς τὴν γῆν ἣν ἡτοίμασά σοι. Πρόσεχε σεαυτῷ, καὶ εἰσάκουε αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀπειθήσῃ αὐτῷ· οὐ γὰρ μὴ ὑποστελεῖταί σε. Τὸ γὰρ ὄνομά μού ἐστιν ἐν αὐτῷ. »

« Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. »

« Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν C τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. »

Ὥσπερ παιδαγωγούς τινας ἢ παιδονόμους ἐπιτεταγμένους τοῖς ἀνθρώποις τοὺς ἀγγέλους εἰδὼς ὁ Ἀπόστολος, εἰς μαρτυρίαν ἐκάλεσε.

Τοὺς μὲν ἁγίους φωταγωγοὶ φυλάττουσιν ἄγγελοι, τοὺς δὲ φαύλους σκοτεινοί.

Πλοῦτος γνώσεως καὶ σοφίας προστίθησιν ἡμῖν ἀγγέλους πολλούς· ὁ δὲ ἀκάθαρτος καὶ ἀπὸ τοῦ δοθέντος αὐτῷ ἐκ παιδὸς ἀγγέλου χωρίζεται. Ἡ γὰρ πνευματικὴ φιλία ἐστὶν ἀρετὴ καὶ γνῶσις Θεοῦ, δι' ὧν συναπτόμεθα πρὸς φιλίαν ταῖς ἁγίαις δυνάμεσιν, εἴ γε οἱ μετανοοῦντες ἄνθρωποι χαρᾶς αἴτιοι γίνονται τοῖς ἀγγέλοις.

TITΛ. Η'. — *Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως καὶ κατασκευῆς.*

« Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. »

« Ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδάμ· καὶ ὕπνωσεν, καὶ ἔλαβεν μίαν ἐκ πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς, καὶ ᾠκοδόμησεν αὐ-



A cilium, in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservavit. »

*Didymi.* — Angeli omnes, ut nomen unum, sic unam quoque omnino naturam habent.

Cum splendidissima, vel, ut rectius loquar, cœlestis angelorum natura sit, non certa quædam species, aut una eademque forma in illis reperitur. Etenim duræ ac renitentes naturæ corporibus conveniunt.

*Nili.* — Erant crura eorum recta, et alati pedes eorum, aiebat Ezechiel de angelis. Quibus verbis inflexibilem sententiæ constantiam indicat, naturæque illius in intelligendo celeritatem.

*Evagrii.* — Angelos honoramus, non ob naturam, sed ob virtutem : et dæmones contumeliis B persequimur, propter nequitiam, quæ in ipsis est.

309 *Philonis.* — Angelorum essentiæ spirituales sunt : formas vero frequenter humanas exhibent, certis de causis in alienam speciem transformati.

TIT. VII. — *De angelis : quod Deus angelos nobis custodes præfecerit.*

*Exod.* XXIII, 20, 21. — « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ut custodiat te in via, ut introducat te in terram quam præparavi tibi. Attende tibi ipsi, et audi vocem ejus. Nec contemnendum putes; quia non subtrahet te. Nomen enim meum est in illo. »

*Deut.* XXXII, 8. — « Constituit terminos populorum secundum numerum angelorum Dei. »

*Matth.* XVIII, 10. — « Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quod angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est. »

*Basil. lib. De sp.*, cap. 13. — Quoniam Apostolus perspectum habebat angelos hominibus tanquam pædagogos quosdam et educatores esse constitutos, idcirco testimonii causa eos vocavit.

*Didymi.* — Probi et sancti viri lucidos angelos custodes habent : mali autem tenebrosos.

*Evagr. in Prov.* — Scientiæ et sapientiæ opes multos nobis angelos testes adjungunt. At vir impurus, ab angelo qui ipsi a puero datus est, disjungitur. Etenim spiritualis amicitia in virtute et cognitione Dei consistit : quarum opera cum sanctis angelis amicitiæ nexu copulamur. Siquidem homines, quos scelerum pœnitet, lætitiæ ansam angelis subministrant.

TIT. VIII. — *De hominis conformatione et structura.*

*Gen.* I, 27. — « Creavit Deus hominem : ad imaginem Dei fecit illum : masculum et feminam fecit eos. »

*Gen.* II, 7 seqq.. — « Et formavit Deus hominem, accepto limo de terra, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ : et factus est homo in animam viventem. Immisit Deus extasim in Adam : et cum obdormisset, accepit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus costam

in mulierem, et adduxit eam ad Adam. Et dixit A Adam : Hoc nunc est os ex ossibus meis, et caro de carne mea. Hæc vocabitur mulier (seu vira), quia de viro suo sumpta est ipsa. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carnem unam. »

*Job* x, 8, 11, 9. — « Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me. Pelle et carne vestisti me; ossibus et nervis compegisti me. Memento quia sicut lutum finxisti me; et rursus in terram reduces me. »

*Psal.* xxxviii, 6, 7. — « Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens. Verumtamen in imagine pertransit homo; sed et frustra conturbatur. » B

*Psal.* ciii, 29. — « Auferes spiritum eorum, et deficient : et in pulverem suum convertentur. »

*Eccle.* iii, 20. — « Omnia de terra facta sunt; et omnia in terram revertentur. »

*Sap.* ii, 23. — **310** « Deus creavit de terra hominem inexterminabilem, et ad imaginem æternitatis suæ fecit illum. »

*Sap.* ix, 1, 2. — « Qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta est, ut disponat orbem terræ in æquitate et justitia, et in directione cordis judicium judicet. »

*Sap.* vii, 1. — « Et ego quidem mortalis homo, similis omnibus, et ex genere terreno oriundus C illius qui prior factus est, et in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, et delectamento somni conveniente. Et ego natus accepi communem aerem, et in similiter factam decidi terram; et primam vocem similem omnibus emisi plorans. In involumentis nutritus sum, et curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium. Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, et similis exitus. »

*Eccli.* xvii, 1, 2. — « Dominus creavit de terra hominem. Numerum dierum et tempus dedit illi, et potestatem super eam. Ad imaginem suam fecit illum : et posuit timorem ipsius super omnem carnem, et dominatus est bestiarum et reptilium. D Consilio, et sententia, et oculis, et disciplina intelligentiæ replevit eum : et bona et mala ostendit ei. »

*Eccli.* xli, 13. — « Omnia quæ de terra sunt, in terram revertentur. »

*Ephes.* ii, 8. — « Ipsius factura sumus, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in ipsis ambulemus. »

*Jac.* i, 18. — « Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus. »

*Clementis papæ, epist.* 1. — Cum ipse sit creator

τὴν εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἀδάμ. Καὶ εἶπεν Ἀδάμ· Τοῦτο νῦν ἐστιν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. Αὕτη κληθήσεται γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. »

« Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασαν· δέρμα καὶ κρέας ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἐνεῖρας. Μνήσθητι ὅτι πηλόν με ἔπλασας, εἰς δὲ γῆν με πάλιν ἀποστρέφεις. »

« Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν· μέντοι γε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος, πλὴν μάτην ταράσσεται. »

« Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. »

« Τὰ πάντα ἐγένετο ἐκ τοῦ χοός, καὶ τὰ πάντα ἐπιστρέφει εἰς τὴν γῆν. »

« Ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ κατ' εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. »

« Ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σου καὶ τῇ σοφίᾳ σου κατασκευάσας ἄνθρωπον, ἵνα δεσπόζῃ τῶν ὑπὸ σοῦ γενομένων κτισμάτων, καὶ διέπῃ τὸν κόσμον ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν εὐθύτητι κρίσιν κρίνῃ. »

« Εἰμὶ μὲν κἀγὼ θνητὸς ἄνθρωπος, ἴσος ἅπασιν καὶ γηγενοῦς ἀπόγονος πρωτοπλάστου, καὶ ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἐγλύφην σάρξ, δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ παγεὶς ἐν αἵματι, ἐκ σπέρματος ἀνδρός, καὶ ἡδονῆς ὕπνῳ συνελθούσης. Καὶ ἐγὼ δὲ γενόμενος ἔσπασα τὸν κοινὸν ἀέρα, καὶ ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ κατέπεσα γῆν, πρώτην φωνὴν τὴν ὁμοίαν πᾶσιν ἴσα κλαίων· ἐν σπαργάνοις ἀνετράφην καὶ ἐν φροντίσιν. Οὐδεὶς γὰρ βασιλεὺς ἑτέραν ἔσχε γενέσεως ἀρχήν· μία δὲ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν κόσμον, ἔξοδος ἴση. »

« Κύριος ἔκτισε ἐκ γῆς ἄνθρωπον· ἡμέρας ἀριθμοὺς καὶ καιρὸν ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπ' αὐτῆς. Κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ἐποίησεν αὐτόν, καὶ ἔθηκεν τὸν φόβον αὐτοῦ ἐπὶ πάσης σαρκός, κατακυριεύειν θηρίων καὶ ἑρπετῶν. Διαβούλιον, καὶ δόξαν, καὶ ὀφθαλμούς, καὶ ἐπιστήμην συνέσεως ἐνέπλησεν αὐτόν, καὶ ἀγαθὰ καὶ κακὰ ὑπέδειξεν αὐτῷ. »

« Πάντα ὅσα ἀπὸ γῆς, εἰς τὴν γῆν ἐπελεύσεται. »

« Αὐτοῦ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεός, ἵνα ἐν αὐτῷ περιπατήσωμεν. »

« Βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων. »

Αὐτὸς ὁ Δημιουργὸς καὶ Δεσπότης τῶν ἁπάντων

## VARIÆ LECTIONES.

* Hinc emenda editionem Usserii, qui ex conjectatione ita restituerat, αὐτοῦ σοφίᾳ ἐκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε διεμέρισεν.

ἔργοις αὐτοῦ ἀγάλλεται. Τῷ γὰρ παμμεγέ- A θει αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν, καὶ τῇ ἀκα- ταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει διεκόσμησεν αὐτούς· γῆν δὲ ...σεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος, καὶ ...ν ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου θελήματος θεμέ- Ἐπὶ τούτοις τὸν ἐξοχώτατον καὶ παμμεγέθη ... ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ καὶ ἀμώμοις χερσὶν ..., τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. Οὕτως γὰρ ὁ Θεός· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ..., καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θ... ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. » ... οὖν πάντα τελειώσας, ἐποίησεν αὐτά, καὶ ηὐ- ..., καὶ εἶπεν· « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. » ... ὀστέων ἐξήπται ἄτηκτον οὐσίαν; τίς δὲ συνέδη- ...τείνεσθαι νεύροις, καὶ ἀνίεσθαι περὶ τὰς ἁρ- ... καμπτόμενα τὰ μέλη; τίς δὲ ἐξύμωσε χυμούς, B ... αἵματι, καὶ μαλθακὴν ἡμῖν ἐκ νοὸς σάρκα; ... ὁ ἀριστοτέχνης τὴν λογικωτάτην εἰκόνα καὶ ...ον τὸν ἄνθρωπον, ἡμᾶς ἑαυτοῦ τεκταινόμενος, ...προπλαστῶν ἐξ ὑγρῶν καὶ βραχυτάτων σπερμά- ... μήτρᾳ. Τίς γάρ ἐστιν ὁ προμηθούμενος μὴ ...ίγεσθαι τῷ ὑγρῷ, καὶ τῇ συνοχῇ τῶν ἀγγείων ...ζόμενον ἔσω τὸ ἔμβρυον; ἢ τίς ὁ μετὰ τὸ ...ῆναι, καὶ εἰς φῶς ἀνελθεῖν, εἰς μέγεθος, καὶ ..., καὶ ῥώμην, ἐξ ἀσθενοῦς καὶ βραχέος μετα- ..., εἰ μὴ αὐτὸς οὗτος ὁ ἀριστοτέχνης, ὡς ἔφην, τῇ ποιητικῇ δυνάμει μετασχηματίζων, καὶ ...γραφῶν τὰς ἰδέας; Ὁ Θεὸς ἀθανασία ἐστί, ..., καὶ ἀφθαρσία· ἔργον δὲ ἄνθρωπος Θεοῦ· ... τὸ ὑπὸ ἀθανασίας ἐργασθὲν, ἀθάνατον. Διὸ C ... ἄνθρωπον ηὐτούργησεν αὐτός· τὰ δὲ λοιπὰ ...ῶν ζώων, ἀέρι, καὶ γῇ, καὶ ὕδατι προσέταξε ... « Ἐξαγαγέτω, λέγων, τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ζω- ...χῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ ...ρέωμα τοῦ οὐρανοῦ. » Καί, « Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα, καὶ ἑρπετά, καὶ ... τῆς γῆς κατὰ γένος. » Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ..., « Ἐξαγαγέτω, » ἀλλά, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον ...κόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Καί, ... ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασεν αὐ-

et Dominus omnium, in operibus delectatur. Ex- enim ingentissimo robore suo cœlos fulcivit, et incomprehensibili industria sua ornavit: terram autem distinxit ab aqua eam ambiente, et super tuto voluntatis suæ fundamento stabilivit. Deinde excellentissimum et præcelsum prorsus hominem suismet immaculatis manibus finxit, qui imaginis suæ effigiem referret. Sic enim Deus ait: « Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: masculum et feminam fecit eos (*Gen.* I, 26, 27). » Quæ omnia cum absolveret, isthæc fecit, benedixitque et ait: « Crescite et multiplicamini (*ibid.* 28). »

*S. Methodii de resurrec.* — Quis duram ossium substantiam compegit? quis membra colligavit, ut nervis tenderentur, et circa juncturas inflexa laxarentur? Quis humores mollemque ex humo carnem, sanguine eam perfundendo, fermentavit? solus plane præstantissimus artifex Deus, qui hominem, id est ratione præditum et animatam imaginem suam, nos, inquam, fabricavit, et ex humido et perexiguo semine in vulva matris, velut e cera conformavit. Ecquis enim est qui providet, ne fetus humoris copia, et compressione vasorum obrutus, intus præfocetur? aut quis, postquam gestatus utero est, et tandem in lucem editus, ex imbecilli et pusillo magnum, pulchrum et robustum reddidit, nisi idem ipse, quem modo dicebam, præstantissimus conditor Deus, qui potentiæ suæ **311** efficacitate, instar pictoris cujusdam, formas in diversum mutat? Deus immortalitas est, vita et incorruptio: opus autem Dei, homo. Quidquid porro ab immortalitate factum est, immortale sit oportet. Ac proinde quidem hominem ipsemet effecit: reliqua autem animantium genera, aeri, terræ, et aquis producenda mandavit. « Producant enim, inquit, aquæ reptilia viventium animarum, et volatilia volantia super terram, per firmamentum cœli (*Gen.* I, 20). » Et: « Producat terra animam viventem secundum genus (*ibid.* 24). » At de homine non item dixit, *Producat*; sed: « Faciamus ... ad imaginem nostram et similitudinem Et assumpsit Deus pulverem de terra, et effinxit

... ἔκτισεν ὁ Θεός, οὐχὶ νόσον· καὶ ψυχὴν ...εν ὁ Θεός, οὐχὶ δὲ ἁμαρτίαν· ἐκακώθη δὲ ἡ ...παρατραπεῖσα τοῦ κατὰ φύσιν. Ἦν ποτε Ἀδὰμ ... τόπῳ, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει. Διὰ τί οὐκ εὐθέως D συγκατεσκευάσθη καὶ τὰ ἐνδύματα; Ὅτι οὔτε ... ἔπρεπεν εἶναι ταῦτα, οὔτε ἐκ τέχνης. Τὰ μὲν ...σικὰ ἴδια τῶν ἀλόγων ἐστίν, οἷον πτερὰ καὶ ..., καὶ δερμάτων παχύτης, στέγειν μὲν χειμῶ- ...ρειν δὲ καύσωνας δυναμένων· ἀνθρώπῳ δὲ ... κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ...ταγμένας τῶν ἀγαθῶν τὰς ἀντιδόσεις ὑπάρ-

*Basil. Hom. quod Deus non est auctor mali.* — Deus corpus quidem condidit, sed non morbum; sic quoque animam fecit, sed non peccatum. Vitio autem imbuta anima est, postquam ab eo quod naturæ consentaneum erat, deflexit. Erat quondam Adamus sursum, non loco, sed animi destinatione. Cur autem indumenta simul ipsi parata non sunt? ... quia nec naturalia, nec arte elaborata esse conveniebat. Naturalia enim brutis peculiaria sunt, ut plumæ, pili, crassæ pelles: quippe quæ algores et æstus perinde ferre queant. At hominem decebat pro sua erga Deum charitate, diversa quoque bonorum præmia referre.

..., τίς ἡ ἀπὸ ψυχῆς τῇ σαρκὶ ἐνδιδομένη δύ- ... καὶ τίς ἡ ἀπὸ σαρκὸς πρὸς ψυχὴν ἐπανιοῦσα ...σις· πῶς δέχεται μὲν τὴν ζωὴν ἐκ τῆς ψυ-

*Ejusd. hom. in illud: Attende tibi ipsi.* — Considera quænam sit ea potentia, quam anima carni impertit, et vicissim quænam a carne ad animam

sympathia reflectatur : ac rursum quomodo corpus vitam accipiat ab anima, anima vero dolores a corpore contrahat. Quænam veluti promptuaria disciplinarum habeat : qui fiat, ut rerum prius perceptarum cognitioni, posteriorum accessio minime tenebras effundat, verum memoriæ earum sine confusione, ac distinctæ, in principali animi parte, tanquam in ænea quadam columna, insculptæ conserventur. Quonam modo animus, ad carnis affectiones provolutus, pulchritudinem amittat suam; et rursus, contractas vitii sordes per virtutem abstergens, ad Creatoris similitudinem redeat. Jam vero post animæ contemplationem, corporis quoque structuram, si libet, animadverte : et mirare, quo pacto eximius ille artifex accommodum in eo domicilium rationali animæ exstruxit. Ex omnibus animantibus solum hominem rectum fecit, ut ex ipsa figura perspicias, vitam tuam supernæ cognationis esse. Enimvero quadrupedia omnia animantia in ventrem prona sunt : at homini promptus est in cœlum prospectus; uti nec ventri, nec eis quæ sub ventre sunt, studeat, sed omni contentione animi ad supera proficiscatur. Deinde capite ipsius altissima in sede posito, plurimos eosque digniores sensus in ipso defixit. Illic visus, auditus, gustus, olfactus, omnes vicinis simul sedibus collocati : et quanquam angusta regione arctentur, nullus tamen vicini sui actioni impedimento est.

A χῆς τὸ σῶμα, δέχεται δὲ ἀλγηδόνας ἀπὸ τοῦ σώματος ἡ ψυχή· ποίας ἀποθήκας τῶν μαθημάτων ἔχει· διὰ τί οὐκ ἐπισκοτεῖ τῇ γνώσει τῶν προλαβόντων ἡ τῶν ἐπιγινομένων προσθήκη, ἀλλὰ σύγχυτοι καὶ εὐκρινεῖς αἱ μνῆμαι, οἷον χαλκῇ τις στήλῃ τῷ ἡγεμονικῷ τῆς ψυχῆς ἐγκεχαραγμέναι διαφυλάττονται· πῶς μὲν πρὸς τὰ τῆς σαρκὸς ὑπολισθαίνουσα πάθη τὸ οἰκεῖον ἀπόλλυσι κάλλος· πῶς δὲ πάλιν τὸ ἀπὸ κακίας αἶσχος καθαιρομένη δι' ἀρετῆς, πρὸς τὴν ὁμοίωσιν ἀνατρέχει τοῦ Κτίσαντος. Πρόσχες, εἰ δοκεῖ, μετὰ τὴν τῆς ψυχῆς θεωρίαν καὶ τὴν τοῦ σώματος κατασκευήν· καὶ θαύμασον, ὅπως πρέπον ἐν αὐτῷ καταγώγιον τῇ λογικῇ ψυχῇ ὁ ἀριστοτέχνης ἐδημιούργησεν. Ὄρθιον μόνον ἔπλασεν τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον, ἵνα ἐκ τοῦ σχήματος ἴδοις, ὅτι ἐκ τῆς ἄνωθεν συγγενείας ἐστὶν B ἡ ζωή σου. Τὰ μὲν γὰρ τετράποδα πάντα πρὸς τὴν γαστέρα νένευκεν, ἀνθρώπῳ δὲ ἑτοίμη πρὸς οὐρανοὺς ἡ ἀνάβλεψις, ὥστε μὴ σχολάζειν τῇ γαστρὶ, μηδὲ τοῖς ὑπογαστρίοις πάθεσιν, ἀλλ' ὅλην ἔχειν τὴν ὁρμὴν τοῦ ἄνω πορεύεσθαι. Ἔπειτα τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τὸ ὑψηλότατον θεὶς, ἐν αὐτῇ τὰς πλείστου ἀξίας τῶν αἰσθήσεων καθιδρύσατο. Ἐκεῖ ὄψις, καὶ ἀκοὴ, καὶ γεῦσις, καὶ ὄσφρησις, πᾶσαι ἐγγὺς ἀλλήλων κατῳκισμέναι, καὶ οὕτω περὶ τὸ βραχὺ χωρίον στενοχωρούμεναι, οὐδὲν ἑκάστη παρεμποδίζει τὴν ἐνέργειαν τῆς γείτονος.

*Ejusdem.* — Ex nihilo producti sumus, atque ad imaginem Creatoris effecti. Mentem et sermonem, quibus nostra natura numeris suis absolvitur, habemus; quorum opera Dei cognitionem adepti sumus.

Παρήχθημεν εἰς τὸ εἶναι μὴ ὄντες, καὶ κατ' εἰκόνα C τοῦ Κτίσαντος ἐγενήθημεν, νοῦν καὶ λόγον συμπληροῦντα ἡμῶν τὴν φύσιν ἔχοντες, δι' οὗ Θεὸν ἐγνωρίσαμεν.

*Ejusdem.* — Mundus hic, et mortalis est, et morientium regio. Quoniam enim ea quæ in aspectum cadunt, concretæ conditionis sunt; atque ita comparatum **312** est, ut quidquid compositum est, solvatur tandem, et intereat : profecto necesse est, ut nos qui in mundo vivimus, et pars mundi sumus, naturæ quoque universi participes simus.

Ὁ κόσμος οὗτος αὐτός τέ ἐστι θνητὸς, καὶ χωρίον ἀποθνησκόντων. Ἐπειδὴ γὰρ σύνθετός ἐστι τῶν ὁρωμένων ἡ σύστασις, τὸ δὲ σύνθετον ἅπαν διαλύεσθαι πέφυκεν, οἱ ἐν τῷ κόσμῳ ζῶντες, μέρη ὄντες τοῦ κόσμου, ἀναγκαίως τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἀπολαύομεν.

*Basil. hom.* 1 *in Hexaem.* — Quæ a tempore initium duxerunt, ea quoque tempore finiri oportet. Si mundus temporale initium habet, de fine nihil est cur dubites.

Τὰ ἀπὸ χρόνου ἀρξάμενα, ἀνάγκη πάντως καὶ ἐν χρόνῳ συστέλλεσθαι. Εἰ ἀρχὴν ἔχει χρονικὴν, μὴ ἀμφιβάλῃς περὶ τοῦ τέλους.

*Greg. Naz. orat.* 1. — Quisnam est qui per sapientiam suam hominem condidit, et ea quæ dissidebant, copulavit, ut pulvere cum spiritu commisto, animal visibile simul et invisibile composuerit, temporarium et immortale, terrenum et cœleste; quod Deum attingeret, nec comprehenderet, eique proximum esset et remotum?

Τίς ὁ τῇ σοφίᾳ κατασκευάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ D εἰς ἓν ἀγαγὼν τὰ διεστῶτα, καὶ μίξας τὸν χοῦν τῷ πνεύματι, καὶ συνθεὶς ζῶον ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, ἁπτόμενον Θεοῦ, καὶ οὐ περιδρασσόμενον, ἐγγίζον καὶ μακρυνόμενον;

*Ejusdem, orat.* 15. — Quo pacto cum corpore sim conjunctus, nescio : nec qua ratione simul imago sim Dei, ac volutor in cœno. Quod si bene valeat, bellum movet : sin vero debellatur, excruciat; quod et uti conservum amo, et ut inimicum detestor : quod ut vinculum fugio, et ut ejusdem particeps hæreditatis revereor. Si macerare contendam, jam non suppetit mihi, quo socio ad res bene gerendas utar. Nimirum, cum nequaquam

Ὅπως συνεζύγην, οὐκ οἶδα, καὶ πῶς εἰκών τέ εἰμι Θεοῦ, καὶ τῷ πηλῷ συμφύρομαι. Ὃ καὶ εὐεκτοῦν πολεμεῖ, καὶ ἀνιᾷ πολεμούμενον· ὃ καὶ ὡς σύνδουλον ἀγαπῶ, καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀποστρέφομαι· ὃ καὶ ὡς δεσμὸν φεύγω, καὶ ὡς συγκληρονόμον αἰσχύνομαι. Τῆξαι φιλονεικῶ, καὶ οὐκ ἔχω τίνι συνεργῷ πρὸς τὰ κάλλιστα χρήσομαι, ὡς εἰδὼς εἰς ὃ γέγονα, καὶ ὅτι δεῖ με πρὸς Θεὸν ἀνατεῖναι διὰ τῶν πράξεων. Φείδομαι ὡς συνεργοῦ, καὶ οὐκ ἔχω πῶς φύγω τὴν ἐπανάστα-

σιν, ἢ πῶς μὴ ἀπὸ Θεοῦ πέσω, βαρυνθεὶς ταῖς πέδαις, κατασπώσαις ἢ κατεχούσαις εἰς ἔδαφος. Ἐχθρός ἐστιν εὐμενής, καὶ φίλος ἐπίβουλος. Ὢ τῆς συζυγίας καὶ τῆς ἀλλοτριώσεως! Ὃ φοβοῦμαι, περιέπω· ὃ στέργω, δέδοικα· πρὶν πολεμῆσαι, καταλλάσσομαι· καὶ πρὶν εἰρηνεῦσαι, διΐσταμαι. Τίς ἡ περὶ ἐμὲ σοφία; καὶ τί τὸ μέγα περὶ ἐμὲ μυστήριον; ἢ τί βούλεται, μοῖραν ἡμᾶς ὄντας Θεοῦ, καὶ ἄνωθεν ῥεύσαντας, ἵνα μὴ διὰ τὴν ἀξίαν ἐπαιρόμενοι καὶ μετεωριζόμενοι καταφρονῶμεν τοῦ Κτίσαντος, ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα πάλῃ καὶ μάχῃ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ βλέπειν, καὶ τὴν συνεζευγμένην ἀσθένειαν, παιδαγωγίαν εἶναι τοῦ ἀξιώματος, ἵνα εἴδωμεν οἱ αὐτοὶ μέγιστοί τε ὄντες καὶ ταπεινότατοι, ἐπίγειοι καὶ οὐράνιοι, πρόσκαιροι καὶ ἀθάνατοι, κληρονόμοι φωτὸς πυρὸς, εἴτουν σκότους, ὁποτέρως ἂν νεύσωμεν; Τοιοῦτον τὸ κρᾶμα ἡμῶν, καὶ διὰ ταῦτα· ὥς γοῦν ἐμοὶ καταφαίνεται· ἵνα ὅταν ἐπαιρώμεθα διὰ τὴν εἰκόνα, διὰ τὸν χοῦν συστελλώμεθα.

A ignorem cujus rei causa sim procreatus, quodque mihi per actiones ad Deum ascendere incumbat: sin contra, ut cum adjutore mitius agam, nulla jam ratio occurrit, qua rebellantis impetum fugiam, aut ne a Deo prorsus excidam, ejusmodi compedibus gravatus, qui me ad terram detrahant, vel detineant. Hostis est blandus et facilis, et insidiosus amicus. O qualis ista conjunctio est! quæ inimicitiarum ratio! quod vereor, amplector: quod amo, hoc perhorresco. Antequam bellum geri incipiat, in gratiam cum eo redeo: et ante constitutam pacem, ab eo dissideo. Quanam Dei sapientia hoc mihi accidit? quonam magno arcanoque consilio? An hoc agit, ut cum portio Dei simus, seu superne fluxerimus; ne ob ejusmodi dignitatem B insolenti fastu elati, Creatorem aspernemur, in ea quæ nobis cum corpore est colluctatione et pugna, ipsum semper intueamur, sicque connexa nobis infirmitas, dignitatem nostram regat et erudiat? Videlicet ut intelligamus, nos maximos juxta et abjectissimos esse, terrenos et cœlestes, temporaneos et immortales, lucis et ignis, seu etiam tenebrarum hæredes, prout ad alterutrum nobis propendere contigerit. Hæc nostra temperatura est: et istis de causis (quantum quidem ipse perspicere valeo) ut cum dignitas imaginis animos nobis extulerit, nos terra contrahat et deprimat.

Τάξις τὸν ἄνθρωπον ἐκ λογικοῦ καὶ ἀλόγου συγκρίματος ζῶον λογικὸν συνεστήσατο, καὶ συνέδησε μυστικῶς καὶ ἀῤῥήτως τὸν χοῦν τῷ νοΐ, τὸν νοῦν τῷ πνεύματι· καὶ ἵνα θαυματουργήσῃ τι μεῖζον ἐν τῷ ἑαυτοῦ πλάσματι, τὸ αὐτὸ καὶ διεσώσατο, καὶ διέλυσεν. Τὸν μὲν γὰρ ἐπεισήγαγεν, τὸν δὲ ὑπεξήγαγεν, ὥσπερ ἐν ῥεύματι, καὶ τῷ θνητῷ τὴν ἀθανασίαν ἐπραγματεύσατο διὰ λύσεως.

*Ejusdem, orat.* 26. — Ordo hominem ex massa partim rationali, partim aversa a ratione, animal rationale construxit, et arcano modo terram cum mente, mentem cum spiritu vinxit. Et, ut mirabilius quiddam in figmento atque opere suo patraret, idem ipsum et conservavit, et dissolvit. Alterum C enim superinduxit, alterum subduxit, non secus atque in aquarum fluxu; et corpori mortali immortalitatem per solutionem comparavit.

Τίς ἡ μίξις ἡμῶν; τίς ἡ κίνησις; πῶς τὸ ἀθάνατον τῷ θνητῷ συνεκράθη; πῶς κάτω ῥέω, καὶ ἄνω φέρομαι; πῶς ψυχὴ περιφέρεται, καὶ ζωὴν δίδωσι, καὶ πάθους μεταλαμβάνει; πῶς ὁ νοῦς περιγραπτὸς καὶ ἀόριστος, ἐν ἡμῖν μένων, καὶ πάντα ἐφοδεύων τάχει φορᾶς καὶ ῥεύσεως; πῶς μεταλαμβάνεται λόγῳ καὶ μεταδίδοται, καὶ δι' ἀέρος χωρεῖ, καὶ μετὰ τῶν πραγμάτων εἰσέρχεται ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων;

*Ejusdem, orat.* 34. — Quænam hæc mistio nostra est? quis motus? quomodo id quod immortale est, cum re mortali temperatum fuit? Qui fit ut anima circumferatur, et vitam impertiat, affectuumque sit particeps? Qui fit ut mens, et circumscripta sit, et **313** indefinita: in nobis maneat, et motus fluxusque pernicitate omnia perlustret? qui fit, ut sermonem percipiat, et vicissim communicet; aerem pervadat, et adminiculo sensuum in ipsas res ingrediatur?

Οὐχ ἵνα φάγωμεν καὶ πίωμεν, καὶ περιβαλώμεθα, ἐγεννήθημεν, ἀλλ' ἵνα φύγωμεν κακίαν, ἑλώμεθα δὲ ἀρετὴν, τῆς θείας ἐπιλαβόμενοι φιλοσοφίας. Ὅτι γὰρ οὐχ ἵνα φάγωμεν καὶ πίωμεν, ἐγεννήθημεν, ἀλλ' ἐφ' ἑτέροις πολλῷ μείζοσι καὶ βελτίοσιν, ἄκουσον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν αἰτίαν λέγοντος, ἐφ' ᾗ ἄνθρωπον ἐποίησεν· διαπλάττων γὰρ αὐτὸν, οὕτω πως φησί· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Ὅμοιοι δὲ τοῦ Θεοῦ γινόμεθα, οὐκ ἐσθίοντες καὶ πίνοντες καὶ περιβαλλόμενοι· Θεὸς γὰρ οὔτε ἐσθίει, οὔτε πίνει, οὔτε περιβάλλεται· ἀλλὰ δικαιοσύνην ἀσκοῦντες, καὶ φιλανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενοι, χρηστοὶ καὶ ἐπιεικεῖς ὄντες, τοὺς πλησίον ἐλεοῦντες, ἅπασαν ἀρετὴν διώκοντες· ἐπεὶ τὸ φαγεῖν καὶ τὸ πιεῖν, κοινὸν πρὸς τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν

*Chrysost. Homo cur conditus.* — Non ut edamus, D et bibamus, et induamur, nati sumus; sed, arrepta divina philosophia, vitium fugiamus, et virtutem amplexemur. Nam quod, non ut edamus et bibamus, sed ob alia longe majora et præstantiora in lucem editi simus, audi quam causam Deus afferat, cur hominem condiderit. Cum enim eum formavit, ad hunc modum locutus est: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. » Deo porro similes efficimur, non quando edimus, et bibimus, et induimur (Deus quippe nec edit, nec bibit, nec vestibus utitur), sed quando tum benignitate et modestia, tum misericordia erga pauperes, omniumque virtutum studio justitiam colimus, et humanitatis specimen damus. Edere siquidem et bibere, nobis

cum brutis commune est, neque hac in parte præstantiores illis sumus.

*Ejusd., imo incerti auctoris, alterius prorsus a Chrysostomo.* — Quid utilitatis attulerunt sapientes Græcorum, dum sermones quidem commenti sunt, sermonis vero datorem minime cognoverunt? Quem, quæso, fructum hominum generi attulit Plato, dum linguam quidem [a] dilatavit, nullo autem beneficio animam ornavit? Annon iis qui de anima longos tractatus ediderunt, animam ipsi exhalarunt; dum eum, qui animam ipsis inspiraverat, haudquaquam agnoscere voluerunt? Si rerum omnium effectorem cognovissent, Moysi famulo ejus utique adhibuissent fidem, dicenti: « Et creavit Dominus hominem pulverem de terra; et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ: et factus est homo in animam viventem. » Vides, quo pacto opus Dei homo sit, animatum illud Dei pignus et instrumentum, animalis ratione præditi radix, ut qui in costa feminam gestaret? Vides, qua ratione effictus sit homo? quemadmodum mirabiliter formatus sit Adam! Atqui mirabiliter conditus est, et supra naturam genuit. Naturali quidem modo Cainum et Abelem procreavit, velut his verbis testatur Scriptura: « Cognovit Adam uxorem suam, et concepit, et peperit (*Gen.* IV, 1). » Quod autem naturam excedit, illud est quod quæritur; nempe quo pacto Evam uxorem filiamque suam genuerit. Tametsi enim Deus hanc condidit, tamen costam ab Adamo mutuatus est. Quocirca, dum eam conformabat, soporem et excessum immisit in Adam, et tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Verum quamvis altissimo somno Adam obdormierit, non tamen eum latuit quod Dominus clam egerat. Adam enim, ubi primum Evam vidit, cum latus suum tetigisset, a se quod sibi deerat datum cum carnis incremento comperit, et ratione præditum animal suscepisse. Idcirco, cum Deus feminam ad Adamum adduxisset, ut videret quo eam nomine nuncuparet, respondens Adam Deo dixit: Quid mihi, Domine, hanc ceu peregrinam adduxisti? verum non mihi stupori hoc spectaculum est. Carnem quippe meam agnosco: rationale animal mihi donasti. Etsi forma diversa est, natura tamen copulatur. Itaque vira vocetur: quoniam **314** de viro sumpta est, et ex ejus costa formata: ideoque sub imperio sit, quia non ex capite, sed ex latere accepta fuit.

*Philonis, De opif. hom. — Hominis ætates.* — Primo annorum septenario dentes enascuntur. Secundo genitale semen emitti incipit. Tertio barba crescit. Quarto vires augescunt. Quinto ineundi matrimonii tempus est. Sexto prudentia initium sumit. Septimo fibræ roborantur, et menti et rationi incrementum accedit. Octavo utrumque perficitur. Nono, sedatis majori parte affectibus, lenitas et mansuetudo patescit. Decimo, optandus vitæ finis contingit, corporis videlicet membris adhuc integris. Solet enim longa senectute unumquodque membrum debilitari et frangi. Hippocrates medicus

A ἡμῖν ἐστιν, καὶ οὐδὲ ἐκείνων κατὰ τοῦτο ἀμείνους ἐσμέν.

Τί ὠφέλησαν οἱ Ἑλλήνων σοφοὶ, τοὺς λόγους μηχανησάμενοι, καὶ τὸν τοῦ λόγου δοτῆρα μὴ γνωρίσαντες; Τί ὠφέλησεν Πλάτων, τὸ μὲν στόμα πλατύνας [a], τὴν δὲ ψυχὴν μὴ εὐεργετήσας; Οὐχ οἱ πολλὰ περὶ ψυχῆς διαλαβόμενοι, καθ' ἑαυτοὺς ἀπέψυξαν, τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτοῖς τὴν ψυχὴν ἐπιγνῶναι μὴ θελήσαντες; Εἰ γὰρ ἔγνωσαν τὸν ποιητὴν τῶν ἁπάντων, ἐπείσθησαν τῷ Μωσεῖ τῷ θεράποντι λέγοντι· « Καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο εἰς ψυχὴν ζῶσαν. » Εἶδες πῶς ἔργον Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος, τὸ ἔμψυχον τοῦ Θεοῦ κειμήλιον, ἡ ῥίζα τοῦ λογικοῦ ζώου, ὁ ἐν τῇ πλευρᾷ
B τὴν γυναῖκα βαστάζων; εἶδες πῶς διεπλάσθη ὁ ἄνθρωπος; πῶς παραδόξως ἐγένετο ὁ Ἀδάμ; παραδόξως ἐπλάσθη, καὶ ὑπὲρ φύσιν ἐγέννησε· φυσικῶς μὲν ἐγέννησε τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ, καθώς φησιν ἡ θεία Γραφή· Ἔγνω Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν· τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν φύσιν, τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον· πῶς Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ θυγατέρα ἐγέννησεν. Εἰ καὶ Θεὸς αὐτὴν ἐδημιούργησεν, ἀλλ' ὅμως ἐκ τοῦ Ἀδὰμ τὴν πλευρὰν ἐδανείσατο. Ὅθεν καὶ διαπλάττων αὐτὴν, ὕπνον ἐνέβαλεν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ ἔκστασιν, καὶ ἔλαβεν μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν ἐκστάσει ὑπνώσε τὸν Ἀδὰμ, ὃν οὐκ ἔλαθεν ὃ ὁ Θεὸς
C ἐποίησεν ἐν κρυφῇ· μόνον γὰρ εἶδεν ὁ Ἀδὰμ τὴν Εὔαν· ἥψατο τῆς ἑαυτοῦ πλευρᾶς, καὶ εὗρε τὸ λεῖπον μετὰ προσθήκης σαρκὸς δεδωκὼς, καὶ λογικὸν ζῶον ὑποδεξάμενος. Ὅθεν καὶ τοῦ Θεοῦ προσαγαγόντος τὴν γυναῖκα τῷ Ἀδὰμ ἰδεῖν τί καλέσει αὐτὴν, ἀποκριθεὶς ὁ Ἀδὰμ πρὸς τὸν Θεὸν, εἶπεν, Τί μοι ταύτην ὡς ξένην παρήγαγες, Δέσποτα; οὐκ ἐκπλήττομαι τῇ θέᾳ. Ἐγνώρισα γάρ μου τὴν σάρκα. Ἐχαρίσω μοι ζῶον λογικὸν, εἰ καὶ διαφέρει τῷ σχήματι, ἀλλ' ἥνωται τῇ φύσει. Γυνὴ καλείσθω· ἐξ ἀνδρὸς γὰρ ἐλήφθη, καὶ ἐκ τῆς πλευρᾶς ἐπλάσθη. Ἔστω οὖν ὑπὸ χεῖρα. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐλήφθη, ἀλλ' ἐκ τῆς πλευρᾶς.

D Κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἑπταετίαν ἔκφυσις ὀδόντων ἐστίν· κατὰ δὲ τὴν δευτέραν, καιρὸς τοῦ προΐεσθαι σπέρμα γόνιμον. Τρίτη δὲ, γενείων αὔξησις. Τετάρτη δὲ, πρὸς ἰσχὺν ἐπίδοσις. Πέμπτη δ' αὖ γάμων ὥρα. Ἕκτη, συνέσεως ἀρχή. Ἡ δὲ ἑβδόμη, βελτίωσις ἀμφοῖν, καὶ συναύξησις νοῦ καὶ λόγου. Ὀγδόη δὲ, ἡ ἐν ἑκατέρῳ τελείωσις. Κατὰ δὲ τὴν ἐννάτην, ἡ ἐπιείκεια καὶ πρᾳότης τῶν παθῶν ἐπὶ πλεῖον ἡμερωθέντων. Κατὰ δὲ τὴν δεκάτην, τὸ εὐκταῖον τοῦ βίου τέλος, ἔτι τῶν ὀργανικῶν μελῶν συνεστηκότων. Φιλεῖ γὰρ τὸ μακρὸν γῆρας ἕκαστον ὑποσκελίζειν καὶ παραιρεῖσθαι. Ἰατρὸς Ἱπποκράτης, ἡλικίας ἑπτὰ

VARIÆ LECTIONES.

[a] [illegible]

εἶναι φησί· παιδίου, παιδὸς, μειρακίου, νεανίσκου, ἀνδρὸς, πρεσβύτου, γέροντος. Ταύτας δὲ μετρεῖσθαι μὲν ἑβδομάσιν, οὐ μὴν ταῖς κατὰ τὸ ἑξῆς. Λέγει δὲ οὕτως· « Ἐν ἀνθρώπου φύσει ἑπτά εἰσιν ὧραι, ἃς ἡλικίας καλέουσιν· παιδίον, παῖς, μειράκιον, νεανίσκος, ἀνὴρ, πρεσβύτης, γέρων. Καὶ παιδίον μέν ἐστιν ἄχρι ἑπτὰ ἐτῶν, τουτέστι τῆς τῶν ὀδόντων ἐκβολῆς. Παῖς δὲ ἄχρι γονῆς ἐκφύσεως, εἰς τὰ δὶς ἑπτά. Μειράκιον ἄχρι γενείου λαχνώσεως, ἐς τὰ τρὶς ἑπτά· νεανίσκος δὲ ἄχρις αὐξήσεως ὅλου τοῦ σώματος, ἐς τὰ τετράκις ἑπτά. Ἀνὴρ δ' ἄχρις ἑνὸς δέοντος πεντήκοντα· πρεσβύτης δὲ, ἄχρι πεντήκοντα, ἐς τὰ ἑπτάκις ὀκτώ. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν, γέρων. »

A ætates septem esse ait, infantiam nimirum, pueritiam, adolescentiam, juventutem, virilem ætatem, provectam et senilem. Has porro septenariis quidem metitur, non tamen continuis. His autem verbis utitur : « In hominis natura septem sunt temporum vicissitudines, quas ætates appellant, infans, puer, adolescens, juvenis, vir, ætate provectus, senex. Infans usque ad septem annos est, hoc est dum dentes eduxerit. Puer, donec semen emiserit, hoc est usque ad quartum et decimum annum. Adolescens, quoad lanugo prima oriatur, hoc est ad tres annorum hebdomades. Juvenis, quoad totum corpus creverit, hoc est usque ad quatuor hebdomades. Vir, usque ad undequinquagesimum; hoc est ad septem annorum hebdomades. Senescens, usque ad sextum et quinquagesimum annum, hoc est octavum septenarium. Deinceps autem senex.

B Δυνατὸν ἐν τριακοστῷ ἔτει αὐτὸν ἄνθρωπον πάππον γενέσθαι. Ἡβᾷν μὲν περὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡλικίαν, ἐν ᾗ σπείρει, τὸ δὲ σπαρὲν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ γενόμενον, πάλιν πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει τὸ ὅμοιον ἑαυτῷ γεννᾷν.

Fieri potest, ut quispiam in anno tricesimo avus sit, nempe ut anno decimo quarto pubescat, et genituram emittat : quodque satum est, cum intra unius anni spatium in lucem editum fuerit, rursus decimo quinto anno simile sui gignat.

Πᾶν τὴν ἀρχὴν ἔχον, καὶ τέλος ἐπιδέχεται. Τὸ δὲ τέλος ἐπιδεχόμενον, φθορᾶς ἐστι δεκτικόν.

*Eustath. cont. Arian.* — Quidquid principium habet, finem quoque habiturum est : quod autem finem admittit, corruptioni proinde obnoxium est.

## ΤΙΤΛ. Θ'. — *Περὶ τοῦ αὐτεξουσίου· ὅτι δέδοται ἡμῖν παρὰ Θεοῦ, καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι σωθῆναι καὶ ἀπολέσθαι.*

## TIT. IX. — *De arbitrii libertate : quod ea nobis a Deo data sit, quodque in nobis situm sit salutem consequi, vel perire.*

« Διαμαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον δέδωκα ἐπὶ προσώπου ὑμῶν, καὶ τὴν εὐλογίαν, καὶ τὴν κατάραν. »

*Deut.* XXX, 19. — « Testes invoco hodie cœlum C et terram, quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem. »

« Εἶπον τῇ ψυχῇ μου· Σωτηρία σου εἰμὶ ἐγώ. »

*Psal.* XXXIV, 3. — « Dic animæ meæ : salus tua ego sum. »

« Κύριος ἐξ ἀρχῆς ἐποίησεν ἄνθρωπον, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ. Παρέθηκέν σοι πῦρ καὶ ὕδωρ, οὗ ἐὰν θέλῃς ἐκτείνοις τὴν χεῖρά σου. Ἐναντίᾳ ἀνθρώπου ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκήσῃ αὐτῷ. »

*Eccli.* XV, 14, 15. — « Deus creavit ab initio hominem, et reliquit eum in manu consilii sui. Apposuit tibi aquam et ignem : ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum : et quod placuerit ei, dabitur illi. »

« Ἰδοὺ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. »

*Luc.* XVII, 21. — « Ecce regnum Dei intra vos est. »

« Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ ἐμπαριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε. »

*Rom.* VI, 16. — « Nescitis quoniam cui exhibetis D vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis. »

Θέλουσιν ὑμῖν εὖ πράττειν, Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρέχειν.

*Ignatii, epist. ad Smyrn.* — Volentibus nobis bene agere, Deus ad largiendum promptus est.

Τέθεικα, φησὶ, πρὸ προσώπου σου τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν, δύο ἀντικειμένας φύσεις. Ἀντιστάθμησον αὐτὰς ἐπὶ τοῦ σεαυτοῦ κριτηρίου· ζυγοστάτησον ἀκριβῶς, τί σοι λυσιτελέστερον, τὴν πρόσκαιρον ἑλέσθαι ἡδονὴν, καὶ δι' αὐτῆς τὸν αἰώνιον λαβεῖν θάνατον, ἢ τὴν ἐν τῇ ἀσκήσει τῆς ἀρετῆς ἑλόμενον κακοπάθειαν, ταύτῃ προξένῳ χρήσασθαι τῆς αἰωνίου τρυφῆς.

*Basil. in psal.* LXI. — Posui, inquit, ante faciem tuam vitam et mortem, bonum et malum, duas inter se pugnantes 315 naturas. Perpende ad examen judicii tui, et æqua lance sedulo pondera, utrum conducibilius rationibus tuis sit; nimirum voluptatem brevem et temporariam eligere, et per eam sempiternam mortem accipere, an contra colendæ virtutis causa ærumnis asperam vitam amplexari, et per eam delicias nunquam intermorituras tibi conciliare.

*Τὰ ἐν βίῳ κακὰ, οὐχὶ Θεὸν ἔχει τὸν αἴτιον, ἀλλ'*

*Basil. hom.* Quod Deus non est auctor malo-

— Inferni mala non Deum habent auctorem, A nosipsos. Initium enim et radix omnis peccati nobis sita sunt, inque arbitrii nostri libertate.

*Greg. Nyss.* — Anima regiam dignitatem suam, sublimitatem procul a plebeia vilitate sejunctam ac ostendit, quod nullius dominio mancipata sit, liberam voluntatum suarum potestatem habens, arbitratu suo regatur. Cujus enim alius hoc fuerit, nisi regis? Amplectamur benedictionem, et fugiamus maledictionem. In nobis enim situm est alterutrum eligere, illud puta ad quod animo promptiores fuerimus.

*Chrysost.* — Non semper nobiscum recta Deus agitur: non quod id nequeat (quod absit ut dicamus!), sed ob imbecillitatem nostram. Potest enim ipse vel nutu solo quidquid vult efficere. Nos B vero ex quo potestatis nostræ semel facti sumus, non sustinemus ei in omnibus morem gerere. Quod si nos invitos traheret; eam utique quam ipse dedit, potestatis libertatem nobis eriperet.

*Ejusdem.* — Cum exploratum habeamus, quod et velle, et currere situm sit in nobis, Deum tum per voluntatem, tum per cursum ad opem nobis ferendam pelliciamus. Quem cum attraxerimus, ad optatum rerum finem perveniemus. Expergiscamur igitur, fratres, et animæ salvandæ causa nihil non studii adhibeamus: ut posteaquam hic aliquantisper in laboribus versati erimus, in immortalitate nec senescente ævo bonis immortalibus potiamur.

*Justini Phil. et Mart.* — Cum Deus hominem initio rerum effingeret, quæ naturæ ipsius essent ab C ejusdem potestate pendere voluit, atque periculi faciendi gratia unum ei mandatum imposuit, quod si servasset ille, immortalis eum finis compotem facturus esset: sin violasset, contrarii prorsus.

*Clemen. Alex. orat. Quis dives salvandus sit.* — In homine electio est, ut libero: in Deo largitio, ut domino. Largitur enim iis qui volunt, summoque studio contendunt et precantur: quo salus peculiare munus ipsius sit. Nec enim vim infert Deus (vis quippe inimica est Deo), sed quærentibus largitur, poscentibus præbet, et pulsantibus aperit.

*Ibid.* — Volentibus animis Deus aspirat. Sin autem a promptitudine animi desciverint, spiritus D quoque divino beneficio concessus contrahitur.

*Eleutherii.* — Deus hominem liberum suæque potestatis condidit, ut quod sibi ipse per socordiam et inobsequentiam facessiverat, hoc ei nunc Deus per benignitatem et misericordiam donet, dummodo homo ipsi dicto obedientem se præbeat. Quemadmodum enim violato mandato, mortem ipse accersivit sibi; sic divinæ voluntati obtemperando, sempiternam vitam potest adipisci. Deus enim **216** præcepta sancta nobis dedit, quæ quis-

A ἡμᾶς αὐτούς. Ἀρχὴ γὰρ καὶ ῥίζα πάσης [illegible] τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ αὐτεξούσιον.

Ἡ ψυχὴ τὸ βασιλικόν τε καὶ ἐπηρμένον αὐτόθεν δείκνυσι, πόῤῥω τῆς ἰδιωτικῆς ταπεινότητος κεχωρισμένον, ἐκ τοῦ ἀδέσποτον αὐτὴν εἶναι καὶ αὐτεξούσιον, ἰδίοις θελήμασιν αὐτοκρατορικῶς διοικουμένην. Τίνος γὰρ τοῦτο, εἰ μὴ βασιλέως ἐστίν; Ἀγαπήσωμεν τὴν εὐλογίαν, καὶ φύγωμεν τὴν κατάραν. Ἐφ' ἡμῖν γάρ ἐστιν ἑλέσθαι κατ' ἐξουσίαν ἑκάτερον, πρὸς ὅπερ ἂν τῇ προθυμίᾳ ῥέψωμεν.

Οὐ πάντα ἡμῖν ἐξ εὐθείας ὁμιλεῖ ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ ἑκόντας βούλεται εἶναι καλούς, οὐ διὰ τὸ αὐτοῦ ἀδύνατον· ἄπαγε· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀσθενὲς τὸ ἡμέτερον. B Αὐτῷ γὰρ ἔξεστι νεῦσαι μόνον, μᾶλλον δὲ ποιῆσαι ὅπερ ἂν βούληται. Ἡμεῖς δὲ ἅπαξ ἑαυτῶν γενόμενοι κύριοι, οὐκ ἀνεχόμεθα πάντα ὑπακούειν αὐτῷ. Ἐὰν δὲ ἄκοντας ἑλκύσῃ, ὅπερ ἔδωκεν ἀφαιρήσεται, τὴν τῆς ἐξουσίας ἐλευθερίαν.

Εἰδότες, ὅτι καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ τρέχειν ἐν ἡμῖν ἐστιν, καὶ διὰ τοῦ θέλειν καὶ τοῦ τρέχειν, τὸν Θεὸν ἐπισπασώμεθα πρὸς τὴν ἡμετέραν βοήθειαν· ἐπισπασάμενοι δὲ αὐτὸν, πρὸς τὸ τέλος ἥξομεν τῶν πραγμάτων· διαναστῶμεν οὖν, ἀδελφοί, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐπιδειξώμεθα ἐν τῇ τῆς ψυχῆς σωτηρίᾳ τῆς ἡμετέρας, ἵνα μικρὸν ἐνταῦθα πονέσαντες χρόνον, κατὰ τὸν ἀγήρω καὶ ἀθάνατον αἰῶνα τῶν ἀθανάτων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν.

C Πλάσας ὁ Θεὸς κατ' ἀρχὰς τὸν ἄνθρωπον, τῆς γνώμης αὐτοῦ τὰ τῆς φύσεως ἀπῃώρησεν, ἐντολὴν μίαν ποιησάμενος τὴν διὰ πεῖραν· φυλάξαντα μὲν γὰρ ταύτην, τῆς ἀθανάτου λήξεως πεποίηκεν ἔσεσθαι· παραβάντα δὲ, τῆς ἐναντίας.

Ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ μὲν αἵρεσις ὡς ἐλευθέρῳ· ἐπὶ Θεῷ ἡ δόσις ὡς Κυρίῳ· δίδωσι δὲ βουλομένοις καὶ ὑπερεσπουδακόσι καὶ δεομένοις, ἵνα οὕτως ἴδιον αὐτοῦ ἡ σωτηρία γένηται. Οὐ γὰρ ἀναγκάζει ὁ Θεός· βία γὰρ ἐχθρὸν Θεῷ· ἀλλὰ τοῖς ζητοῦσι πορίζει, καὶ τοῖς αἰτοῦσι παρέχει, καὶ τοῖς κρούουσιν ἀνοίγει.

Βουλομέναις μὲν ὁ Θεὸς ταῖς ψυχαῖς συνεπιπνεῖ. D Εἰ δὲ ἀποσταῖεν τῆς προθυμίας, καὶ τὸ δοθὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα συνεστάλη.

Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐλεύθερον [1] καὶ αὐτεξούσιον, ἵνα ὃ ἑαυτῷ ἐποίησεν δι' ἀμελείας καὶ παρακοῆς, τοῦτο αὐτῷ γοῦν ὁ Θεὸς δωρῆται διὰ φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης, ὑπακούοντος αὐτῷ τοῦ ἀνθρώπου. Καθάπερ γὰρ παρακούσας ὁ ἄνθρωπος, θάνατον ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο, οὕτως ὑπακούων τῷ βουλήματι τοῦ Θεοῦ, δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν αἰώνιον ζωήν. Δέδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐντολὰς ἁγίας, ἃς πᾶς ὁ ποιῶν, δύναται [illegible]

VARIÆ LECTIONES.

[illegible] Ἐλευθέρῳ in margine cod. Vat. appositum puto. Inter versiones [illegible]

καὶ ἀναστάσεως τυχὼν κληρονομήσει τὴν ἀφθαρσίαν.

Ἐν σοὶ ἂν εἴη καὶ φωτὸς ἀπολαύειν, καὶ ζόφῳ συνδιατελέσθαι. Πρὶν παρέβη, καὶ ἠθέτησε ὁ πρωτόπλαστος ἄνθρωπος, χειροήθη εἶχεν πάντα τὰ θηρία, μηδὲν αὐτὸν ἀδικοῦντα παντελῶς. « Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, » εἴρηκεν ὁ Κύριος. Οἱ θησαυροὶ οὖν τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἔνδον τῆς θύρας κεκρυμμένοι τυγχάνουσι.

Λέγουσί τινες περὶ τοῦ ἀνθρώπου, ὅσα δεῖ αὐτὸν ποιῆσαι ἀγαθὰ καὶ πονηρά. Πολλοὶ οὖν ἐμπίπτοντες διὰ τοῦ πονηροῦ εἰς κακὰ, λέγουσιν· Οὐαὶ τῷ ἄστρῳ αὐτοῦ· καὶ πάλιν, ὅτι κατὰ τὸ δοτὸν ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄνθρωποι· ἢ ἐν τῷ ποταμῷ, ἢ ἐν κρημνῷ, ἢ οἰῳδήποτε τρόπῳ. Καὶ τοῦτο ματαιολογοῦντες ἁμαρτάνουσιν. Ὁ γὰρ Θεὸς αὐτεξούσιον ἔδωκε τὴν προαίρεσιν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ὑπέδειξεν αὐτῷ τὴν ὁδὸν τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ σκότους. Τὸ κέρδος καὶ τὴν ζημίαν λέγει διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου· « Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, ἐγὼ οὐκ ἀναγκάζω. » Τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον κέρδος οὐκ ἔχει. Ἐγὼ ὅρους οὐκ ἐπέθηκα· οὐκ ἔταξα ἐπὶ σὲ καλὰ ἢ κακά. Ἐπεὶ εἰ ἐνετείλατό μοι φόνον, ἢ πορνείαν δηλονότι, ποιῆσαι αὐτὰ εἶχον· τὸ γὰρ προστάγματι αὐτοῦ ἀντειπεῖν οὐ δυνατόν. Ἢ τίς κρίνει με τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦντα; οὐδέποτε ὁ Θεὸς θελητής ἐστι κακοῦ ἀνθρώπων. Τὰ γὰρ πειρατήρια τὰ ἐπερχόμενα τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσιν, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· « Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι Ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι. Ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν· πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. Ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας. » Ἐὰν δὲ ποιῇς ἀγαθὸν, τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἐπίγραψον· ἐὰν δὲ πονηρὸν, τῇ τοῦ διαβόλου πονηρίᾳ ἐπίγραψον.

ΤΙΤΛ. Γ'. — *Περὶ τῆς ἀστάτου καὶ ἀβεβαίου τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων καταστάσεως· καὶ τίνι ἔοικεν ἄνθρωπος, καὶ ὁ βίος αὐτοῦ· καὶ ὅτι μάταια τὰ παρόντα, καὶ σκιᾶς ἀδρανέστερα.*

« Προσήλυτοι καὶ πάροικοι ὑμεῖς ἐστε ἐναντίον μου. »

« Πάροικοί ἐσμεν ἐναντίον σου, καὶ κατοικοῦντες, ὡς πάντες οἱ πατέρες ἡμῶν. Ὡς σκιὰ αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς. »

« Γυμνὸς ἐξῆλθον ἐκ κοιλίας τῆς μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι ἐκεῖ. Ὁ βίος μου ἐστὶν ἐλαφρότερος λαλιᾶς. »

« Σκιά ἐστιν ὁ βίος ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς. »

« Βροτὸς γεννητὸς τῆς γυναικὸς, ὀλιγόβιος, καὶ πλήρης ὀργῆς. Ἢ ὥσπερ ἄνθος ἀνθῆσαν ἐξέπεσεν· ἀπέδρα δὲ ὥσπερ σκιὰ, καὶ οὐ μὴ στῇ. »

« Ἄνθρωπος σαπρία, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, σκώληξ. »

A quis expleverit, obtinere salutem potest, et cum a morte revocatus erit ad vitam incorruptionis hæres efficietur.

*Nili.* — In te positum est, ut vel luce fruaris, vel in tenebris verseris. Antequam primus homo a divino mandato recessisset, feras omnes cicures habebat: nec quidquam ipsi ab illis injuriæ irrogabatur. « Ego sum ostium, » dicit Dominus (*Joan.* XV, 9). Itaque thesauri sapientiæ et scientiæ intra ostium absconditi sunt.

*Eusebii.* — De homine, nonnulli sunt qui prædicant quidquid facturus sit boni vel mali. Quocirca multi instinctu mali genii, cum in mala inciderint, dicent: Væ ipsius astro; ac rursus, quod fato quodam homines intereant, sive fluvio, vel præcipi-
B
tio, vel quocunque tandem alio modo. At hæc nugacitas peccato non caret. Nam Deus homini liberam electionem dedit, lucisque et tenebrarum viam ostendit ei. Ac lucrum et damnum per Isaiam prophetam his verbis indicat: « Si volueritis et audieritis, bona terræ comedetis: sin autem nolueritis, nec audieritis me, nulla vos necessitate constringo (*Isa.* I, 19, 20). » Nam quod vi ac necessitate fit, fructum non habet. Ego decreta non imposui: bona aut mala tibi non præscripsi. Alioqui enim si mihi cædem aut stuprum imperasset, ea necessitate perpetrassem. Ipsius enim jussis reluctari nemo potest. Cur vero me supplicio multaret mandatis obsequentem suis? nunquam sane
C
hominum malum Deus vult. Nam tentationes quæ hominibus accidunt, a diabolo excitantur. Hæc siquidem Apostoli verba sunt (*Jac.* I, 13): « Nemo cum tentatur, dicat, quia a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero tentatur a propria concupiscentia (*Jac.* I, 13, 14). » Quod si quid agis boni, id Dei benignitati tribue: si quid mali, hoc ascribe diaboli perversitati.

TIT. X. — *De instabili rerum humanarum statu: Et cui similis sit homo et vita ipsius; quodque vana præsentia sint, et umbra imbecilliora.*

*Levit.* XXV, 23. — « Advenæ et peregrini estis
D
coram me. »

*I Paral.* XXIX, 25. — « Peregrini sumus coram te et advenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri sicut umbra super terram. »

*Job.* I, 21. — « Nudus egressus sum de utero matris meæ, et nudus revertar illuc. Vita mea velocior est locutione. »

*Job* VIII, 9. — « Umbra est vita nostra in terra. »

*Job* XIV, 1, 2. — « Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur indignatione. Aut quasi flos qui floruit, excidit, et fugit velut umbra, et nunquam stat. »

*Job* XXV, 6. — « Homo putredo, et filius hominis vermis. »

*Job* xxx, 19. — « Existimavi meipsum terram

*Psal.* xxi, 7. — « Ego sum vermis, et non homo. »

*Psal.* xxxviii, 5, 13. — « Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Advena ego sum, et peregrinus. »

317 *Psal.* cii, 15. — « Recordare, quia pulvis

*Psal.* lxxvii, 39. — « Recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens. »

*Psal.* lxxxix, 10. — « Anni nostri sicut aranea meditabantur. »

*Psal.* ci, 4. — « Defecerunt sicut fumus dies mei. »

*Psal.* cii, 15. — « Homo sicut fenum dies ejus. »

*Psal.* cxliii, 4. — « Homo vanitati similis factus est : dies mei sicut umbra prætereunt. »

*Eccle.* i, 2. — Vanitas vanitatum, omnia nitas. »

*Eccle.* iv, 2. — « Laudavi magis mortuos quam viventes : et feliciorem utroque qui necdum natus est, nec vidit opus omne quod sub sole fit. »

*Eccle.* vi, 7. — « Omnis labor hominis in os ejus. »

*Eccle.* iii, 19. — « Quid habet homo amplius jumento? nihil. Quia omnia vanitas. »

*Eccle.* ii, 23. — « Omnes dies ejus, dolor animique distractio. Et ne nocte quidem dormit cor ejus. Etenim hoc est vanitas. »

*Eccle.* v, 14, 15. — « Sicut egressus est nudus de ventre matris suæ, et convertetur ut eat, quomodo vadit, et nihil accipiet secum de labore suo, ut teneat in manu sua : sed et hoc languor pessimus. Sicut enim advenit, ita et abibit. »

*Zach.* i, 5. — « Patres vestri et prophetæ ubi sunt? Nunquid in æternum vivent. »

*Isa.* xl, 6. — « Omnis caro fenum, et gloria hominis, sicut flos feni. Exsiccatum est fenum, et flos ejus cecidit. »

*Isa.* l, 9. — « Ecce omnes vos quasi vestimentum veterascetis, et tinea depascet vos. »

*Isa.* li, 7. — « Nolite timere opprobrium hominum, et contemptu eorum ne vincamini. Sicut enim vestimentum consumentur, et comedentur

... est in nari-

« Ἐγώ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος

« Ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου. Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος. »

« Μνήσθητι, ὅτι χοῦς ἐσμεν. »

« Ἐμνήσθη, ὅτι σάρξ εἰσι, πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπ...

« Τὰ ἔτη ἡμῶν ὡσεὶ ἀράχνη ἐμελέτων. »

« Ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς αἱ ἡμέραι μου. »

B « Ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ. »

« Ἄνθρωπος ματαιότητι ὁμοιωθεὶς, αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιὰ παράγουσιν. »

« Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης.

« Ἐπῄνεσα γὰρ τοὺς τεθνηκότας, τοὺς ἤδη ἀποθανόντας ὑπὲρ τοὺς ζῶντας, καὶ ἀγαθὸς ὑπὲρ δύο τούτους, ὅστις οὔπω ἐγένετο, ὃς οὐκ οἶδε σύμπαν τὸ ποίημα τὸ πεποιημένον ὑπὸ τὸν ἥλιον. »

« Πᾶς μόχθος τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ.

« Τί ἐπερίσσευσεν ἀνθρώπῳ παρὰ τὸ κτῆνος; οὐδέν· ὅτι πάντα ματαιότης. »

« Πᾶσαι αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἀλγημάτων, καὶ θυμοῦ περισπασμός. Καί γε ἐν νυκτὶ οὐ κοιμᾶται ἡ καρδία

C αὐτοῦ. Καὶ γὰρ τοῦτο ματαιότης ἐστί. »

« Καθὼς ἐξῆλθεν ἀπὸ γαστρὸς μητρὸς γυμνὸς, ἐπιστρέψει τοῦ πορευθῆναι ὡς ἥκει, καὶ οὐδὲν λήψεται ἐν μόχθῳ αὐτοῦ, ἵνα πορευθῇ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· καί γε τοῦτο πονηρὰ ἀῤῥωστία· ὥσπερ γὰρ παρεγένετο, οὕτως καὶ ἀπελεύσεται. »

« Οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ προφῆται ποῦ εἰσιν μὴ εἰς τὸν αἰῶνα ζήσονται. »

« Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ δόξα ἀνθρώπου, ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν. »

« Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ ὁ σὴς καταφάγεται ὑμᾶς. »

« Μὴ φοβεῖσθε ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε· ὥσπερ γὰρ ἱμάτιον

D παλαιωθήσονται, καὶ βρωθήσεται ὑπὸ σητός. »

« Καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν· καὶ παρελεύσεται ὁ βίος ἡμῶν ὡς ἴχνη νεφέλης. Σκιᾶς γὰρ πάρ-

ια σὰρξ ὡς ἱμάτιον παλαιοῦται, ὡς φύλλον A
ἐπὶ δένδρου δασέος, τὰ μὲν καταβάλλει, ἄλλα
. Οὕτως γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος. »

θρωποι πάντες, γῆ καὶ σποδός. »
οι καὶ παρεπίδημοί ἐσμεν ἐπὶ γῆς. »

ιθμὸς ἡμερῶν ἀνθρώπου, πολλὰ ἔτη ἑκατόν·
γὼν ὕδατος ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ψῆφος ἄμμου,
λίγα ἔτη ἐν ἡμέραις αἰῶνος. »

ἐν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι
ξενεγκεῖν δυνάμεθα. »

ια ζωὴ ἡμῶν ἐστιν; ἀτμὴ γάρ ἐστιν ἡ πρὸς
φαινομένη, ἔπειτα καὶ ἀφανιζομένη. » B
; ὁ βίος εἴρηται διὰ τὴν πρὸς τὸ τέλος ἑκάστου
ννηθέντων ἔπειξιν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν τοῖς
καθεύδοντες, αὐτομάτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος
ιένας ἕλκονται, κἂν αὐτοὶ μὴ αἰσθάνωνται·
δρόμος αὐτῆς πρὸς τὸ τέλος ἐπείγει· οὕτω
ῖς, τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς ἡμῶν παραῤῥέον-
ν τινι κινήσει συνεχεῖ καὶ ἀπαύστῳ πρὸς τὸ
ἕκαστος τὸ πέρας τῷ λανθάνοντι δρόμῳ τῆς
μῶν κατεπειγόμεθα.. Οἷον καθεύδεις; καὶ ὁ
σε παρατρέχει. Ἐγρήγορας, καὶ ἄσχολος εἶ
νοιαν; ἀλλ' ὅμως ἡ ζωὴ δαπανᾶται, κἂν τὴν
ν διαφεύγῃ. Δρόμῳ οὖν τρέχομεν πάντες οἱ
οι, πρὸς τὸ οἰκεῖον τέλος ἕκαστος κατεπειγό-
ιὰ τοῦτο πάντες οἱ ἄνθρωποί ἐσμεν ἐν ὁδῷ·
ω δ' ἂν λάβοις τῆς ὁδοῦ τὴν ἔννοιαν, ὁδοιπό- C
ἕστηκας τῷ βίῳ τούτῳ· πάντα παρέρχῃ·
ιατόπιν σοι γίνεται. Εἶδες ἐπὶ τῆς ὁδοῦ φυ-
πόαν, ἢ ὅ τι ἂν τύχῃ τῶν ἀξίων θεάματος;
ετέρφθης, εἶτα παρέδραμες. Πάλιν ἐνέτυχες
καὶ φάραγξιν, καὶ κρημνοῖς, καὶ σκοπέλοις,
καὶ θηρίοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ἀκάνθαις, ἢ
λλοις τῶν ὀχληρῶν, μικρὸν ἠνιάθης, εἶτα
ες. Τοιοῦτος ὁ βίος, οὔτε τὰ τερπνὰ μόνιμα,
λυπηρὰ διαρκῆ κεκτημένος. Ἡ ὁδὸς οὐχ
ἀλλ' οὐδὲ τὰ παρόντα σά· ἐπὶ τῶν ὁδευόν-
οῦ τε ὁ πρῶτος τὸ ἴχνος ἐκίνησεν, καὶ εὐθὺς
ὸν τὴν βάσιν ἤνεγκεν, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ
νος. Σκόπει δὲ εἰ μὴ καὶ τὰ τοῦ βίου πα-
α. Τὴν γῆν σήμερον σὺ ἐγεώργησας, καὶ αὔ- D
λος, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος. Ὁρᾷς τοὺς
τούτους, καὶ τὰς πολυτελεῖς οἰκίας; πόσα εἴδη
ν, τούτων ἕκαστον ἤμειψεν; τοῦ δεῖνος ἐλέ-
α μετωνομάσθη πρὸς ἕτερον· πρὸς τὸν δεῖνα
ν· εἶτα νῦν ἄλλου λέγεται. Ἆρα οὖν οὐχ ὁδὸς
λλοτε ἄλλου μεταλαμβάνων, καὶ πάντας ἔχων
ἐφεπομένους; « Μακάριος οὖν, ὃς ἐπὶ τῆς
ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη. »

ῆς βοτάνην χόρτου καὶ ἄνθος χόρτου, εἰς
ἔργου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μεμνημένος
νος τοῦ σοφοῦ Ἡσαΐου, εἰπόντος, ὅτι « Πᾶσα
τος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος

*Eccle.* XIV, 18. — « Omnis caro tanquam vestimentum veterascet. Sicut folium fructificans in arbore densa. Alia deficiuntur, alia generantur: sic generatio carnis et sanguinis. »

*Eccle.* XXXIII, 10. — « Homines omnes terra et cinis. »

*Hebr.* XI, 13. — Peregrini et hospites sumus super terram.

*Eccle.* XVIII, 8. — « Numerus dierum hominis ut multum centum anni: quasi gutta aquæ maris: et sicut calculus arenæ, sic pauci anni in diebus sæculi. »

*I Tim.* VI, 7. — « Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. »

*Jac.* IV, 14. — « Qualis est vita nostra? vapor ad modicum parens, et deinceps exterminabitur. »

**318** *Basil. hom. in psal.* I. — Vita via dicta est ob eam celeritatem, qua quidquid progenitum est ad finem contendit. Nam quemadmodum qui in navibus dormiunt, a vento sponte in portum aguntur, licet ipsi minime sentiant, sed cursus ejus ad metam properat: eodem modo nos quoque, effluente vitæ nostræ tempore, quasi perpetuo quodam, nec intermittente motu, ad suum quisque finem occulto vitæ nostræ cursu adurgemur. Exempli gratia: dormis? ac te tempus præterit. Vigilas, et mente aliquid agitas? at vita tamen consumitur, id licet minime sentias. Omnes itaque quodam veluti curriculum conficimus, ad suum quisque finem properantes. Hac ratione omnes nos in via sumus. Quin ad hunc quoque modum viæ significationem acceperis. Viator es in hac vita: omnia præteris: omnia a tergo relinquis. Vidisti in via stirpem, aut herbam, aut aliquid spectatu dignum? tantisper oblectatus es: tum deinde ultra perrexisti. Rursum in saxa, et valles, et præcipitia, et scopulos, aut etiam fortasse in feras, et reptilia, et spinas, aut aliud quiddam molestum et acerbum incidisti: cum nonnihil inde mœroris contraxeris, mox ea deseruisti. Eadem humanæ vitæ ratio est: ut nec fixas jucunditates, nec stabiles voluptates, nec perpetuas acerbitates habeat. Uti via minime tua est; sic nec præsentia tua sunt. In his qui iter faciunt, simul atque primus vestigium movit, statim secundus quoque infert pedem, ac deinceps is qui a tergo sequitur. Considera igitur, an non res hujus vitæ ad hunc modum se habeant. Terram hodie coluisti; alter die crastino, et ac post hunc rursum alius. Vides hos agros, ingentibusque extructas sumptibus domos? quot jam nomina unumquodque horum permutavit? dicebatur olim illius esse; posthac ab altero nomen traxit. Mox ad alium migravit: ac rursus

erius esse dicitur. Nunquid igitur ævum hoc non via est, quod alium atque alium subinde assumat, omnes succedentes habeat, « Beatus igitur qui in vita peccatorum non stetit (*Psal.* I, 1). »

*Ejusd. hom.* 5, *in Hexaem.* — Cum herbam feni floremque videris, humanam naturam cogita; memoria tenens hunc sapientis Isaiæ similitudinem, dicentis: « Omnis caro fenum, et omnis gloria ho-

mini sicut flos feni (*Isa.* XL, 6). » Siquidem vitæ brevitas, atque humanæ felicitatis amœnitas et lætitia ad exiguum tempus sese porrigens, aptissimam imaginem apud prophetam nacta est. Qui hodie florenti corpore est, luxuque obesus, cute nitidus, propter ætatis florem vegetus et robustus, ac cujus impetum sustinere nemo valeat : crastino die idem ipse miserationem omnibus movet, seu senio confectus, seu morbo collapsus. Hic rursus opum copia conspicuus est, adulatorum gregibus cinctus, fictorum amicorum gratiam ipsius aucupantium satellitio stipatus, frequentibus cognatis iisque simulatis, et innumerabili assectarum exanime, qui, tum victus causa, tum ob alios usus ipsi adhærent : quos dum, sive in publicum prodeat, sive domum revertatur, secum trahit, invidiosum se illis præbet, quibuscum versatur. Quin et divitiis potestatem quamdam civilem adjunge, atque honores quibus ornetur ille ab imperatoribus,
319 vel provinciarum præfecturas, aut militarium copiarum imperium, præconem ante eum, lictores cum fascibus hinc et illinc gravissimo eos quibus præsit, terrore incessantes, plagis, proscriptionibus bonorum, abreptionibus, carceribus, ex quibus intolerandus quidam subditis metus cumuletur. Quid vero posthac? una nox, febris una aut lateris dolor, aut pulmonis inflammatio, ex hominum cœtu illum abripit, omnique illo ornatu, quem velut in scena gerebat, repente spoliat : ut ea gloria somnio similis esse comperiatur. Quocirca non immerito prophetæ mandatum est, ut humanam naturam cum imbecilliori flore compararet.

A χόρτου. » Τὸ γὰρ ὀλιγοχρόνιον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ περιχαρὲς καὶ ἱλαρὸν τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας, καιριωτάτης παρὰ τῷ προφήτῃ τετύχηκεν εἰκόνος. Ὁ σήμερον εὐθαλὴς τῷ σώματι, κατασεσαρκωμένος ὑπὸ τρυφῆς, ἐπανθοῦσαν ἔχων τὴν εὔχροιαν, ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς σφριγῶν, καὶ σύντονος, καὶ ἀνυπόστατος τὴν ὁρμὴν, αὔριον ὁ αὐτὸς οὗτος ἐλεεινὸς, ἢ τῷ χρόνῳ μαρανθεὶς, ἢ νόσῳ διαλυθείς. Ὁ δεῖνα περίβλεπτος ἐπὶ χρημάτων περιουσίᾳ, καὶ πλῆθος περὶ αὐτὸν κολάκων, δορυφορία φίλων προσποιητῶν τὴν ἀπ' αὐτοῦ χάριν θεραπευόντων, πλῆθος συγγενείας καὶ ταύτης κατεσχηματισμένης, ἐσμὸς τῶν ἑφεπομένων μυρίος, τῶν τε ἐπισιτίων, καὶ τῶν κατ' ἄλλας χρείας αὐτῷ προσεδρευόντων· καὶ οὓς καὶ προϊὼν, καὶ πάλιν ἐπανιὼν ἐπισυρόμενος, B ἐπίφθονός ἐστι τοῖς συντυγχάνουσιν. Πρόσθες τῷ πλούτῳ καὶ πολιτικήν τινα δυναστείαν, καὶ τὰς ἐκ βασιλέων τιμὰς, ἢ ἐθνῶν ἐπιμέλειαν, ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίαν· τὸν κήρυκα μέγα βοῶντα πρὸ αὐτοῦ, τοὺς ῥαβδοφόρους ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαρυτάτην κατάπληξιν τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας, τὰς πληγὰς, τὰς δημεύσεις, τὰς ἀπαγωγὰς, τὰ δεσμωτήρια, ἐξ ὧν ἀπόῤῥητος ὁ παρὰ τῶν ὑποχειρίων συναθροίζεται φόβος. Καὶ τί μετὰ τοῦτο; μία νὺξ καὶ πυρετὸς, ἢ πλευρίτης, ἢ περιπνευμονία ἀνάρπαστον ἐξ ἀνθρώπων, ἀπάγουσα τὸν ἄνθρωπον οἴχεται, πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν σκηνὴν ἐξαπίνης ἀπογυμνώσασα, καὶ ἡ δόξα ἐκείνη ὥσπερ ἐνύπνιον ἀπελέγχθη. Ὥστε ἐπιτέτακται τῷ προφήτῃ ἡ πρὸς τὸ ἀδρανέστερον ἄνθος ὁμοίωσις τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.

C

*Ejusd., hom.* 6, *in Hexaem.* — Nihil in rebus humanis firmum et stabile est : verum alia quidem ex nihilo ad perfectum statum progrediuntur; alia autem ubi ad vigorem suum perducta sunt, atque in summam magnitudinem evecta, tacitis sensim decrementis tabescunt, dissolvunturque, et ita imminuuntur ut tandem intereant et deleantur. Quocirca ex lunæ prospectu, quis rerum nostrarum status sit, edocemur, ac celerem humanarum rerum conversionem cum animis nostris reputantes, discimus in hujusce vitæ prosperitatibus altos spiritus minime concipere, nec potentia efferri, nec ob incertas opes insolescere : sed contempta carne, quæ mutationi obnoxia est, animæ cujus bonum immotum manet, curam gerere. Quod si te luna mœrore afficit, cum sensim decrescendo lumen absumit suum : graviori te molestia afficiat animus, qui virtutem adeptus, id bonum per socordiam oblitterat, nec unquam in eodem statu perseverat, sed propter voluntatis inconstantiam identidem invertitur, et in diversum mutatur.

Οὐδὲν μόνιμον τῶν ἀνθρωπίνων· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πρόεισιν εἰς τὸ τέλειον· τὰ δὲ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀκμὴν φθάσαντα, καὶ τὸ ἀκρότατον μέτρον αὐτῶν αὐξηθέντα, πάλιν ταῖς κατὰ μικρὸν ὑφαιρέσεσι φθίνει τε καὶ διαλύεται, καὶ μειούμενα καθαιρεῖται· ὥστε ἐκ τοῦ κατὰ τὴν σελήνην θεάματος παιδεύεσθαι ἡμᾶς τὰ ἡμέτερα, καὶ τῆς ταχείας τῶν ἀνθρωπίνων περιτροπῆς λαμβάνοντας ἔννοιαν, μὴ μεγαλοφρονεῖν ταῖς εὐημερίαις τοῦ βίου, μὴ ἐναγάλλεσθαι δυναστείαις, μὴ ἐπαίρεσθαι πλούτου ἀδηλότητι· περιφρονεῖν τῆς σαρκὸς περὶ ἣν ἡ ἀλλοίωσις, ἐπιμελεῖσθαι δὲ τῆς ψυχῆς, ἧς τὸ ἀγαθόν ἐστιν D ἀκίνητον. Εἰ δὲ λυπεῖ σε ἡ σελήνη ταῖς κατὰ μικρὸν ἀφαιρέσεσι τὸ φέγγος ἐξαφανίζουσα, λυπείτω σε πλέον ψυχὴ ἀρετὴν μὴ κτησαμένη, καὶ διὰ ἀπροσεξίας αἰτίαν τὸ καλὸν ἀφανίζουσα, καὶ μηδέποτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς διαθέσεως μένουσα· ἀλλὰ πυκνὰ τρεπομένη, καὶ μεταβαλλομένη διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀνίδρυτον.

*Ejusd. in princ. Prov.* — Hancce vitam, aquas et mare in Scriptura nuncupari reperimus, ut in hoc Psalmistæ loco : « Misit de summo, et accepit *me, et assumpsit me* de aquis multis (*Psal.* XVII, 17). » *Non enim dubium est*, quin per aquas, hu-

Τὸν βίον τοῦτον πολλαχοῦ εὑρίσκομεν ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς ὕδατα καὶ θάλασσαν ὀνομαζόμενον· ὡς ἐν τῷ ψαλμῷ, « Ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με· προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. » Πρόδηλον γὰρ, ὅτι τὴν ταραχὴν τοῦ βίου, ὕδατα

λέγει. Οὔτε γὰρ τὰ δεξιὰ καὶ περισπούδαστα τοῖς πολλοῖς τὸ ἑστὸς καὶ μόνιμον ἔχει, οὔτε τὰ περιστατικὰ τῶν πραγμάτων καὶ κατηφῆ, παγίως ἥδρασται· ἀλλὰ πάντα σάλῳ τινὶ καὶ κλύδωνι, καὶ μεταβολαῖς ἀδοκήτοις ὑπόκειται. Ὥσπερ οὖν θάλασσαν ἀμήχανον τὴν αὐτὴν ἐπὶ πολὺ διαρκέσαι· τὴν γὰρ νῦν λίαν σταθερὰν μικρὸν ὕστερον ὄψει βιαίως ὑπὸ ἀνέμων τραχυνομένην, καὶ πάλιν τὴν ἀγριαίνουσαν, καὶ βρασσομένην τῷ κλύδωνι, βαθεῖα γαλήνη ταχὺ κατεστόρεσεν· οὕτως καὶ τὰ τοῦ βίου πράγματα ῥᾳδίως λαμβάνει περιστροφὰς ἐφ' ἑκάτερα.

A jus vitæ perturbationem intelligat. Nam nec res secundæ, et quæ multi summe desiderant, constantia sunt: nec rursum adversæ et molestæ, firmis radicibus defixæ: verum omnia fluctibus quibusdam et turbini, necnon inopinatis mutationibus sunt obnoxia. Velut igitur fieri non potest, ut mare statum eumdem diu retineat (nam quod nunc admodum planum est, id aliquanto post ventorum impetu exasperatum cernes: ac rursum quod exasperatum, ac turbine jactatum, hoc alta confestim tranquillitas sedat): pari ratione hujus vitæ res in utramque partem facile mutantur.

Οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον, οὐδὲ εἰς τὸ παντελὲς παραμένειν τοῖς κτησαμένοις πέφυκεν.

*Ejusd. hom. De orat. actione.* — Nihil in rebus humanis certum et firmum est, nec ad extremum usque dominos suos comitatur.

Τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα σκιᾶς ἐστιν ἀδρανέστερα, καὶ ὀνείρων ἀπατηλότερα· εἴτε γὰρ νεότης ἐαρινῶν ἀνθῶν ὀξύτερον καταῤῥεῖ, καὶ ὥρα σώματος, ἢ χρόνῳ, ἢ νόσῳ μαραίνεται. Καὶ πλοῦτος μὲν ἄπιστος, δόξα δὲ εὐπερίτρεπτος, αἵ τε παρὰ τὰς τέχνας διαπονήσεις τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀπαρτίζονται, ἀλλὰ καὶ τὸ περισπούδαστον ἅπασιν, ὀλίγοι ἄχρι ἀκοῆς τὴν χάριν ἔχουσιν.

B *Ejusd. epist.* 42. — Humana hæc umbris imbecilliora sunt, somniis fallaciora. Nam et juvenilis ætas vernis floribus celerius defluit, et corporis pulchritudo, vel tempore, vel morbo marcescit. Ac divitiæ quidem infidæ sunt: gloria autem facile labilis. Artium porro studia una cum hoc tempore finiuntur. Ipsa quoque eloquentia, quam tantopere omnes expetunt, aures duntaxat mulcet.

Πλούτῳ κομᾷς; καὶ ἐπὶ προγόνοις μέγα φρονεῖς, καὶ ἐπαγάλλῃ πατρίδι, καὶ κάλλει σώματος, καὶ ταῖς παρὰ πάντων τιμαῖς; πρόσεχε σεαυτῷ, ὅτι θνητὸς εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Περίβλεψαι τοὺς πρὸ σοῦ ἐν ταῖς ὁμοίαις περιφανείαις ἐξετασθέντας. Ποῦ οἱ εἰς τὰς πολιτικὰς δυναστείας περιβεβλημένοι; ποῦ οἱ δυσμαχώτατοι ῥήτορες; ποῦ οἱ τὰς πανηγύρεις διατιθέντες; οἱ λαμπροὶ ἱπποφόροι; οἱ στρατηγοί; οἱ σατράπαι; οἱ τύραννοι; οὐ πάντα κόνις, οὐ πάντα μῦθος; οὐκ ἐν ὀλίγοις ὀστέοις τὰ μνημόσυνα τῆς ζωῆς αὐτῶν; ἔγκυψον τοῖς τάφοις, εἰ δυνήσῃ διακρῖναι, τίς ὁ οἰκέτης, καὶ τίς ὁ δεσπότης· τίς ὁ πτωχὸς, καὶ τίς ὁ πλούσιος. Διάκρινον, εἴ τίς σοι δύναμις, τὸν δέσμιον ἀπὸ τοῦ βασιλέως, τὸν ἰσχυρὸν ἀπὸ τοῦ ἀσθενοῦς, τὸν εὐπρεπῆ ἀπὸ τοῦ δυσειδοῦς. Μεμνημένος οὖν τῆς φύσεως, οὐκ ἐπαρθήσῃ ποτέ.

*Ejusd. hom. in illud: « Attende tibi ipsi. »* — Opibus circumaffluis? ob majores tuos magnifice sentis? ac propter patriæ splendorem, et corporis 320
pulchritudinem, honoresque illos qui ab omnibus in te congeruntur, attollis animos? Attende tibi ipsi, quod nempe mortalis sis, et in terram reversurus. Circumspice illos qui ante te iisdem in C splendoribus exstiterunt. Ubi sunt, qui potentia et auctoritate in republica floruerunt? ubi invictissimi oratores? ubi qui publicos conventus instruebant? ubi illustres illi alendorum equorum studiosi? ubi copiarum militarium duces, satrapæ, tyranni? nonne omnia pulvis, omnia fabula? nonne pauci ossibus vitæ eorum monumenta constant? Inspice sepulcra, an discernere queas, quis servus, quis dominus, quis pauper, quis dives. Distingue, si potes, vinctum a rege, fortem ab imbecilli, pulchrum a deformi. Nequaquam ergo elato eris animo, si naturam in memoria habeas.

Οἱ ἄνθρωποι ταῖς νεφέλαις ἐοίκασιν, πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τοῦ ἀέρος ἐμφερομέναις.

*Epist.* 82. — Homines nubibus similes sunt, quæ D pro aliis atque aliis ventis, nunc in hanc, nunc in illam aeris regionem feruntur.

Φύσει μὲν οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον, οὐδὲ ὁμαλὸν, οὐδὲ αὔταρκες, οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἱστάμενον· ἀλλὰ κύκλος τις τῶν ἡμετέρων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλας ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πολλάκις, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ὥρας φέρων μεταβολὰς, καὶ αὔραις μᾶλλον πιστεύειν αὐτὸν ἔστιν οὐχ ἱσταμέναις, καὶ νηὸς ποντοπορούσης ἴχνεσι, καὶ νυκτὸς ἀπατηλοῖς ὀνείρασι, ὧν πρὸς ὀλίγον ἡ χάρις, καὶ κατὰ ψαμμάθων παῖδες τυποῦσι παίζοντες, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ.

*Naz. orat.* 25. — Nihil in rebus humanis suapte natura firmum, æquabile ac durabile est, nec quidquam in eodem statu constanter manet: verum res nostræ velut gyro quodam volvuntur, ut alias tempus aliud, ac sæpe unus idemque dies, vel etiam una interdum hora, mutationes afferat: atque ita ut incertis ventis, et navis mare percurrentis vestigiis, fallacibusque noctis insomniis, ex quibus voluptas brevis capitur, iisque demum figuris, quas pueri per ludum in arena describunt, certior fides haberi possit, quam hominum felicitati.

Τὰ μὲν γάρ ἐστι ῥευστὰ καὶ πρόσκαιρα, καὶ ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ψήφων, ἄλλοτε εἰς ἄλλους μεταῤῥιπτούμενα· καὶ οὐδὲν οὕτως τοῦ κατέχοντος ἴδιον, ὡς ἢ μὴ χρόνῳ παυσθῆναι, ἢ φθόνῳ μετατεθῆναι.

*Ibid.* — Res siquidem vitæ hujus fluxæ sunt et caducæ, et velut in calculorum ludo, nunc ad hos, nunc ad illos vicissim volvuntur: ut nec quidquam ita possidentis proprium sit, quin vel temporis longinquitate finiatur, vel invidia transferatur.

*Ejusdem orat.* 16. — Nihil immotum manet, quemadmodum ante dicebam, nihil æquabile ac certum, nec ad extremum usque sui simile est : non hilaritas, non mœstitia, non opes, non paupertas, non robur, non imbecillitas, non potentia, non humilitas, non præsentia, non futura, non nostra, non aliena, non parva, non magna, non denique quidquid ab ullo nominari queat. Atque hoc æquale inæqualitas habet, ut nempe res omnes subsint mutationi. Omnia enim facile commeant, recedunt et immutantur : adeo ut certius in ventis et in litteris in aqua scriptis, fiducia possit collocari, quam in hominum felicitate.

A Οὐδὲν ἀκίνητον, ὅπερ ἔφην, οὐδὲ [illegible], οὐδὲ αὔταρκες, οὐδὲ εἰς τέλος ὅμοιον· οὔτε εὐθυμεῖν, οὐ πλοῦτος, οὐ πενία, οὐ δύναμις, οὐκ ἀσθένεια, οὐ ταπεινότης, οὐ δυναστεία, οὐ τὰ παρόντα, οὐ τὰ μέλλοντα, οὐ τὰ ἡμέτερα, οὐ τὸ ἀλλότριον, οὐ μικρὸν ἢ μεῖζον, οὐχ ὅ τι ἂν εἴπῃ τις. Καὶ τοῦτο ἴσον κἂν ἰσότης ἔχει, τὴν περὶ πάντων μεταβολήν. Περιχωρεῖ γὰρ τὰ πάντα ῥᾳδίως, καὶ μεταχωρεῖ, καὶ ἀντικαθίσταται· ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν, καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ.

*Ejusd. in Iamb. orat. ad Christ.*

*Mortuus sum huic ærumnosæ vitæ,*
*Quæ Euripi more, sursum et deorsum fertur,*
*Et ne uno quidem die quidquam firmi habet.*

*Τέθνηκα τῷδε τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ,*
B *Ὃς φέρεται ἄνω καὶ κάτω Εὐρίπου δίκην,*
*Βέβαιον οὐδὲν, οὐδὲ ἐφ' ἡμέραν φέρων.*

*Ejusdem orat.* 10. — Talis est vita nostra, fratres ; tali modo hoc ævo ita ludimus : ut cum non fuerimus, nascamur : cum nati sumus, rursus dissolvamur. Insomnium sumus instabile, spectrum quoddam quod teneri nequit, transeuntis avis volatus, navis in mari vestigium non habens, pulvis, vapor, ros matutinus, flos ad tempus nascens et marcescens. « Homo sicut fenum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit (*Psal.* CII, 15). » Quam præclare divinus David his verbis de nostra imbecillitate philosophatur! quemadmodum et in istis : « Paucitatem dierum meorum nuntia
321 mihi (*Psal.* CI, 24). » Quin etiam hominis dies palmi mensura circumscribuntur.

*Ejusdem.* — Iracundiam ceu belluam quamdam sustineamus, et linguam ut præacutum gladium retundamus; voluptatem tanquam ignem exstinguamus; januas auribus apponamus, quæ rite cum aperiantur, tum claudantur; atque oculum coerceamus, et gustum vellicantem, ne mors per fenestras nostras ascendat, immoderatumque risum irrideamus.

*Clement.* — Qui ergo seipsum agnoscit, Domini locus et sedes est.

B *Evagr.* — Vis Deum nosse? prius id age ut teipsum noscas.

*Chrysost.* — Alterius vitam perscrutari, servilis supra modum 403 est animi. Neque enim aliunde fit ut nostra negligamus, quam quod in alienis inquirendis excutiendisque attenti sumus. Fieri siquidem non potest, ut homo qui vitam aliorum perscrutatur, suæ unquam curam habeat. Nam cum ejus omne studium in aliis inquirendis consumatur, ipsius plane res neglectas jacere necessum est.

*Ejusd. lib.* v *De sacerd.* — Atqui alio modo comparatum est, ut homo proximi recte facta, quamvis ea multa magnaque sint, contemptim cernat. At si vitium usquam appareat, quantumlibet hoc leve sit, et a multis factitatum, id quam-C primum animadvertit, et prompte carpit, perpetuaque memoria agitat. Hoc porro parvum et vile, multorum sæpe magnorumque virorum gloriam minuit.

### TIT. III. — *De murmurationibus.*

*Num.* XI, 1, 2. — « Erat populus murmurans: et iratus est Dominus, et exarsit ignis, et comedit partem castrorum. »

*Sap.* I, 12. — « Custodite vos a murmuratione, quæ nihil prodest, et a detractione parcite linguæ: quia spiritus obscurus in vacuum non ibit. »

*Eccli.* V, 25. — « Vir sapiens non murmurabit. »

*I Cor.* X, 10. — « Ne murmuretis, quemadmodum quidam murmuraverunt, et perierunt ab ex-D terminatore. »

*Philipp.* II, 14. — « Omnia facite sine murmurationibus, ut sitis sine reprehensione. »

*Basil. Reg. fusius disput. resp.* 29. — Acceptum opus non est, quod a murmurantibus offertur, non secus ac victima cui subest macula. — Oportet ergo segnis et reluctantis opus sodalitio fratrum arcere.

### TIT. IV. — *De senibus, et ætate provectis viris: et quod eos oporteat honorare.*

*Levit.* XIX, 32. — « Coram cano capite assurges, et honorabis faciem senioris. »

*Deut.* XXXII, 7. — « Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi, et seniores tuos, et dicent tibi. »

A *Job* XII, 12. — « In multo tempore sapientia; et in longa vita scientia. »

*Job* XXXII, 6. — « Junior sum ætate, vos autem estis seniores : idcirco silentium egi, veritus ne enarrarem vobis peritiam meam. »

*Prov.* XVI, 31. — « Corona gloriationis senectus : in viis autem justitiæ reperitur. »

*Prov.* XX, 29. — « Gloria senum canities. »

*Sap.* IV, 8. — « Senectus venerabilis est, non longa ætas : neque numero dierum computatur. Cani sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata. »

*Eccli.* VI, 34. — « In multitudine seniorum sta, et si quis est sapiens, adhæresce ei. »

*Eccli.* VIII, 11. — « Ne te prætereant narrationes seniorum. Ipsi enim didicerunt a patribus B tuis. » — « Ne spernas hominem in senectute sua. »

404 *Eccli.* XXV, 8. — « Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Domini. »

*Eccli.* XXXII, 4. — « Loquere, major natu : decet enim te. »

*Eccli.* XXV, 4. — « Quam speciosum canitiei judicium, et presbyteris nosse consilium. »

*Basil. Hom.* 2 *de jejun.* — Quidquid præcellit antiquitate, id veneratione dignum est.

*Ejusd. in cap.* III *Isa.* — Ad senem faciendum plus profecto in senili prudentia, quam in capillorum canitie, momenti est.

*Nili.* — In omni re plerumque periculosum est C a juventa consilium petere : neque facile quisquam aliquid pretio dignum esse confectum reperiat, cui non canities quoque ad consilii societatem ascita fuerit.

*S. Greg. Naz. orat.* 1. — Melior est canities conjuncta cum prudentia, quam juventus inerudita.

*S. Greg. Nyss.* — Canities senum lenitas morum est ; vita autem ipsorum vera scientia.

*Evagr.* — Tum florescit animus, ut scientiam proferat, cum corporis vigor temporis diuturnitate marcescit.

*Philon. De Abrahamo.* — Qui vere senex est, non longa ætate, sed laudabili atque perfecta vivendi ratione censetur. Qui ergo citra probitatem D morum, corpoream vitam multo ævo duxerunt, vetusti pueri dicendi fuerint, qui nunquam dignas canis disciplinas perceperint. — Canities tranquillus portus est. — Senilis corporis languor, animi motuum compressio est.

TIT. V. — *De agricultura et agricolis : et quod bonum sit operari.*

*Gen.* III, 23. — « Ejecit Dominus Adam de paradiso voluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est. »

*Gen.* IX, 20. — « Cœpit Noe vir agricola terram *colere, et* plantavit vineam, et bibit ex vino, et *inebriatus est.* »

*Gen.* XLIX, 14. — « Issachar bonum appetivit,

« Ἐν πολλῷ χρόνῳ σοφία, ἐν δὲ μακρῷ χρόνῳ ἐπιστήμη. »

« Νεώτερος μὲν εἰμι τῷ χρόνῳ, ὑμεῖς δὲ πρεσβύτεροι· διὸ ἡσύχασα φοβηθεὶς ἀναγγεῖλαι ὑμῖν τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιστήμην. »

« Στέφανος καυχήσεως, γῆρας· ἐν δὲ ὁδοῖς δικαιοσύνης εὑρίσκεται. »

« Δόξα πρεσβυτέρων πολιά. »

« Γῆρας τίμιον, οὐ τὸ πολύχρονον, οὐδὲ ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται. Πολιά ἐστι φρόνησις ἀνδρὶ, καὶ ἡλικία γήρως, βίος ἀκηλίδωτος. »

« Ἐν πλήθει πρεσβυτέρων στῆθι· καὶ εἴ τίς ἐστι σοφὸς, προσκολλήθητι αὐτῷ. »

« Μὴ ἀστόχει διηγημάτων γερόντων· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἔμαθον παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. » — « Μὴ ἀτιμάσῃς ἄνδρα ἐν γήρᾳ αὐτοῦ. »

« Στέφανος γερόντων πολυπειρία· καὶ τὸ καύχημα αὐτῶν φόβος Κυρίου. »

« Λάλησον, πρεσβύτερε· πρέπει γάρ σοι. »

« Ὡς ὡραῖον πολιαῖς κρίσις, καὶ πρεσβυτέροις ἐπιγνῶναι βουλήν. »

Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον.

Πλεῖον τῷ ὄντι τῆς ἐν θριξὶ λευκότητος εἰς πρεσβυτέρου σύστασιν, τὸ ἐν φρονήσει πρεσβυτερικόν.

Ἐπὶ παντὸς ὡς ἐπιπολὺ πράγματος, ἐπισφαλὴς σύμβουλος ἡ νεότης· καὶ οὐκ ἄν τις εὕρῃ ῥᾳδίως κατορθωθέν τι τῶν σπουδῆς ἀξίων, ᾧ μὴ καὶ πολιὰ συμπαρελήφθη πρὸς κοινωνίαν τοῦ σκέμματος.

Κρείσσων πολιὰ μετὰ φρονήσεως, ἀπαιδεύτου νεότητος.

Πολιὰ γερόντων πραότης· ζωὴ δὲ αὐτῶν, γνῶσις ἀληθής.

Ἀνθεῖται πρὸς ἐπιστήμην ψυχὴ, ὁπότε τοῦ σώματος ἀκμαὶ μήκει μαραίνονται.

Ὁ ἀληθείᾳ πρεσβύτερος, οὐκ ἐν μήκει χρόνων, ἀλλ' ἐν ἐπαινετῷ καὶ τελείῳ βίῳ θεωρεῖται. Τοὺς μὲν οὖν αἰῶνα πολὺν τρίψαντας ἐν τῇ μετὰ σώματος ζωῇ, δίχα καλοκαγαθίας, πολυχρονίους παῖδας λεκτέον, μαθήματα πολιᾶς ἄξια μηδέποτε παιδευθέντας. — Ἀκύμαντος λιμὴν πολιά. — Σώματος παρακμὴ, καταστολὴ παθῶν.

TITΛ. Ε'. — *Περὶ γεωργίας καὶ γεωργῶν· καὶ ὅτι καλὸν τὸ ἐργάζεσθαι.*

« Ἐξέβαλε Κύριος τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. »

« Ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ ἐμεθύσθη. »

« Ἰσάχαρ τὸ καλὸν ἐπεθύμησεν, ἀναπαυόμενος

ἀναμέσον τῶν κλήρων· καὶ ἰδὼν τὴν ἀνάπαυσιν, ὅτι A καλὴ, καὶ τὴν γῆν ὅτι πίων, τέθεικε τὸν ὦμον αὐτοῦ εἰς τὸ πονεῖν, καὶ ἐγενήθη ἀνὴρ γεωργός. »

« Ἐπιμελοῦ τῶν ἐν πεδίῳ χλωρῶν, καὶ κερεῖς πόαν· σύναγε χόρτον ὀρεινὸν, ἵνα ἔχῃς πρόβατα εἰς ἱματισμόν. Τίμα δὲ πεδίον, ἵνα ὦσί σοι ἄρνες. »

« Ἐργάζου τὴν γῆν σου· καὶ γὰρ πλοῖα οὐκέτι ἔρχεται ἐκ Καρχηδόνος. »

« Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε εἰς ἀκάνθας. »

« Μὴ μισήσῃς ἐπίπονον ἐργασίαν, καὶ γεωργίαν ὑπὸ Ὑψίστου ἐκτισμένην. »

« Ὁ ἐργαζόμενος τὴν γῆν, ἀνυψώσει θημωνίαν αὐτοῦ. » B

« Χάριν καὶ κάλλος ἐπιθυμεῖ ὀφθαλμὸς, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα χλόην σπόρου. »

« Τί σοφισθήσεται ὁ κρατῶν ἀρότρου, καὶ καυχώμενος ἐν δόρατι κέντρου, βόας ἐλαύνων, καὶ ἀναστρεφόμενος ἐν ἔργοις αὐτοῦ, καὶ διήγησις αὐτοῦ ἐν υἱοῖς ταύρων; Καρδίαν δώσει βαθὺ εἰς τεμεῖν αὔλακας, καὶ ἡ ἀγρυπνία αὐτοῦ εἰς χορτάσματα δαμάλεως. »

« Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. »

Γεηπόνος τὸν ὕπνον ἀποσεισάμενος, πρὸς τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν ἐπείγεται, καὶ τοῦ μὲν οἰκίσκου καὶ τῆς ἐπαύλεως τὸ ἔρημον ὑπερασπίζεται, καὶ ἀναγκάζεται ὅμως, καὶ φλογμῷ καὶ χειμῶνι ἀπὸ ταλαιπώρου σαρκὸς διαμάχεσθαι. Πανταχοῦ γὰρ διὰ δυσκολίας καὶ πόνων τοῖς ἀνθρώποις πέφυκε τὰ χρήσιμα παραγίνεσθαι. C — Φέρει γεηπόνοις ἡδονὴν τὸ ἐξ ὑπτίων τε καὶ βαθυγείων χωρίων πολύν τινα δρέπεσθαι τὸν καρπόν. Εἰ δέ ποτε καὶ ἐκ πετρώδους γῆς, καὶ λεπτῆς, καὶ ὑποψάμμου δυνηθείη μετὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν χρηστοῦ τινος ἀπολαῦσαι καρποῦ, μείζων ἐντεῦθεν ἡ ἡδονὴ τῷ γεηπόνῳ, διότι πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἀγωνισάμενος, καὶ τοὺς οἰκείους πόνους ἀντιτάξας τῇ στειρώσει τῆς γῆς, νίκης τινὰ μαρτυρίαν ἀποφέρεται παρὰ τῶν τὸ γεώργιον θαυμαζόντων.

ΤΙΤΛ. Ϛʹ. — *Περὶ γυμνασίου, καὶ μελέτης, καὶ ἀσκήσεως.* D

« Ἐκ μερίμνης καὶ φροντίδος ἀναφανεῖταί σοι εἰρήνη. »

« Τέκνον, ἐν ζωῇ σου πείρασον τὴν ψυχήν σου. »

« Γύμναζε σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς, τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. »

Οἱ ἐκ μακρᾶς συνηθείας μελετηθέντες πόνοι, ἀλυπότερον προσπίπτουσι τοῖς ἐγγεγυμνασμένοις. — Μιμησώμεθα τοὺς ἐν τοῖς τακτικοῖς τὰς μελέτας ποιουμένους, οἵ γε ἐν χειρονομίαις, καὶ ὀρχήσεσι τὴν ἐμπειρίαν κτησάμενοι, ἐπὶ τῶν ἀγώνων τοῦ ἐκ τῆς παιδείας ἀπολαύουσι κέρδους.

requiescens inter sortes. Et videns requiem, quod esset bona, et terram, quoniam pinguis, posuit humerum suum ad laborandum, et factus est vir agricola. »

*Prov.* XXVII, 25. — « Curam habe viroris qui in agro est, et tonde herbam : et collige fenum montium, ut habeas oves ad vestimentum. Solve pretium agri, ut tibi sint agni. »

*Isa.* XXIII, 10. — « Operare terram tuam : quia non veniunt amplius naves Carthaginis. »

*Jerem.* IV, 3. — « Novate vobis novalia, et nolite seminare in spinas. »

*Eccli.* VII, 16. — « Non oderis laboriosa opera, et rusticationem creatam ab Altissimo. »

*Eccli.* XX, 30. — « Qui operatur terram suam, exaltabit acervum frugum. »

*Eccli.* XL, 22. — « Gratiam et speciem desiderat oculus, et super utraque virorem sementis. »

*Eccli.* XXXVIII, 25, 26. — « Qua sapientia replebitur qui tenet aratrum, et gloriatur in jaculo stimuli; qui boves agitat, et conversatur in operibus suis, et enarratio ejus in **405** filiis taurorum? Cor suum profunde dabit ad scindendum sulcos : et vigilia ejus in sagina vaccæ. »

*II Tim.* II, 6. — « Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. »

*Chrysost.* — Agricola, excusso somno, ad terram colendam properat, et domunculæ suæ et casæ solitudinem tuetur : cogiturque nihilominus non sine magna corporis molestia cum æstu et frigore colluctari. Etenim ita comparatum est, ut quæ utilitatem hominibus afferunt, cum difficultate et labore habeantur. — Magna voluptate affici solent agricolæ, cum ex planis, et profundi soli locis ingentem fructum percipiunt. At si quando ex petrosa exilique et arenosa terra post diuturnam culturam lætum aliquem fructum colligere ipsis contigerit, majorem hinc capiunt voluptatem. Nam cum quis adversus terræ naturam dimicavit, et labores suos sterilitati terræ opposuit, victoriæ testimonium quoddam apud eos refert, qui ipsius in colendo arvo studium admirantur.

TIT. VI. — *De gymnasio, meditatione, et exercitatione.*

*Job* XI, 18. — « Ex sollicitudine et cura pax orietur tibi. »

*Eccli.* XXXVII, 30. — « Fili, in vita tua tenta animam tuam. »

*I Tim.* IV, 7. — « Exerce teipsum ad pietatem. Corporalis enim exercitatio ad modicum prodest : pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, et futuræ. »

*Basilii.* — Labores longa consuetudine familiares redditi, minore cum molestia illis ingruunt, qui eisdem assueverint. — Imitemur eos qui rei militari se exercent : qui cum in gesticulationibus et saltationibus peritiam adepti sint, in seriis certaminibus ea quam ludus ipsis conciliavit, utilitate perfruuntur.

*Theologi.* — Virtus in actionibus minime exercitata, rebus adversis facile deletur.

*Didymi.* — Ex diuturna meditatione et exercitatione violentia et feritas perturbationum animi frangitur.

*Philonis.* — Assidua exercitatio, firmam scientiam efficit, quemadmodum exercitationis negligentia inscitiam parit. Rursumque experientiam auget studium quod in ea conteritur. — Meditatio nutrix est scientiæ.

TIT. VII. — *De iis qui resipiscunt.*

*Psal.* XXXI, 5. — « Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi. »

*Psal.* XXXVII, 19. — « Iniquitatem meam annuntiabo, et cogitabo pro peccato meo. »

*Prov.* XVIII, 17.—« Justus prior est accusator sui. »

*Eccli.* XVIII, 19. — « Ante judicium examina teipsum, et in tempore visitationis invenies propitiationem. »

*Eccli.* I, 31. — « Non confundaris confiteri peccata tua. »

406 TIT. VIII. — *De mulieribus : quod eas oporteat subjectas esse viris suis, nec citra eorum auctoritatem quidquam facere.*

*Gen.* III, 16. — « Dixit Deus mulieri : Ad virum tuum erit conversio tua, et ipse dominabitur tui. »

*Num.* XXX, 6-10. — « Mulier si maritum habuerit, et vota ipsius super eam fuerint, secundum distinctionem labiorum ejus, quæcunque determinaverit in animam suam, audieritque vir illius, et ei silentium egerit, quacunque die audierit, sic quoque stabunt omnia vota illius, et determinationes illius, quas determinaverit in animam suam, stabunt. Sin vero abnuendo abnuerit vir ipsius, qua die audierit, omnia vota ejus et determinationes ejus, quas determinavit in animam suam, non stabunt, quoniam abnuit vir illius : et Dominus mundam faciet eam. »

« Mulier quæ honorat virum suum, sapiens omnibus videbitur. »

*Ephes.* V, 23, 24. — « Mulieres subditæ sint viris suis tanquam Domino. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, et ipse est caput corporis. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus. Unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat : mulier autem, ut timeat virum suum. »

*I Petr.* III, 1-6. — « Mulieres subditæ sint viris suis; ut et si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem lucrifiant, considerantes vestram in timore conversationem. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus : sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim et aliquando mulieres sperantes in *Deo ornabant se, subjectæ* propriis viris. Sicut *Sara obediebat Abrahæ,* dominum eum vocans :

A Ἀρετὴ ἀμελέτητος ἐν τοῖς ἔργοις, ταχέως ὑπὸ τῶν περιστάσεων ἀφανίζεται.

Ἐκ μελέτης πολλῆς καὶ ἀσκήσεως ἡ βία καὶ ἡ ἀγριότης τῶν παθῶν ἀσθενεῖ.

Ἡ συνεχὴς ἄσκησις ἐπιστήμην παγίαν ἐργάζεται, ὡς ἀμαθίαν ἀμελετησία· καὶ πάλιν αὔξει τὴν πεῖραν ἡ περὶ αὐτὴν τριβή. — Μελέτη τροφὸς ἐπιστήμης.

TITΛ. Ζ'. — *Περὶ γνωσιμαχούντων.*

« Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἁμαρτίαν μου οὐκ ἐκάλυψα. »

« Τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ ἀναγγελῶ, καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου. »

B « Δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. »

« Πρὸ κρίσεως ἐξέταζε σεαυτὸν, καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς εὑρήσεις ἱλασμόν. »

« Μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου. »

TITΛ. Η'. — *Περὶ γυναικῶν· ὅτι χρὴ αὐτὰς ὑποτάσσεσθαι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, καὶ μηδὲν ποιεῖν χωρὶς αὐτῶν.*

« Εἶπεν ὁ Θεὸς τῇ γυναικί· Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. »

« Ἐὰν γενομένη γένηται γυνὴ ἀνδρὶ, καὶ εὐχαὶ αὐτῆς ἐπ' αὐτῇ, κατὰ τὴν διαστολὴν τῶν χειλέων αὐτῆς, ὅσας ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, καὶ ἀκούσῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ παρασιωπήσῃ αὐτῇ, ᾗ ἂν C ἡμέρᾳ ἀκούσῃ, καὶ οὕτω στήσονται πᾶσαι αἱ εὐχαὶ αὐτῆς, καὶ οἱ ὁρισμοὶ αὐτῆς, οὓς ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς στήσονται. Ἐὰν δὲ ἀνανεύσῃ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ᾗ ἐὰν ἡμέρᾳ ἀκούσῃ, πᾶσαι αἱ εὐχαὶ αὐτῆς, καὶ οἱ ὁρισμοὶ αὐτῆς, οὓς ὡρίσατο κατὰ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, οὐ μενοῦσιν, ὅτι ἀνὴρ ἀνένευσε· καὶ Κύριος καθαρίσει αὐτήν. »

« Γυνὴ ἴδιον ἄνδρα τιμῶσα, σοφὴ πᾶσι φανήσεται. »

« Αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτασσέσθωσαν ὡς τῷ Κυρίῳ· ὅτι ἀνὴρ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας· καὶ αὐτός ἐστι κεφαλὴ τοῦ σώματος. Ἀλλ' ὡς ἡ Ἐκκλησία D ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, οὕτως καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἀνδράσιν ἐν πᾶσιν. Ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ὡς ἑαυτὸν ἀγαπάτω· ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβηθῇ τὸν ἄνδρα. »

« Αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα εἴ τινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσωνται· ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἀναστροφὴν ὑμῶν. Ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἐν πλοκαῖς τριχῶν καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος, ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος ἐν ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅς ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελής. Οὕτως γάρ ποτε αἱ γυναῖκες αἱ ἐλπίζουσαι εἰς Θεὸν, ἐκόσμουν ἑαυτὰς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ,

κύριον αὐτὸν καλοῦσα, ἧς ἐγενήθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν.

**ΤΙΤΛ. Θ'.** — *Περὶ γυναικῶν· ὅτι οὐ δεῖ ἀκατακαλύπτως εὔχεσθαι αὐτὰς, ἢ λαλεῖν, ἢ διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ.*

« Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε· πρέπον ἐστὶ γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι; οὐδὲ ἡ φύσις αὐτὴ διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν, ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι· γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν; ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου αὐτῇ δέδοται. »

« Οὐκ ἔστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης, ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῶν ἁγίων. Αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπιτρέπεται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει. Εἰ δέ τι μαθεῖν ἐθέλουσιν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. Αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναικὶ λαλεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ. »

« Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. Διδάσκειν δὲ γυναικὶ οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός. »

Αἱ γυναῖκες τὰς φλυαρίας ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν παυσάτωσαν, καὶ τοὺς ψιθυρισμοὺς, μνημονεύουσαι πῶς τῇ Εὔᾳ ψιθυρίσας ὁ πονηρὸς, ἐξέβαλε τοῦ παραδείσου.

**ΤΙΤΛ. Ι'.** — *Περὶ γυναικῶν κυϊσκουσῶν· ἐὰν μὲν ἄρσεν τέκῃ, ἐπὶ μ' ἡμέρας οὐκ εἰσελεύσεται εἰς οἶκον Κυρίου· εἰ δὲ θῆλυ, ἐπὶ ὀγδοήκοντα.*

« Ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, λέγων· Γυνὴ εἴ τις ἂν σπερματισθῇ, καὶ τέκῃ ἄρρεν, ἀκάθαρτος ἔσται ἑπτὰ ἡμέρας, κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ χωρισμοῦ τῆς ἀφέδρου αὐτῆς. Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ περιτεμεῖς τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ· καὶ τριάκοντα καὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν αἵματι ἀκαθάρτῳ αὐτῆς καθεσθήσεται· παντὸς ἁγίου οὐχ ἅψεται, καὶ εἰς τὸ ἁγιαστήριον οὐκ εἰσελεύσεται, ἕως οὗ πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι καθάρσεως αὐτῆς. Εἰ δὲ θῆλυ τέκῃ, ἀκάθαρτος ἔσται δὶς ἑπτὰ ἡμέρας κατὰ τὴν ἄφεδρον αὐτῆς· καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας καὶ ἓξ καθεσθήσεται ἐν αἵματι ἀκαθάρτῳ αὐτῆς. »

Τὰ κατὰ γαστρὸς βρέφη μησὶν ἑπτὰ ζωογονεῖσθαι πέφυκεν, ὡς παραδοξότατόν τι συμβαίνειν. Γίνεται γὰρ ἑπτάμηνα ἀγώγιμα, τῶν ὀκταμήνων ἐπίπαν ζωογονεῖσθαι μὴ δυναμένων.

**ΤΙΤΛ. ΙΑ'.** — *Περὶ γυναικὸς ἀνδρείας καὶ σώφρονος.*

« Ἀνεχώρησε τοῖς ποσὶν εἰς σκηνὴν Ἰαὴλ γυναικὸς Χαβὴρ τοῦ Κιναίου. Καὶ ἐξῆλθεν Ἰαὴλ εἰς συνάντησιν Σισάρα, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἔκκλινον, κύριέ μου, ἔκκλινον πρός με· μὴ φοβοῦ. Καὶ ἐξέκλινε πρὸς αὐτὴν ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ περιέβαλεν αὐτὸν ἐπιβολαίῳ. Καὶ εἶπε Σισάρα πρὸς αὐτήν· Πότισον δή με μικρὸν ὕδωρ, ὅτι ἐδίψησα. Καὶ ἤνοιξε τὸν ἀσκὸν τοῦ γάλακτος, καὶ ἐπότισεν αὐτὸν, καὶ περιέβαλεν αὐτῷ ἐπιβόλαιον. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Σισάρα· Στῆθι δὴ ἐπὶ

A cujus factæ estis filiæ benefacientes, et non pertimentes ullam perturbationem. »

**TIT. IX.** — *De mulieribus : quod detecta facie orare non debeant, nec loqui, aut docere in ecclesia Dei.*

*I Cor.* XI, 13, 14. — « In vobis ipsis judicate: Decet mulierem non velatam orare Deum? nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier vero si comam nutriat, gloria illi est, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. »

*I Cor.* XIV, 33, 34. — « Non enim est dissensionis Deus, sed pacis, sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulieres in ecclesiis taceant: B non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. Si autem volunt discere, domi interrogent viros suos. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. »

*I Tim.* II, 11. — « Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. »

*Eusebii.* — Mulieres nugamenta ex ore suo arceant, illud habentes in memoria, diabolum, cum Evæ insusurrasset, e paradiso eam expulisse.

407 **TIT. X.** — *De mulieribus puerperis : quod si masculum mulier pepererit, ante diem quadragesimum non ingrediatur domum Domini; sin feminam, ante octogesimum.*

*Levit.* XII, 1. — « Locutus est Dominus ad Moy- C sen, dicens : Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ suæ. Et die octava circumcidet carnem præputii illius : ipsa vero triginta diebus manebit in sanguine immundo suo. Omne sanctum non tanget, et in sanctuarium non ingredietur, donec impleantur dies purificationis suæ. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, secundum menstrua sua, et sexaginta sex diebus sedebit in sanguine immundo suo. »

*Philon. De mundi opif.* — Fetus intra uterum D menses septem vividi solent esse, ita ut aliquid eximium prorsus contingat. Fiunt enim septimestres partus vitales; qui autem octimestres, vitales prorsus esse nequeunt.

**TIT. XI.** — *De muliere forti et casta.*

*Judic.* IV, 17. — « Sisara secessit pedes in tabernaculum Jael uxoris Chaber Cinæi. Et egressa est Jael in occursum Sisaræ, et dixit ei; Diverte, domine mi, diverte ad me; ne timeas. Et declinavit ad eam in tabernaculum; quæ involvit eum pallio. Et dixit ei Sisara : Da mihi paululum aquæ, quia sitio. Quæ aperuit utrem lactis, et dedit ei bibere, et operuit illum pallio. Dixitque ad eam Sisara : Sta ante ostium tabernaculi, et cum venerit ad te

aliquis qui te interroget, utrum hic sit vir quispiam, dices nullum esse. Et accepit Jael clavum tabernaculi, et assumens pariter malleum in manu sua, ingressa est clam ad eum, et infixit in maxilla ejus clavum, qui perforavit usque in terram. Et ipse sopore gravi obrutus erat inter genua ejus, et exspiravit, mortuusque est. Et ecce Barac insequens Sisaram, et exivit Jael ei obviam, et dixit ad illum: Veni, et ostendam tibi virum quem tu quæris. Et introivit ad illam, et ecce Sisara mortuus, et clavus in maxilla ejus. »

*Judic.* v, 24. — « Benedicta sit inter mulieres Jael, uxor Chaber Cinæi, a mulieribus, in tabernaculis benedicatur. Aquam petit ille, et lac dedit in vasculo primatum. »

*Judic.* ix, 52. — « Accessit Abimelech usque ad portam turris, ut incenderet eam igni. Et jecit mulier una fragmen in caput Abimelech, et confregit cranium ejus. Et cito clamavit ad puerum armigerum suum, et dixit ei: Educ gladium tuum, et interfice me, ne forte dicant, quia mulier occidit illum. Et confixit eum puer ipsius, et mortuus est. »

*I Reg.* xix, 11. — « Annuntiavit Melchol ad David, dicens: Nisi tu salvam feceris animam tuam hac nocte, cras morti **408** traderis. Et demitùt Melchol David per fenestram: isque abiit, et fugit, salvatusque est. »

*I Reg.* xxv, 24, 25. — « Et dixit Abigaia ad David: In me sit, domine, iniquitas. Loquatur, obsecro, famula tua in auribus tuis. Ne ponat dominus meus cor suum super virum pestilentem hunc, cum quo est stultitia. Et dixit David ab Abigaia: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, et benedicta indoles tua, et benedita es tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem. »

*Job* xxxviii, 59. — « Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, et variegandi scientiam? »

*Prov.* xii, 4. — « Mulier fortis corona est viro suo. »

*Prov.* xviii, 22. — « Qui invenit mulierem bonam, invenit gratias, et accepit jucunditatem a Domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bona ex domo sua. »

*Prov.* xiv, 1. — « Sapientes mulieres ædificaverunt domos: insipiens vero subvertit manibus suis. »

*Prov.* xxxi, 10. — « Mulierem fortem quis inveniet? pretiosior est lapidibus pretiosissimis. »

*Eccli.* vii, 19-26. — « Noli discedere a muliere sensata et bona. Gratia enim illius super aurum. Mulier tibi est secundum animam tuam? ne repudies illam. »

*Eccli.* xxvi, 2, 16. — « Mulier bona, pars bona: in parte timentium Dominum dabitur viro. Mulieris bonæ beatus est vir. Mulier fortis oblectat virum suum, et annos vitæ ejus implebit in

A τὴν θύραν τῆς σκηνῆς, καὶ ἔσται ἐάν τις ἔλθῃ πρὸς σὲ, καὶ ἐρωτήσῃ σε, εἰ ἔστιν ὧδε ἀνὴρ, ἐρεῖς· Οὐκ ἔστι. Καὶ ἔλαβεν Ἰαὴλ τὸν πάσσαλον τῆς σκηνῆς, καὶ ἔθηκε τὴν σφύραν ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὸν ἐν κρυφῇ, καὶ ἔπηξε τὸν πάσσαλον ἐν τῇ γνάθῳ [b] αὐτοῦ, καὶ διεξῆλθεν ἐν τῇ γῇ. Καὶ αὐτὸς ἀπεκάρησεν ἀναμέσον τῶν γονάτων αὐτῆς, καὶ ἀπέψυξε, καὶ ἀπέθανε. Καὶ ἰδοὺ Βαρὰκ διώκων τὸν Σισάρα, καὶ ἐξῆλθεν Ἰαὴλ εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· Δεῦρο, καὶ δείξω σοι τὸν ἄνδρα ὃν σὺ ζητεῖς. Εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ ἰδοὺ Σισάρα ἐῤῥιμμένος νεκρὸς, καὶ πάσσαλος ἐν τῇ γνάθῳ αὐτοῦ. »

« Εὐλογηθείη ἐν γυναιξὶ Ἰαὴλ, γυνὴ Χάβερ τοῦ Κιναίου ἀπὸ γυναικῶν, ἐν σκηναῖς εὐλογηθείη. Ὕδωρ ᾔτησε, καὶ γάλα ἔδωκεν ἐν λεκάνῃ ὑπερεχόν-

B των. »

« Ἤγγισεν Ἀβιμέλεχ ἕως τῆς πύλης τοῦ πύργου ἐμπρῆσαι αὐτὴν ἐν πυρί· καὶ ἔῤῥιψε γυνὴ μία κλάσμα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀβιμέλεχ, καὶ συνέκλασε τὸ κρανίον αὐτοῦ. Καὶ ἐβόησε ταχὺ πρὸς τὸ παιδάριον τὸ αἶρον τὰ σκεύη αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σπάσον τὴν ῥομφαίαν σου, καὶ θανάτωσόν με, μήποτε εἴπωσιν ὅτι γυνὴ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Καὶ ἐξεκέντησεν αὐτὸν τὸ παιδάριον αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν. »

« Ἀπήγγειλε Δαβὶδ Μελχὸλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα· Ἐὰν μὴ σὺ σώσῃς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τὴν νύκτα ταύτην, αὔριον θανατωθήσῃ. Καὶ κατάγει ἡ Μελχὸλ τὸν Δαβὶδ διὰ τῆς θυρίδος, καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἔφυγε, καὶ σώζεται. »

C « Εἶπεν Ἀβιγαία [c] πρὸς Δαβίδ· Ἐν ἐμοὶ, κύριε, ἡ ἀδικία. Λαλησάτω δὴ ἡ δούλη σου εἰς τὰ ὦτά σου. Μὴ θέσθω ὁ κύριός μου τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον τὸν λοιμὸν τοῦτον, καὶ ἀφροσύνη μετ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπε Δαβὶδ τῇ Ἀβιγαίᾳ· Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, ὅς ἀπέστειλέ σε σήμερον εἰς ἀπάντησιν, καὶ εὐλογητὸς ὁ τρόπος σου, καὶ εὐλογημένη σὺ εἶ, ἀποκωλύουσά με σήμερον μὴ εἰσελθεῖν εἰς αἵματα. »

« Τίς ἔδωκε γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, καὶ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην; »

« Γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. »

« Ὃς εὗρε γυναῖκα ἀγαθὴν, εὗρε χάριτας· ἔλαβε δὲ παρὰ Κυρίου ἱλαρότητα. Ὃς ἐκβάλλει γυναῖκα ἀγαθὴν, ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. »

D « Σοφαὶ γυναῖκες ᾠκοδόμησαν οἴκους· ἡ δὲ ἄφρων κατέστρεψε ταῖς χερσὶν αὐτῆς. »

« Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; τιμιωτέρα ἐστὶ λίθων πολυτελῶν. »

« Μὴ ἀστόχει ἀπὸ γυναικὸς σοφῆς καὶ ἀγαθῆς. Ἡ γὰρ χάρις αὐτῆς ὑπὲρ χρυσίον. Γυνή σοί ἐστι κατὰ τὴν ψυχήν; μὴ ἐκβάλῃς αὐτήν.

« Γυνὴ ἀγαθὴ, μερὶς ἀγαθὴ, καὶ ἐν μερίδι φοβουμένων Κύριον δοθήσεται. Γυναικὸς ἀγαθῆς μακάριος ὁ ἀνήρ· γυνὴ ἀνδρεία εὐφραίνει τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ πληρώσει ἐν εἰρήνῃ. Χάρις γυναι

VARIÆ LECTIONES.

[b] *Rup. ut in Sixtin.* ἐν τῷ κροτάφῳ. [c] Græci codices Bibliorum, etiam vetustissimi, habent Ἀβιγαία pro Ἀβιγαΐλ, librariis α pro λ legentibus. Sic alibi pro Δαλιδὰ legerunt Δαλιλά.

κὸς τέρψει τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ A πιαίνει ἐπιστήμη αὐτῆς. »

« Κάλλος γυναικὸς ἱλαρύνει πρόσωπον αὐτῆς, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀνθρώπου ὑπεράγει. Εἰ ἔστιν ἐπὶ στόματος ἔλεος καὶ πραότης, οὐκ ἔστιν ἀνὴρ αὐτῆς καθ' υἱοὺς ἀνθρώπων. »

*Κάλλος νόμιζε τὴν φρενῶν εὐκοσμίαν,*
*Οὐχ ἣν γράφουσι χεῖρες, καὶ λύει χρόνος.*

Φιλόδακρύ πως ἀεὶ τὸ θῆλυ γένος, καὶ τὸν νοῦν εἰς ἔλεον εὐδιάθρυπτον ἔχει.

Ἀνύποπτον εἰς διαβολὴν δείκνυσι γυναῖκα, τὸ μὴ καλλωπίζεσθαι, μηδὲ μὴν κοσμεῖσθαι πέρα τοῦ πρέποντος, εὐχαῖς καὶ δεήσεσι προσανέχουσαν ἐκτε- B νῶς· τὰς μὲν ἐξόδους τῆς οἰκίας φυλαττομένην τὰς πολλὰς, ἀποκλείουσαν ὡς οἷόν τε ἑαυτὴν τῆς πρὸς τοὺς οὐ προσήκοντας προσόψεως, ὡς ἂν προὐργιαίτερον τιθεμένην τῆς ἀκαίρου φλυαρίας τὴν οἰκουρίαν.

TITΛ. IB'. — *Περὶ γυναικῶν πονηρῶν καὶ μοιχαλίδων, καὶ πορνευουσῶν, καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένων.*

« Ἐγένετο ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, ἀπήγγειλε Σαμψὼν τῇ Δαλιδᾷ [d] τὸ πρόβλημα, ὅτι ἐνώχλησεν αὐτόν. Καὶ ἀνήγγειλε τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ αὐτῆς. Καὶ εἶπαν αὐτῷ οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ πρὸ τοῦ δῦναι τὸν ἥλιον· Τί γλυκύτερον μέλιτος, καὶ τί ἰσχυρότερον λέοντος; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς Σαμψών· Εἰ μὴ κατεδαμάσατέ μου τὴν δάμαλιν, οὐκ ἂν ἔγνωτε τὸ πρόβλημά μου. » C

« Εἶπε δὲ Σαμψὼν Δαλιδᾷ· Πῶς λέγεις, ὅτι Ἠγάπηκά σε, καὶ ἡ καρδία σου οὐκ ἔστι μετ' ἐμοῦ; τοῦτο τρίτον ἐπλάνησάς με, καὶ οὐκ ἀπήγγειλάς μοι ἐν τίνι ἡ ἰσχύς σου ἡ μεγάλη. Καὶ ἐγένετο ὅτε κατειργάσατο αὐτὸν ἐν τοῖς λόγοις αὐτῆς πάσας τὰς ἡμέρας, καὶ ἐστενοχώρησεν αὐτὸν, καὶ ὠλιγοψύχησεν ἕως τοῦ ἀποθανεῖν, ἀπήγγειλεν αὐτῇ πᾶσαν τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Σίδηρος οὐκ ἀνέβη ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου, ὅτι Ναζιραῖος Θεοῦ εἰμι ἀπὸ κοιλίας μητρός μου. Ἐὰν οὖν ξυρήσωμαι, ἀποστήσεται ἀπ' ἐμοῦ ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἀσθενήσω, καὶ ἔσομαι ὡς πάντες ἄνθρωποι. Καὶ εἶδε Δαλιδὰ ὅτι ἀπήγγειλεν αὐτῇ πᾶσαν τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπέστειλε, καὶ ἐκάλεσε τοὺς σατράπας πάντας τῶν D ἀλλοφύλων λέγουσα· Ἀνάβητε τὸ ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ἀπήγγειλέ μοι πᾶσαν τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Καὶ ἀνέβησαν πρὸς αὐτὴν οἱ ἄρχοντες τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ἤνεγκαν τὸ ἀργύριον ἐν χειρὶ αὐτῶν. Καὶ ἐκοίμισε Δαλιδὰ τὸν Σαμψὼν ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτῆς, καὶ ἐκάλεσε τὸν κουρέα, καὶ ἐξύρησε τὰς ἑπτὰ σειρὰς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπέστη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ εἶπε Δαλιδά· Ἀλλόφυλοι ἐπὶ σὲ, Σαμψὼν, καὶ ἐξυπνίσθη ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, Ἐξελεύσομαι ὡς ἅπαξ καὶ ἅπαξ, καὶ ἐκτιναχθήσομαι· καὶ αὐτὸς οὐκ ἔγνω ὅτι Κύριος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ

pace. Gratia mulieris delectabit virum suum, et ossa illius impinguabit disciplina illius. »

*Eccli.* XXXVI, 24. — « Species mulieris exhilarat faciem ejus : et super omnem concupiscentiam hominis excellit. Si est in ore ejus misericordia et lenitas, non est vir illius secundum filios hominum. »

*Greg. Nazianz. tetrast.* 21.

*Verum decorem, mentis ornatum puta :*
*Non quem manus figurat, aut delet dies.*

*Cyril. in c.* XIX *Joan.* — Mulierum genus ad lacrymas proclive est, ac mens earum ad misericordiam inflecti facile solet.

*Clem. Alex. lib.* II *Strom.* — Hoc mulierem omni sinistra carere suspicione ostendit, cum nec accuratius sese excolit, nec præter decorum exornat, nec verum precibus obsecrationibusque dedita est, et crebro egredi domo cavet, seseque, quoad fieri potest, ab eorum quibuscum nihil sibi genere commune est, excludit conspetu : ut quæ antiquius habeat domi sedere, quam intempestive nugari.

TIT. XII. — *De mulieribus malis, adulterisque, et prostitutis, omnique vitiorum genere scatentibus.*

*Judic.* XIV, 17. — « Et factum est die septimo annuntiavit problema Dalilæ, eo quod molesta esset ei. Quæ indicavit filiis populi sui. Et dixerunt ei viri civitatis die septimo ante solis occasum : Quid dulcius melle, et quid fortius leone? Et dixit eis Samson : **409** Si non subegissetis vitulam meam, non invenissetis problema meum. »

*Judic.* XVI, 15. — « Et dixit Dalila ad Samson : Quomodo tu dicis, quia diligo te, et cor tuum non est mecum? hoc tertio decepisti me, et noluisti dicere, in quo sit magna fortitudo tua. Et factum est, cum ei molesta esset verbis suis per singulos dies, et urgeret eum, isque deficeret usque ad mortem, indicavit ei omne cor suum, dixitque illi : Ferrum non ascendit super caput meum, quia Nazaræus Dei sum ab utero matris meæ. Si ergo rasus fuero, recedet a me fortitudo mea, et deficiam, eroque sicut cæteri homines. Et vidit Dalila, quod sibi confessus esset omne cor suum, et misit, et vocavit satrapas omnes allophylorum, dicens : Ascendite hac una vice, quia annuntiavit mihi omne cor suum. Et ascenderunt ad eam principes allophylorum, et attulerunt pecuniam in manu sua. Ac illa dormire fecit Samson super genua sua, et vocavit tonsorem, et rasit septem intortos crines capilli sui : et abscessit robur ejus ab eo. Et dixit Dalila : Allophyli super te, Samson. Et expergefactus a somno suo, dicebat : Egrediar sicut jam iterum atque iterum feci, et excutiar : ipse autem nesciebat, quod Dominus recessisset a se. Atque apprehenderunt ipsum allophyli, et effoderunt oculos ejus, et deduxerunt eum Gazam. Et

VARIÆ LECTIONES.

[d] Hic male insertum nomen Δαλιδά, quæ Samsonis uxor non fuit : superius autem legendum dixi Δαλιλᾷ pro Δαλιδᾷ.

ligaverunt illum in compedibus æneis : et erat molens in domo carceris. »

*III Reg.* XI, 4.—« Factus est Salomon in tempore senectutis, et non erat cor ejus perfecte cum Domino, sicuti cor David patris ipsius. Et declinaverunt mulieres alienigenæ cor ejus post deos suos. Tunc ædificavit Salomon excelsum Chamos idolo Moab, et regi filiorum Ammon, et Astarte abominationi Sidoniorum. Et ad hunc modum fecit omnibus mulieribus suis alienigenis. Et adolebant, et sacrificabant simulacris suis. »

*Prov.* V, 2. — « Ne attendas ad pravam mulierem. Nam mel distillat e lingua meretricis, et ad tempus impinguat fauces tuas; postremum autem ejus amarius absynthio reperies, et acutum magis quam gladium ancipitem. »

*Prov.* VI, 26. — « Mulier pretiosas virorum animas capit. Sedes ignominiæ, mulier odio habens justa. »

*Prov.* VII, 2. — « Fili, serva mandata mea, et vives : ut te custodiant a muliere aliena et mala. De fenestra enim domus meæ per cancellos in plateas prospiciens, quem viderit e filiis insipientibus juvenem expertem sensu, qui transit in angulo, in biviis domorum ejus, et loquentem in vespertina obscuritate, quando jam est nocturna quies et caliginosa : mulier autem occurrit illi speciem habens meretriciam, quæ seducit juniorum corda. Alis instructa est intemperanti more : domi quieti non sunt pedes ejus. Nam modo foras circumgirat, modo in plateis juxta omnem angulum insidiatur. Deinde suscipiens osculatur eum, impudenti vero vultu illum alloquitur : Victima pacifica mihi est, hodie reddo vota mea. **410** Idcirco egressa sum in occursum tuum ; desiderans faciem tuam, te reperi. Fasciis instruxi lectulum meum; tapetibusque Ægyptiis stravi : aspersi cubile meum croco, et domum meam cinnamomo. Veni, et fruamur amoribus usque mane. Veni, et involvamur amore. Non enim est vir meus domi, abiit viam longissimam, sacculo pecuniæ sumpto in manu sua : post dies multos redibit domum suam. Seduxit eum multo colloquio, et retibus labiorum pertraxit illum. Hic autem circumactus secutus est. Sicut bos ad victimam ducitur, et sicut canis ad vinculum, aut sicut cervus vulneratus in jecore, properat velut avis ad laqueum, nesciens quia pro anima currit. Multos vulnerando dejecit, innumerabiles sunt quos trucidavit. Viæ inferorum domus ejus, deducentes in penetralia mortis. »

*Prov.* XI, 22. -- « Velut inauris in naribus suis, sic mulieri perverso animo pulchritudo. »

*Prov.* IX, 13. — « Mulier stulta et procax, cibo indigens efficitur, quæ nec novit pudorem. Sedit *in foribus domus* suæ super sellam, palam in pla-

A ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι, καὶ ἐξώρυξαν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ κατήνεγκαν αὐτὸν εἰς Γάζαν· Καὶ ἔδησαν αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, καὶ ἦν ἀλήθων ἐν οἴκῳ τῆς φυλακῆς »

« Ἐγενήθη ἐν τῷ καιρῷ γήρους Σολομῶν, καὶ οὐκ ἦν ἡ καρδία αὐτοῦ τελείως μετὰ Κυρίου, καθὼς ἡ καρδία Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ ἐξέκλιναν αἱ γυναῖκες αἱ ἀλλότριαι τὴν καρδίαν αὐτοῦ ὀπίσω θεῶν αὐτῶν. Τότε ᾠκοδόμησε Σολομὼν ὑψηλὸν τῷ Χαμὼς εἰδώλῳ Μωάβ, καὶ τῷ βασιλεῖ τῶν υἱῶν Ἄμμων, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδωνίων· καὶ οὕτως ἐποίησε πάσαις ταῖς γυναιξὶν αὐτοῦ ταῖς ἀλλοτρίαις· καὶ ἐθυμίων, καὶ ἔθυον τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. »

« Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί. Μέλι γὰρ ἀποστάζει
B ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα, ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. »

« Γυνὴ τιμίας ψυχὰς ἀνδρῶν ἀγρεύει. — Θρόνος ἀτιμίας, γυνὴ μισοῦσα δίκαια. »

« Υἱὲ, φύλασσε ἐμὰς ἐντολὰς, καὶ βιώσεις, ἵνα σε τηρήσῃ ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας καὶ πονηρᾶς. Ἀπὸ γὰρ θυρίδος ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς εἰς τὰς πλατείας παρακύπτουσα, ὃν ἂν ἴδῃ τῶν ἀφρόνων τέκνων νεανίαν ἐνδεῆ φρενῶν παραπορευόμενον ἐν γωνίᾳ, ἐν διόδοις οἴκων αὐτῆς, καὶ λαλοῦντα ἐν σκότει ἑσπερινῷ, ἡνίκα ἂν ᾖ ἡσυχία νυκτερινὴ καὶ γνοφώ-
C δης· ἡ δὲ γυνὴ συναντᾷ αὐτῷ εἶδος ἔχουσα πορνικὸν, ἣ ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι καρδίας. Ἀνεπτερωμένη ἐστὶν ἀσώτως· ἐν οἴκῳ δὲ οὐχ ἡσυχάζουσιν οἱ πόδες αὐτῆς. Χρόνον γάρ τινα ἔξω ῥέμβεται, χρόνῳ δὲ ἐν πλατείαις παρὰ πᾶσαν γωνίαν ἐνεδρεύει. Εἶτα ἐπιλαβομένη ἐφίλησεν αὐτὸν, ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ προσεῖπεν αὐτῷ· Θυσία εἰρηνικὴ μοί ἐστι, σήμερον ἀποδίδωμι τὰς εὐχάς μου. Ἕνεκα τούτου ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν σοι. ποθοῦσα τὸ πρόσωπόν σου εὕρηκά σε· κειρίαις τέτακα τὴν κλίνην μου, ἀμφιτάποις δὲ ἔστρωκα τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου· διέῤῥαγκα τὴν κοίτην μου κρόκῳ, τὸν δὲ οἶκόν μου κινναμώμῳ. Ἐλθὲ, καὶ ἀπολαύσωμεν φιλίας ἕως ὄρθρου. Δεῦρο καὶ ἐγκυλισθῶμεν ἔρωτι. Οὐ γὰρ πάρεστιν ὁ ἀνήρ μου ἐν οἴκῳ· πεπόρευται ὁδῷ μακρᾷ, ἔνδεσμον ἀργυρίου
D λαβὼν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, δι' ἡμερῶν πολλῶν ἐπανήξει εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἀπεπλάνησε δὲ αὐτὸν πολλῇ ὁμιλίᾳ, βρόχοις δὲ τοῖς ἀπὸ χειλέων ἐξώκειλεν αὐτόν. Ὁ δὲ ἐπηκολούθησε κεπφωθεὶς, καὶ ὥσπερ δὲ βοῦς ἐπὶ σφαγὴν ἄγεται, καὶ ὥσπερ κύων ἐπὶ δεσμὸν, ἢ ὡς ἔλαφος πεπληγὼς εἰς τὸ ἧπαρ, σπεύδει δὲ ὥσπερ ὄρνεον εἰς παγίδα, οὐκ εἰδὼς ὅτι περὶ ψυχῆς τρέχει. Πολλοὺς τρώσασα καταβέβληκε, καὶ ἀναρίθμητοί εἰσιν οὓς πεφόνευκεν. Ὁδοὶ ᾅδου ὁ οἶκος αὐτῆς, κατάγουσαι εἰς ταμεῖα θανάτου. »

« Ὥσπερ ἐνώτιον ἐν ῥινὶ ὑὸς, οὕτως γυναικὶ κακόφρονι κάλλος. »

« Γυνὴ ἄφρων καὶ θρασεῖα, ἐνδεὴς ψωμοῦ γίνεται, ἣ οὐκ ἐπίσταται αἰσχύνην. Ἐκάθισεν ἐπὶ θύραις τοῦ ἑαυτῆς οἴκου, ἐπὶ δίφρου ἐμφανῶς ἐν πλατείαις

προσκαλουμένη τοὺς παριόντας καὶ κατευθύνοντας A ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Ὅς ἐστιν ὑμῶν ἀφρονέστατος, ἐκκλινάτω πρός με, ἐνδεὴς δὲ φρονήσεως, παρακελεύομαι, λέγουσα· Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἅψασθε, καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκεροῦ πίεσθε. Ὁ δὲ οὐκ οἶδεν ὅτι γηγενεῖς παρ' αὐτῇ ὀλοῦνται, καὶ εἰς πέταυρον ᾅδου συναντᾷ. »

« Ὥσπερ σκώληξ ἐν ξύλῳ, οὕτως ἄνδρα ἀπόλλυσι γυνὴ κακοποιός. »

« Ὁ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. »

« Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐν ἐρήμῳ, ἢ μετὰ γυναικὸς μαχίμου καὶ γλωσσώδους καὶ ὀργίλου. »

« Σταγόνες ἐκβάλλουσιν ἄνθρωπον ἐν ἡμέρᾳ χειμερινῇ B ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὡσαύτως καὶ γυνὴ λοίδορος ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου ἄνδρα ἐκβάλλει. »

« Ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φύλαξαι, τοῦ ἀναθέσθαι αὐτῇ τι ποιεῖν. »

« Μὴ δῷς γυναικὶ τὴν ψυχήν σου, μὴ ὑπάντα ἑταιριζομένῃ. Μετὰ ψαλλούσης μὴ ἐνδελέχιζε. Παρθένον μὴ καταμάνθανε. Μὴ δῷς πόρνῃ τὴν ψυχήν σου. Ἀπόστρεψον τὸν ὀφθαλμόν σου ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου. Μετὰ ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ κάθου τὸ σύνολον. Ἐν κάλλει γὰρ γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν. »

« Οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς. »

« Πατέρα καὶ ἄνδρα καταισχύνει ἡ θρασεῖα, καὶ ὑπὸ ἀμφοτέρων ἀτιμασθήσεται. » C

« Γυνὴ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα, καὶ παριστῶσα κληρονόμον ἐξ ἀλλοτρίων, πρῶτον ἐν νόμῳ Ὑψίστου ἠπείθησε, καὶ δεύτερον εἰς ἄνδρα αὐτῆς ἐπλημμέλησεν, καὶ τὸ τρίτον ἐν πορνείᾳ ἐμοιχεύθη, καὶ ἐξ ἀλλοτρίου ἀνδρὸς τέκνα παρέστησεν. Αὕτη εἰς ἐκκλησίαν ἐξαχθήσεται· οὐ διαδώσουσι τὰ τέκνα αὐτῆς ῥίζαν, καὶ οἱ κλάδοι αὐτῆς οὐκ οἴσουσι καρπόν· καταλείψει εἰς κατάραν τὸ μνημόσυνον αὐτῆς. »

« Μὴ δῷς ὕδατι διέξοδον, μηδὲ γυναικὶ πονηρᾷ ἄνεσιν. Εἰ μὴ πορεύεται κατὰ χεῖρά σου, ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου ἀπότεμε αὐτήν. Συνοικῆσαι λέοντι, καὶ δράκοντι εὐδόκησαι, ἢ συνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς. Μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός· κλῆρος ἁμαρτωλοῦ ἐπιπεσεῖ ἐπ' αὐτήν. Ἀνάβασις ἀμμώδης ἐν ποσὶ πρεσβυτέρου, D οὕτω γυνὴ γλωσσώδης ἀνδρὶ ἡσύχῳ. Ἀπὸ γυναικὸς ἀρχὴ ἁμαρτίας, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθνήσκομεν πάντες. » « Μὴ δῷς γυναικὶ πονηρᾷ παῤῥησίαν. »

« Ὀργὴ μεγάλη γυνὴ μέθυσος. Πορνεία γυναικὸς ἐν μετεώροις ὀφθαλμῶν, καὶ ἐν τοῖς βλεφάροις αὐτῆς γνωσθήσεται. »

« Κρείσσων πονηρία ἀνδρὸς, ἢ ἀγαθοποιὸς γυνή. Ἐπὶ γυναικὶ πονηρᾷ καλὸν σφραγίς. »

Ἁμαρτήματα γυναικῶν, ἀνδρῶν ἀπαιδευσία.

Γυνὴ φιλόπλουτος, συνοικοῦσα ἀνδρὶ ὁμόφρονι, διπλάσιος νόσος. Τάς τε γὰρ τρυφὰς ἀναφλέγει, καὶ

teis vocans transeuntes, et recta vias suas pergentes. Qui insanissimus est vestrum, declinet ad me, aut indigens sensu, eum invito, inquiens : Panes absconditos gustate, et aquas furtivas dulces bibite. Hic vero ignorat quod gigantes apud eam peribunt, et in perticam inferni occurrit. »

*Prov.* xxv, 20. — « Sicut vermis in ligno, sic virum perdit mulier mala. »

*Prov.* xviii, 22. — « Qui tenet adulteram, stultus est et impius. »

*Prov.* xxi, 19. — « Melius est habitare in deserto, quam cum muliere rixosa, linguosa et iracunda.

*Prov.* xxvii, 15. — « Stillæ ejiciunt hominem in die hiemis de domo sua : sic quoque mulier conviciosa virum domo sua ejicit. »

*Mich.* vii, 5. — « Ab ea quæ cubat tecum, cave ne ei quidquam commendes ut faciat. »

*Eccli.* ix, 2. — « Ne des mulieri animam tuam, nec obviam procedas meretrici. Cum cantatrice ne sis assiduus. Virginem ne intuearis. Ne des meretrici animam tuam. Averte oculum tuum a muliere speciosa. Cum aliena muliere ne sedeas omnino. Propter speciem mulieris multi erraverunt. »

*Eccli.* xix. 2. — « Vinum et mulieres apostatare facient sapientes. »

*Eccli.* xxii, 5. — « Patrem et virum confundit procax, et ab utroque ignominia afficietur. »

*Eccli.* xxiii, 22. — « Mulier relinquens virum suum, et statuens hæredem ex alienis, primo in lege Altissimi incredibilis fuit : et secundo in virum suum deliquit ; et tertio in adulterio fornicata est, et ex alio viro filios exhibuit. Hæc in ecclesiam educetur. Non dabunt filii ejus radicem, et rami illius non ferent fructum. Derelinquet in maledictum memoriam suam. »

*Eccli.* xxv, 34, 23, 26, 35, 25. — « Ne des aquæ exitum, nec mulieri improbæ remissionem. Si non ambulaverit ad manum tuam, de carnibus tuis abscinde eam. Commorari cum leone **411** et dracone tibi placeat magis, quam habitare cum muliere nequam. Brevis est omnis malitia erga malitiam mulieris : sors peccatoris cadet super eam. Ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. A muliere initium factum est peccati, et per illam morimur omnes. Ne des mulieri malæ loquendi libertatem. »

*Eccli.* xxvi, 2. — « Ira magna, mulier ebriosa. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, et in palpebris suis cognoscetur. »

*Eccli.* xlii, 14. — « Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Super mulierem nequam bonum est sigillum. »

*Sixti.* — Peccata mulierum imperitia virorum contrahuntur.

*Basil. hom. adv. divit.* — *Mulieris lascivæ descriptio.* — Mulier, quæ divitiarum est amans, si

ejusdem indolis viro conjuncta sit, duplex morbus est. Nam et delicias accendit, et voluptatum amorem auget, et cupiditatibus minime necessariis aculeos subjicit, puta uniones quosdam, et margaritas, smaragdosque, et hyacinthos, et aurum excogitans, atque aurum partim fabricans, partim intexens, sicque per summam ineptiam morbum exaggerat. Neque enim obiter et perfunctorie his rebus studet; verum et noctu et interdiu in his curis versatur. Sexcenti quoque adulatores cupiditatibus ipsius obsequentes, tinctores, aurifices, unguentarios, textores, et variandi artis peritos colligunt : nec per assidua ejus imperia quidquam temporis marito ad respirandum datur. Nullæ opes mulieribus cupiditatibus explendis pares sunt, nec si amnis instar fluerent. Barbaricum enim unguentum haud secus ac promercale oleum affectant, maris florem, purpuram scilicet, et quæ ex conchis ostreisve eliciuntur, super lanam pecudum. Jam vero aurum ingentis pretii lapillos constringens, partim fronti earum ornamento est, partim collo. Aliud item in zonis est, aliud manus, et aliud pedes vincit. Gaudent enim, quæ auri amore tenentur, manicis ligari, modo sit aurum, id quo stringuntur. Quandonam igitur curam aget animæ, qui cupiditatibus mulieris obsequitur? Nam sicut supputridæ naves a procellis et tempestatibus, sic pravæ mulierum affectiones, imbecilles maritorum animos demergunt.

A τὰς φιληδονίας αὔξει, καὶ κέντρα ταῖς περιέργοις ἐπιθυμίαις ἐνίησι, τινὰς ἐπινοοῦσα μαργαρίτας, καὶ σμαράγδους, καὶ ὑακίνθους, καὶ χρυσόν· τὸν μὲν χαλκεύουσα, τὸν δὲ ὑφαίνουσα, καὶ διὰ πάσης ἀπειροκαλίας τὴν νόσον αὔξουσα. Οὐ γὰρ ἐκ παρέργου ἡ περὶ ταῦτα σπουδὴ, ἀλλὰ καὶ νύκτες, καὶ ἡμέραι τὰς περὶ τούτων μερίμνας ἔχουσι· καὶ μυρίοι τινὲς κόλακες ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ὑποτρέχοντες, συνάγουσι τοὺς ἀνθοβαφεῖς, χρυσοχόους, τοὺς μυρεψοὺς, τοὺς ὑφάντας, τοὺς ποικιλτάς· οὐδένα καιρὸν ἀναπνεῖν τῷ ἀνδρὶ δίδωσιν ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῆς ἐπιταγμάτων. Οὐδεὶς ἐξαρκεῖ πλοῦτος ταῖς γυναικείαις ἐπιθυμίαις ὑπηρετούμενος, οὐδ' ἂν ἐκ ποταμῶν ἐπιῤῥέῃ. Σπουδάζεται μὲν παρ' αὐταῖς τὸ βαρβαρικὸν μύρον, ὡς τὸ ἐξ ἀγορᾶς ἔλαιον, τὰ δὲ ἐκ θαλάσσης ἄνθη, ἡ κόχλος, ἡ πίννα, ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον. Χρυσὸς δὲ περισφίγγων τοὺς βαρυτίμους τῶν λίθων, ὁ μὲν αὐταῖς προμετώπιος γίνεται κόσμος, ὁ δὲ περιαυχένιος, καὶ ἄλλος ἐν ζώναις, καὶ ἄλλος τὰς χεῖρας δεσμεῖ, καὶ τοὺς πόδας. Χαίρουσι γὰρ αἱ φιλόχρυσοι δεδεB μέναι ταῖς χειροπέδαις, μόνον ἐὰν χρυσὸς ὁ δεσμῶν αὐτὰς ᾖ. Πότε οὖν ψυχῆς ἐπιμελήσεται ὁ γυναικείαις ἐπιθυμίαις ὑπηρετούμενος; Ὥσπερ γὰρ τὰ ὑπόσαθρα τῶν πλοίων καταιγίδες καὶ ζάλαι, οὕτως αἱ πονηραὶ τῶν γυναικῶν διαθέσεις, τὰς ἀσθενεῖς ψυχὰς τῶν συνοικούντων καταβαπτίζουσιν.

*Ejusd. adv. ebriosos.* — Mulierculæ petulantes, Dei metu omisso, et sempiterno igne contempto, quo die eas ob memoriam resurrectionis domi sedere oporteret, diemque illum animo complecti, quo cœli aperientur ac judex nobis e cœlis apparebit, itemque tubæ Dei, resurrectio mortuorum, justum judicium, et remuneratio unicuique secundum opera sua : pro eo, inquam, quod hæc animis versare deberent, atque ab omnibus cogitationibus improbis pectora sua repurgare, admissaque prius peccata lacrymis delere, et ad occursum Christi in magno adventus ipsius die se comparare, excusso Christianæ servitutis jugo, projectis e capite turpitudinis velamentis, per summam Dei, necnon angelorum ipsius aspernationem et contemptum, nulla cujusquam virorum prospectus verecundia, inflatis comis, pallia stolasque trahentes, pedibusque simul ludentes, procaci impudentique **412** oculo, effuso risu, ad saltandum velut furore quodam abreptæ, atque omnem juvenum petulantiam in seipsas illicientes, choros in martyrum memoriis, quæ in civitatis suburbiis sitæ sunt, agitant, et sancta loca obscenitatis suæ fecerunt officinam ; aerem quidem meretriciis cantibus, terram vero impuris pedibus, saltationibus eam percutiendo, contaminarunt, adolescentium turbam theatri loco sibi undique constituentes ; petulcæ plane, et ad extremum amentiæ gradum nihil sibi reliqui facientes. Hæc ego quonammodo sileam? quasnam rursum pro sceleris atrocitate lacrymas fundam? Hoc nobis

Γυναῖκες ἀκόλαστοι ἐπιλαθόμεναι τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίου καταφρονήσασαι, ἐν C ἡμέρᾳ τοιαύτῃ, ὅτε αὐτὰς ἐχρῆν διὰ τὴν ἀνάμνησιν τῆς ἀναστάσεως καθέζεσθαι ἐν τοῖς οἴκοις, καὶ ἔννοιαν λαμβάνειν τῆς ἡμέρας ἐκείνης, καθ' ἣν ἀνοιγήσονται μὲν οἱ οὐρανοὶ, ἐπιφανήσεται δὲ ἡμῖν ὁ κριτὴς ἐξ οὐρανῶν, καὶ σάλπιγγες Θεοῦ, καὶ ἀνάστασις νεκρῶν, καὶ κρίσις δικαία, καὶ ἀνταπόδοσις ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ ταῦτα ἔχειν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς, καὶ καθαίρειν μὲν ἑαυτῶν τὰς καρδίας ἀπὸ πονηρῶν ἐνθυμήσεων, ἐξαλείφειν δὲ τοῖς δάκρυσι τὰ προημαρτημένα, ἑτοιμάζεσθαι πρὸς τὴν ἀπάντησιν τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, ἀποσεισάμεναι τὸν ζυγὸν τῆς δουλείας τοῦ Χριστοῦ, ῥίψασαι ἀπὸ τῶν κεφαλῶν τὰ τῆς ἀσχημοσύνης καλύμματα, καταD φρονήσασαι τοῦ Θεοῦ, καταφρονήσασαι τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, καταναισχυντήσασαι πάσης ὄψεως ἄῤῥενος, σοβοῦσαι τὰς κόμας, σύρουσαι τοὺς χιτῶνας, καὶ τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι, ὀφθαλμῷ ἀσελγεῖ, γέλωτι ἐκκεχυμένῳ πρὸς ὄρχησιν, πᾶσαν νέων ἀκολασίαν ἐφ' ἑαυτὰς προσκαλούμεναι, ἐν τοῖς πρὸ τῆς πόλεως μαρτυρίοις χοροὺς συστησάμεναι, ἐργαστήριον τῆς οἰκείας ἀσχημοσύνης, αὐτῶν τοὺς ἡγιασμένους τόπους πεποίηνται· ἐμίαναν μὲν τὸν ἀέρα τοῖς ᾄσμασι τοῖς πορνικοῖς, ἐμίαναν δὲ τὴν γῆν τοῖς ἀκαθάρτοις ποσὶν, ἣν ἐν ταῖς ὀρχήσεσιν κατεκρότησαν, θέατρον ἑαυταῖς νεανίσκων ὄχλον περιστησάμεναι, σοβάδες ὄντως, καὶ παραφόρου παντελῶς μανίας οὐδεμίαν ὑπερβολὴν καταλείπουσαι. Ταῦτα μὲν πῶς σιωπήσω; πῶς δὲ κατ' ἀξίαν ὀδύρωμαι; Οἶνος

ἡμῖν τῶν ψυχῶν τούτων τὴν ζημίαν ἐποίησεν· οἶνος A τὸ παρὰ Θεοῦ δῶρον εἰς παραμυθίαν τῆς ἀσθενείας δεδομένον τοῖς σωφρονοῦσιν, ὅπλον δὲ νῦν γενόμενον ἀκολασίας τοῖς ἀσελγαίνουσιν.

TIT. VII. — *De justis, et precibus quas illi fundunt: et quod eæ a tentationibus ipsos eximant.*

*Gen.* XX, 18. — « Oravit Abraham ad Deum, et sanavit Abimelech, et uxorem ejus, et ancillas, et pepererunt. »

*Job* XXXIV, 7. — « Non auferet a justo oculos suos: et collocabit eos in victoria, et exaltabuntur. »

*Psal.* XXXII, 18. — « Ecce oculi Domini super metuentes eum, » et cætera.

*Psal.* XXXIII, 20. — « Multæ tribulationes justorum, et ex omnibus his, » etc. *Ibid.* 16. — « Oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum. »

*Psal.* XXXIV, 17. — « Confirmat autem justos Dominus. Novit Dominus dies, » etc.

*Psal.* XXXII, 21. — « Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex eis non conteretur. »

*Psal.* CXLIV, 19. — « Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem, » etc.

*Prov.* XV, 9. — « Deprecatio rectorum accepta est apud Deum. »

*Prov.* XXVIII, 12. — « Propter auxilium justorum magna gloria. »

*Prov.* III, 33. — « Habitacula justorum benedicuntur. »

*Prov.* X, 22. — « Benedictio Domini super caput justi. »

*Prov.* XIII, 9. — « Lux justis semper. »

A *Prov.* xv, 7. — « Domus justorum fortitudo magna. »

*Prov.* xxix, 6. — « Justus in gaudio et lætitia erit. »

*Prov.* xi, 8. — « Justus ex venatione evadit : pro ipso traditur impius. »

*Isa.* xliii, 1. — « Noli timere, quoniam redemi te, vocavi te nomine tuo : meus es tu : et si transieris per aquam, tecum sum, et flumina non cooperient te : et si transieris per ignem, non exureris. »

*Jac.* v, 17. — « Multum valet deprecatio justi assidua. »

*II Petr.* ii, 9. — « Novit Dominus pios e tentatione eripere. »

B Justi multi in calamitates incidunt : sed hæ flagella non sunt.

430 TIT. VIII. — *De justis : quod contemnuntur et male vexantur.*

*Job* ix, 23. — « Justi deridentur. Traduntur enim in manus impiorum. »

*Job* xii, 4. — « Justus vir et irreprehensibilis factus est in subsannationem. »

*Prov.* xxi, 15. — « Vir pius apud sceleratos impurus est. »

*Prov.* xxix, 10. — « Viri consortes sanguinis justum oderunt. »

*Sap.* iv, 18. — « Videbunt justum, et contemnent eum : illos autem Dominus deridebit. Et erunt posthæc in ruinam sine honore, et in contumeliam inter mortuos in perpetuum. »

C *Sap.* v, 1-7. — « Stabit justus in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores ejus. Videntes autem turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Dicent enim in seipsis pœnitentiam agentes : Hic est quem habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illius æstimabamus insaniam, et finem illius sine honore. Ecce quomodo computatus est inter filios Dei, et inter sanctos sors illius est. Ergo erravimus a via veritatis, et lumen justitiæ non affulsit nobis. Repleti sumus iniquitatis viis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles : viam autem Domini non cognovimus. »

D *II Tim.* iii, 12. — « Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Mali autem homines et seductores proficient in pejus, in errorem mittentes et errantes. »

*Basilii.* — In manus impiorum justi quoque sæpe traduntur, non ut illi honorentur, sed ut horum virtus explorata perspectaque sit.

*Chrysost.* — Fieri non potest, ut qui probe et ex virtute vivunt, apud omnes bene audiant.

Possibile non est, ut qui virtuti dat operam, non multos hostes habeat.

TIT. IX. — *De iis qui pecunias fenori dant et accipiunt.*

*Exod.* xxii, 25. — « Si pecuniam mutuo dederis fratri tuo, non eum urgebis, nec impones ei usuram. »

« Οἶκος δικαίων ἰσχὺς πολλή. »

« Δίκαιος ἐν χαρᾷ καὶ ἐν εὐφροσύνῃ ἔσται. »

« Δίκαιος ἐκ θήρας ἐκδύνει· ἀντ' αὐτοῦ παραδίδοται ἀσεβής. »

« Μὴ φοβοῦ, ὅτι ἐλυτρωσάμην σε· ἐκάλεσά σε τὸ ὄνομά σου· ἐμὸς εἶ σύ. Καὶ ἐὰν διαβαίνῃς δι' ὕδατος, μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλείσουσί σε· καὶ ἐὰν διέλθῃς διὰ πυρὸς, οὐ μὴ κατακαυθῇς. »

« Πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη. »

« Οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι. »

Καὶ δίκαιοι πολλοὶ περιστατικοῖς περιπίπτουσιν, ἀλλὰ ταῦτα μάστιγες οὐκ εἰσί.

ΤΙΤΛ. Η'. — *Περὶ δικαίων, ὅτι περιφρονοῦνται καὶ διασύρονται.*

« Δίκαιοι καταγελῶνται. Παραδίδονται γὰρ εἰς χεῖρας ἀσεβῶν. »

« Δίκαιος ἀνὴρ καὶ ἄμεμπτος ἐγενήθη εἰς χλεύασμα. »

« Ὅσιος ἀκάθαρτος παρὰ κακουργοῖς. »

« Ἄνδρες αἱμάτων μέτοχοι μισοῦσι δίκαιον. »

« Ὄψονται τὸν δίκαιον, καὶ ἐξουθενήσουσιν, αὐτοὺς δὲ ὁ Κύριος ἐκγελάσεται. Καὶ ἔσονται μετὰ τοῦτο εἰς πτῶμα ἄτιμον, καὶ εἰς ὕβριν ἐν νεκροῖς δι' αἰῶνος. »

« Στήσεται ὁ δίκαιος ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ κατὰ πρόσωπον τῶν θλιψάντων αὐτὸν, καὶ τῶν ἀθετούντων τοὺς πόνους αὐτοῦ. Ἰδόντες δὲ ταραχθήσονται φόβῳ δεινῷ, καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας. Ἐροῦσι γὰρ ἐν αὐτοῖς μετανοοῦντες· Οὗτος ἦν ὃν ἔσχομέν ποτε εἰς γέλωτα, καὶ εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ. Οἱ ἄφρονες τὸν βίον αὐτοῦ ἐλογισάμεθα μανίαν, καὶ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἄτιμον. Πῶς κατελογίσθη ἐν υἱοῖς Θεοῦ, καὶ ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτοῦ; Ἄρα ἐπλανήθημεν ἀπὸ ὁδοῦ ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης φῶς οὐκ ἔλαμψεν ἡμῖν. Ἀνομίας ἐπλήσθημεν τρίβοις καὶ ἀπωλείας, καὶ ὡδεύσαμεν τρίβους ἀβάτους, τὴν δὲ ὁδὸν Κυρίου οὐκ ἔγνωμεν. »

« Πάντες οἱ θέλοντες ζῇν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται. Πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. »

Παραδίδονται πολλάκις καὶ δίκαιοι εἰς χεῖρας ἀσεβῶν· οὐχ ἵνα ἐκεῖνοι τιμηθῶσιν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ δοκιμασθῶσιν.

Οὐ δυνατὸν τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας παρὰ πάντων ἀκούειν καλῶς.

Οὐκ ἔστι τὸν ἀρετῆς ἐπιμελούμενον μὴ πολλοὺς ἔχειν ἐχθρούς.

ΤΙΤΛ. Θ'. — *Περὶ δανειζόντων καὶ δανειζομένων.*

« Ἐὰν ἀργύριον ἐκδανείσῃς τῷ ἀδελφῷ σου, οὐκ ἔσῃ αὐτῷ κατεπείγων· οὐκ ἐπιθήσεις αὐτῷ τόκον. »

« Ζήσεται ὁ ἀδελφός σου μετὰ σοῦ. Τὸ γὰρ ἀργύριόν σου οὐ δώσεις αὐτῷ ἐπὶ τόκῳ καὶ ἐπὶ πλεονασμῷ. Οὐ δώσεις αὐτῷ ἐπὶ τόκῳ τὰ βρώματά σου. » A

« Δάνειον δανειεῖς τῷ πλησίον σου ὅσην ἐπιδέεται, καὶ οὐ λυπηθήσῃ τῇ καρδίᾳ σου, διδόντος σου αὐτῷ· καὶ εὐλογήσει σε Κύριος. »

« Οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου τόκον βρωμάτων, καὶ τόκον παντὸς πράγματος, οὗ ἐὰν ἐκδανείσῃς τῷ ἀδελφῷ σου. »

« Ἐὰν ὀφείλημα ᾖ ἐν τῷ πλησίον σου ὁτιοῦν, οὐκ εἰσελεύσῃ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐνεχυράσαι τὸ ἐνέχυρον. Ἔξω στήσῃ, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος, οὗ τὸ δάνειόν σού ἐστιν, ἐξοίσει σοι τὸ ἐνέχυρον ἔξω. Ἐὰν δὲ ὁ ἄνθρωπος πένηται, οὐ κοιμηθήσῃ ἐν τῷ ἐνεχύρῳ αὐτοῦ. Ἀποδώσεις τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ περὶ δυσμὰς ἡλίου, καὶ κοιμηθήσεται ἐν τῷ ἱματίῳ αὐτοῦ, καὶ B εὐλογήσει σε, καὶ σοὶ ἔσται ἐλεημοσύνη ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. »

« Δανείζει ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει· ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει, καὶ δίδωσι. »

« Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν. »

« Δίκαιος οἰκτείρει καὶ κιχρᾷ. »

« Ὁ πληθύνων πλοῦτον αὐτοῦ μετὰ τόκου καὶ πλεονασμοῦ, τῷ ἐλεοῦντι πτωχοὺς συνάγει αὐτόν. »

« Δανειστοῦ καὶ χρεωφειλέτου ἀλλήλοις συνελθόντων, ἐπισκοπὴν ἀμφοτέρων ποιεῖται ὁ Κύριος. »

« Μὴ ἔστω ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, C καὶ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη. »

« Μὴ δανείσῃς ἀνθρώπῳ ἰσχυροτέρῳ σου· καὶ ἐὰν δανείσῃς ὡς ἀπωλεκὼς γενοῦ. »

« Δάνεισον τῷ πλησίον σου ἐν καιρῷ χρείας αὐτοῦ. Πολλοὶ ὡς εὕρημα ἐνόμισαν δάνος, καὶ παρέσχον κόπους τοῖς βοηθήσασιν αὐτοῖς. Βαρέα ταῦτα ἀνθρώπῳ ἔχοντι φρόνησιν, ἐπιτίμησις οἰκίας, καὶ ὀνειδισμὸς δανειστοῦ. »

« Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς. »

« Ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν; Καὶ γὰρ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα. »

Τῷ ὄντι ὑπερβολὴν ἀπανθρωπίας ἔχει, τὸν μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεῶς ἔχοντα, ζητεῖν δάνεισμα εἰς παραμυθίαν τοῦ βίου, τὸν δὲ μὴ ἀρκεῖσθαι τῷ κεφαλαίῳ, ἀλλ' ἐπινοεῖν ἐκ τῶν συμφορῶν τοῦ πένητος προσόδους ἑαυτῷ, καὶ εὐπορίας συνάγειν. Ὁ μὲν οὖν Κύριος ἐναργῶς ἡμῖν διετάξατο, λέγων· *Καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς*. Ὁ δὲ φιλάργυρος ὁρῶν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἄνδρα κατακαμπτόμενον, πρὸ τῶν γονάτων ἱκετεύοντα, τί οὐ ποιοῦντα ταπεινὸν, τί οὐ φθεγγόμενον, οὐκ ἐλεεῖ παρ' ἀξίαν πράττοντα, οὐ λογίζεται τὴν φύσιν, οὐκ ἐνδίδωσι ταῖς ἱκεσίαις, ἀλλ' ἄκαμπτος καὶ ἀμείλικτος ἕστηκεν, οὔτε δεήσεσιν εἴκων, οὐ δάκρυσιν ἐπικλώμενος, ἐπιμένων τῇ ἀρνήσει, ἐπομνύμενος καὶ ἐπ-

*Levit.* xxv, 35. — « Vivet frater tuus tecum. Non enim dabis ei pecuniam ad usuram et multiplicationem. Non dabis ei ad usuram cibos tuos. »

*Deut.* xv, 8. — « Mutuo dabis proximo tuo, quantum indiguerit, nec graviter feret cor tuum, cum dederis ei, et benedicet te Deus. »

*Deut.* xxiii, 19. — « Non exiges a fratre tuo usuram escarum, nec usuram cujuscunque rei quam feneratus fueris ei. »

*Deut.* xxiv, 10-13. — « Si debuerit frater tuus quodcunque debitum, non ingredieris domum illius, ut pignus auferas. Foris stabis, et homo ille apud quem fuerit mutuum tuum, feret tibi pignus foras. Quod si pauper est, non dormies in pignore ejus. Reddes pignus ejus circa occasum solis, et dormiet in vestimento suo, et benedicet tibi, et erit tibi misericordia coram Domino Deo tuo. »

**431** *Psal.* xxxvi, 21. — « Mutuatur peccator, et non solvet ; justus autem miseretur, et tribuit. »

*Psal.* cxi, 5. — « Jucundus homo qui miseretur et commodat. »

*Prov.* xiv, 21. — « Justus miseretur, et commodat. »

*Prov.* xxviii, 8. — « Qui auget divitias suas cum usura et fenore, in pauperes congregat eas. »

*Prov.* xxix, 13. — « Paupere et creditore occurrentibus sibi, utrumque speculatur Dominus. »

*Eccli.* iv, 31. — « Ne sit manus tua porrecta ad accipiendum, et ad reddendum contracta. »

*Eccli.* viii, 15. — « Noli fenerari homini fortiori te : quod si feneraveris, quasi perdideris, habe. »

*Eccli.* xxix, 2 ; iv. 35. — « Fenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius. Multi quasi inventionem existimarunt fenus, et præstiterunt molestiam iis qui se adjuverunt. Gravia sunt hæc homini habenti sensum, correptio domus, et improperium feneratoris. »

*Matth.* v, 42. — « Petenti a te da, et volenti mutuari a te ne avertaris. »

*Luc.* vi, 34. — « Si mutuum dederitis iis a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Etenim peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant æqualia. » D

*Basil. in Psal.* xiv, *adv. fen.* — Revera extremæ cujusdam inhumanitatis est, illum quidem qui necessariarum rerum penuria laboret, sublevandæ vitæ causa mutuam pecuniam postulare ; hunc autem sorte contentum non esse, verum ex pauperis calamitatibus proventus sibi et opes conflare. Etenim Dominus aperte nobis hoc edixit : *Volenti a te mutuari, non avertaris*. At avarus, cum hominem præ inopia ad genua sua provolutum, supplicantem, nihil non humiliter facientem, nihil non effutientem cernit, nequaquam ipsius, quam non meruit, calamitate commovetur, non considerat naturam, non precibus cedit, non lacrymis frangitur, sed denegando perseverans, cum exsecra-

tione asseverat, in summa se prorsus penuria versari, atque etiam circumspicere, num a quo ipse mutuo accipiat, nancisci possit, ac jurejurando mendacium confirmat, malum crudelitatis quæstum a perjurio sibi colligens. At postquam is qui mutuum poscit, fenoris meminit, et pignora nominavit, tum remisso supercilio arridet, ac paternam fortassis amicitiam commemorans, eum et familiarem et amicum appellat. Cæterum videbimus, inquit, num quid nobis reconditæ pecuniæ sit. Est penes me deposita ab amico quodam, qui eam mihi quæstus causa commendavit. Verum ille quidem mihi graves usuras præscripsit: nos vero omnino aliquid remittemus, ac minori fenore daturi sumus. Hæc ille simulans, atque ejusmodi sermone miserum demulcens, et inescans, syngraphis ipsum constringit, et præter egestatem qua ille premebatur, erepta quoque ei libertate, discedit. Nam qui fenoribus quæ persolvere non possit, sese devinxit, perpetuam servitutem sponte subiit. Heus, tu opes et proventus quæris ab inope? Si divitias tuas poterat augere, quid tandem ad fores tuas quærebat? Qui auxilii nanciscendi causa venerat, hostem invenit: qui remedia quærebat, in toxicum incidit. Pro eo atque egestatem **432** illius oportebat sublevare, tu contra inopiam ipsius conduplicas: id nimirum agens, ut ex eo qui facultatibus omnibus destituitur, commodum quid decerpas.

*Ibid.* — Origo mendacii est fenerari, ingrati animi, perfidiæ et perjurii causa. Non illi noctes quietem ferunt, non serenus dies est, non sol jucundus, sed eum vitæ suæ tædet. Dies odit, ut qui ad præstitutum diem properant; menses, ut fenorum parentes perhorrescit. Quod si dormit, creditorem in somnis cernit, insomnium malum capiti suo imminens. Si vigilet, cogitatio ejus et cura in fenore infixa est. *Creditore et debitore*, inquit Scriptura, *obviantibus invicem, ambos speculatur Dominus* (*Prov.* XXIX, 13). Ille canis instar ad prædam accurrit: hic veluti certa ipse captura sit, congressum expavescit: egestas enim ipsi fiduciam adimit. Utriusque calculi in digitis sunt, illo quidem ob incrementum fenoris gaudente, hoc vero ob calamitatum cumulum ingemiscente. Bibe aquam de vasis tuis, hoc est, facultates tuas circumspice. Noli ad alienos fontes pergere, sed vitæ solatia ex fluentis tuis tibi compara.

*Ibid.* — Ad alienas fores ne te conferas. Angustus enim est puteus, id quod alienum est. Præstabilius est egestatem sensim suapte industria delinire, quam alienis opibus repente subjectum, postea facultatibus omnibus spoliari. Si enim habes unde reddas, quid non præsentem egestatem his subsidiis dissolvis? Si autem unde persolvas non suppetit, malum malo curas. Noli committere ut te creditor obsideat: ne patiare, ut instar feræ *ad prædam exquiraris* et investigeris. Mendacii *origo est fenerari*. Alia verba sunt ejus qui pecu-

A αρώμενος ἑαυτῷ, ἦ μὴν ἀπορεῖν παντελῶς, καὶ περισκοπεῖν καὶ αὐτὸς, εἴ τινα εὕρῃ τῶν δανειζόντων, καὶ πιστούμενος τὸ ψεῦδος διὰ τῶν ὅρκων, κακὸν παρεμπόρευμα τῆς ἀπανθρωπίας τὴν ἐπιορκίαν προσκτώμενος. Ἐπειδὰν δὲ ὁ ζητῶν τὸ δάνειον, τόκων μνησθῇ, καὶ ὑποθήκας ὀνομάσῃ, τότε καταβαλὼν τὴν ὀφρὺν προσεμειδίασε, καί που καὶ πατρῴας φιλίας ἐμνήσθη, καὶ συνήθη εἶπε καὶ φίλον. Καὶ ὀψόμεθα, φησὶ, εἴ πού τί ἐστιν ἡμῖν ἀποκείμενον ἀργύριον. Ἔστι δὲ παρακαταθήκη φίλου ἀνδρὸς ἐπ' ἐργασίᾳ παραθεμένου ἡμῖν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν βαρεῖς ἐπ' αὐτῷ τοὺς τόκους ὥρισεν, ἡμεῖς δὲ πάντως ἐπανήσομέν τι, καὶ ἐπελάττωσιν τοῖς τόκοις δώσομεν. Τοιαῦτα κατασχηματιζόμενος, καὶ τοιούτοις λόγοις ὑποφαίνων, δελεάζων τὸν ἄθλιον, γραμματείοις αὐτὸν B προκαταδήσας, καὶ πρὸς τῇ καταπονούσῃ πενίᾳ, ἔτι καὶ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ ἀνδρὸς προσαφελόμενος ᾤχετο. Ὁ γὰρ τόκοις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας, ὧν τὴν ἔκτισιν οὐχ ὑφίσταται, δουλείαν αὐθαίρετον κατεδέξατο διὰ βίου. Χρήματα, εἰπέ μοι, καὶ πόρους ἐπιζητεῖς παρὰ τοῦ ἀπόρου, καὶ εἰ πλουσιώτερόν σε ἀποφαίνειν ἠδύνατο, τί ἐζήτει παρὰ τὰς θύρας τὰς σάς; Ἐπὶ συμμαχίαν ἐλθὼν, πόλεμον εὗρεν, ἀλεξιφάρμακα ἐπιζητῶν, δηλητηρίοις ἐνέτυχεν· δέον παραμυθεῖσθαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν πτωχίαν, σὺ δὲ πολυπλασιάζεις, τὴν ἔνδειαν ἐκκαρποῦσθαι ζητῶν τὸν ἔρημον;

C Ψεύδους ἀρχὴ τὸ δανείσασθαι, ἀχαριστίας ἀφορμὴ, ἐπιορκίας τε καὶ ἀγνωμοσύνης. Οὐ νύκτες ἐκείνῳ ἀνάπαυσιν φέρουσιν, οὐχ ἥλιος τερπνὸς, ἀλλὰ δυσχεραίνει τὸν βίον, μισεῖται ἡμέρας προθεσμίαν ἐπειγομένας, φοβεῖται τοὺς μῆνας ὡς τόκων, πατέρας. Κἂν καθεύδῃ, ἐνύπνιον βλέπει τὸν δανειστὴν, κακὸν ὄναρ τῇ κεφαλῇ παριστάμενον. Κἂν γρηγορεῖ, ἔννοια αὐτῷ καὶ φροντὶς ὁ τόκος ἐστίν. *Δανειστοῦ*, φησὶ, *καὶ χρεωφειλέτου ἀπαντησάντων ἀλλήλοις, ἐπισκοπὴν ἀμφοτέρων ποιεῖται ὁ Κύριος*. Ὁ μὲν ὥσπερ κύων ἐπιτρέχει τῇ ἄγρᾳ· ὁ δὲ ὥσπερ ἕτοιμον θήραμα καταπτήσσει τὴν συντυχίαν· ἀφαιρεῖται γὰρ αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν τὸ πένεσθαι. Ἀμφοτέρων οἱ ψῆφοι ἐπὶ δακτύλων· τοῦ μὲν χαίροντος τῇ αὐξήσει τῶν τόκων, τοῦ δὲ στενάζοντος τῇ προσθήκῃ τῶν D συμφορῶν. Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, τουτέστι, τὰς οἰκείας ἀφορμὰς περισκόπει. Μὴ ἐπ' ἀλλοτρίας πηγὰς βάδιζε, ἀλλ' ἐξ οἰκείων λιβάδων συνάγαγε σεαυτῷ τὰς παραμυθίας τοῦ βίου.

Μὴ βάδιζε ἐπ' ἀλλοτρίας θύρας. Φρέαρ γὰρ τῷ ὄντι τὸ ἀλλότριόν ἐστιν. Βέλτιον ταῖς κατὰ μικρὸν ἐπινοίαις τὴν χρείαν παραμυθήσασθαι, ἢ ἀθρόως ἐπαρθέντα τοῖς ἀλλοτρίοις, ὕστερον πάντων ὁμοῦ τῶν προσόντων ἀπογυμνοῦσθαι. Εἰ μὲν οὖν ἔχεις πόθεν ἀποδῷς, τί οὐχὶ τὴν παροῦσαν ἔνδειαν ἐκ τούτων τῶν ἀφορμῶν διαλύεις; Εἰ δὲ ἀπορεῖς πρὸς τὴν ἔκτισιν, κακῷ κακὸν θεραπεύεις. Μὴ δέξῃ πολιορκοῦντά σε δανειστήν· μὴ ἀνάσχῃ ὥσπερ ἄλλο τι θήραμα ἀναζητεῖσθαι καὶ ἐξιχνεύεσθαι. Ψεῦδος ἀρχὴ τὸ δανείσασθαι. Ἄλλα ῥήματα τοῦ δανειζομένου

καὶ ἄλλα τοῦ ἀπαιτουμένου. Εἴθε σοι μὴ ἀπήντησα τότε, οὐχὶ δὲ ἄκοντός μου ὑπέβαλες τῇ χειρὶ τὰ χρήματα· ὑπόχαλκον δέ σου τὸ χρυσίον, καὶ παρακεκομμένον τὸ νόμισμα. Εἴτε οὖν φίλος ὁ δανείζων, μὴ ζημιωθῇς αὐτοῦ τὴν φιλίαν· εἴτε ἐχθρὸς, μὴ γένῃ τῷ δυσμενεῖ ὑποχείριος. Μικρὸν ἐγκαλλωπισάμενος τοῖς ἀλλοτρίοις, ὕστερον καὶ τῶν πατρῴων ἐκστήσῃ. Πένης εἶ νῦν; ἀλλ' ἐλεύθερος. Δανεισάμενος δὲ, οὐδὲ πλουτήσεις, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφαιρεθήσῃ. Δοῦλος τοῦ δεδανεικότος ὁ δανεισάμενος· καὶ δοῦλος μισθοφόρος, ὁ ἀπαραίτητον ἔχων τὴν λειτουργίαν. Οἱ κύνες λαβόντες ἡμεροῦνται, ὁ δὲ δανειστὴς λαμβάνων προσερεθίζεται. Οὐ γὰρ παύεται ὑλακτῶν, ἀλλὰ τὸ πλέον ἐπιζητεῖ. Ἐὰν ὀμνύῃς, ἀπιστεῖ· ἐρευνᾷ τὰ ἔνδον, τὰ συναλλάγματά σου πολυπραγμονεῖ. Ἐὰν προΐῃς τοῦ δοματίου, ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ κατασύρει. Ἐὰν δὲ ἔνδον σεαυτὸν καταχρύψῃς, ἐφέστηκε τῇ αὐλείᾳ, καὶ θυραχρουστεῖ· ἐπὶ γαμετῆς καταισχύνει, ἐπὶ φίλων καθυβρίζει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἄγχει· κακὸν συνάντημα ἑορτῆς, ἀβίωτόν σοι κατασκευάζει τὸν βίον. Ἀλλὰ μεγάλη, φησὶν, ἡ ἀνάγκη. Τί ὄφελός σοι τὴν σήμερον ὑπερθέσθαι; Πάλιν γὰρ ἥξει σοι ἡ πενία ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεὺς, καὶ ἡ αὐτὴ ἀνάγκη μετὰ προσθήκης παρέσται. Τὸ γὰρ δάνος οὐκ ἀπαλλαγὴν παντελῆ, ἀλλὰ μακρὰν ἀναβολὴν τῆς ἀμηχανίας παρέχεται.

niam accipit, et alia ejus a quo ea reposcitur. Utinam tum tibi obvius non fuissem! Annon tu mihi invito pecunias in manum injecisti? subæratum etiam tuum aurum erat, excisi nummi. Quocirca, sive amicus sit qui fenerat, ne amicitiæ ipsius jacturam facias: sive hostis, ne te obstringas inimico. Postquam aliquantisper ob alienas opes cristas extuleris, paternis tu ipse quoque excides bonis. Pauper nunc es? at liber. Ubi autem pecuniam fenore acceperis, nec dives eris, insuper et libertas tibi adimetur. Creditoris enim servus est, qui fenore accepit, quin etiam servus mercenarius, acerbissimo ministerio fungens. Canes cum acceperint, mansuescunt; creditor, accipiendo, acrius incitatur. Neque enim latrare desinit, sed amplius quærit. Si jusjurandum interponas, non credit; supellectilem tuam excutit, contractus tuos perscrutatur. Si domo prodeas, ad se te trahit et extorquet. Sin te intus abscondas, pro foribus astat pulsatque. Coram uxore pudorem tibi incutit, coram amicis infert contumeliam, in nundinis præfocat, in die festo infaustus occurrit tibi, acerbam denique tibi vitam reddit. At, inquis, ingens me necessitas adigit. Quid vero prodest tibi ultra hodiernum diem differre? rursus enim paupertas celerrimi cursoris instar ad te veniet, aderitque necessitas nec sine cumulo. Pecuniæ fenebris non hoc affert, ut prorsus incommodis libereris: sed exiguam duntaxat anxietati tuæ moram producit.

*Τόκος* οἶμαι διὰ τὴν πολυγονίαν τοῦ κακοῦ προσηγόρευται. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Ἢ τάχα *τόκος* λέγεται διὰ τὰς ὠδῖνας καὶ λύπας, ἃς ἐμποιεῖν ταῖς ψυχαῖς τῶν δανειζομένων πέφυκεν. Ὥσπερ ἡ ὠδὶς τῇ τικτούσῃ, οὕτως ἡ προθεσμία τῷ ὑποχρέῳ παρίσταται. Τόκος ἐπὶ τόκῳ, πονηρῶν γονέων πονηρὸν ἔκγονον. Ταῦτα δὲ λεγέσθω γεννήματα ἐχιδνῶν, τὰ τῶν τόκων ἀποκυήματα. Τὰς ἐχίδνας λέγουσι τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς διεσθιούσας τίκτεσθαι, καὶ οἱ τόκοι τοὺς οἴκους τῶν ὀφειλόντων ἐκφαγόντες ἀπογεννῶνται.

**433** *Ibid.* — Τόκος (id est fenus) ob mali fecunditatem ita appellatus est. Unde enim alioqui? Vel etiam fortasse τόκος nuncupatur ob dolores et molestias, quas eorum qui fenoris rei sunt, animis solet ingenerare. Quemadmodum scilicet parturienti dolor, sic præstitutus fenoris dies astat creditori: fenus super fenus, malorum parentum mala soboles. Atqui viperini fetus usurarum partus dici queant. Ut enim viperas aiunt exeso matrum utero in lucem edi; sic fenora exesis debitorum domibus procreantur.

Δὸς τὸ οἴκοι κείμενον ἀργύριον, μὴ βαρύνων αὐτὸ ταῖς προσθήκαις, καὶ ἀμφοτέροις ἕξει καλῶς. Σοὶ μὲν ὑπάρξει τὸ ἐκ τῆς φυλακῆς ἀσφαλῶς, τῷ δὲ λαβόντι τὸ ἐκ τῆς χρήσεως κέρδος. Εἰ δὲ καὶ προσθήκην ἐπιζητεῖς, ἀρκέσθητι τοῖς παρὰ τοῦ Κυρίου. Αὐτὸς ὑπὲρ τῶν πενήτων τὸν πλεονασμὸν ἀποτίσει. Παρὰ τοῦ ὄντως φιλανθρώπου ἀνάμενε τὰ φιλάνθρωπα. Ἃ γὰρ λαμβάνεις, ταῦτα μισανθρωπίας οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἀπολείπει. Ἀπὸ συμφορῶν κερδαίνεις, ἀπὸ δακρύων ἀργυρολογεῖς, τὸν γυμνὸν ἄγχεις, τὸν λιμώττοντα τύπτεις· ἔλεος οὐδαμοῦ. Τὰ ἐντεῦθεν κέρδη, φιλάνθρωπα ὀνομάζεις; Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὴν μισανθρωπίαν φιλανθρωπίαν προσαγορεύοντες.

*Ibid.* — Da pecuniam quam domi reconditam habes, nullis eam fenorum accessionibus gravans: sic utrique bene erit. Nam et tibi tuto custodietur: et is qui acceperit, lucrum ex usu consequetur. Quod si accessionem quæris, ea contentus esto, quæ tibi a Domino profectura est. Ipse tibi pauperum nomine persolvet fenus. Ab eo qui benignus est, benigna præstolare. Nam quæ alioqui accipis, nullum inhumanitatis gradum relinquunt. Ex calamitatibus alienis quæstum facis, ex lacrymis pecuniam colligis, nudum præfocas, eum qui fame laborat, percutis, nusquam misericordia: quin et quodcunque ex his lucratus fueris, benignum et humanum nominare amas? Væ qui dicunt amarum dulce, et inhumanitatem appellant humanitatem.

Ἑκατοστολόγοι καὶ δεκατοστολόγοι τινὲς, φρικτὰ καὶ ἀκουσθῆναι ὀνόματα· μηνιαῖοι ἀπαιτηταὶ, ὥσπερ οἱ τὰς ἐπιληψίας ποιοῦντες, κατὰ τὰς περιόδους τῆς σελήνης ἐπιτιθέμενοι τοῖς πτωχοῖς, πονηρὰ δόσις

*Ibid.* — Hecatostologi et decatostologi (id est, qui centesimas et decumanas usuras legunt) nomina vel ipso auditu horrenda; exactores menstrui, non secus ac dæmones illi qui comitiales morbos

inferunt, luna quaque vertente pauperes aggrediuntur. Perniciosum utique munus, tam danti, quam accipienti: quod hunc quidem facultatum, illum autem animæ detrimento afficiat. Agricola cum spicam acceperit, semen rursum sub radice non investigat: tu vero, cum fructus habeas, a veteri tamen sorte nequaquam abstines, sine terra plantas, sine semente metis. Incertum est cuinam colligas. Quinam ille sit qui in usuris fundat lacrymas, perspicuum est: quis autem ex partis inde opibus fructum sit percepturus, in dubio est. Incertum quippe est, num aliis voluptatem ex opibus relicturus sis, cum ipse tibi perniciem illam quæ ex injustitia oritur, cumularis. Quæ cum ita sint, nec eum qui abs te mutuari vult, aversare, nec rursus pecuniam tuam des ad usuram; quo tam ex Veteri, quam ex Novo Testamento, quæ utilia tibi sunt, edoctus, cum bona spe ad Dominum vadas, bonorum operum fœnus illuc recepturus.

A ἑκατέρῳ, καὶ τῷ διδόντι, καὶ τῷ λαμβάνοντι, τῷ μὲν εἰς χρήματα, τῷ δὲ εἰς ψυχὴν φέρουσαν τὴν ζημίαν. Ὁ γεωργὸς τὸν στάχυν λαβὼν, τὸ σπέρμα πάλιν ὑπὸ τὴν ῥίζαν οὐκ ἐρευνᾷ· σὺ δὲ καὶ τοὺς καρποὺς ἔχεις, καὶ οὐκ ἀφίστασαι τῶν ἀρχαίων· ἄνευ γῆς φυτεύεις, ἄνευ σπορᾶς θερίζεις. Ἄδηλον τίνι συνάγεις. Ὁ μὲν δακρύων ἐν τοῖς τόκοις πρόδηλος, ὁ δὲ ἀπολαύειν μέλλων τῆς ἀπὸ τούτων περιουσίας, ἀμφίβολος. Ἄδηλον γὰρ εἰ μὴ ἑτέροις τὴν ἐπὶ τῷ πλούτῳ χαρὰν ἀφήσεις, τὸ ἐκ τῆς ἀδικίας κακὸν σεαυτῷ θησαυρίσας. Μήτε οὖν τὸν θέλοντα δανείσασθαι ἀποστραφῇς, καὶ τὸ ἀργύριόν σου μὴ δῷς ἐπὶ τόκῳ, ἵνα, ἐκ Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης διδαχθεὶς, μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος πρὸς τὸν Κύριον ἀπίῃς, ἐκεῖ τοὺς τόκους τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀποληψόμενος.

B *Ejusdem.* — Cum debitores suos invenerint homines, perinde lætitia gestiunt, ac si prædam nacti essent; nihilque non faciunt, quo totum auferant. Quod si per egestatem debitorum id eis minime liceat, tum demum iram pecuniarum causa conceptam in ærumnosum miserorum corpus effundunt, ferientes eos, excruciantesque, et innumeris malis afficientes.

Ἐπειδὰν εὕρωσι τοὺς ὀφείλοντας οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ θήραμα καὶ ἄγραν εὑρόντες, οὕτως γεγήθασι, καὶ πάντα ποιοῦσιν, ὅπως τὸ πᾶν ἀποίσωσι. Κἂν μὴ δυνηθῶσι διὰ τὴν πενίαν τῶν ὀφειλόντων, τὴν ὑπὲρ τῶν χρημάτων ὀργὴν εἰς τὸ ταλαίπωρον τῶν ἀθλίων σῶμα ἐκχέουσιν, αἰκιζόμενοι, καὶ τύπτοντες, καὶ μυρία αὐτοῖς διατιθέντες κακά.

*Ejusdem.* — Iniquam, o homo, syngrapham lacera, ut hac ratione peccatum tuum solvatur. Gravissimarum usurarum confessionem oblittera, ut tellus ea quæ consuevit, pariat. Ære enim et auro atque infecundis rebus præter naturam parientibus, terra cujus natura fert ut pariat, sterilis efficitur, atque in incolarum pœnam eatenus multatur, ut nullos fructus pariat.

Διάῤῥηξον, ἄνθρωπε, γραμματεῖον ἄδικον, ἵνα οὕτως ἡ ἁμαρτία λυθῇ. Ἐξάλειψον βαρυτάτων τόκων ὁμολογίαν, ἵνα τέκῃ τὰ συνήθη ἡ γῆ· χαλκοῦ γὰρ καὶ χρυσίου καὶ τῶν ἀγόνων παρὰ φύσιν γεν- C νώντων, ἡ κατὰ φύσιν τίκτουσα γίνεται στεῖρα, καὶ πρὸς τιμωρίαν τῶν ἐνοικούντων κατεδικάσθη τὴν ἀκαρπίαν.

**434** *Ejusd. hom. adv. fen.* — Quo pacto igitur alar, inquiet aliquis? Manus habes, artem habes: operam tuam loca, ministra. Multæ parandi victus rationes sunt, multa subsidia. At imbecillitate laboras? Mendica ab iis qui opibus abundant. At turpe est mendicare? turpius vero plane, cum mutuatus fueris, non reddere. Formica, etsi nec stipem petit, nec mutuo accipit, ali potest; apicula cibi sui reliquias regibus impertit; quibus tamen nec manus, nec artes natura largita est: tu vero homo animal ingeniosum, nullam ex omnibus artem repereris, unde tibi victum compares?

Πῶς οὖν διατραφῶ, φησίν; Ἔχεις χεῖρας, ἔχεις τέχνην· μισθαρνοῦ, διακόνει. Πολλαὶ ἐπίνοιαι τοῦ βίου, πολλαὶ ἀφορμαί. Ἀλλ' ἀδυνάτως ἔχεις; Προσαίτει παρὰ τῶν κεκτημένων. Ἀλλ' αἰσχρὸν τὸ αἰτεῖν; Αἰσχρότερον μὲν τὸν δανεισάμενον ἀποστερεῖν. Ὁ μύρμηξ δύναται μήτε προσαιτῶν, μήτε δανειζόμενος διατρέφεσθαι· καὶ μέλισσα τὰ λείψανα τῆς οἰκείας τροφῆς βασιλεῦσι χαρίζεται· οἷς οὔτε χεῖρα, οὔτε τέχνας ἡ φύσις ἔδωκε· σὺ δὲ τὸ εὐμήχανον ζῶον, ὁ ἄνθρωπος, μίαν τῶν πασῶν μηχανῶν οὐχ εὑρήσεις D πρὸς τὴν τοῦ βίου διαγωγήν;

*Ibid.* — O quot hominum aliena bona perdiderunt! Quot velut per somnium ditescentes, gravissima damna passi sunt! At multi, inquis, ob æs alienum quod contraxerunt, locupletati fuere. Verum plures, ut autumo, laqueo vitam finierunt. Tu vero eos qui divitiis aucti sunt, contemplaris; illos autem qui laqueis periere, non numeras, qui videlicet repetitæ pecuniæ ignominiam non ferentes, suspendio interire potius habuerunt, quam *cum probro et infamia* vivere. Miserandum plane *spectaculum vidi, pueros* ingenuos paternorum debitorum causa venales ad forum raptos. Opes

Ὦ πόσους ἀπώλεσε τὰ ἀλλότρια ἀγαθά! Πόσοι ὄναρ πλουτήσαντες ὑπεραπέλαυσαν τῆς ζημίας! Ἀλλὰ πολλοὶ, φησὶν, καὶ ἐκ δανεισμάτων ἐπλούτησαν. Πλείους δὲ, οἶμαι, καὶ βρόχων ἥψαντο. Σὺ δὲ τοὺς μὲν πλουτήσαντας βλέπεις, τοὺς δὲ ἀπαγξαμένους οὐκ ἀριθμεῖς, οἳ τὴν ἐπὶ ταῖς ἀπαιτήσεσιν αἰσχύνην μὴ φέροντες, τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον τοῦ ἐπονειδίστως ζῆν προετίμησαν. Εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὸ χρεῶν πατρικῶν ἑλκομένους εἰς τὸ πρατήριον. Οὐκ ἔχεις καταλιπεῖν χρήματα τοῖς παισίν; Μὴ προσαφέλῃ καὶ τὴν εὐγένειαν. Οὐδεὶς πενίαν πατρὸς ἐνεκλήθη ποτέ.

Ὄφλημα πατρῷον εἰς δεσμωτήριον ἄγει. Μὴ καταλίπῃς γραμματεῖον ὥσπερ ἀρὰν πατρικὴν εἰς παῖδας καταβαίνουσαν καὶ ἐγγόνους.

A filiis relinquere non potes, ingenuitatem saltem eis non eripias. Nemini paupertas patris crimini data unquam fuit: æs vero alienum a patre conflatum in carcerem ducit. Ne sinas syngrapham paternæ instar exsecrationis ad filios et nepotes descendere.

ΤΙΤΛ. Ι'. — *Περὶ δεσποτῶν καὶ οἰκοδεσποτῶν· καὶ ὅτι οὐ χρὴ αὐτοὺς φορτικοὺς εἶναι, ἀλλ' ἠπίους τοῖς συνοῦσι.*

« Ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, κληρονομήσει ἀνέμους. »

« Μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ φαντασιοσκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου. »

« Εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἔστω ὡς σύ· ὅτι ἐν αἵματι ἐκτήσω αὐτόν. Ἐὰν κακώσῃς αὐτὸν, καὶ ἀπάρας ἀποδράσῃ, ἐν ποίᾳ ὁδῷ ζητήσεις αὐτόν; »

« Οἱ κύριοι, τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτοὺς, ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν, εἰδότες ὅτι Κύριος καὶ αὐτῶν καὶ ὑμῶν ἐστιν ἐν οὐρανῷ. »

« Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχετε, εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς Κύριον ἔχετε ἐν οὐρανῷ. »

Ἐνδίκως καταδουλωσάμενος ὁ πατὴρ ἀφῆκέ σοι δοῦλον. Δὸς αὐτῷ τὴν ἐλευθερίαν, κἀκείνῳ κουφοτέραν ποιήσεις τὴν βάσανον, καὶ σεαυτῷ τὴν ἀληθινὴν ἐλευθερίαν παρασκευάσεις.

*Τίς δεσπότης, ἢ δοῦλος; ἡ φαύλη τομή.*
*Εἷς πᾶσι πλάστης, εἷς νόμος, κρίσις μία.*
*Ὑπηρετουμένους ὡς σύνδουλος βλέπε.*
*Ὅταν λυθῇς, φάνηθι τιμιώτερος.*

Οἱ λεγόμενοι δεσπόται, δόξῃ μόνον, οὐ πρὸς ἀλήθειαν ὀνομάζονται. Κύριος γεννητὸς πρὸς ἀλήθειαν οὐδεὶς, κἂν ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα εὐρύνας τὴν ἡγεμονίαν ἀνάψηται. Μόνος δὲ ὁ ἀγέννητος ἀψευδῶς ἡγεμών.

Κἂν, ὡς λέγεις αὐτὸς, οὐδένα θλίβεις, οὐ τύπτεις, οὐκ ἐκπιέζεις, οὐκ ἀδικεῖς, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν συνδιατριβόντων σοι ὑποίσεις φοβερὸν λογοθέσιον.

Μή τις σφοδρῷ λιμῷ κάταγχε τοὺς σεαυτοῦ δούλους, ἄνθρωπε, ἀλλ' ὅσον εἰς ἀλλοτρίους εὐψυχεῖς, καὶ χαρίζῃ τοῖς ἔξωθεν αἰτιοῦσι διὰ κενοδοξίαν, τοσοῦτον διὰ Θεὸν χορήγησον τοῖς ἰδίοις οἰκέταις, ἵνα μηδὲν περαιτέρω σημάνω.

TIT. X. — *De heris et patribus familias: et quod eos non asperos, sed lenes iis quibuscum versantur, esse oporteat.*

*Prov.* XI, 19. — « Qui conturbat domum suam, possidebit ventos. »

*Eccli.* IV, 36. — « Noli esse sicut leo in domo tua, et abreptitius in domesticis tuis. »

*Eccli.* XXXIII, 32. — « Si est tibi servus, sit tibi sicut tu: quoniam in sanguine comparasti eum. B Si afflixeris eum, et abiens effugerit, in qua via quæras eum? »

*Ephes.* VI, 9. — « Vos, domini, eadem facite illis, remittentes minas, quia Dominus et illorum, et vester dominus est in cœlis. »

*Coloss.* IV, 1. — « Domini, quod justum est et æquum, servis præstate, scientes quod etiam vos Dominum habetis in cœlis. »

*Basilii.* — Quem pater haud iniqua servitute oppressum tibi servum reliquit, fac eum manumittas. Hac ratione tum leniorem ei cruciatum reddes, tum ipse tibi veram libertatem comparabis.

*Nazianz. tetr.* 56.

C *Quis servus, aut herus? mala plane sectio.*
*Est fictor unus, una lex, judex quoque.*
*Sic ergo servos, servus ut, cernas tuos.*
*Aliis, solutus corpore, ut præstes, vide.*

*Philonis.* — Qui domini dicuntur, opinione duntaxat, non re domini censentur. Nemo qui natus sit, vere dominus est; quamvis etiam imperium suum ad extremos usque fines orbis propagaverit. Solus ille qui factus non est, vere princeps atque imperator est.

**435** *Nili.* — Quamvis, ut ipse asseris, neminem premas, neminem verberes, neminem affligas, neminem afficias injuria: tamen pro iis qui tecum versantur, horrendam censuram subibis.

*Ejusdem.* — Ne servos tuos immodica fame conficias, o homo; sed quantum alienis te liberalem D præbes, atque externis, qui a te aliquid petunt, inanis gloriæ causa gratificaris, tantum famulis tuis, ne quid significem amplius, propter Deum subministra.

ΤΙΤΛ. ΙΑ'. — *Περὶ διδασκάλων.*

« Ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. »

« Τάδε λέγει Κύριος, Ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσῃ, καὶ ἀναστρέψουσιν αὐτοὶ πρὸς σὲ, καὶ οὐκ ἀποστρέψεις πρὸς αὐτούς. »

« Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον. Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ *κύριος αὐτοῦ.* »

TIT. XI. — *De magistris.*

*Isa.* VIII, 18. — « Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus. »

*Jerem.* XV, 19. — « Hæc dicit Dominus: Si separaveris dignum ab indigno, tanquam os meum eris; et ipsi revertentur ad te, et tu non reverteris ad eos. »

*Matth.* X, 25. — « Non est discipulus supra magistrum, nec servus supra dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus, et servus sicut dominus. »

*Hebr.* XIII, 9. — « Doctrinis variis et peregrinis A nolite abduci. »

*Basilii.* — Docentis auctoritas fidem orationi conciliat, attentioresque discipulos reddit.

*S. Greg. Naz.* — Cibus enim est doctrina, illius etiam qui alios nutrit.

*Chrysost.* — Tum maxime bonarum rerum studio excitantur discipuli, cum magistrorum exempla ob oculos habent. »

*Clement.* — Qui docet, amplius discit : et qui verba facit, ipse quoque sæpius cum auditoribus suis audit.

*Philonis.* — Doctrinæ insigne virga est. Etenim nisi quis pudore afficiatur, et de nonnullis objurgetur, fieri non potest, ut emendetur, et ad sanitatem redeat. B

*Ejusdem.* — Non uti præceptor docere, ita quoque discere discipulus potest. Ille quippe perfectus est, hic autem imperfectus. Ac proinde facultas consideranda est illius, qui eruditur.

*Ejusdem.* — Noveris tu quisquis doces, et diligenter expende, quanam aure a discipulo tua vox excipiatur. Stultus est enim, qui ad surdum verba facit, et stolidus, qui lapidem admonet. Tu quoque peccati perinde reus eris, nisi cum animo tuo perpenderis, quonam pacto, quandove sapientiæ sermonem promere oporteat.

*Eusebii.* — Qui gratiam consecutus est, copiose præbere debet iis qui discendi desiderio tenentur, C quemadmodum Dominus dixit : *Gratis accepistis, gratis date* (*Matth.* X, 8). Nam illi qui accepit, nec tamen impertit, id etiam quod habet, auferetur ab eo. Nec vero justis duntaxat, sed et peccatoribus gratiam tribuit Deus, ut qui nec invidentia laborat, nec sit acceptor personarum, verum oriri solem suum faciat super bonos et malos, et pluat super justos et injustos, nec peccatorem aspernetur, sed ipsi quoque nonnihil gratiæ largiatur. Unicuique igitur propenso animo docere incumbit.

436 TIT. XII. — *De calumnia : quod temere eam excipere non oporteat.*

*Exod.* XXIII, 1. — « Non admittes auditionem vanam. » D

*Psal.* C, 5. — « Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. »

*S. Chrysost.* — Qui de proximo suo detrahit, fraternas carnes edit; quia famæ illius infligit vulnus, et infinita alia mala per sermonem perpetrat. Neque iis tantum qui obtrectant, verum iis etiam qui obtrectantes audiunt, obturare aures moneo, ac Prophetam imitari, qui ait : *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.* Dic proximo : Si tibi in animo est aliquem laudare et prædicare, aures aperio, ut unguentum excipiam : sin quempiam maledictis lacessere paras, aditum verbis tuis obstruo.

*Ejusdem.* — Vitam alterius curiose perscrutari,

« Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε. »

Ἀξιοπιστία τοῦ διδάσκοντος εὐπαράδεκτον μὲν τὸν λόγον καθίστησι, προσεχεστέρους δὲ τοὺς μαθητευομένους παρασκευάζει.

Τροφὴ γάρ ἐστιν ἡ δίδαξις καὶ τοῦ τρέφοντος.

Τότε μάλιστα οἱ μαθηταὶ εἰς τὸν τῶν ἀγαθῶν ἀνάγονται ζῆλον, ὅταν παρὰ τῶν διδασκάλων ἔχωσι τὰ παραδείγματα.

Διδάσκων τις μανθάνει πλέον, καὶ λέγων συνακροᾶται πολλάκις τοῖς ὑπακούουσιν αὐτοῦ.

Παιδείας σύμβολον ἡ ῥάβδος. Ἄνευ γὰρ τοῦ δυσωπηθῆναι, καὶ περὶ ἐνίων ἐπιπληχθῆναι, νουθεσίαν ἐνδείξασθαι καὶ σωφρονισμὸν ἀμήχανον.

Οὐχ ὡς δύναται διδάσκειν ὁ διδάσκαλος, οὕτω καὶ μανθάνειν ὁ γνώριμος. Ἐπειδὴ ὁ μὴν τέλειος, ὁ δὲ ἀτελής ἐστιν. Ὅθεν προσήκει στοχάζεσθαι τῆς τοῦ παιδευομένου δυνάμεως.

Ἐπίστησον, ὁ διδάσκων, καὶ ἐξέτασον ἀκριβῶς ἀκοὴν τοῦ μανθάνοντος. Εὐήθης γὰρ ὁ κωφῷ διαλεγόμενος, καὶ μάταιος ὁ λίθον νουθετῶν. Καὶ σὺ ἔνοχος ἁμαρτίας σεαυτῷ ἔσῃ, ὁ μὴ ἐπισκεψάμενος, ὅπως, καὶ πηνίκα, καὶ πότε δεῖ λόγον προέσθαι σοφίας.

Ὁ λαβὼν χάριν, ὀφείλει ἀφθόνως παραδιδόναι τοῖς θέλουσι μανθάνειν, καθὼς καὶ ὁ Κύριος εἶπε, *Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.* Τῷ γὰρ λαβόντι, καὶ μὴ μεταδιδόντι, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ οὐ μόνον δικαίοις δίδωσι τὴν χάριν, ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλοῖς. Ἐπειδὴ ἄφθονός ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ ἀπροσωπόληπτος, καὶ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους· καὶ οὐ παρορᾷ τὸν ἁμαρτάνοντα, ἀλλὰ δίδωσι κἀκείνῳ μικρὰν χάριν. Ἕκαστος οὖν ἀφθόνως ὀφείλει διδάσκειν.

ΤΙΤΛ. ΙΒ. — *Περὶ διαβολῆς· ὅτι οὐ χρὴ ἀκρίτως δέχεσθαι διαβολήν.*

« Οὐ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν. »

« Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτου, τοῦτον ἐξεδίωκον. »

Ὁ διαβάλλων τὸν πλησίον, ἀδελφικὰ κρέα ἔφαγεν, ὑπόληψιν τρώσας, καὶ μυρία ἕτερα ἐργασάμενος διὰ τοῦ λόγου κακά. Οὐ τοῖς κακῶς μόνον ἀγορεύουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀκούουσι κακῶς λέγοντας ἑτέρους, παραινῶ τὰς ἀκοὰς ἀποφράττειν, καὶ τὸν Προφήτην μιμήσασθαι τὸν λέγοντα· *Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον.* Εἰπὲ πρὸς τὸν πλησίον· Εἰ ἔχεις τινὰ ἐπαινέσαι καὶ ἐγκωμιάσαι, ἀνοίγω τὰς ἀκοὰς, ἵνα δέξωμαι τὰ μύρα· ἂν δὲ κακῶς ἐθέλῃς εἰπεῖν, ἀποφράττω τὴν εἴσοδον τοῖς ῥήμασι.

Βίον ἀλλότριον περιεργάζεσθαι, ἀνελευθερίας ἔργ-

της. Τὸ δὲ πάντων καταγελαστότερον, οἱ τοῦτον ἔχοντες τὸν βίον, καὶ τῶν οἰκείων ἀμελοῦντες, ἐπειδὰν εἴπωσί τι τῶν ἀποῤῥήτων, παρακαλῶσι τὸν ἀκούσαντα καὶ ὁρκοῦσι μηδενὶ λοιπὸν εἰπεῖν ἑτέρῳ, αὐτόθεν δηλοῦντες, ὅτι πρᾶγμα ἄξιον κατηγορίας ἐποίησαν. Εἰ γὰρ ἐκεῖνον μηδενὶ εἰπεῖν ἑτέρῳ παρακαλῇς, πόσῳ μᾶλλόν σε πρότερον τούτῳ ταῦτα εἰπεῖν οὐκ ἐχρῆν, καὶ διαβάλλειν τινὰ, οὐδὲ κατέχοντα ἐν ἀσφαλείᾳ τὸν λόγον προδοῦναι, καὶ τότε τῆς σωτηρίας αὐτοῦ φροντίζειν; Ἀλλὰ ἡδὺ τὸ διαβάλλειν, ἡδὺ μὲν ἂν τὸ μὴ λέγειν κακῶς. Ὁ μὲν γὰρ κακῶς εἰπὼν, ἐναγώνιος λοιπόν ἐστιν· ὑποπτεύει καὶ δέδοικε, μετανοεῖ καὶ κατεσθίει τὴν γλῶσσαν ἑαυτοῦ, δεδοικὼς καὶ τρέμων, μήποτε εἰς ἑτέρους ἐξενεχθῇ τὸ ῥῆμα, καὶ μέγαν ἐπαγάγῃ τὸν κίνδυνον.

A extremæ illiberalitatis est. Quod vero omnium maxime ridiculum est, qui hoc animo præditi sunt, nec ulla rerum suarum cura tanguntur, cum arcani aliquid protulerint, eum qui audivit obsecrant adjurantque, ne cui alteri deinceps hoc dicat : quo perspicue declarant se facinus reprehensione dignum admisisse. Nam si precibus ab eo obtinere niteris, ne alii cuiquam narret, multo magis tibi ante providendum erat ne huic ipsi ea diceres, ac quempiam dilacerares, proderesque sermonem quem sartum tectum oportebat tenere, ac tum denique salutem ipsius curares. At suave est obtrectare : imo vero suave est a maledicentia temperare. Nam qui de alicujus fama detraxit, is deinceps in metu, et anxietate, et suspicione versatur : ipsum pœnitet, linguamque suam commordet, reformidans et pavescens ne ad alios quoque is sermo emanet, magnumque sibi periculum struat.

Ὥσπερ τὸ καλῶς λέγειν καὶ ἐγκωμιάζειν ἀρχὴ B φιλίας ἐστὶν, οὕτω καὶ τὸ κακῶς λέγειν, καὶ διαβάλλειν ἔχθρας, καὶ ἀπεχθείας, καὶ μυρίων κακῶν ἀρχὴ καὶ ὑπόθεσις γέγονεν.

Διάβολοι, καὶ θείας ἀπόπεμπτοι χάριτος, οἱ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ διαβολικὴν νοσοῦντες κακοτεχνίαν, θεοστυγεῖς τε καὶ θεομισεῖς πάντη, καὶ πάσης εὐδαιμονίας ἀλλότριοι.

Τί ἂν γένοιτο διαβολῆς χεῖρον; κηλεῖ γὰρ τὰ ὦτα, καὶ ἐκπλήττει τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν, ἐκθηριοῖ δὲ αὐτοὺς οἷόν τι θήραμα τοῖς κακοῖς ἀεὶ ἐφεδρεύοντας. Οἱ δὲ τῷ σώφρονι λογισμῷ μάλα ἑρματισμένοι καὶ ἀναχαιτιζόμενοι, τῷ διαβάλλοντι ἀπεχθαίνουσι μάλιστα, ἢ τῷ διαβεβλημένῳ, ἐπιτιμήσαντες καὶ ἐπιστομίσαντες ταῖς πρὸς μέμψιν ὁρμαῖς, ἄχρις ἂν C ἐναργὴς μαρτυρίῳ ἡ ἀπόδειξις γένηται.

*Ejusdem.* — Quemadmodum benedicere et laudare amicitiæ initium est, ita quoque maledicere et obtrectare, odii et simultatis, sexcentorumque malorum origo et causa exstitit.

*Philonis.* — Diaboli sunt, atque a divina gratia remoti, qui eadem ac ille diabolica perversitate laborant, Deo quoque invisi, ac Dei osores, et ab omni felicitate exsistunt alieni.

*Ejusdem.* — Quid calumnia fingi queat pejus? delinit enim aures auditorum, eorumque animos percellit stupore, et eos qui malis ceu prædæ cuipiam imminent, ferinos reddit. Qui vero sana mente sunt obfirmati, detrahenti potius, quam ei de cujus fama detrahitur, infestos se præbent; ei nimirum succensentes, factoque ad objurgandum impetu os obstruentes, quoad evidenti testimonio fidem dictis astruxerit.

TITΛ. ΙΓ'. — *Περὶ διηγήσεως ὑπὸ συνετῶν ἀνθρώπων γινομένης· καὶ ὅτι χρὴ σπουδαίους εἶναι ἡμᾶς περὶ τὰς τοιαύτας ἀκροάσεις, ἀποδιδράσκειν δὲ ἀνοήτων ἀνδρῶν.*

« Διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, Κύριε. »

« Λόγοις σοφῶν παράβαλέ σου τὸν νοῦν. » — « Λαλεῖτε, ἄνθρωποι, δικαίοις· »

« Μὴ ἀστόχει διηγήματος γερόντων· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἔμαθον παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. »

« Διήγησις μωροῦ προσόχθισμα. »

« Μὴ παρίδῃς διήγημα σοφῶν, καὶ ἐν ταῖς παροιμίαις αὐτῶν ἀναστρέφου. »

« Διήγησις μωροῦ, ὡς ἐν ὁδῷ φορτίον· ἐπὶ δὲ χείλεσι συνετοῦ εὑρεθήσεται χάρις. »

*Κηρῷ τὰ ὦτα φράσσε πρὸς φαύλους λόγους,*
*Ὠδῶν τε τερπνῶν ἐκμελῆ λυγίσματα.*
*Τοῖς δ' αὖ καλοῖς τε κἀγαθοῖς καὶ ἀεὶ δίδου.*
*Εἰπεῖν, ἀκοῦσαι, καὶ δρᾶσαι, μικρὸν μέσον.*

TIT. XIII. — ***De narratione a viris prudentibus facta : quodque earum excipiendarum studiosos esse oporteat, contra vero a narrationibus stultorum aufugere.***

*Psal.* CXVIII, 85. — « Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Domine. »

*Prov.* V, 1. — « Sermonibus sapientum adjice sensum tuum. » — **437** « Homines justis loquimini. »

*Eccli.* VIII, 11. — « Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt a patribus suis. »

*Eccli.* XXVII, 24. — « Narratio stulti offendicu- D lum est. »

*Eccli.* VIII, 9. — « Ne despicias narrationem sapientum, et in proverbiis eorum conversare. »

*Eccli.* XXI, 15. — « Narratio fatui quasi sarcina in via. Nam in labiis sensati invenietur gratia. »

*S. Greg. Naz. tetrast.* 17.

*Occlude cera turpibus verbis tuas*
*Aures, sonisque cantuum suavissimis.*
*Pateant honestis semper at sermonibus.*
*Audire, fari, facere non distant procul.*

TITΛ. ΙΔ'. — *Περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς.*

« Δικαιοσύνη ῥύεται ἐκ θανάτου. »

« Ἐν ὁδοῖς δικαιοσύνης ζωή. »

« Δικαιοσύνη ὑψοῖ ἔθνος. »

TIT. XIV. — *De justitia et virtute.*

*Prov.* XI, 4. — « Justitia liberat a morte. »

*Prov.* XII, 28. — « In semitis justitiæ vita. »

*Prov.* XIV, 34. — « Justitia elevat gentem. »

*Prov.* XI, 18. — « Seminanti justitiam, merces fidelis. »

« Ὁ σπείρων δικαιοσύνην λήψεται μισθὸν πιστόν. »

*Prov.* XIII. 6. — « Justitia custodit innocentes. »

« Δικαιοσύνη φυλάττει ἀκάκους. »

*Prov.* XV, 9, 5. — « Persequentes justitiam amat Deus. In abundanti justitia, virtus magna. »

« Διώκοντας δικαιοσύνην ἀγαπᾷ ὁ Θεός. Ἐν πλεοναζούσῃ δικαιοσύνῃ ἰσχὺς πολλή. »

*Prov.* XXI, 21. — « Via justitiæ et misericordiæ inveniet vitam et gloriam. »

« Ὁδὸς δικαιοσύνης καὶ ἐλεημοσύνης εὑρήσει ζωὴν καὶ δόξαν. »

*Prov.* XI, 30. — « Ex fructu justitiæ nascitur lignum vitæ. »

« Ἐκ καρποῦ δικαιοσύνης φύεται δένδρον ζωῆς. »

« Potestatem dat sermonibus initium justitiæ. »

« Ἐξουσίαν δίδωσι λόγοις ἀρχὴ δικαιοσύνης. »

*Prov.* XI, 4. — « Justitia irreprehensibiles vias struit. »

« Δικαιοσύνη ἀμώμους ὀρθοτομεῖ ὁδούς. »

*Prov.* XVI, 5. — « Initium vitæ bonæ facere justa. »

« Ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς, ποιεῖν δίκαια. »

*Prov.* XVI, 17. — « Longitudo vitæ, via justitiæ. »

« Μῆκος βίου ὁδὸς δικαιοσύνης. »

*Prov.* XXI, 3. — « Facere justa, et veritatem dicere, magis placet Domino, quam sanguis victimæ. »

« Ποιεῖν δίκαια, καὶ ἀληθεύειν, ἀρεστὰ παρὰ Θεῷ μᾶλλον ἢ θυσιῶν αἷμα. »

*Isa.* XXXII, 17. — « Erunt opera justitiæ pax, et obtinebit justitia requiem. »

« Ἔσται τὰ ἔργα δικαιοσύνης εἰρήνη, καὶ κρατήσει ἡ δικαιοσύνη ἀνάπαυσιν. »

*Isa.* XXVI, 9, 2. — « Justitiam discite, qui habitatis in terra : cessavit enim impius. Aperite portas, ingrediatur populus custodiens justitiam et veritatem. »

« Δικαιοσύνην μάθετε, οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς· πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβής. Ἀνοίξατε πύλας, εἰσελθέτω λαὸς φυλάττων δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν. »

*Isa.* LVI, 1. — « Hæc dicit Dominus : Custodite judicium, facite justitiam divinam. Beatus qui facit hæc, et qui retinet ista. »

« Τάδε λέγει Κύριος· Φυλάσσεσθε κρίσιν, ποιεῖτε δικαιοσύνην θείαν. Μακάριος ὁ ποιῶν ταῦτα καὶ ἀντεχόμενος αὐτῶν. »

*Sap.* I, 15. — « Justitia immortalis est. »

« Δικαιοσύνη ἀθάνατός ἐστιν. »

*Sap.* VIII, 7. — « Si justitiam diligit quis, labores ipsius sunt virtutes. »

« Ἐὰν δικαιοσύνην ἀγαπᾷ τις, οἱ πόνοι αὐτοῦ εἰσιν ἀρεταί. »

*Eccli.* XXVII, 9. — « Si sequaris justitiam, apprehendes eam, et indues illam ut poderem gloriæ. »

« Ἐὰν διώκῃς τὸ δίκαιον, καταλήψει, καὶ ἐνδύσῃ αὐτὸ ὡς ποδήρη δόξης. »

*Matth.* V, 6. — « Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. »

« Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. »

*I Joan.* II, 29. — Omnis qui facit justitiam, ex Deo est. »

« Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι. »

*Basil. in princ. Prov.* — Justitia est habitus unicuique tribuens quod dignum fuerit. Id vero assequi facile non est : quod videlicet alii quidem homines ob prudentiæ inopiam haud inveniunt quo pacto unicuique quod æquum sit distribuant; alii vero jus oblitterant, quia humanis affectibus occupati tenentur. — Virtus sanitatis rationem obtinet. — Præstantior est virtus opibus. — **438** Virtutis cultus tum præclara habenti possessio est, tum jucundum spectaculum iis qui cum eo versantur.

Δικαιοσύνη ἐστὶν ἕξις ἀπονεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν. Δυσθήρατον δὲ τοῦτο, τῶν μὲν διὰ τὸ περὶ τὴν φρόνησιν ἐλλειπὲς οὐχ εὑρισκόντων ἑκάστῳ διανεῖμαι τὸ ἴσον, τῶν δὲ διὰ τὸ προκατέχεσθαι ὑπὸ παθῶν ἀνθρωπίνων, ἀφανιζόντων τὸ δίκαιον. — Ἡ ἀρετὴ λόγον ὑγείας ἐπέχει. — Τιμιώτερον ἀρετὴ ἢ πλοῦτος. — Ἀρετῆς ἄσκησις, τίμιον μὲν κτῆμα τῷ ἔχοντι, ἥδιστον δὲ θέαμα τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

*S. Greg. Naz. orat.* 1. — Bonum humanæ naturæ captu haudquaquam facile est, quemadmodum ignis humidiori materiæ.

Δύσληπτον τὸ ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, ὥσπερ καὶ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ.

*S. Greg. Nyssen.* — Virtutem ab omni metu et dominatione liberam esse convenit.

Ἐλευθέραν εἶναι προσήκει παντὸς φόβου τὴν ἀρετὴν καὶ ἀδέσποτον.

*Ejusd. in Cant. cant.* — Virtus res est nullius dominio mancipata, sed voluntaria, et ab omni necessitate libera.

Ἀδέσποτον ἡ ἀρετὴ, καὶ ἑκούσιον, καὶ ἀνάγκης πάσης ἐλεύθερον.

*Ejusd. in primam beatit.* — Hujusmodi est divisio virtutis, ut et in omnes qui ipsius studiosi sunt,

Τοιαύτη τῆς ἀρετῆς ἡ διαίρεσις, ὥστε καὶ εἰς πάντας τοὺς ἀντιποιουμένους αὐτῆς διαμερίζεσθαι, καὶ

πᾶσαν ἑκάστῳ παρεῖναι μὴ ἐλαττουμένην ἐπὶ τοῖς συμμετέχουσιν.

Χρὴ τὴν ἀρετὴν μὴ χωλὴν εἶναι καθ' ἑτέρων, ἀλλ' ἔργῳ καὶ λόγῳ ὀρθὴν καὶ ἀπηρτισμένην κατ' ἀμφότερα εἶναι.

Οὐ δύναται ἡ ἀνθρωπίνη φύσις αὐτὸ καθαρῶς τὸ δίκαιον ἐν ψυχῇ θεάσασθαι, τὰ πολλὰ τῶν λογισμῶν ἀμβλυώττουσα.

Οὐχ ὁ τόπος τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ πέφυκε τὸν τόπον σεμνύνειν. — Ὥσπερ ἐπὶ τῆς κιθάρας οὐκ ἀρκεῖ μόνον ἀπὸ μιᾶς νευρᾶς τὴν μελῳδίαν ἐργάσασθαι, ἀλλὰ πάσας ἐπιέναι δεῖ μετὰ ῥυθμοῦ τοῦ προσήκοντος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς οὐκ ἀρκεῖ ἡμῖν νόμος εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ δεῖ πάντας αὐτοὺς μετὰ ἀκριβείας φυλάττειν.

Ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη τετράγωνός ἐστι, πάντοθεν ἴση καὶ ὁμοία, ἐν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν ἀποχῇ κακῶν, ἐν εὐποιΐᾳ, ἐν τελειότητι γνωστικῇ, οὐδαμῇ οὐδαμῶς χωλεύουσα, ἵνα μὴ ἄδικός τε καὶ ἄνισος φανῇ.

Τῇ δικαιοσύνῃ ἀεὶ τὸ ἰσχύειν ἀκολουθεῖ, ὥσπερ τῇ ἀδικίᾳ τὸ ἀσθενεῖν ἕπεται.

Κακίας ἔξοδος ἀρετῆς εἴσοδον ἐργάζεται, ὡς καὶ τοὐναντίον, ἀποστάντος ἀγαθοῦ, τὸ ἐφεδρεῦον κακὸν ἐπεισέρχεται. — Εἴ τις πάσας τὰς ἀρετὰς διὰ σπουδῆς καὶ νήψεως ἐγκεκόλπισται, οὗτος βασιλεὺς χρηματίζει, κἂν ἰδιώτης τυγχάνοι.

## ΤΙΤΛ. ΙΕ'. — *Περὶ διαφορᾶς καὶ ἀνομοίου καταστάσεως τῶν ἀνθρώπων.*

« Ὥσπερ οὐχ ὅμοια πρόσωπα προσώποις, οὕτως οὐδὲ αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων ὅμοιαι. »

« Οὐ πάντα πᾶσι συμφέρει, καὶ οὐ πᾶσα ψυχὴ ἐν παντὶ εὐδοκεῖ. »

Οὐ τὰ αὐτὰ πᾶσι ἁρμόζειν οἴεσθε· οὔτε μία πᾶσιν ὁμοίως ἐπιτηδεία ὑπάρχει τροφὴ, οὔτε Χριστιανοῖς εἷς βίος ἁρμόδιος. — Ὥσπερ τοῖς σώμασιν οὐ τὴν αὐτὴν φαρμακείαν καὶ τροφὴν προσφέρονταί τινες, ἄλλοι δὲ ἄλλην, ἢ εὐεκτοῦντες, ἢ κάμνοντες, οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς διαφόρῳ λόγῳ καὶ ἀγωγῇ θεραπευτέον. Μάρτυρες δὲ τῆς θεραπείας ὅσοι καὶ τὰ πάθη. Τοὺς μὲν ἄγει λόγος, οἱ δὲ ῥυθμίζονται παραδείγματι· οἱ μὲν δέονται κέντρων, οἱ δὲ χαλινοῦ. Οἱ μὲν γάρ εἰσι νωθεῖς καὶ δυσκίνητοι πρὸς τὸ καλὸν, οὓς τῇ πληγῇ τοῦ λόγου διεγερτέον. Οἱ δὲ καθάπερ πῶλοι γενναῖοι πόῤῥω τῆς νύσσης θέοντες, οὓς βελτίους ποιήσειεν ἄγχων καὶ ἀνακόπτων ὁ λόγος· τοὺς μὲν ἔπαινος ὤνησε, τοὺς δὲ ὁ ψόγος. Ἀμφότερα μετὰ τοῦ καιροῦ, ἢ τοὐναντίον ἔβλαψεν ἔξω τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ λόγου. Τοὺς μὲν παράκλησις κατορθοῖ, τοὺς δὲ ἐπιτίμησις· καὶ αὖθις τοὺς μὲν ἐκ κοινοῦ διελέγχομεν, τοὺς δὲ κρύβδην.

A distribuatur, et singulis integra adsit, nec ullo modo propter eos qui ipsam participent decrescat.

*S. Cyrilli.* — Cavendum est, ne alterutro pede virtus claudicet, verum utraque parte, hoc est tam actione quam sermone, recta perfectaque sit.

*Methodii.* — Humana natura justitiam pure in anima non valet contueri : quippe cujus cogitationes plerumque caecutiant.

*S. Chrysost.* — Non locus virtutem, sed virtus locum solet exornare. — Ut in cithara ad modulatum cantum edendum una chorda non sufficiet, verum omnes cum numero et concentu absoluto peragrandae sunt : eodem modo in animae quoque virtute haud satis est ad salutem obti-

B nendam legem unam observare, sed omnes diligenter oportet exsequi.

*S. Clement. lib.* III *Stromat.* — Justitia, ut videtur, quadrata est, atque undique similis et eadem; in sermone, in actione, in abstinentia a malis, in beneficentia, et in perfectione scientiae, nec usquam omnino claudicat, ne alioqui injusta et minime aequalis appareat.

*Didymi.* — Justitiam robur perpetuo comitatur, quemadmodum injustitiam sequitur imbecillitas.

*Philonis.* — Discessio vitiositatis virtutis accessum facit : quemadmodum contra submoto bono malum se statim insinuat. — Si quis virtutes

C omnes per studium animique vigilantiam veluti gremio inclusas habuerit, hic rex nominandus est, quamvis alioqui sit privatus.

## TIT. XV. — *De vario et dissimili hominum statu.*

*Eccli.* XIII, 31. — « Quemadmodum vultus vultibus similes non sunt, sic etiam corda hominum. »

*Eccli.* XXXVII, 33. — « Non omnia omnibus expediunt : nec omnis anima omni re delectatur. »

*S. Greg. Naz.* — Non eadem omnibus convenire existimandum est : nec una omnibus conveniens esca est, nec una Christianis vita congruit. — Quemadmodum non eamdem prorsus cum medicinam, tum alimoniam, impertiri solent homi-

« Ἡ ἁρπαγὴ τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν. Τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν πτωχῶν καταισχύνετε, φησὶ Κύριος; » — « Ἐγὼ ἔδωκα εἰς τὴν χεῖρά σου· σὺ δὲ οὐ δέδωκας αὐτοῖς ἔλεος. » — « Ὅταν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας ὑμῶν, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν. Αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. » — « Δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » — « Οἱ ἄδικοι ὡς θάλασσα ἀναβρασσομένη, οὕτως κλυδωνισθήσονται, καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ μὴ δύνανται. » — « Ἀπέχου ἀπὸ ἀδίκου, καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ, καὶ τρόμος οὐκ ἐγγιεῖ σοι. »

« Τοῦτο τὸ ἀνόμημα Σοδόμων, ὅτι ἐν ὑπερηφανίᾳ, καὶ πλησμονῇ ἄρτων, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ οἴνου ἐσπατάλα, αὕτη καὶ θυγατέρες αὐτῆς, καὶ χεῖρα πτωχοῦ καὶ πένητος οὐκ ἀντελάβοντο, καὶ ἐμεγαλαύχουν, καὶ ἐποίησαν ἀνόμημα ἐνώπιόν μου. »

« Λαὸς ἐκπιέζοντες ἀδικίαν, καὶ ἁρπάζοντες ἅρπαγμα, πτωχὸν καὶ πένητα καταδυναστεύοντες, καὶ πρὸς τὸν προσήλυτον οὐκ ἀναστρεφόμενοι μετὰ κρίματος. »

« Ἡ μήτηρ σου σκύμνος λεόντων, ἐγενήθη ἐν μέσῳ λεόντων· ἐπλήθυνε σκύμνους αὐτῆς, καὶ ἀνεπήδησεν

curru suo in occursum tuum? et nunc accepisti argentum et vestimenta: et modo accipies tibi hortos, et oliveta, et vineas, et oves, et servos, et ancillas. Et lepra Naaman adhærebit tibi, et semini tuo in æternum. »

*Prov.* xxi, 24. — « Qui parcus est in donis, iram multam excitat. » — xix, 4. « Divitiæ addunt amicos multos. » — xxii, 7. « Divites pauperibus imperabunt. » — xxviii, 11. « Sapiens sibi videtur vir dives. » — xiii, 11. « Substantia festinata cum iniquitate minuitur. » — x, 2. « Non proderunt thesauri iniquis. » — xxviii, 27. « Qui averterit faciem suam a paupere, in penuria magna erit. » — xi, 17. « Exitium affert corpori suo qui immisericors est. » — xii, 10. « Viscera impiorum crudelia. »

*Eccle.* v, 9. — « Avarus non impletur pecunia. »

— x, 19. « Pecuniæ obediunt omnia. » — vi, 1, 2. « Est malum quod vidi sub sole: vir cui dederit Deus divitias, et substantiam, et gloriam, et nihil deest animæ ejus ex omnibus quæ desiderat: et vir alienus comedit eum. »

*Osee* xii, 7. — « Chanaan, in manu ejus statera iniquitatis: opprimere dilexit. »

*Habac.* ii, 6, 7. — « Væ qui multiplicat quæ non sua sunt, et aggravat torquem suum graviter: quia subito consurgent mordentes eum, et vigilabunt. Qui multiplicat avaritiam malam domui suæ, ut ponat nidum suum, » etc.

*Isa.* v, 8. — « Væ qui conjungitis domum ad domum, et agrum ad agrum copulatis, ut aliquid proximo auferatis. »

*Isa.* iii, 14, 15. — « Rapina pauperis est in domibus vestris. Quid vos injuria afficitis populum, et faciem pauperum confunditis? dicit Dominus. » — xlvii, 6. « Ego dedi eos in manum tuam: tu vero non dedisti eis misericordiam. » — i, 15. « Cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis. Nam manus vestræ sanguine plenæ sunt. » — lii, 5. « Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus. » — lvii, 20. « Impii quasi mare fervens, sic fluctuabunt, et requiescere non poterunt. » 483 — liv, 14. « Recede ab iniquo, et non timebis, et tremor non appropinquabit tibi. »

*Ezech.* xvi, 49, 50. — « Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: quia in superbia, et saturitate panum, et in abundantia, deliciis affluebat ipsa et filiæ ejus, et manum pauperis et egeni non suscipiebant, et gloriabantur magnifice; et fecerunt iniquitates coram me. »

*Ezech.* xxii, 27. — « Populus exprimentes iniquitatem, et rapientes rapinas: pauperem et egenum affligentes, et cum advena non agentes cum judicio. »

*Ezech.* xix, 2. — « Mater tua catulus leonum, facta est in medio leonum: multiplicavit catulos

suos. Et exsilivit unus de catulis ejus : leo factus est, et didicit rapere rapinas. »

A εἰς τὸν σκύμνον αὐτῆς, λέων ἐγένετο· ἔμαθεν τὸ ἁρπάζειν ἅρπαγμα. »

*Ezech.* XXII, 24. — « Hæc dicit Dominus : Tu es terra quæ non irrigata es, nec pluvia venit super te in die furoris. Ductores in medio ejus velut leones rugientes, diripientes prædas, animas devorantes in potentia. »

« Τάδε λέγει Κύριος· Σὺ εἶ ἡ γῆ ἡ οὐ βρεχομένη, οὐδὲ ὑετὸς ἐγένετο ἐπὶ σὲ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. Οἱ ἀφηγούμενοι ἐν μέσῳ αὐτῆς ὡς λέοντες ὠρυόμενοι, ἁρπάζοντες ἁρπάγματα, ψυχὰς κατεσθίοντες ἐν δυναστείᾳ. »

*Eccli.* XIV, 9. — « Avari oculus non impletur parte. » — XXXV, 16. « Conteret Dominus lumbos immisericordium. » — V, 1. « Noli gaudere ob pecunias iniquas. Non enim proderunt tibi in die inductionis. » — XVI, 15. « Non effugiet in rapina peccator. » — XXI, 9. « Qui ædificat domum suam in pecuniis alienis quasi qui colligit lapides suos in torrente. » — XXVII, 10. « Leo venationi insidiatur, sic peccatum operantibus iniquitates. » — B XXXIV, 20. « Immolans ex iniquitate, hostia maculata. » — XL, 15. « Pecuniæ injustorum sicut torrentes siccabuntur, et sicut tonitruum magnum in pluvia personabunt. » — XXXIV, 22. « Qui mactat filium in conspectu patris sui, qui offert sacrificium ex pecuniis pauperum. » — XII, 3. « Non erit ei bene, qui assiduus est in malis, nec ei qui eleemosynam non largitur. » — XXXIV, 23. « Panis egentium vita pauperum est : qui defraudat eam, homo sanguinum est. » — XIII, 30. « Bonæ divitiæ sunt in quibus non est peccatum. »

« Πλεονέκτου ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίπλαται μερίδι. » — « Συντρίψει Κύριος ὀσφὺν ἀνελεημόνων. » — « Μὴ ἐπίχαιρε ἐπὶ χρήμασιν ἀδίκοις. Οὐδὲν γὰρ ὠφελήσουσιν ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς. » — « Οὐκ ἐκφεύξεται ἐν ἁρπάγματι ἁμαρτωλός. » — « Ὁ οἰκοδομῶν τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐν χρήμασιν ἀλλοτρίου, ὡς ὁ συνάγων τοὺς λίθους αὐτοῦ εἰς τὸν χειμάῤῥουν. » — « Λέων θήραν ἐνεδρεύει, οὕτως ἁμαρτία τοὺς ἐργαζομένους ἄδικα. » — « Θυσιάζων ἐξ ἀδίκων, θυσία μεμιασμένη. » — « Χρήματα ἀδίκων, ὡς ποταμοὶ ξηρανθήσεται, καὶ ὡς βροντὴ μεγάλη ἐν ὑετῷ ἐξηχήσει. » — « Θύων υἱὸν ἔναντι πατρὸς αὐτοῦ, ὁ προσάγων θυσίαν ἐκ χρημάτων πενήτων. » — « Οὐκ ἔσται ἀγαθὰ τῷ ἐνδελεχίζοντι εἰς κακὰ, καὶ τῷ ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ. » — « Ἄρτος ἐπιδεομένων ζωὴ πτωχῶν· ὁ ἀποστερῶν αὐτὴν, ἄνθρωπος αἱμάτων. » — Ἀγαθὸς πλοῦτος ᾧ μὴ ἔστιν ἁμαρτία. »

*Eccli.* XXXI, 1-6. — « Vigilia divitiarum tabefecit carnes, et cogitatus illius aufert somnum. Qui amat aurum, non justificabitur. Multi dati sunt in casum auri, et facta est perditio eorum in faciem C ipsorum. Lignum offensionis est aurum illis qui sacrificant ei : et omnis imprudens deprehendetur in eo. »

« Ἀγρυπνία πλούτου ἐκτήκει σάρκας, καὶ ἡ μέριμνα αὐτοῦ ἀφιστᾷ ὕπνον. Ὁ ἀγαπῶν χρυσίον, οὐ δικαιωθήσεται. Πολλοὶ ἐδόθησαν εἰς πτῶμα χρυσίου, καὶ ἐγενήθη ἡ ἀπώλεια αὐτῶν κατὰ πρόσωπον αὐτῶν. Ξύλον προσκόμματός ἐστι τοῖς θυσιάζουσιν αὐτῷ, καὶ πᾶς ἄφρων ἁλώσεται ἐν αὐτῷ. »

*Eccli.* XIII, 23-26. — « Venator leonum, onagri in deserto, sic et pascua divitum sunt pauperes. Divitis cadentis multi sunt recuperatores : locuti sunt arcana, et justificaverunt illum. Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes extulerunt. »

« Κυνηγὸς λεόντων, ὄναγροι ἐν ἐρήμῳ, οὕτως νομαὶ πλουσίων οἱ πτωχοί. Πλουσίου σφαλέντος πολλοὶ ἀντιλήπτορες· ἐλάλησαν ἀπόῤῥητα, καὶ ἐδικαίωσαν αὐτόν. Πλούσιος ἐλάλησε, καὶ πάντες ἐσίγησαν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ ἀνύψωσαν ἕως τῶν νεφελῶν. »

*Eccli.* XXVIII, 11. — « Secundum virtutem hominis iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam. »

« Κατὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ἀνθρώπου, οὕτως καὶ ὁ θυμὸς αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸν πλοῦτον ἀνυψώσει ὀργὴν αὐτοῦ. »

*Eccli.* XXXI, 8-10. — « Beatus dives qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit. Quis D est hic? Et laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in populo suo. Quis probatus est in illo, et perfectus est? et sit in gloriationem æternam. Quis potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit? Stabilientur bona illius, et eleemosynas illius enarrabit Ecclesia. »

« Μακάριος πλούσιος, ὃς εὑρέθη ἄμωμος, καὶ ὃς ὀπίσω χρυσίου οὐκ ἐπορεύθη. Τίς ἐστι; καὶ μακαριοῦμεν αὐτόν. Ἐποίησε γὰρ θαυμάσια ἐν λαῷ αὐτοῦ. Τίς ἐδοκιμάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ἐτελειώθη; καὶ ἔστω εἰς καύχησιν. Τίς ἠδύνατο παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη, ποιῆσαι κακὰ, καὶ οὐκ ἐποίησε; Στερεωθήσεται τὰ ἀγαθὰ αὐτοῦ, καὶ ἐλεημοσύνας αὐτοῦ ἐκδιηγήσεται ἡ Ἐκκλησία. »

484 *Eccli.* XI, 17. — « Est qui locupletatur ex attentione et compressione sua : et relinquet ea aliis, et morietur. »

« Ἔστι πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ σφιγγίας αὐτοῦ, καὶ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις, καὶ ἀποθανεῖται. »

*Eccli.* XIV, 4-11. — « Qui acervat ex animo suo injuste, aliis congregat, et in bonis ejus luxuriabuntur alii. Qui sibi nequam est, cui bonus erit. Fili, quantum habes, benefac tibi. »

« Ὁ συνάγων ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, συνάγει ἄλλοις, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ τρυφήσουσιν ἕτεροι. Ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ, τίνι ἀγαθός; τέκνον, καθόσον ἔχεις, εὐποίει σεαυτῷ. »

*Matth.* XIX, 23-26. — « Dixit Jesus discipulis suis : Amen dico vobis, quia difficile dives intrabit

« Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς

τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν· Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐξεπλήσσοντο σφόδρα, λέγοντες· Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά. »

« Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα, » καὶ τὰ λοιπά.

« Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε. Οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες, ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε.

« Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς ὀδόντων. »

« Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; ἀλλ' ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν; »

« Ὁ ἀδικῶν κομιεῖται ὃ ἠδίκησε. Καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. »

« Μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· διότι ἔκδικος ὁ Θεὸς περὶ πάντων τούτων. »

« Ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. »

« Οἱ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ εἰς παγίδα, καὶ εἰς ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. Ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία, ἧς τινες ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. »

« Οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις. Ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα ἐγένετο. Ὁ χρυσὸς ὑμῶν, καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὁ ἰός. Ὡς πῦρ ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. »

« Ἡ κρίσις ἀνέλεος τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος. Ἐὰν ὁ ἀδελφὸς, ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχουσι, καὶ λειπόμενοι τῆς ἐφημέρου τροφῆς, εἴπῃ δέ τις ἐξ ὑμῶν, Ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ, θερμαίνεσθε, καὶ χορτάζεσθε· μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, τί ὄφελος; »

« Οἶδε Κύριος εὐσεβεῖς ἐκ τῶν πειρασμῶν ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν. »

« Ὅστις ἔχει τὸν βίον τοῦ κόσμου τούτου, καὶ θεωρεῖ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσει τὰ σπλάγχνα, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ; »

Ἄκουσαι ἄνθρωπε, Σολομῶντος· *Μὴ εἴπῃς, Επανελθὼν ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω.* Οὐ γὰρ

A in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis : Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam divitem intrare in regnum cœlorum. Audientes autem discipuli ejus mirabantur valde, dicentes : Quis poterit salvus fieri? Aspiciens autem Jesus, dixit illis : Apud homines hoc impossibile est : apud Deum autem omnia possibilia sunt. »

*Luc.* XII, 16. — « Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit, » etc.

*Luc.* VI, 25. — « Væ vobis divitibus, quoniam habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. »

*Luc.* XIII, 27.— « Discedite a me, omnes operarii B iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentium. »

*I Cor.* VI, 7, 8.— « Quare non potius injuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? sed vos facitis injuriam, et fraudatis ; et hæc fratribus : An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? »

*Coloss.* III, 25. — « Qui injuriam facit, recipiet id quod inique egit. Non est personarum acceptio apud Deum. »

*I Thess.* IV, 6. — Non supergredi, neque circumvenire in negotio fratrem suum : quia vindex est Deus de omnibus his. »

*II Tim.* II, 19. — « Discedat ab iniquitate omnis C qui nominat nomen Dei.

*I Tim.* VI, 9, 10. — « Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, et in laqueum, et in desideria multa insana et nociva, quæ mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. »

*Jac.* V, 1, 3.—« Divites, plorate ululantes in miseriis quæ accident vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum vestrum et argentum æruginavit, et ærugo eorum in testimonium vobis erit : et manducabit carnes vestras ærugo. Sicut ignem thesaurizastis in novissimo die. »

D *Jac.* II, 13, 16. — « Judicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Si frater aut soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis : Ite in pace, calefacimini, et saturamini : non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori. quid proderit? »

*II Petr.* II, 9. — « Novit Deus pios ex tentationibus eripere : injustos autem in diem judicii excruciandos reservare.

*I Joan.* III, 17. — « Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? »

S. *Basil. hom. in illud* : « Destruam horrea. » — (48) Audi, quæso. Salomonem : Ne dicas, Vade

*et revertere, et cras dabo tibi* (*Prov.* III, 28). Nescis enim *quid superventura pariet dies* (*Prov.* XXVII, 1). O quæ præcepta contemnis! Tristis es, atque ejusmodi quem vix convenire quisquam possit; qui occursum hominum fugias, ne vel tantulum quidpiam e manibus emittere cogaris. Unam hanc vocem nosti: Non habeo, nec dabo: pauper enim sum. Ac sane pauper es, omnisque expers boni: inops charitate, inops humanitate, inops fide in Deum, inops spe æterna. Fac saltem, fratres tui in partem cum tineis veniant. Quod postridie labefactabitur, egentibus hodie tribue. Extremæ avaritiæ est, ne ea quidem quæ corrumpuntur, cum egentibus communicare. Quem tandem, inquit ille, injuria afficio, dum quæ mea sunt, contineo? Quænam tamen, quæso, tua sunt? An non nudus excidisti ex materno utero? an non nudus rursum in terram reverteris? Quæ vero nunc habes, unde tibi contigerunt? Si a fortuna dixeris, impius es, qui nec Creatorem agnoscas, nec ullam ei qui largitus est, gratiam habeas. Sin a Deo a te habere confiteris, affer causam cur acceperis. Num iniquus est Deus, qui haud æque nobis distribuit? Ecquid illud est cur tu opibus abundes, ille contra egeat? an non omnino, ut et tu benignitatis fidelisque administrationis mercedem referas, et ille ingentibus patientiæ præmiis ornetur? Siccine vero, vastissimo et inexplebili avaritiæ sinu omnia coercens, nemini te inferre injuriam putas, cum tot homines eorum usu spolias? Quis avarus? an non is qui eo quod satis sit, contentus non est? Quis spoliator? is qui sua cuique eripit. Tu igitur avarus ille, tu spoliator, qui ea quæ dispensandi causa accepisti, tibi ipsi vindicas. Si qui homini vestem detrahit, citra controversiam fur est, ille qui nudum non induit, cum id facere possit, nunquid alio nomine debet appellari? Famelici est ille panis quem retines: nudi est vestimentum quod in arca servas; excalceati sunt illi calcei qui apud te corrumpuntur; egentis denique aurum illud quod humi defossum habes. Ac proinde tot homines injuria afficis, quot sunt quibus hæc præbere poteras.

A *οἶδας, τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα.* Οἵων παραγγελμάτων ὑπεροψίας! Καὶ κατηφὴς εἶ, καὶ δυσέντευκτος, ἐκκλίνων τὰς ἀπαντήσεις, μήπου τι, καὶ μικρὸν ἀναγκασθῇς τῶν χειρῶν ἐκβαλεῖν. Μίαν οἶδας φωνήν· Οὐκ ἔχω, οὐδὲ δώσω· πένης γάρ εἰμι. Πένης εἶ τῷ ὄντι, καὶ ἐνδεὴς παντὸς ἀγαθοῦ· πένης ἀγάπης, πένης φιλανθρωπίας, πένης πίστεως εἰς Θεὸν, πένης ἐλπίδος τῆς αἰωνίου. Συμμεριστὰς ποίησον τῶν σητῶν τοὺς ἀδελφούς σου. Τὸ αὔριον σηπόμενον, σήμερον μετάδος τοῖς δεομένοις. Πλεονεξίας εἶδος τὸ χαλεπώτατον, μηδὲν τῶν φθειρομένων τοῖς ἐνδεέσι καταμερίσαι. Τίνα, φησὶν, ἀδικῶ, συνέχων τὰ ἐμαυτοῦ; ποῖα, εἰπέ μοι, σαυτοῦ; Οὐχὶ γυμνὸς ἐξέπεσας τῆς γαστρός; οὐχὶ γυμνὸς πάλιν εἰς τὴν γῆν ἀποστρέφεις; τὰ δὲ παρόντα σοι πόθεν; Εἰ μὲν ἀπὸ ταυτομάτου B λέγεις, ἄθεος εἶ, μὴ γνωρίζων τὸν Κτίσαντα, μηδὲ χάριν ἔχων τῷ δεδωκότι. Εἰ δὲ ὁμολογεῖς εἶναι παρὰ Θεοῦ, εἰπὲ τὸν λόγον δι' ὃν ἔλαβες. Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὁ ἀνίσως ἡμῖν διαιρῶν τὰ τοῦ βίου; διὰ τί σὺ μὲν πλουτεῖς, ἐκεῖνος δὲ πένεται, ἢ πάντως ἵνα καὶ σὺ χρηστότητος καὶ πιστῆς οἰκονομίας μισθὸν ὑποδέξῃ, κἀκεῖνος τοῖς μεγάλοις ἄθλοις τῆς ὑπομονῆς τιμηθῇ; Σὺ δὲ πάντα τοῖς ἀπληρώτοις τῆς πλεονεξίας κόλποις περιλαμβάνων, οὐδένα οἴει ἀδικεῖν τοσούτοις ἀποστερῶν; τίς ἐστιν ὁ πλεονέκτης; Ὁ μὴ ἐμμένων τῇ αὐταρκείᾳ. Τίς δὲ ὁ ἀποστερητής; ὁ ἀφαιρούμενος τὰ ἑκάστων. Σὺ δὲ ὁ πλεονέκτης, σὺ δὲ ἀποστερητής, ἃ πρὸς οἰκονομίαν ἐδέξω, ταῦτα ἴδια σεαυτοῦ ποιούμενος. Εἰ ὁ μὲν ἐνδεδυμένον ἀπογυμνῶν, C λωποδύτης ὁμολογηθήσεται, ὁ δὲ γυμνὸν μὴ ἐνδύων, δυνάμενος τοῦτο ποιεῖν, ἄλλης προσηγορίας ἐστὶ ἄξιος; Τοῦ πεινῶντός ἐστιν ὁ ἄρτος, ὃν σὺ κατέχεις· τοῦ γυμνητεύοντος, τὸ ἱμάτιον, ὃ σὺ φυλάττεις ἐν ἀποθήκαις· τοῦ ἀνυποδήτου, τὸ ὑπόδημα, ὃ παρὰ σοὶ κατασήπεται. Τοῦ χρῄζοντος τὸ ἀργύριον, ὃ κατώρυξας ἔχεις· ὥστε τοσούτοις ἀδικεῖς, ὅσοις παρέχειν ἠδύνασο.

*Ibid.* — Quid tandem est, o bone, quod prohibeat quominus piæ largitioni studeas? Egenus tabe consumitur, nudus frigore rigescit, mendicus suffocatur; et tu eleemosynam in posteram diem rejicis?

Τί τὸ κωλῦον, ὦ ἄνθρωπε, πρὸς τὴν μετάδοσιν; ὁ πεινῶν τήκεται· ὁ γυμνητεύων πήγνυται, ὁ ἀπαιτούμενος ἄγχεται, καὶ σὺ τὴν ἐλεημοσύνην εἰς τὴν αὔριον ἀναβάλλεις;

D

*Ejusd. hom. Ad divit.* — Omnia in auri naturam mutari optas. Quid enim est quod auri causa non moveas? frumentum tibi in aurum efficitur, vinum in aurum concrescit, lanæ in aurum vertuntur. Quidquid comminiscaris, aurum tibi conciliat. Ipsummet aurum seipsum generat, fenoribus scilicet varie multiplicatum. Nulla satietas accidit, nulla reperitur meta cupiditatis.

Εὔχῃ τὰ πάντα πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ φύσιν μεταβληθῆναι. Ποίαν δὲ μηχανὴν διὰ τὸν χρυσὸν οὐκ ἐννοεῖς; ὁ σῖτος χρυσός σοι γίνεται, ὁ οἶνος εἰς χρυσὸν μεταπήγνυται, τὰ ἔριά σοι ἀποχρυσοῦται· πᾶσα ἐπίνοια χρυσόν σοι προσάγει. Αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ χρυσὸς ἀπογεννᾷ πολυπλασιαζόμενον ἐν δανείσμασι, καὶ κόρος οὐκ ἔστι, καὶ τὸ τέλος τῆς ἐπιθυμίας οὐκ ἐξευρίσκεται.

*Ibid.* — Quanto opibus augeris, eo magis charitate minueris. Quid mœres, o homo, caduca projiciens, et cœlorum regnum recipiens? Cur petenti negas, et dare recusas, cum interim innumeras sumptuum occasiones meditaris? Quid judici respondebis, qui parietes vestis, nec hominem in-

Ὅσῳ πλεονάζεις τῷ πλούτῳ, τοσοῦτον ἐλλείπεις τῇ ἀγάπῃ. Διὰ τί ἀθυμεῖς, ὦ ἄνθρωπε, φθαρτὰ προϊέμενος, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἀντιλαμβάνων; Διὰ τί ἀρνῇ τὸν αἰτοῦντα, καὶ ἀπαναίνῃ τὴν δόσιν, μυρίας προφάσεις ἀναλωμάτων ἐπινοῶν; Τί ἀποκριθήσῃ τῷ κριτῇ, ὁ τοὺς τοίχους ἀμφιεννύων, ἄνθρω-

που οὐκ ἐνδύεις; ὁ τοὺς ἵππους κοσμῶν, τὸν ἀδελφὸν ἀσχημονοῦντα περιορᾷς; ὁ κατασήπων τὸν σῖτον, τοὺς πεινῶντας οὐ τρέφεις; ὁ τὸν χρυσὸν κατορύσσων, τοῦ ἀγχομένου καταφρονεῖς;

Ὥσπερ οἱ τὰς κλίμακας ἀναβαίνοντες, ἀεὶ πρὸς τὴν ὑπερκειμένην βαθμίδα τὸ ἴχνος αἴροντες, οὐ πρότερον ἵστανται, πρὶν ἂν τῆς ἀρχῆς ἐφίκωνται, οὕτω οὐδὲ οἱ πλούσιοι παύονται, ἕως ἂν ὑψωθέντες, ἀπὸ τοῦ πτώματος ἑαυτοὺς καταῤῥήξωσιν.

Ὅσα βλέπει ὁ ὀφθαλμὸς, τοσαῦτα ἐπιθυμεῖ ὁ πλεονέκτης. Οὐ πλησθήσεται ὁ ὀφθαλμὸς τοῦ ὁρᾷν, καὶ οὐ κορεσθήσεται φιλάργυρος τοῦ λαμβάνειν. Ὁ *ᾅδης οὐκ εἶπεν·* Ἀρκεῖ, οὐδὲ ὁ πλεονέκτης εἶπέ ποτε τὸ, Ἀρκεῖ. Πότε χρήσῃ τοῖς παροῦσιν; πότε δὲ ἀπολαύσῃς αὐτῶν, ἀεὶ τοῖς πόνοις τῆς κτίσεως συνεχόμενος; Οὐαὶ τοῖς συνάπτουσιν οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζουσιν, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι. Σὺ δὲ τί ποιεῖς; Οὐ προφασίζῃ μυρία, ἵνα λάβῃς τὰ τοῦ πλησίον; Ἐπισκοτεῖ μοι, φησὶ, τοῦ γείτονος ἡ οἰκία, θορύβους ἐνίησιν, ἢ τὸ πεπλανημένον ὑποδέχεται· ἢ ὅτι ἂν τύχοι αἰτιασάμενος, περιελαύνων, καὶ ἐξωθῶν, καὶ ἕλκων ἀεὶ, καὶ σπαράσσων, οὐ πρότερον παύσεται, πρὶν ἂν ἐπαγάγῃ αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπαναστάσεως. Τί τοίνυν Ναβουθὲ τὸν Ἰσραηλίτην ἀπέκτεινεν; οὐχὶ τοῦ Ἀχαὰβ ἐπιθυμία τοῦ ἀμπελῶνος; Πονηρὸς ἐν πόλει σύνοικος, πονηρὸς ἐν ἀγροῖς ὁ πλεονέκτης. Ἡ θάλασσα οἶδε τὰ ὅρια ἑαυτῆς, ἡ νὺξ οὐχ ὑπερβαίνει ὁροθεσίας ἀρχαίας· ὁ πλεονέκτης οὐκ αἰδεῖται χρόνον, οὐ γνωρίζει ὅρον, οὐ συγχωρεῖ ἀκολουθίᾳ διαδοχῆς, ἀλλὰ μιμεῖται τοῦ πυρὸς τὴν βίαν· πάντα ἐπιλαμβάνεται, πάντα ἐπινέμεται. Καὶ ὥσπερ οἱ ποταμοὶ ἐκ μικρᾶς τῆς πρώτης ἀρχῆς ὁρμηθέντες, εἶτα ταῖς κατ' ὀλίγον προσθήκαις ἀνυπόστατον λαβόντες τὴν αὔξησιν, τῷ βιαίῳ τῆς φορᾶς τὸ ἐνιστάμενον παρασύρουσι.

Τί οὖν μετὰ ταῦτα; Οὐχὶ τρεῖς σε πήχεις ἀναμένουσιν οἱ πάντες; οὐχὶ λίθων ὀλίγων βάρος ἀρκέσει πρὸς φυλακὴν τῇ δυστήνῳ σαρκί; ὑπὲρ τίνος μοχθεῖς; ὑπὲρ τίνος παρανομεῖς; τί συνάγεις χερσὶν ἀκαρπίαν; εἴθε ἀκαρπίαν, καὶ μὴ ὕλην αἰωνίῳ πυρί. Οὐ νήψεις ποτὲ ἀπὸ τῆς μέθης ταύτης; οὐχ ὑγιανεῖς τοὺς λογισμούς; οὐ σεαυτοῦ γενήσῃ; οὐ πρὸ ὀφθαλμῶν λήψῃ τὸ τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον; Τί ἀπολογήσῃ, ἐπειδάν σε κύκλῳ περιστάντες οἱ ἠδικημένοι καταβοῶσι ἐπὶ τοῦ δικαίου κριτοῦ; Τί οὖν ποιήσεις; ποίους συνηγόρους μισθώσεις; ποίους μάρτυρας παραστήσεις; πῶς παραπείσεις τὸν ἀπαραλόγιστον δικαστήν; οὐκ ἔνι ῥήτωρ ἐκεῖ, οὐκέτι πιθανότης ῥημάτων κλέψαι δυναμένη τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀλήθειαν. Οὐκ ἀκολουθοῦσι κόλακες, οὐ τὰ χρήματα, οὐδ' ὄγκος ἀξιώματος. Ἔρημος φίλων, ἔρημος βοηθῶν, ἀσυνηγόρητος, ἀναπολόγητος, κατῃσχυμμένος ἀπολειφθήσῃ, σκυθρωπὸς, κατηφὴς, μεμονωμένος, ἀπαῤῥησίαστος. Ὅπου γὰρ ἂν περιαγάγῃς τὸν ὀφθαλμὸν, ἐναργεῖς ὄψει τῶν κακῶν τὰς

duis? qui equos ornas, et fratrem indecore vestitum negligis? qui frumentum corrumpi sinis, et fame laborantes **486** non alis? qui, cum aurum terræ infodias, eum qui fame præfocatur aspernaris?

*Ibid.* — Quemadmodum qui scalas ascendunt, semper ad sublimiorem gradum pedem efferentes, non prius consistunt quam ad supremum gradum pervenerint, eodem modo nec divites congerendarum opum finem faciunt, quousque in altissima provecti cum fuerint, e sublimi ruentes, seipsos comminuant.

*Ibid.* — Quantum oculus prospicit, tantum quoque avarus concupiscit. Non satiabitur oculus visu, nec pecuniæ cupidus accipiendo satiabitur. *Infernus nunquam dixit: Sufficit* (*Prov.* XXX, 16); nec avarus dixit unquam: Satis est. Quando præsentibus tandem uteris? quando illis frueris, qui semper in acquirendi labore distraheris? Væ qui conjungunt domum domui, et agrum agro copulant, ut proximo quidpiam detrahant. Tu autem quid facis? An non sexcentas occasiones prætexis, ut proximi facultates accipias? Vicini domus, inquis, luminibus meis officit, tumultus ciet; id quod domo mea aberrat, excipit; aut aliquid aliud causatus, non cum ante exagitare, vexare, trahere, aut lacessere desinis, quam in necessitatem adduxeris, ut ex suis ædibus alio migret. Quid enim, quæso, Israelitam illum Nabuthem interemit? an non vineæ ipsius cupiditas, qua Achab ardebat? Malus in urbe, malus ruri contubernalis est avarus. Mare fines agnoscit suos, nox veteres terminos non excedit; at avarus non vetustate movetur, non limites ullos agnoscit, non successionis seriei decedit; sed ignis impetum imitatur, omnia invadit, omnia populatur, et quemadmodum fluvii, cum ex parvo orti principio sint, tum deinde per tacita incrementa, intolerabile quoddam augmentum adepti, cursus sui rapiditate, quidquid obsistat secum trahunt.

*Ibid.* — Quid ergo posthac? Nunquid non tres duntaxat terræ cubiti te exspectant? an non paucorum lapidum moles custodiendæ miseræ carni sufficient? cujusnam gratia laboras? cujus gratia in scelera prorumpis? cur manibus sterilitatem colligis? atque utinam sterilitatem, et non potius materiam igni sempiterno! An non aliquando ex hac temulentia emerges? an non mentis sanitatem recipies? an non ad teipsum redibis? an non tibi ante oculos Christi tribunal propones? Quid causaturus es cum te undique cingent, qui abs te injurias acceperunt, et coram judice adversum te vociferabuntur? Quid ergo facies? quales patronos conduces? quales testes adhibebis? quonam pacto judicem illum, cui imponi non potest, inflectes? Illic nullus orator aderit, nullum verborum lenocinium, quod judici veritatem queat subripere. Non comitantur assentatores, non opes, non dignitatum fastus. Vacuus amicis, vacuus adjutoribus, nullo

patrocinio subnixus, omni excusatione carens, pudore suffusus relinqueris, tristis, mœstus, desertus ab omnibus, metu profligatus. Quoquo enim oculorum aciem converteris, perspicuas malorum imagines cernes: hinc pupilli lacrymas, illinc viduæ gemitus; aliunde pauperes quos pugnis contundebas, famulos quos flagris lacerabas, vicinos quibus stomachum movebas. **487** Omnia in te insurgent: malus te flagitiorum tuorum chorus circumsidebit. Velut enim umbra corpus, sic animas peccata comitantur, quibus res gestæ perspicue repræsentantur. Quamobrem nullus illic infíciationi locus, sed os impudens obturatur. Ipsæ enim actiones adversus unumquemque testimonium dicunt: non ut vocem emittant, sed ut tales appareant, quales a nobis perpetratæ sunt. Quonam porro modo res usque adeo horrendas ob oculos queam subjicere? Si ergo audieris, si mentem submiseris, diei illius memento, in qua illustris et gloriosus adventus Christi revelabitur. Tunc resurrecturi sunt, illi quidem qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala, in resurrectionem judicii. Tunc sempiterna peccatoribus ignominia erit, et ignis æmulatio quæ consumat adversarios. Illa te mœrore afficiant, non autem ipsum Dei mandatum. Quanam te ratione commovebo? quid loquar? Regni te nulla cupiditas tenet: nullus gehennæ metus. Undenam animæ tuæ reperiri medicina queat? Nam si, nec ea quæ horrorem habent, tibi terrorem incutiunt, nec te quæ læta sunt incitant, ad saxeum pectus nobis est oratio. Oculos, o homo, ad opum naturam conjice. Quid aurum adeo ad stuporem usque admiraris! Lapis est aurum, argentum lapis, margarita lapis. Quivis lapidum lapis est: chrysolithus, beryllus, achates, hyacinthus, amethystus et jaspis. Atqui hi sunt divitiarum flores, quos tu partim reconditos habes, ita ut pellucidos lapides tenebris mandes; partim ipse circumfers, eximios scilicet illos quorum splendore gloriaris. Velim dicas quid tibi tandem prosit coruscantem lapillis manum undique contorquere? Non te pudet præ fastidio lapidos appetere, gravidarum feminarum more. Ut enim illæ lapides rodunt, sic tu quoque eximios quosque lapides majorem in modum appetis, sardonyches, jaspides, et amethystos perquirendo. Ecquis ornatu adhibito, vel uno die prorogare sibi vitam potuit? cuinam mors ob divitias et opes pepercit? a quo morbus propter pecuniarum copias abstinuit? Quousque tandem aurum animarum laqueus erit, hamus mortis, peccati illecebra? quousque divitiæ, quæ bellorum parentes sunt, ob quas cuduntur arma, enses acuuntur? ob eas cognati naturam non agnoscunt, fratres sanguinario sese oculo contuentur. Propter opes deserta loca prædones alunt, mare piratas, urbes sycophantas. Quis mendacii *pater est? quis* falsæ conscriptionis artifex? quis *perjurii procreator*? An non opes? an non earumdem *studium*? quid vobis, o mortales, accidit?

A εἰκόνας· ἔνθεν τοῦ οὐρανοῦ τα δάκρυα, ἐκεῖθεν τῆς χήρας τὸν στεναγμὸν, ἑτέρωθεν τοὺς κατακονδυλισθέντας ἀπὸ σοῦ πένητας, τοὺς οἰκέτας οὓς κατέξαινες, γείτονας οὓς παρώργιζες, πάντα σοι ἐπαναστήσεται· πονηρὸς χορὸς τῶν κακῶν σου πράξεων περιστοιχήσεταί σοι. Ὥσπερ γὰρ ἡ σκιὰ τῷ σώματι, οὕτω ταῖς ψυχαῖς ἁμαρτίαι παρέπονται, ἐναργῶς τὰς πράξεις εἰκονίζουσαι. Διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἄρνησις ἐκεῖ, ἀλλὰ φράσσεται στόμα ἀναίσχυντον. Αὐτὰ γὰρ ἑκάστου καταμαρτυρεῖ τὰ πράγματα, οὐ φωνὴν ἀφιέντα, ἀλλὰ τοιαῦτα φαινόμενα, οἷα ὑφ' ἡμῶν κατεσκεύασται. Πῶς σοι δυνηθῶ ὑπ' ὄψιν ἀγαγεῖν τὰ φρικτά; Ἐὰν ἄρα ἀκούσῃς, ἐὰν ἄρα ἐνδῷς, μνήσθητι τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ ἀποκαλύπτεται ἔνδοξος τοῦ Χριστοῦ παρουσία. Τότε ἀνα-
B στήσονται, οἱ μὲν τὰ ἀγαθὰ πράξαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Τότε αἰσχύνη αἰώνιος τοῖς ἁμαρτωλοῖς, καὶ πυρὸς ζῆλος ἐσθίειν μέλλων τοὺς ὑπεναντίους. Ἐκεῖνα λυπείτω σε, καὶ μὴ λυπείτω σε ἡ ἐντολή. Πῶς σε δυσωπήσω; τί φθέγξομαι; Βασιλείας οὐκ ἐπιθυμεῖς· γέενναν οὐ φοβῇ. Πόθεν εὑρεθῇ ἴασις τῇ ψυχῇ σου; Εἰ τὰ φρικτὰ οὐ πτοεῖ, τὰ φαιδρὰ οὐ προτρέπεται, λιθίνῃ καρδίᾳ διαλεγόμεθα. Διάβλεψον, ἄνθρωπε, πρὸς τὴν φύσιν τοῦ πλούτου. Τί τοσοῦτον ἐπτόησαι περὶ τὸν χρυσόν; λίθος ἐστὶν ὁ χρυσός· λίθος ὁ ἄργυρος· λίθος ὁ μαργαρίτης· λίθος τῶν λίθων ἕκαστος, χρυσόλιθον, καὶ βηρύλλιον, καὶ ἀχάτης, καὶ ὑάκινθος, καὶ ἀμέθυσος, καὶ ἴασπις. Ταῦτα δὴ τοῦ
C πλούτου τὰ ἄνθη, ὧν σὺ, τὰ μὲν ἀποτιθῇ κατακρύπτων, καὶ τοὺς διαφανεῖς τῶν λίθων τῷ σκότει κατακρύπτεις· τοὺς δὲ περιφέρεις τῶν βαρυτίμων, ἐναβρυνόμενος αὐτῶν τῇ αὐγῇ. Εἰπὲ, τί σοι ὄφελος λίθοις λαμπομένην περιστρέφειν τὴν χεῖρα; Οὐκ ἐρυθριᾷς λιθιδίων κισσῶν, ὡς γυναῖκες ὅταν κύωσιν; καὶ γὰρ ἐκεῖναι λιθίδια περιτρώγουσιν, καὶ σὺ λίχνως ἔχεις περὶ τὰ ἄνθη τῶν λίθων, σαρδόνυχας, ἰάσπιδας, καὶ ἀμεθύσους ἐπιζητῶν. Τίς καλλωπισθεὶς, μίαν ἡμέραν ἠδυνήθη τῷ βίῳ προσθεῖναι; τίνος ἐφείσατο θάνατος διὰ τὸν πλοῦτον; τίνος ἀπέσχετο νόσος διὰ τὰ χρήματα; Ἕως πότε χρυσὸς, τῶν ψυχῶν ἡ ἀγχόνη, τοῦ θανάτου τὸ ἄγκιστρον, τὸ τῆς ἁμαρτίας δέλεαρ; ἕως πότε πλοῦτος, ἡ τῶν πολέμων ὑπόθεσις, δι' ὧν χαλκεύεται ὅπλα; διὸ ἀκονῶν-
D ται ξίφη; διὰ τοῦτο συγγενεῖς ἀγνοοῦσι τὴν φύσιν, ἀδελφοὶ κατ' ἀλλήλων φονικὸν βλέπουσιν. Διὰ τὸν πλοῦτον αἱ ἐρημίαι τοὺς φονευτὰς τρέφουσι, θάλασσα τοὺς καταποντιστὰς, αἱ πόλεις τοὺς συκοφάντας. Τίς ἐστιν ὁ ψεύδους πατήρ; τίς ὁ πλαστογραφίας δημιουργός; τίς ὁ τὴν ἐπιορκίαν γεννήσας; Οὐχ ὁ πλοῦτος; οὐχ ἡ περὶ τοῦτον σπουδή; τί πάσχετε, ἄνθρωποι; τίς ὑμῖν τὰ ὑμέτερα εἰς τὴν καθ' ὑμῶν ἐπιβουλὴν περιέτρεψε, συνεργὰ πρὸς τὸ ζῆν; Μὴ γὰρ ἀφορμὴ ἀπωλείας, ἀλλ' ἀναγκαῖος ὁ πλοῦτος διὰ τοὺς παῖδας. Εὐπρόσωπος ἀφορμὴ πλεονεξίας αὕτη· τοὺς γὰρ παῖδας προβάλλεσθε, τὴν δὲ καρδίαν πληροφορεῖτε. Μὴ αἰτιῶ τὸν ἀναίτιον· ἴδιον ἔχει δεσπότην, ἴδιον οἰκονόμον. Παρ' ἄλλου τὴν ζωὴν ἐδέξατο, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς ἀφορμὰς ἀναμένει τῶν

βίου. Μὴ τοῖς γεγαμηκόσιν οὐκ ἐγράφη τὰ Εὐαγγέλια; *Εἰ θέλεις εἶναι τέλειος, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς.* Ὅτε ᾔτεις παρὰ Κυρίου τὴν εὐπαιδίαν, ὅταν ἠξίους γενέσθαι τέκνων πατὴρ, ἆρα προσέθηκας τοῦτο· Δός μοι τέκνα, ἵνα πλεονέκτης γενόμενος τῇ προφάσει τῶν παίδων τῇ γεέννῃ παραδοθῶ· δός μοι παῖδας, ἵνα τοῦ Εὐαγγελίου καταφρονήσω;

A quis vobis ea quæ vestra sunt, in vestram perniciem convertit, ea, inquam, quæ ad vitæ subsidium data sunt? Neque enim opes ut vitiis inservirent concessæ fuerunt, quibus redimitur anima. Nequaquam exitii occasio esse debent, quæ liberis educandis necessariæ sunt. Atqui speciosus hic color avaritiæ est. Liberos enim prætexitis; quid vero intus in corde sit, apertissime proditis. Ne insontem culpes: dominum suum habet, dispensatorem suum. Ab alio vitam accepit, et ab ipso vitæ subsidia præstolatur. An non iis qui matrimonio sese manciparunt, Evangelia scripta 488 sunt? *Si vis perfectus esse, rende omnia quæ habes, et da pauperibus* (*Matth.* XIX, 21). Cum sobolem a Domino postulabas, cum ab eo petebas uti pater fieres, an illud quoque adjunxisti: Da mihi liberos, ut avaritiæ studeam, ut eorum causa et prætextu in gehennam conjiciar? Da mihi liberos, ut Evangelium contemnam?

Δεῖξον τὰ ἔργα, καὶ ἀπαίτει τὰς ἀντιδόσεις. Οὐδεὶς μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν πανήγυριν πραγματεύεται, οὐδὲ μετὰ τοὺς ἀγῶνας ἐπελθὼν στεφανοῦται, οὐδὲ μετὰ τοὺς πολέμους ἀνδραγαθεῖ· οὐ τοίνυν μετὰ τὴν ζωὴν εὐσεβεῖ δηλονότι. Ἐν μέλανι καὶ γράμμασι κατεπαγγέλλῃ τὰς εὐποιΐας. Τίς οὖν ἀναγγελεῖ σοι τὸν καιρὸν τῆς ἐξόδου, τίς ἐγγυητὴς ἔσται τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς; Πόσοι ἀπὸ βιαίων ἡρπάσθησαν συμπτωμάτων, οὐδὲ φωνὴν ῥῆξαι συγχωρηθέντες ὑπὸ τοῦ πάθους; πόσους πυρετὸς ἐποίησεν ἔκφρονας; Τί οὖν ἀναμένεις καιρὸν, ἐν ᾧ πολλάκις οὐδὲ τῶν σεαυτοῦ λογισμῶν ἔσῃ; Νὺξ βαθεῖα, καὶ νόσος βαρεῖα, καὶ ὁ βοηθῶν οὐδαμοῦ, καὶ ὁ ἐφεδρεύων τῷ κλήρῳ ἕτοιμος. Πάντα πρὸς τὸ ἑαυτοῦ δόκιμον χρησάμενος ἄπρακτά σου τὰ βουλεύματα ποιῶν. Εἶτα περιβλεψάμενος ὧδε καὶ ὧδε, καὶ ἰδὼν τὴν περιεστῶσάν σε ἐρημίαν, τότε αἰσθήσῃ τῆς ἀβουλίας, τότε στενάξεις τὴν ἄνοιαν, εἰς οἷον καιρὸν ἐταμιεύου τὴν ἐντολήν· ὅτε ἡ μὲν γλῶσσα παρεῖται, ἡ δὲ χεὶρ ὑπότρομος ἤδη κλονουμένη ταῖς συνολκαῖς, ὡς μήτε φωνῇ, μήτε γράμμασι διασημᾶναι τὴν γνώμην. Καίτοι εἰ καὶ πάντα φανερῶς ἐγέγραπτο, καὶ πᾶσα φωνὴ διαῤῥήδην κεκήρυκτο, ἓν γράμμα παρεντεθὲν ἱκανὸν ἦν πᾶσαν μεταποιῆσαι τὴν γνώμην.

B *Ibid.* — Ostende opera, et posce præmia. Nemo solutis nundinis negotiatur, nec qui post certamina advenit, corona donatur, neque patrato bello, egregium quis facinus edit; nec proinde confecto vitæ curriculo, pietati dat operam. In atramento et charta beneficia polliceris. Quis te de exitus tempore certiorem faciet? quis mortis tibi spondebit modum? Quot homines violentis casibus de medio abrepti sunt, ut præ morbi acerbitate ne vocem quidem ipsis mittere licuerit? Quot homines febris amentes fecit? quid tempus illud exspectas, in quo sæpe ne rationis quidem compos futurus es? Nox profunda, morbus gravis, et qui tibi opem ferat, nusquam est; qui autem hæreditati immineat præsto est, quique omnia ad utilitatem suam C administret, et irrita consilia tua reddat. Ac tum huc illucque circumspiciens, quaque in solitudine verseris intuens, quam male tibi consulueris senties, atque amentiam tuam deplorabis, qui in tale tempus divinum mandatum reservaveris; cum jam et lingua fracta, et languida, et manus tremula erit: utpote crebris contractionibus agitata, ita ut nec voce, nec scripto voluntatem tuam efferre queas. Quanquam etiamsi omnia perspicue scripta essent, ac voces omnes aperte pronuntiatæ, attamen vel unius litteræ interjectio toti sententiæ tuæ immutandæ sufficiens foret.

Οἶδα πολλοὺς νηστεύοντας, προσευχομένους, στενάζοντας, πᾶσαν τὴν ἀδάπανον εὐλάβειαν ἐπιδεικνυμένους, ὀβολὸν δὲ ἕνα μὴ προϊεμένους τοῖς θλιβομένοις. Τί ὄφελος τούτοις τῆς λοιπῆς ἀρετῆς; οὐ γὰρ παραδέχεται αὐτοὺς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

*Ibid.* — Multos novi jejunantes, orantes, gementes, omne denique sumptu vacuum genus pietatis præ se ferentes; qui ne unum quidem obolum oppressis projicerent. D His porro quid tandem utilitatis afferre reliquæ virtutes queant, cum eos regnum cœlorum haudquaquam admittat?

Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, ἵνα ἔχῃς ἐφόδιον πρὸς αἰωνίαν ἀπόλαυσιν. Ἀπέρχῃ λυπούμενος; Ἐὰν δὲ ἀκούσῃς, Δὸς χρήματα γυναιξὶ χλιδώσαις, δὸς λιθοξόοις, τέκτοσι, ψηφοθέταις, ζωγράφοις, χαίρεις ὡς δή τι χρημάτων τιμιώτερον κατακτώμενος. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς τοίχους τούτους, τοὺς ὑπὸ τοῦ χρόνου καταῤῥυέντας, ὧν τὰ λείψανα ὥσπερ σκόπελοί τινες διὰ τῆς πόλεως πάσης ἀνέχουσι; Πόσοι ἦσαν κατὰ τὴν πόλιν πένητες τούτων ἐγειρομένων, οἳ διὰ τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν, ὑπὸ τῶν τότε πλουσίων παρεωρῶντο; Ποῦ τοίνυν ἡ λαμπρὰ τῶν ἔργων κατασκευή; ποῦ δὲ ὁ ἐπὶ τούτων μεγαλουργίᾳ ζηλούμενος; Οὐ τὰ μὲν συγκέχυται καὶ ἠφάνισται.

*Ibid.* — Vende quæ habes, et da pauperibus, ut ad æternam voluptatem viaticum comparatum habeas. Mœstus abscedis? Si autem audieris, da pecunias mulieribus in luxum effusis, da latomis, fabris, calculariis, pictoribus; gaudes, perinde ac si præstantius pecuniis quidquam acquiras. Videsne parietes istos vetustate collapsos, quorum reliquiæ, tanquam scopuli quidam, passim tota urbe prominent? Quotnam in urbe, cum ii erigebantur, pauperes erant, quos tempestatis illius divites ob hujusmodi rerum studium aspernabantur? Ubinam igitur est præclara illa operum structura? ubi ille, qui propter eam operum magnifi-

centiam laudibus in cœlum ferebatur? An non hæc quidem, non secus atque ea quæ a pueris in arena per ludum ædificantur, confusa jam deletaque sunt? Ille autem jacet in inferno, ingenti ob rerum vanarum studium mœrore affectus? Magno animo esto. Parietes, tam exigui quam magni, eumdem usum afferunt. Cum inepti cujusdam hominis domum ingredior, eamque omni florum genere nitentem conspicio, hoc mihi persuadeo, nihil eum rebus illis quæ in aspectum cadunt præstantius 489 possidere; sed cum res inanimas exornat, animam ipse ornatus expertem habet. Quem tandem, obsecro, ampliorem usum præbent argentei illi lecti, argenteæ mensæ, eburnei tori, eburneæ sellæ, ut eorum causa opes ad pauperes minime transeant? Etsi sexcenti ad fores tuas astant, miserabilem omnino vocem emittentes, tu stipem negas, fieri non posse dicens ut poscentibus sufficias. Atque lingua quidem juras; te vero manus coarguit, quippe quæ mendacium tuum tacendo prædicat, annuli pala circumfulgens. Quot homines unicus annulus tuus ære alieno liberare potest! quot domos labentes instaurare! Unica illa arca in qua vestes recondis, populum universum frigore rigentem potest operire; et tamen pauperem vacuum ablegari sustines, justum judicis talionem nihil metuens. Misericordiam non impertiisti? nec tibi impertietur. Ædes tuas non aperuisti? a regno tu excluderis. Esurienti panem non dedisti? vitam æternam non accipies. At te ipse pauperem dicis? plane assentior. Is enim pauper est, qui multis indiget. Ut vero vos multis indigeatis, inexplebilis illa cupiditas facit. Decem talentis decem alia studes adjungere. Cum autem viginti parta sunt, alia rursum totidem quæris. Ac tibi semper id quod accedit, non cupiditatem coercet, sed appetitum inflammat. Quemadmodum enim temulenti, quo plus vini hauriunt, eo plus ad bibendum excitantur, sic etiam ii qui repente divites evaserunt, cum multa acquisierint, plura concupiscunt.

A ὥσπερ αἱ κατὰ παιδιὰν ἐν ταῖς ψάμμοις ὑπὸ τῶν παίδων φιλοτεχνούμεναι; Ὁ δὲ ἐν τῷ ᾅδῃ κεῖται, ἐπὶ τῇ σπουδῇ τῶν ματαίων μεταμελόμενος; Μεγάλην ἔχε τὴν ψυχήν. Τοῖχοι δὲ, καὶ μικροὶ, καὶ μεγάλοι τὴν αὐτὴν χρείαν πληροῦσιν. Ὅταν παρέλθω εἰς οἰκίαν ἀνδρὸς ἀπειροκάλου, καὶ ἴδω αὐτὴν παντοίοις γεγανωμένην ἄνθεσιν, οἶδα ὅτι οὗτος οὐδὲν τῶν ὁρωμένων τιμιώτερον κέκτηται· ἀλλὰ τὰ μὲν ἄψυχα καλλωπίζει, τὴν δὲ ψυχὴν ἀκόσμητον ἔχει. Ποίαν, εἰπέ μοι, χρείαν περισσοτέραν παρέχουσιν ἀργυραῖ κλίναι, καὶ τράπεζαι ἀργυραῖ, ἐλεφάντιναι στιβάδες, καὶ ἐλεφάντινοι δίφροι, ὥστε τὸν πλοῦτον διὰ ταῦτα μὴ διαβαίνειν πρὸς τοὺς πτωχούς, καίτοι μυρίοι ἐφεστήκασι τῇ θύρᾳ ἅπασαν ἀφιέντες ἐλεεινὴν φωνὴν, σὺ δὲ ἀρνῇ τὴν δόσιν, ἀδύνατον εἶναι λέγων ἐπαρ- B κεῖν τοῖς αἰτοῦσι· καὶ τῇ μὲν γλώσσῃ ἐξόμνυσαι, ὑπὸ δὲ τῆς χειρὸς διελέγχῃ· σιωπῶσα γὰρ ἡ χείρ σου τὴν ψευδολογίαν σου κηρύσσει, περιαστραπτομένη ὑπὸ τῆς τοῦ δακτυλίου σφενδόνης. Πόσους δύναται εἷς σου δακτύλιος χρεῶν ἀπολῦσαι! πόσους οἴκους καταπίπτοντας ὀρθῶσαι! μία σου κιβωτὸς ἱματίων δύναται δῆμον ὅλον ῥιγοῦντα περιβαλεῖν· ἀλλ' ὑπομένεις ἄπρακτον ἀποπέμψαι τὸν πένητα, οὐ φοβούμενος τὸ δίκαιον τῆς ἀνταποδόσεως τοῦ κριτοῦ. Οὐκ ἠλέησας; οὐκ ἐλεηθήσῃ. Οὐκ ἤνοιξας τὴν οἰκίαν; ἀποπεμφθήσῃ τῆς βασιλείας. Οὐκ ἔδωκας ἄρτον τῷ πεινῶντι; οὐ λήψῃ τὴν αἰώνιαν ζωήν. Ἀλλὰ πένητα λέγεις σαυτόν; κἀγὼ συντίθημι. Πένης γάρ ἐστιν ὁ πολλῶν ἐνδεής. Πολλῶν δὲ ὑμᾶς ἐνδεεῖς ποιεῖ τὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀκόρεστον. Τοῖς δέκα ταλάντοις, δέκα C ἕτερα προστιθέναι σπουδάζεις. Ἐπειδὰν εἴκοσι γένηται, ἄλλα τοσαῦτα ζητεῖς. Καὶ ἀεί σοι τὸ προστιθέμενον, οὐχὶ τὴν ὁρμὴν ἵστησιν, ἀλλὰ ἀναφλέγει τὴν ὄρεξιν. Ὥσπερ γὰρ τοῖς μεθύουσιν ἀφορμὴ τοῦ πίνειν ἡ προσθήκη τοῦ οἴνου γίνεται, οὕτω καὶ οἱ νεόπλουτοι, πολλὰ κτησάμενοι, πλειόνων ἐπιθυμοῦσιν.

*Ibid.* — Opibus flores: ob majores tuos præclare de te sentis: patriæ splendore et corporis pulchritudine gloriaris, iisque honoribus qui ab omnibus in te congeruntur? Attende tibi ipsi, quoniam mortalis es, quoniam *terra es, et in terram reverteris* (*Gen.* III, 19). Circumspice illos, qui ante te iisdem in splendoribus versati fuerunt. Ubi sunt qui in rebus publicis auctoritatem obtinuerunt? ubi invictissimi oratores? ubi qui festa publica instituebant? ubi præclari illi equisones? illi militares duces? illi tyranni? Nonne omnia pulvis, omnia fabula sunt? nonne in paucis ossibus omnis eorum vitæ memoria sita est? Incumbe in sepulcra, ac vide num famulum ab hero queas secernere; ubi pauper jaceat, ubi dives. Distingue, si potes, vinctum a rege, fortem ab imbecilli, pulchrum a deformi. Naturæ igitur si memineris, nunquam attolles animos.

Πλούτῳ κομᾷς, καὶ ἐπὶ προγόνοις μέγα φρονεῖς; καὶ ἐπαγάλλῃ πατρίδι, καὶ κάλλει σώματος, καὶ ταῖς παρὰ πάντων τιμαῖς; Πρόσεχε σεαυτῷ, ὅτι θνητὸς εἶ· ὅτι γῆ εἶ, *καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*. Περίβλεψαι τοὺς πρὸ σοῦ ἐν ταῖς ὁμοίαις ἐξετασθέντας. Ποῦ οἱ τὰς πολιτικὰς D δυνάμεις περιβεβλημένοι; Ποῦ οἱ δυσμαχώτατοι ῥήτορες; ποῦ οἱ τὰς πανηγύρεις διατιθέντες; οἱ λαμπροὶ ἱπποτρόφοι, οἱ στρατηγοὶ, οἱ τύραννοι; Οὐ πάντα κόνις; οὐ πάντα μῦθος; οὐκ ἐν ὀλίγοις ὀστέοις τὰ μνημόσυνα τῆς ζωῆς αὐτῶν; Ἔγκυψον τοῖς τάφοις, εἰ δυνήσῃ διακρῖναι, τίς ὁ οἰκέτης, καὶ τίς ὁ δεσπότης· ποῦ ὁ πτωχὸς, καὶ τίς ὁ πλούσιος. Διάκρινον εἴ τίς σοι δύναμις τὸν δέσμιον ἀπὸ τοῦ βασιλέως, τὸν ἰσχυρὸν ἀπὸ τοῦ ἀσθενοῦς, τὸν εὐπρεπῆ ἀπὸ τοῦ δυσειδοῦς. Μεμνημένος οὖν τῆς φύσεως οὐκ ἐπαρθήσῃ ποτέ.

*Ibid.* — *Avarum quid* potis sit cohibere? igne *atrocior est, omnia* continuo depascens. Proximi

Τὸν πλεονέκτην τί δύναται ἐπισχεῖν; πυρός ἐστι χαλεπώτερος, πάντα διὰ συνεχείας νεμόμενος. Πλεί-

τὰ τοῦ πλησίον ἄλλος ἀνεφάνη γείτων, καὶ τὰ ἐκείνου ἐξιδιοποιήσατο. Οὐ τοῖς κατόπιν προσέχει, ἀλλὰ λυπεῖ τὰ λειπόμενα. Οὐ τῇ ἀπολαύσει τῶν συναχθέντων προσέχει, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκδαπανᾷ τῇ ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ πλείονος κτήσεως. Εἶτα ἀγρυπνίαι, ἐντεῦθεν αἱ μέριμναι, καὶ αἱ φροντίδες· ὅσον αὔξει ὁ πλοῦτος, τοσοῦτον φέρει τοῦ βίου τὸ μεριμνητικόν. Δικαστὴς προσδοκᾶται, καὶ ὁ πλεονέκτης περισκοπεῖ μὴ εἰς δικαστήρια κατασυρῇ, μὴ ὀρφανὸς τὸ δάκρυον αὐτοῦ ἐπὶ δικαστηρίου δημοσιεύσῃ. Βουλεύεται ἐν νυκτὶ, τίνας τῶν πικρῶν συνηγόρων παραστήσει, ἵνα ψευδεῖς μαρτυρίας ἐκμισθώσηται, πῶς ἐκπολιορκήσει τὸν ἐν ἐρημίᾳ, καταδυναστεύσει δὲ τούτου, καὶ ἐν δικαστηρίῳ τὴν ἀλήθειαν κλέψας, ἀμφοτέρους δὲ ἀναλώσει, καὶ τὸν δικαστὴν παρακρουσάμενος, καὶ τὸ νήπιον πλεονεκτήσας. Αὗται αἱ μέριμναι δαπανῶσι τοῦ πλεονέκτου τὴν ψυχήν. Κύων ὑλακτεῖ; καὶ ὁ πλούσιος νομίζει κλέπτην εἶναι. Μυὸς ψόφος, καὶ τοῦ πλουσίου ἡ καρδία πηδᾷ. Πάντα δι' ὑποψίας ἔχει. Υἱοὺς αὐξανομένους ὥσπερ ἐπιβούλους ὁρᾷ, ὅτι ἡ ἡλικία αὐτῶν τὴν διαδοχὴν κατεπείγει.

'Ανθρώπου γὰρ, φησὶ, *πλουσίου ηὐφόρησεν ἡ χώρα, καὶ διελογίζετο καθ' ἑαυτόν· Τί ποιήσω; Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω*. Διὰ τί οὖν ηὐφόρησεν ἡ χώρα ἀνθρώπου μηδὲν ἀγαθὸν ἐκ τῆς εὐφορίας ποιήσειν μέλλοντος; ἵνα μᾶλλον ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία διαφανῇ, καὶ μέχρι τῶν τοιούτων ἐκτεινομένης αὐτοῦ τῆς χρηστότητος. *Βρέχει γὰρ ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς*. 'Η δὲ τοιαύτη ἀγαθότης μείζονα συνάγει τοῖς πονηρευομένοις τὴν κόλασιν. Ἤνεγκε τοῖς ὄμβροις ἐπὶ τῶν πλεονεκτικῶν χειρῶν γεωργουμένην γῆν. Ἔδωκε τὸν ἥλιον ἐκθάλπειν τὰ σπέρματα, καὶ πολυπλασιάζειν τοὺς καρποὺς διὰ τῆς εὐφορίας. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα· γῆς ἐπιτηδειότης, ἀέρων εὔκρατοι καταστάσεις, σπερμάτων ἀφθονία, βοῶν συνεργίαι, τἄλλα οἷς γεωργία πέφυκεν εὐθηνεῖσθαι. Τὰ δὲ παρὰ τοῦ ἀνθρώπου οἷα; τὸ πικρὸν τοῦ ἤθους ἡ μισανθρωπία, τὸ δυσμετάδοτον, ταῦτα τῷ εὐεργέτῃ ἀντεπεδείκνυτο. Οὐκ ἐμνήσθη τῆς κοινῆς φύσεως. Οὐχ ἡγήσατο χρῆναι τὸ περιττεῦον τοῖς ἐνδεέσι καταμερίσαι. Οὐκ ἔσχε τινὰ λόγον τῆς ἐντολῆς· *Μὴ ἀπόσχῃ εὐποιεῖν ἐνδεῆ*· καὶ, ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε· καὶ *Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου*. Καὶ πάντες προφῆται, καὶ πάντες διδάσκαλοι ἐκβοῶντες οὐκ εἰσηκούοντο, ἀλλ' αἱ μὲν ἀποθῆκαι διεῤῥήγνυντο τῷ πλήθει τῶν ἀποκειμένων στενοχωρούμεναι. 'Η φειδωλὸς δὲ καρδία οὐκ ἐνεπίμπλατο. 'Αεὶ γὰρ τὰ νέα τοῖς παλαιοῖς προστιθεὶς, καὶ ταῖς κατ' ἔτος προσθήκαις τὴν εὐπορίαν προσαύξων, εἰς τὴν ἀδιεξόδευτον ταύτην ἀμηχανίαν ἐνέπεσεν. 'Υποχωρεῖν μὲν τοῖς παλαιοῖς διὰ τὴν πλεονεξίαν μὴ συγχωρῶν, ὑποδέχεσθαι δὲ τὰ νέα διὰ τὸ πλῆθος μὴ ἐξαρκῶν. Διὰ τοῦτο ἀνήνυτα μὲν αὐτῶν τὰ βουλεύματα, ἄποροι δὲ αἱ φροντίδες. Τί ποιήσω; τίς οὐκ ἂν ἐλεήσειε τὸν ὄντως πολιορκούμενον; δείλαιος τῆς εὐφορίας, ἐλεεινὸς τῶν

bona invasit: vicinus alter exstitit, qui illius rursum sibi bona vindicat. Non ea quæ a tergo sunt prospicit, sed ob ea quæ adhuc restant angitur. Non collectas facultates quibus fruitur considerat, sed ampliorum cupiditate seipsum exedit. Hinc noctes insomnes, hinc curæ, hinc sollicitudines. Quantum divitiæ augentur, tantum et victus crescit cura. Judex exspectatur? Avarus hinc inde versat oculos, metuens ne in jus trahatur, ac pupillus lacrymas palam coram tribunali profundat. Noctu cogitat quos crudelitas patronos adhibeat, ut falsa testimonia pretio conducat, quo **490** pacto illum qui desolatus est expugnet, huncque in judicio subrepta veritate opprimat, ac simul ambos absumat, judice nimirum decepto, et puero bonis spoliato. His curis avari animus conficitur. Canis latrat? dives adesse furem arbitratur. Mus strepitum edidit? cor divitis subsilit metu. Omnia metuit, omnia suspicatur. Filios crescentes tanquam insidiatores aspicit, ætate ipsorum eos ad succedendum urgente.

*Ejusd. homil. De avar.* — *Hominis divitis ager*, inquit, *uberes fructus tulit; et cogitabat secum: Quid faciam? Destruam horrea mea, et ampliora ædificabo* (*Luc.* XII, 16-18). Ecquid igitur fructibus abundavit ager illius hominis, qui nihil boni ex hac copia et ubertate facturus erat? utique ut diuturna Dei patientia clarius eluceat, qui usque ad ejusmodi homines benignitatem suam porrigit. *Pluit* enim *super justos et injustos, et solem suum oriri facit super bonos et malos* (*Matth.* V, 45). At ejusmodi bonitas majorem improbis cruciatum accersit. Imbres in solum illud emisit, quod avari manu colebatur. Dedit solem, qui semina foveret, et per fertilitatem fructus multiplicaret. Ac talia quidem Dei beneficio contigerunt, terræ nimirum aptitudo, aeris temperies, seminum copia, boum operæ, cæteraque ex quibus agri cultura frugum abundantiam concipere solet. Qualia autem erant quæ ab homine proficiscebantur? acerbitas morum, inhumanitas, illiberalitas. Hæc ille Deo pro ipsius erga se meritis referebat. Communis naturæ non meminerat; non sibi faciendum esse ducebat, ut quod redundaret, egenis impertiret. Nullam rationem mandati illius habebat: *Ne desinas indigenti benefacere* (*Galat.* VI, 9; *II Thessal.* III, 13), nec te eleemosynæ et fides deserant; ac rursum: *Frange esurienti panem tuum* (*Isa.* LVIII, 7). Denique nec prophetæ ulli, nec doctores inclamantes exaudiebantur. Verum horrea quidem propter reconditarum frugum copiam angustiora rumpebantur (*Luc.* V, 6): nec tamen cor tenax et præparcum illius implebatur. Nam nova semper veteribus adjungens, et annuis incrementis opes suas cumulans, in hanc, unde exire non liceret, animi anxietatem incidit, ut nec vetera (quod ipsius avaritia erat) subduci pateretur, nec nova, ob ingentem eorum copiam, suscipere posset. Quamobrem vana et irrita ipsius

consilia erant, et ejusmodi curæ, ut nulla se ex his explicandi facultas esset. Quid faciam? quem non misereat hominis vere miseria circumsessi? Miser est enim nomine fertilitatis; miserabilis propter præsentia, sed miserabilior propter exspectata. Nullos enim ei tellus reditus suos profert, at gemitus proinde eidem ingenerat. Non uberrimam frugum copiam colligit, at plane quidem curas, molestias, gravemque animi anxietatem. Eodem quo pauperes modo lamentatur. An non enim eamdem quoque ille vocem emittit, qui egestate premitur? Quid faciam? unde alimenta, unde indumenta suppetent! Iisdem quoque dives verbis utitur, corde discruciatur, exesus a cura et sollicitudine. Nam quod aliis voluptatem affert, hoc avarum conficit. Non enim hic lætitia afficitur, quod intus domus tota plena sit; sed propter circumeffluentes, et ultra quam horrea ferant, regurgitantes opes animus ipsius laniatur; id scilicet
491 metuens, ne ad externos interdum emanantes, utilitatem egentibus aliquam concilient. Ac mihi animæ ejus affectus, helluonum illorum affectui absimilis esse non videtur, qui ingluvie disrumpi malunt, quam reliquiarum aliquid egentibus erogare. Eum cogita, o homo, qui ea tibi dedit; recordare quisnam ipse sis, quid administres, a quonam acceperis, quam ob causam multis sis prælatus. Dei minister effectus es, conservorum administer. Noli putare omnia ventri tuo parata esse. De iis quæ in manibus tuis sunt, tanquam de alienis consilium habe. Aliquantum temporis te oblectant, et posthac dilabentur et interibunt: eorum autem ratio abs te diligenter exigetur. At tu omnia januis et repagulis inclusa tenes, iisque sigillo seu vinculo quodam constrictis, curis invigilas, ac tecum ipse deliberas, stultum consiliarium teipsum scilicet adhibens. Quid faciam? promptum erat dicere: Animas esurientium implebo, horrea patefaciam mea, et omnes inopia laborantes accersam; Josephum benignitatis præconio imitabor. Vocem magnificam proloquar: Venite ad me omnes qui panibus indigetis, beneficii quod divinitus mihi concessum est, quantum cuique satis sit, velut ex communi fonte participes futuri. At tu non hoc es animo præditus. Qui enim? cum eorum fructum hominibus invideas: verum improbum animo tuo concilium agitans, id curas, non ut cuique ea quibus indiget tribuas, sed ut bonis omnibus apud te congestis, omnes eorum utilitate et emolumento prives. Præsto aderant qui animam illius reposcerent; illi autem de cibis cum anima sua sermo erat. Hac nocte assumebatur, atque in annos multos delicias sibi animo fingebat. Ipsi omnino deliberandi, et sententiam suam promendi facta potestas fuit, ut dignam proposito suo sententiam acciperet. Digna quippe eversione sunt injustitiæ promptuaria. Demolire manibus ipsemet tuis quæ male construxisti. Dele horrea unde nemo unquam *solaminis quidpiam* nactus abscessit. Domum omnem avaritiæ custodem tolle e medio. Disturba tecta, *dejice parietes*. Frumentum situ cariosum soli ostende. Vinctas opes e carcere extrahe; tenebrosa illa *mammonæ diversoria* velut in triumphum expone.

A παρόντων ἀγαθῶν, ἐλεεινότερος τῶν προσδοκωμένων. Μὴ γὰρ προσόδους αὐτῷ φέρει ἡ γῆ; στεναγμοὺς αὐτῷ φύει. Μὴ γὰρ καρπῶν εὐφορίαν συνάγει; φροντίδας, καὶ λύπας, καὶ ἀμηχανίαν δεινήν. Ὅμοια τοῖς πενομένοις ὀδύρεται. Ἢ οὐχὶ ταύτην ἀφίησι τὴν φωνὴν καὶ ὁ διὰ πενίαν στενοχωρούμενος; Τί ποιήσω; πόθεν τροφαί; πόθεν ἐνδύματα; Ταῦτα καὶ ὁ πλούσιος φθέγγεται. Ὀδυνᾶται τὴν καρδίαν ὑπὸ τῆς μερίμνης διεσθιόμενος. Ὃ γὰρ τοὺς ἄλλους εὐφραίνει, τοῦτο τήκει τὸν πλεονέκτην. Οὐ γὰρ χαίρει πάντων αὐτῷ πεπληρωμένων τῶν ἔνδον, ἀλλὰ νύσσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ περιῤῥέων ὁ πλοῦτος, καὶ τῶν ταμιείων ὑπερχεόμενος, μήπου καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν παρακύψας ἀγαθοῦ τινος ἀφορμὴ τοῖς ἐνδεέσι γένηται. Καί μοι δοκεῖ τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς
B ψυχῆς τῷ τῶν γαστριμάργων προσεοικέναι, οἳ διαῤῥαγῆναι μᾶλλον ὑπὸ λαιμαργίας αἱροῦνται, ἢ τῶν λειψάνων μεταδοῦναι τοῖς ἐνδεέσι. Σύνες, ἄνθρωπε, τοῦ δεδωκότος· μνήσθητι σεαυτοῦ τίς εἶ· τί οἰκονομεῖς· παρὰ τίνος ἔλαβες· διὰ τί τῶν πολλῶν προεκρίθης. Ἀγαθοῦ Θεοῦ γέγονας ὑπηρέτης, οἰκονόμος τῶν ὁμοδούλων. Μὴ πάντα οἴου τῇ γαστρὶ τῇ σῇ παρεσκευάσθαι. Ὥσπερ ἀλλοτρίων βουλεύου τῶν ἐν χερσί. Μικρὸν εὐφραίνει σε χρόνον, εἶτα διαῤῥυέντα οἰχήσεται, τὸν δὲ ἐπ' αὐτοῖς λόγον ἀπαιτηθήσῃ μετὰ ἀκριβείας. Σὺ δὲ πάντα ὁμοῦ θύραις καὶ μοχλοῖς ἐναποκλείσας ἔχεις, καὶ καταδήσας σφραγῖσιν ἐναγρυπνεῖς ταῖς μερίμναις, καὶ βουλεύῃ κατὰ σαυτὸν, ἄφρονι συμβούλῳ σεαυτῷ κεχρημένος.
C Τί ποιήσω; ἕτοιμον ἦν εἰπεῖν, ὅτι Ἐμπλήσω τὰς ψυχὰς τῶν πεινώντων· ἀνοίξω τὰς ἀποθήκας, καὶ πάντας καλέσω τοὺς ἐνδεεῖς. Μιμήσομαι τὸν Ἰωσὴφ τῷ τῆς φιλανθρωπίας κηρύγματι. Φθέγξομαι φωνὴν μεγαλόψυχον· Ὅσοι ὑστερεῖσθε ἄρτων, ἔλθετε πρός με, τῆς παρὰ Θεοῦ δεδομένης χάριτος τὸ ἀρκοῦν ἕκαστος, οἷον ἐκ κοινῶν πηγῶν, συμμεθέξοντες. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτος σύ· πόθεν ὥς γε βασκαίνεις τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀπολαύσεως, πονηρὸν δὲ βουλευτήριον ἐν τῇ ψυχῇ συγκροτήσας, φροντίζεις οὐχ ὅπως μεταδῷς ἑκάστῳ τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἀλλ' ὅπως πάντα ὑποδεξάμενος, πάντας τῆς ἀπ' αὐτῶν ὠφελείας ἀποστερήσῃς; παρέστησαν οἱ τὴν ψυχὴν ἀπαιτοῦντες, κἀκεῖνος περὶ βρωμάτων τῇ ψυχῇ ἐλέγετο. Ταύτῃ τῇ νυκτὶ παρελαμβάνετο, καὶ εἰς ἔτη πολλὰ
D τὴν ἀπόλαυσιν ἐφαντάζετο. Συνεχωρήθη πάντα βουλεύσασθαι, καὶ φανερὰν ἑαυτοῦ ποιῆσαι τὴν γνώμην, ἵνα ἀξίαν τῆς προαιρέσεως δέξηται τὴν ἀπόφασιν. Ἄξια γὰρ καθαιρέσεως τὰ ταμιεῖα τῆς ἀδικίας. Κατάσκαπτε ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἃ κακῶς ᾠκοδόμησας. Λύε τὰ σιτοδοχεῖα, ὅθεν οὐδεὶς ἀπῆλθέ ποτε παραμυθίας τυχών. Ἀφάνισον πάντα οἶκον πλεονεξίας φύλακα. Ἀποσκεύασον ὀρόφους, περίελε τοίχους, δεῖξον ἡλίῳ τὸν εὐρωτιῶντα σῖτον. Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὸν δέσμιον πλοῦτον, θριάμβευσον τὰ σκοτεινὰ τοῦ μαμωνᾶ καταγώγια.

Διὰ σὲ καὶ τὴν συμφορὰν κατεδίκασεν, ὅτι ἔχων A οὐκ ἐδίδως· ἐπειδὴ παρέτρεχες τοὺς πεινῶντας· ἐπειδὴ πρὸς τοὺς ὀδυρομένους οὐκ ἐπεστρέφου· ἐπειδὴ προσκυνούμενος οὐχ ἠλέεις. Ἔρχεται καὶ δι' ὀλίγους ἐπὶ δῆμον κακὰ, καὶ μοχθηρίας ἑνὸς παραπήλαυσε δῆμος. Ἀχὰρ ἱεροσύλησεν, καὶ ὅλη ἡ παράταξις ἐμαστίζετο. Ὁ Ζαμβρὶ πάλιν εἰς τὰς Μαδιανίτιδας ἐξεπόρνευσε, καὶ ὁ Ἰσραὴλ ἔπιπτεν εἰς δίκην. Πάντες τοίνυν, καὶ ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ τοὺς βίους ἑαυτῶν ἐξετάσωμεν.

*Ejusd. homil. in temporis siccitate.* — Propter te hac quoque nos Deus calamitate multavit: quia cum haberes, non dabas; quia eos qui fame laborabant, præteribas; quia ad gementes minime te convertebas; quia nequaquam te miserebat eorum a quibus adorabaris. Paucorum culpa fit ut plebs universa calamitatibus affligatur; atque unius improbitatem tota plebs luit. Achan sacrilegium perpetrarat, et totus exercitus pœnas dedit. Zambri cum mulieribus Madianitis scortatus erat, et Israel propterea in supplicium incidit. Quæ cum ita sint, omnes et privatim et publice vitam nostram excutiamus.

Λαοὶ ἀκούσατε· Χριστιανοὶ ἐνωτίσασθε, ὅτι τάδε λέγει Κύριος, οὐ δημηγορῶν αὐτοφώνως, τοῖς δὲ τῶν δούλων στόμασιν ἐνηχῶν ὡς ὀργάνοις· μὴ φανῶμεν B οἱ λογικοὶ τῶν ἀλόγων ὠμότεροι. Ἐκεῖνα γὰρ τοῖς ἐκ τῆς γῆς φυομένοις παρὰ τῆς φύσεως ὡς κοινῇ κέχρηται, καὶ προβάτων ἀγέλαι ἓν καὶ τὸ αὐτὸ καταβόσκονται ὄρος. Ἵπποι δὲ παμπληθεῖς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατανέμονται πεδιάδα, καὶ πάντα τὰ καθ' ἕκαστον οὕτως ἀλλήλοις ἀντιπαραχωρεῖ τῆς ἀναγκαίας τῶν χρειῶν ἀπολαύσεως. Ἡμεῖς δὲ ἐγκολπιαζόμεθα τὰ κοινά· τὰ τῶν πολλῶν μόνοι ἔχομεν. Αἰδεσθῶμεν Ἑλλήνων φιλάνθρωπα διηγήματα. Παρά τισιν ἐκείνων νόμος φιλάνθρωπος, μία τράπεζα, καὶ κοινὰ τὰ σιτία, μία ἑστία σχεδὸν τὸν πολυάνθρωπον δῆμον ἀπεργάζεται. Καταλείψωμεν τοὺς ἔξωθεν, καὶ ἀπέλθωμεν εἰς τὸ τῶν τρισχιλίων ὑπόδειγμα· τὸ πρῶτον τῶν Χριστιανῶν ζηλώσωμεν σύνταγμα, ὅπως *ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά*· ὁ βίος, ἡ C ψυχὴ, ἡ συμφωνία, ἡ τράπεζα κοινή· ἀδιαίρετος ἀδελφότης, ἀγάπη ἀνυπόκριτος, τὰ πολλὰ σώματα ἓν ἐργαζόμενα, τὰς διαφόρους ψυχὰς εἰς μίαν ὁμόνοιαν συναρμοῦσα. Πολλὰ τῆς φιλαδελφίας ἔχεις ἐκ Παλαιᾶς Διαθήκης καὶ ἐκ τῆς Νέας τὰ ὑποδείγματα. Πρεσβύτην ἐὰν ἴδῃς λιμώττοντα, μετάστειλαι καὶ θρέψον ὡς Ἰωσὴφ τὸν Ἰακώβ. Ἐχθρὸν ἐὰν εὕρῃς στενούμενον, μὴ ἐπιβάλλῃς τῇ ὀργῇ τῇ κατεχούσῃ τὴν ἄμυναν, ἀλλὰ θρέψον αὐτὸν ὡς ἐκεῖνος τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς πωλήσαντας. Ἐὰν ἐντύχῃς νεωτέρῳ καταπονουμένῳ, οὕτως δάκρυσον ὡς ἐκεῖνος τὸν Βενιαμὶν τὸν τοῦ γήρως υἱόν· πειράζει καὶ σὲ τυχὸν ἡ πλεονεξία, ὡς τὸν Ἰωσὴφ ἡ δέσποινα εἵλκυσε τῶν ἱματίων, ἵνα τῆς ἐντολῆς καταφρονήσῃς; πρόσριψον τὰ ἱμάτια· D φύλαξον τῷ Κυρίῳ τὴν πίστιν, ὡς ἐκεῖνος τῷ Πετεφρῆ. Ἐν ἐνιαυτῷ τὴν ἔνδειαν οἰκονόμησον, ὡς ἐκεῖνος ἐν τοῖς ἑπτά.

*Ibid.* — Audite, populi; auscultate, Christiani; quoniam hæc dicit Dominus, non ipse quidem suamet voce concionans, sed servorum suorum oribus tanquam organis quibusdam insonans: Ne nos ipsos, qui ratione præditi sumus, crudeliores brutis præbeamus. Illa siquidem his quæ ex humo natura producit, in commune utuntur. Nam et ovium greges unum eumdemque montem depascunt, **492** et numerosi equi in uno et eodem campo pabulantur; ac denique singulatim omnia necessarium eorum quibus indigent, usum mutuo sibi ipsa concedunt. At nos quæ communia sunt sinu nostro coercemus, et quæ multorum, hæc soli tenemus. Pudere nos afficiant quæ de gentilium humanitate memorantur. Nam apud quosdam eorum lex humanitatis plena est, una eademque mensa, communes cibi, idem fere focus, numerosissimum alioqui populum unum esse faciunt. Sed externos mittamus, atque ad trium illorum mille hominum exemplum nos conferamus: primum istic Christianorum agmen imitemur: quemadmodum *omnia illis communia erant* (*Act.* II, 44; IV, 32), vita, animus, concordia, communis mensa, indivulsa fraternitas, charitas non ficta, quæ ex multis corporibus unum efficeret, et diversas animas concordiæ nexu coaptaret. Multa tibi præsto sunt exempla charitatis, tum ex Veteri, tum ex Novo Testamento. Si senem fame confectum videris, hunc accerse et ale, quemadmodum Joseph Jacob. Si inimicum in angustias redactum inveneris, ne iracundiæ qua percitus est, ultionem adjungas; sed ipsum ale, ut ille fratres a quibus venditus fuerat. Si in juvenem ærumna et labore pressum incideris, sic collacryma, ut ille ob Benjamin quem senex pater ediderat. Quin te fortassis quoque tentat avaritia? uti Josephum hera te vestibus trahit, ut mandatum Dei pro nihilo ducas? projice vestes, iratus abscede, fidem serva Domino, ut ille Putiphari: in uno anno grassantem egestatem administra, ut ille septem annis.

Τί ὑποτίθῃ ἀφορμὴν εὐπρόσωπον εἰς τὴν ἁμαρτίαν; ὁ τὸν παῖδα ποιήσας, καὶ σὲ ἐποίησεν. Ὁ σοι τὰς ἀφορμὰς παρεχόμενος, καὶ τῷ παιδὶ παρέξει τὰς τοῦ βίου διεξαγωγάς.

*Ejusdem.* — Quid plausibilem causam ad peccandum fingis? Qui te creavit, idem filium quoque tuum creavit. Qui vitæ degendæ subsidia tibi præbuit, idem quoque instrumenta filio præbebit, quibus vitam transigat.

Μὴ προφασίζου τοὺς παῖδας, ὁ πλεονέκτης. Παῖδές εἰσιν; θησαύριζε αὐτοῖς θησαυρὸν αἰώνιον. Θησαυρὸς δέ ἐστιν εὐσέβεια χρημάτων. Κατάλειπε *παισὶν ἀγαθὴν μνήμην*, ἢ πλοῦτον πολύν. Πάντας

*Ejusd.* — Ne liberos causeris, o avare. Liberi tibi sunt? sempiternum ipsis thesaurum aggere. Thesaurus autem pecuniarum plenus et opum est pietas. Filiis tuis bonum potius nomen, quam

divitias multas relinque. Da operam ut omnes amore et benevolentia patres filii tui sint. Omnino tibi ex hac vita quandoque excedere necessum est, et impuberem filium relinquere, aliorum præsidio opus habentem. Si probus et benignus fueris, quisque tuum filium tanquam suum nutriet. Reminiscitur enim, quod et tu fuisti pater orphanorum. Sin autem scelerate vivendo, multis molestiam attuleris, ac quavis fera crudeliorem iis quibuscum agebas te præbueris, tum deinde ex hac vita excedens, filium tuum communem omnium hostem reliquisti. Velut enim qui scorpii prolem conspicit, timet, ne cum ad ætatem pervenerint, parentem imitetur; sic etiam ne filii tui paternæ sint hæredes improbitatis, antequam ad ætatem veniant, insidiis omnium patebunt. Quid ergo liberis tuis insidiatores multos et hostes colligis?

A ποίησον τοῦ παιδὸς τοῦ σοῦ πατέρας διὰ τῆς εὐνοίας. Ἀνάγκη σέ ποτε ἀπελθεῖν τοῦ βίου· εἶτα τὸν σὸν παῖδα ἐν τῇ ἀνηλικίᾳ καταλείψεις τῶν προεστώτων δεόμενον. Ἐὰν καλὸς ᾖς καὶ ἀγαθὸς, ἕκαστος τὸν σὸν ἔγγονον ὥσπερ ἴδιον ἐκθρέψει. Μεμνήσεται γὰρ, ὅτι καὶ σὺ ὀρφανῶν ἐγένου πατήρ. Ἐὰν δὲ ἐν πονηρίᾳ ζήσας, καὶ πολλοὺς λυπήσας, καὶ παντὸς θηρίου χαλεπώτερος γενόμενος τοῖς συντυγχάνουσιν, εἶτα ὑπεξῆλθες τοῦ βίου, κατέλιπες τὸν σὸν ἔγγονον κοινὸν ἐχθρὸν τῶν ζώντων. Ὥσπερ γὰρ τέκνον σκορπίου ὁ θεασάμενος φοβεῖται, μήποτε εἰς ἡλικίαν ἐλθὼν μιμήσηται τὸν πατέρα, οὕτω καὶ τὰ σὰ ἔγγονα πονηρίας πατρικῆς εἶναι κληρονόμα, πρὶν εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν παρὰ πάντων ἐπιβουλευθήσονται. Τί οὖν πολλοὺς ἐπιβούλους καὶ ἐχθροὺς συνάγεις τοῖς σεαυτοῦ τέκνοις;

B

*Ejusd. homil. De avarit.* — Nos a servitute in libertatem vindicamur, nec conservorum miseria tangimur. Esurientes alimus, et egentem præterimus. Copiosissimum largitorem et procum condum cum habeamus, parci et illiberales in pauperes exsistimus. Fecundæ sunt nostræ oves, sed multi ovium velleribus carent. Angustiores sunt apothecæ quam ut recondita **493** fruges capiant, nec ei qui angustiis premitur, misericordiam ullam impertimus. Eam ob causam justum nobis tribunal comminatur; eam ob causam Deus manum suam nobis non aperit, quia nos fraternam charitatem exclusimus; eam ob causam siccæ terræ sunt, quia charitas refriguit.

Δοῦλοι ὄντες ἐλευθερούμεθα, καὶ τοὺς ὁμοδούλους οὐκ οἰκτείρομεν. Πεινῶντες τρεφόμεθα, καὶ τὸν ἐνδεῆ παρατρέχομεν ἀνενδεῆ, χορηγὸν καὶ ταμίαν Θεὸν ἔχοντες, φειδωλοὶ ἐγενόμεθα καὶ ἀκοινώνητοι πρὸς τοὺς πένητας. Πολύτοκα ὑμῶν τὰ πρόβατα, καὶ οἱ γυμνοὶ τῶν προβάτων πλείους. Αἱ ἀποθῆκαι τῶν ἀποκειμένων στενοῦνται, καὶ τὸν ἐστενωμένον οὐκ ἐλεοῦμεν. Διὰ τοῦτο ἡμῖν ἀπειλεῖ τὸ δίκαιον κριτήριον· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἀνοίγει τὴν χεῖρα, ἐπειδὴ τὴν φιλαδελφίαν ἡμεῖς ἀπεκλείσαμεν· διὰ τοῦτο ξηραὶ αἱ ἄρουραι, ἐπειδὴ ἡ ἀγάπη ἐψύχη.

*Ejusd.* — Ille opes suas in eos qui cum bestiis pugnant insumens, et inanibus populi vocibus insolescens, vulgi laudibus inflatur, animosque tollit; cujus videlicet gloria in confusione ipsius sit.

C Ὁ δεῖνα τὸν πλοῦτον θηριομάχοις προσαναλίσκων, καὶ ταῖς ματαίαις τῶν δήμων φωναῖς ἐπαγαλλόμενος, φυσᾶται τοῖς ἐπαίνοις, καὶ μεγαλοφρονεῖ, τὴν δόξαν ἔχων ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτοῦ.

*Ejusd. homil. Ad divit.* — Magistrum vocas, et affectu discipuli cares. Bonum confiteris, cujus munera repudias. Quid porro grave tibi et molestum, aut altum nimis ac difficile est hoc verbum quod magister tibi proposuit: *Vende quæ habes et da pauperibus* (*Matth.* XIX, 21)? Si tibi agriculturæ labores, aut negotiationis pericula, aut alia omnia proposuisset quæ tempestate jactatis hominibus aspera occurrunt, erat cur mœrore afficereris. Cum autem per viam usque adeo facilem, ac laboris omnis et sudoris expertem hoc se facturum polliceatur, ut sempiternæ vitæ hæres sis, consequendæ salutis facilitate non gaudes, sed mœsto ac dolenti animo abscedis, atque eos omnes labores reddis irritos, quos prius exantlasti. Nam si nec cædem, ut ipse inquis, nec adulterium, nec furtum admisisti, nec falsum testimonium adversus quemquam dixisti, inutile tibi horum omnium studium reddidisti, qui hoc minime quod supererat adjeceris, quod vel solum ad regnum cœlorum parare tibi aditum quiret. Ac quidem si medicus facturum se promitteret ut distortiones membrorum natura vel morbo contractas restitueret, non mœstus fores hor

Διδάσκαλον λέγεις, καὶ τῶν μαθητῶν οὐ φρονεῖς. Ἀγαθὸν ὁμολογεῖς, καὶ τὰ διδόμενα παραπέμπῃ. Τί δέ σοι χαλεπὸν, ἢ βαρὺ, ἢ ὑπέρογκον ῥῆμα ὁ διδάσκαλος προετείνατο· *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς*; Εἴ σοι προέβαλε πόνους γεωργικοὺς, ἢ τοὺς ἐξ ἐμπορίας κινδύνους, καὶ ὅσα τοῖς χειμαζομένοις ἐπίπονα πρόσεστιν, ἔδει σε λυπηθῆναι. Εἰ δὲ οὕτως διὰ ῥᾳδίας ὁδοῦ, καὶ οὐδένα πόνον ἐχούσης, οὐδὲ ἱδρῶτα, ἐπαγγέλλεταί σε κληρονόμον τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀποδεῖξειν, οὐ χαί-
D ρεις τῇ εὐκολίᾳ τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἀπέρχῃ ὀδυνώμενος τῇ ψυχῇ καὶ πενθῶν, καὶ ποιεῖς σεαυτῷ ἄχρηστα πάντα ὅσα σοι προπεπόνηται. Εἰ γὰρ οὐκ ἐφόνευσας, ὡς σὺ ἔφης, οὐδὲ ἐμοίχευσας, οὔτε ἔκλεψας, οὔτε κατεμαρτύρησάς τινος μαρτυρίαν ψευδῆ, ἀνόνητον σεαυτῷ ποιεῖς τὴν περὶ πάντων σπουδὴν, μὴ προστιθεὶς τὸ λεῖπον, δι' οὗ μόνου δυνήσῃ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Καὶ εἰ μὲν ἰατρὸς ἐπηγγείλατο κολοβώματα μελῶν ἐκ φύσεως ἢ ἀῤῥωστίας προσόντα σοι διορθώσασθαι, οὐκ ἂν ἠθύμεις ἀκούων. Ἐπειδὴ δὲ ὁ μέγας τῶν ψυχῶν ἰατρὸς τέλειόν σε βούλεται ποιῆσαι τοῖς καιριωτάτοις ἐλλείποντα, οὐδὲ ἔχῃ τὴν χάριν, ἀλλὰ πενθεῖς καὶ σκυθρωπάζεις, ἐκείνης τῆς ἐντολῆς ἐπ-

A λον μακρὰν ὑπάρχων, καὶ ψεῦδος ἑαυτῷ προσμαρτυρήσας, ὅτι ἠγάπησας τὸν πλησίον ὡς σεαυτὸν, καὶ ὅτι ἐφύλαξας ἐκ νεότητος τὴν ἐντολὴν τῆς ἀγάπης, καὶ τοσοῦτον ἀπέδωκας ἑκάστῳ. Πόθεν σοι ἡ τῶν χρημάτων αὕτη περιουσία; δαπανητικὸν γὰρ πλούτου, ἡ θεραπεία τῶν δεομένων.

audiens. Cum autem magnus ille medicus animarum te præcipuis partibus carentem reddere integritati cupit, beneficium istud non acceperis, sed in luctu et mœrore versaris, atque adeo ab illo mandato dubio procul remotus es, falsoque de teipso testatus quod proximum tuum sicut teipsum dilexeris, quodque præceptum charitatis jam ab adolescentia servaveris, ac tantumdem unicuique quantum tibi reddideris. Unde tibi hæc pecuniarum copia? studium enim erga pauperes hanc vim habet, ut divitias exhauriat.

Τί πάσχετε, ἄνθρωποι; τίς ὑμῖν τὰ ὑμέτερα εἰς τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλὴν περιέτρεψεν, συνεργὰ πρὸς τὸ ζῆν; μὴ γὰρ ἐφόδια κακῶν ἐδόθη τὰ χρήματα, λύτρον ψυχῆς; μὴ γὰρ ἀφορμὴ ἀπωλείας; ὅρα μὴ μετὰ μυρίων πόνων πλοῦτον ἀθροίσας, ὕλην ἁμαρτημάτων ἑτέροις παρασκευάσῃς, εἶτα εὑρεθῇς B διπλᾶ τιμωρούμενος.

*Ibid.* — Quidnam vobis, o mortales, accidit? quis vobis ea quæ ad subsidium vitæ data, in vestram perniciem convertit? Nequaquam enim ad vitiorum adminiculum opes concessæ fuerunt, quibus anima redimitur? nequaquam illæ perditionis causæ sunt? Vide ne, cum divitias sexcentis laboribus cumulaveris, peccandi materiam aliis compares, tumque duplices pœnas persolvas.

Πάντα χρυσὸν βλέπεις· πάντα χρυσὸν φαντάζῃ. Τοῦτό σοι καθεύδοντι ἐνύπνιον, καὶ ἐγρηγορότι ἐνθύμιον. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἀπὸ μανίας παράφοροι, οὐ τὰ πράγματα βλέπουσιν, ἀλλὰ τὰ ἐκ τοῦ πάθους φαντάζονται, οὕτως σου ἡ ψυχὴ τῇ φιλοχρηματίᾳ κατασχεθεῖσα, πάντα χρυσὸν, πάντα ἄργυρον βλέπει. Ἥδιον ἂν ἴδοις τὸν χρυσὸν, ἢ τὸν ἥλιον.

*Ejusd. homil. De avarit.* — Nihil non aurum esse vides; nihil non aurum esse tibi animo fingis. Hoc dormiens somnias, et vigilando cogitas. Velut enim ii qui furore perciti sunt, non res ipsas cernunt, sed ea quæ morbus objicit imaginantur: sic animus tuus avaritia correptus, universa aurum, universa argentum videt. Quin lubentius aurum quam solem conspexeris.

Ἀλληλοφάγοι τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι, καὶ ὁ μικρότερος παρ' ἐκείνοις βρῶμά ἐστι τοῦ μείζονος. Κἂν ποτε συμβῇ τὸν τοῦ ἐλάττονος κρατήσαντα ἑτέρου γενέσθαι θήραμα, ὑπὸ τὴν μίαν ἄγονται γαστέρα C τοῦ τελευταίου. Τί οὖν ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι, ἄλλο τι ποιοῦμεν τῇ καταδυναστείᾳ τῶν ὑποδεεστέρων; τί διαφέρει τοῦ τελευταίου ἰχθύος ὁ τῇ λαιμάργῳ φιλοπλουτίᾳ τοῖς ἀπληρώτοις τῆς πλεονεξίας αὐτοῦ κόλποις ἐναποκρύπτων τοὺς ἀσθενεῖς; ἐκεῖνος εἶχε τὰ τοῦ πένητος, σὺ τούτων λαβὼν μέρος ἐποιήσω τῆς περιουσίας, ἀδίκων ἀδικώτερος, πλεονέκτου πλεονεκτικώτερος. Ὅρα μή σε τὸ αὐτὸ πέρας ἐκδέξηται, ἄγκιστρόν που, ἢ κύρτος, ἢ δίκτυον. Πάντως γὰρ καὶ ἡμεῖς πολλὰ τῶν ἀδίκων διεξελθόντες, τὴν τελευταίαν τιμωρίαν οὐκ ἀποδρασόμεθα.

*Ejusd. homil.* 6 *in Hexaem.* — Pisces magna ex parte sese invicem vorant, et qui apud eos minor est, majoris præda et pabulum est. Quod si casus ita tulerit ut qui minorem **494** arripuerit, alterius præda sit, in unum et eumdem, postremi utique, ventrem uterque ducitur. Quid igitur nos aliud homines agimus, cum inferiores opprimimus? quid inter hunc postremum piscem, et eum hominem interest, qui insatiabili opum cupiditate intra vastissimum avaritiæ sinum imbecilles includit? Ille pauperis facultates occupabat, tu ex eis accipiens substantiæ tuæ partem fecisti, teque injusto injustiorem; et avaro avariorem præbuisti. Videsis ne te finis idem maneat, hoc est, fortassis hamus, vel vas piscatorium, vel rete. Prorsus enim nos, cum per multa injustitiæ genera grassati erimus, ultimam pœnam non effugiemus.

Ὁ τὸν ἐξ ἀδικίας ἠθροισμένον πλοῦτον, ἱκανὴν ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἰσχύειν καὶ κρατεῖν ἀφορμὴν εἶναι κρί- D νων, ὅμοιός ἐστιν ἀῤῥώστῳ ἐν τῇ περουσίᾳ τῆς νόσου τὴν εὐεξίαν τιθεμένῳ.

*Ejusdem.* — Qui opes iniquis rationibus collectas firmum sibi ad robur et potentiam esse subsidium putat, hic similis est ægroto qui in morbi gravitate sanitatem constituit.

Ἐὰν ἴδῃς τινὰ τῶν ὑπερπλουτούντων, μὴ μακαρίσῃς τὴν ζωήν. Ἐὰν πολλαχόθεν ἐξ ἀφθόνων πηγῶν περιῤῥέηται χρήματα, μὴ προσδέξῃ αὐτοῦ τὴν περιουσίαν. Ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου, χειμάῤῥου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει· ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε παραμείβεσθαι. Ὥσπερ ποταμὸς ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος, ἐγγίζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο, καὶ εὐθὺς ἀπεχώρησεν, οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐκολία, ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, ἄλλους ἐξ ἄλλων παραμείβεσθαι πεφυκυῖα. Σήμερον τοῦδε ὁ ἀγρὸς, καὶ αὔριον ἑτέρου, καὶ μετ' ὀλίγον ἑτέρου. Ἀπόβλεψον πρὸς τὰς ἐν τῇ

*Ejusd. homil. in Psal.* LXI. — Si quemquam prædivitum illorum videris, ne vitam ipsius beatam dicas. Si undecunque tanquam ex uberrimis fontibus pecuniæ scaturiant ne copiosas ipsius opes amplectaris. Fluxa divitiarum natura est, torrente rapidius dominos suos præterit; alios atque alios subinde permutare solet. Quemadmodum enim flumen e sublimi cum impetu ruens, ad eos quidem qui in ripa sunt appropinquat, simul autem atque eos contigerit, abscedit statim: sic etiam opum copia celerrimam et lubricam præsentiam habet; quippe quæ natura sua

comparata est, ut alios atque alios subinde com- A mutet. Hodie hic ager hujus est; crastino die alterius, et paulo post itidem alius. Urbis ædes conspice. Quot jam nomina, ex quo tempore structæ sunt, immutavere, utpote alias ab aliis dominis nuncupatæ! Eodem modo aurum quoque per domini manus semper fluens, ad alterum transit, atque ab illo rursus ad alterum. Facilius manu comprehensam retinere aquam possis, quam divitias perpetuo tibi conservare.

*S. Greg. Nazianz.* — Omnis qui inique agit præsto est ad se defendendum.

*Accessit ad me pauper : at frustra tamen.*
*Christe, extimesco ne tuam quærens opem,*
*Abeam, vicissim prorsus abs te nil ferens.*
*Nam quod negat quis alteri, id frustra petit.*
(*S. Greg. Naz. tr.* 31.)

*Ejusd. orat.* 15. — Alias divitias non ames, B nisi pauperis opitulari.

*Ejusd.* — Ne divitias nostras alienis lacrymis admisceamus, a quibus tanquam a rubigine et tineis consumentur, vel, ut Scripturæ vocem usurpem, evomentur.

*Ejusd. orat.* 15. — Qui multa forte et præter spem consecutus est (hoc enim iniquissimum est), et cujus apothecæ plurimæ angustiores sunt, ita ut has quidem repleat, illas vero destruat, ut obventuris sibi frugibus condendis ampliores ædificet, ignorat fore ut ante rapiatur quam speratarum evadat compos; rationem vero abundantiæ illius reddet, et ostentationis, qui alienorum bonorum pessimus dispensator extiterit. C

*Ibid.* — Mali hujusce causam agnoscamus : cur segetes exaruerint, cur horrea confusa, et pascua ovium defecerint, cur extenuata speciosa terræ, campi non pinguedine, sed mœrore perfusi sint; cur valles non abundaverint frumento, sed comploratæ **495** fuerint; cur montes nobis, quemadmodum justis viris, dulcedinem non stillarint, ac montium Gelboe maledictionem acceperint. Tales nimirum impiorum divitiæ sunt; tales male seminantium messes. Unde tandem hæc? quæ nobis causa calamitatem hanc invexit? Alius nostrum pauperem oppressit, et terræ partem aliquam intervertit, ac limitem scelerate, vel furto, vel aperta vi transgressus est, domumque domui, et D agrum agro adjunxit, ut proximo aliquid extorqueret; pertinacique animo studuit ut vicinum nullum haberet, ceu solus in terra esset habitaturus. Usuris alius et augmentis terram fœdavit, colligens ubi sementem non fecit, et metens ubi non sparsit : non ex cultu agrorum, sed ex pauperum egestate et penuria facultates augens. Alter areæ et torcularis primitiis Deum, cujus munere omnia habuerat, defraudavit, simulque se ingratum juxta ac stultum ostendit non modo pro iis quibus fruebatur nullas grates agens, nec curans prorsus quo in futurum per grati animi obsequium liberalitatem Dei negotiaretur. Alter nec viduam nec orphanum miseratus est, nec pa-

πόλει οἰκίας, πόσα ἤδη ἀφ' οὗ γεγόνασιν ὀνόματα μετειλήφασιν, ἄλλοτε ἐπ' ἄλλου τῶν κεκτημένων ὀνομαζόμεναι, καὶ χρυσὸς ἀεὶ τὰς τοῦ ἔχοντος χεῖρας διαῤῥέων ἐφ' ἕτερον διαβαίνει, καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον. Μᾶλλον δύνασαι ὕδωρ τῇ χειρὶ περιβαλὼν κατασχεῖν, ἢ πλοῦτον σεαυτῷ διαρκῶς συντηρῆσαι.

Πᾶς ὁ ἀδικῶν, εἰς ἀπολογίαν ἕτοιμος.

*Πένης προσῆλθεν, εἶτ' ἀπῆλθε μὴ τυχών.*
*Δέδοικα, Χριστὲ, μὴ κἀγὼ τῆς σῆς χερὸς,*
*Χρήζων ἀπέλθοιμ' ἐνδεὴς ἐμοῖς νόμοις*
*Ὁ γάρ τις οὐ δέδωκε, μηδ' ἐλπιζέτω.*

Μὴ ἀγαπήσῃς τὸν πλοῦτον, εἰ μὴ βοηθεῖν πένησι.

Μὴ μίξωμεν τὸν ἡμέτερον πλοῦτον ἀλλοτρίοις δάκρυσιν, ὑφ' ὧν ὡς ἰοῦ καὶ σητὸς δαπανηθήσεται, ἢ, τὸ τῆς Γραφῆς εἰπεῖν, ἐξεμεθήσεται.

Ὁ τὰ πολλὰ ἔχων, ἴσως καὶ παρ' ἐλπίδα· τοῦτο γὰρ ἤδη τὸ ἀδικώτατον· καὶ ταῖς πολλαῖς ἀποθήκαις στενοχωρούμενος, καὶ τὰς μὲν πληρῶν, τὰς δὲ καθαιρῶν, ἵνα τοῖς μέλλουσι καρποῖς οἰκοδομήσῃ μείζονας, ἀγνοῶν ὅτι τῶν ἐλπίδων προαναρπάζεται, καὶ λόγον ὀφέξει τῆς εὐπορίας καὶ τῆς φαντασίας, κακὸς οἰκονόμος ἀγαθῶν ἀλλοτρίων γενόμενος.

Ἐπιγνῶμεν τοῦ κακοῦ τὴν ὑπόθεσιν· πόθεν ἐξηράνθησαν γεωργίαι, ᾐσχύνθησαν ἀποθῆκαι, καὶ νομὴ ποιμνίων ἐξέλιπεν· ὠλιγώθη τὰ ὡραῖα τῆς γῆς· οὐκ ἐπλήσθη τὰ πεδία πιότητος, ἀλλὰ κατηφείας· οὐκ ἐπλήθυναν αἱ κοιλάδες σῖτον, ἀλλ' ἐκλαύσθησαν· οὐκ ἐστάλαξαν τὰ ὄρη γλυκασμὸν ὡς ὕστερον τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ τὴν Γελβοὺε κατάραν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐδέξατο. Τοιοῦτος ὁ πλοῦτος τῶν ἀσεβῶν. Τοιαῦτα τῶν κακῶς σπειρόντων τὰ γεώργια. Ὁ μέντοι ἡμῶν ἐξέθλιψε πένητα, καὶ μοῖραν γῆς παρεσπάσατο, καὶ ὅριον ὑπερέβη κακῶς, ἢ κλέψας, ἢ τυραννήσας, καὶ συνῆψεν οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέληταί τι, καὶ μηδένα ἔχειν ἐφιλονείκησε, ὡς μόνως οἰκήσων ἐπὶ τῆς γῆς. Ὁ δὲ τόκοις, καὶ πλεονασμοῖς τὴν γῆν ἐμίανε, συνάγων ὅθεν οὐκ ἔσπειρεν, καὶ θερίζων ὅπου μηδ' ἐσκόρπισε· γεωργῶν, οὐ τὴν γῆν, ἀλλὰ τὴν χρείαν τῶν δεομένων· ὁ δὲ ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ τὸν πάντα δεδωκότα Θεὸν ἀπεστέρησε, καὶ γέγονεν ἀχάριστός τε ὁμοῦ καὶ ἀνόητος, μήτε ὑπὲρ ὧν ἔσχεν εὐχαριστήσας, οὐδὲ τὸ μέλλον διὰ τῆς εὐγνωμοσύνης πραγματευσάμενος. Ὁ δὲ χήραν καὶ ὀρφανὸν οὐκ ἠλέησεν, οὐδὲ μετέδωκεν ἄρτου καὶ τροφῆς ὀλίγης τῷ δεομένῳ, μᾶλλον δὲ Χριστῷ τῷ τρεφομένῳ διὰ τῶν μικρῶν τρεφομένων. Ὁ δὲ ὁδὸν ταπεινῶν ἐξέκλινε, καὶ ἐπλαγίασεν ἐν ἀδίκοις δίκαιον. Ὁ δὲ ἔθυσε τῇ ἑαυτοῦ σαγήνῃ πολλὰ συναγούσῃ, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τοῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις

ἔχων, ἢ οὐκ ἐμνήσθη Θεοῦ, ἢ κακῶς ἐμνήσθη· Εὐλογητὸς Κύριος, εἰπὼν, ὅτι πεπλουτήκαμεν· καὶ ὑπέλαβεν ἀνομίαν ὡς παρ' αὐτοῦ πάντα ἔχων, ἐξ ὧν κολασθήσεται. Διὰ ταῦτα γὰρ *ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας*. Διὰ ταῦτα ἢ κλείεται ὁ οὐρανὸς, ἢ κακῶς ἀνοίγεται. Τί πρὸς ταῦτα οἱ προσκυνοῦντες τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ὡς τὴν Βαάλ; Οἱ περιέποντες τῶν λίθων τὰς πολυτελείας καὶ διαυγείας, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν μαλακήν τε καὶ περιῤῥέουσαν, σητῶν δαπάνην καὶ λῃστῶν, καὶ τυράννων, καὶ κλεπτῶν θησαυρίσματα; οἱ πλήθει γαυριῶντες ἀνδραπόδων καὶ τετραπόδων; οἱ τοῖς πεδίοις ἐμπλατυνόμενοι, καὶ τοῖς ὄρεσι, καὶ τὰ μὲν ἔχοντες, τὰ δὲ προσλαμβάνοντες; Τί δὲ οἱ τοῖς ὑψηλοῖς θρόνοις ἐπικαθεζόμενοι, καὶ τὴν ἀρχικὴν σκηνὴν αἴροντες, καὶ μὴ λογιζόμενοι τὸν ἐπὶ πᾶσι Θεὸν, καὶ τὸ ἀπρόσιτον ὕψος τῆς ἀληθινῆς βασιλείας, ἵνα ὡς ὁμοδούλων τῶν ὑπηκόων ἄρχωσιν, οἱ τῆς ἴσης δεόμενοι φιλανθρωπίας; σκόπει δέ μοι καὶ τοὺς *κατασπαταλῶντας ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων*, ὧν καλῶς ὁ θεῖος Ἀμὼς καθάπτεται, *καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριομένους*.

nem nec exiguum cibum indigenti, seu potius Christo, qui per parvulos illos quos alimus, alitur. Alius rursum viam humilium deflexit, et justum injustis rationibus transversum egit. In portis corripientem alius odio habuit. Alius denique reti suo multa colligenti immolavit, pauperisque prædam domi habuit, aut Dei memoriam ex animo ejecit; aut certe illius male recordatus est, dicens : Benedictus Dominus, quia divites facti sumus; quin et iniquitatem cogitavit, ac si per sese ea consecutus esset, ex quibus supplicium patiatur. Propter hæc *venit ira Dei in filios diffidentiæ* (*Ephes.* v, 6). Propter hæc, vel clauditur cœlum, vel in perniciem nostram aperitur. Quid ad hæc dicemus, qui aurum et argentum, haud secus ac illi quondam Baal, adoramus? qui gemmarum luxum et splendorem persequimur, vestesque molles et diffluentes, quæ a tineis absumuntur, et latronibus tyrannisque, ac furibus reconduntur? qui servorum et quadrupedum gregibus gestimus? qui latifundiis et montibus dilatamur, atque alia jam habemus, alia adjungimus? Quid vero dicturi sunt, qui sublimibus thronis insident, imperiique larvam attollunt? qui nec omnium principem Deum, nec inaccessum veri regni fastigium reputant, ut conservis tanquam subditis imperent, eadem ipsi clementia indigentes? Jam eos quoque mihi considera quos divinus Amos egregie perstringit, qui *in lectis eburneis delicianlur, primisque unguentis perfunduntur* (*Amos* vi, 4.).

Ἄξιόν σοι τῆς σπορᾶς τὸ θέρος· Πικρίαν ἔσπειρας; δρέπου τὰ δράγματα· τὸ ἀνελεὲς ἐτίμησας; ἔχε ὅπερ ἠγάπησας. Ἔφυγες τὸν ἔλεον; φεύξεταί σε τὸ ἔλεος. Ἐβδελύξω τὸν πτωχόν; βδελύσσεταί σε ὁ δι' ἡμᾶς πτωχεύσας.

*S. Nili vel S. Greg. Nysseni, vide orat.* 6, *De beat.* — Dignam semente messem facis. Acerbitatem seminasti? manipulos collige. Inhumanitatem coluisti? habe quod amasti. Misericordiam fugisti? misericordia te fugiet. Pauperem exsecratus es? exsecrabitur te ille qui nostri causa paupertatem subiit.

Οὐδεὶς ποτε κερδαίνειν γίνεται κόρος, ἀλλὰ τὸ ἀεὶ λαμβανόμενον, ὕλη καὶ ὑπέκκαυμα τῆς τοῦ πλείονος ἐπιθυμίας καθίσταται.

Nulla unquam satietas oritur : verum id quod semper assumitur, plura concupiscendi materies et fomes efficitur.

Μὴ ἀπόρει τοὺς πένητας. Εἰσέρχεται ὁ πένης εἰς τὴν αὐλήν σου ζητῶν ἐντολὴν, καὶ ἀναλίσκει δύο ὥρας μηδὲν λαβών. Καὶ ἐνίοτε ἐπιτάττεις τῷ δούλῳ σου βαλεῖν αὐτὸν ἔξω. Οὐκ ἤκουσας τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰσέρχεσθε ἢ οἰκίαν, εἴπατε τῷ οἴκῳ ἐκείνῳ· Εἰρήνη ὑμῖν. Καὶ ἂν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία εἰρήνης, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· εἰ δὲ μὴ, ἐκτινάξατε καὶ τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἢ τῷ οἴκῳ ἐκείνῳ*. Εἰσέρχεται πένης εἰς τὴν αὐλήν σου, καὶ ἐπιτάττεις τῷ δούλῳ σου βαλεῖν αὐτὸν ἔξω. Ἀλλ' οὐκ οἶδας, ὅτι ἐὰν βάλῃς τὸν πένητα ἔξω, τὸν Χριστὸν ἐδίωξας; Αὐτὸς γὰρ εἶπεν· *Ὅ τι ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε*. Ὁρᾷς, ὅτι ἐὰν ὑβρίσῃς τὸν πένητα, τὸν Χριστὸν ἠτίμασας; Ταῦτα λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι· ἐμοὶ μὲν τὸ λέγειν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Οὐ παύσομαι ὑμᾶς παιδεύων, ἕως οὗ βελτίους γίνεσθε. Βλέπεις πένητα, καὶ οὐκ ἐλεεῖς; Πῶς εἰσέρχῃ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εὔχῃ; πῶς τὸ στόμα σου ἀνοίγεις, καὶ ἐπικαλῇ τὸν Θεόν σου; Οὐ φοβῇ; *οὐ τρέμεις; οὐ δέδοικας;* Εἰσέρχῃ εἰς τὴν ἐκκλησίαν

*S. Chrysostomi.* — Pauperes ne abdicaveris. Ingreditur in tuas ædes pauper stipem quærens, et duas horas frustra insumit. Quin etiam famulo interdum imperas tuo ut eum extrudat domo. Non Christum dicentem **496** audisti? *In quamcunque domum intraveritis, dicite huic domui : Pax vobis. Et si fuerit illa domus digna pace, requiescet super eam pax vestra : sin autem, excutite etiam pulverem pedum vestrorum. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhorum in die judicii, quam domui illi* (*Matth.* x, 12-15). Ingreditur domum tuam pauper, et servo præcipis ut eum foras ejiciat. An ignoras, si pauperem excluseris, te Christum pepulisse? Ipsius enim vox est : *Quod uni ex his fratribus meis fecistis, mihi fecistis.* (*Matth.* xxv, 40). Videsne quemadmodum, si erga pauperem contumeliosus sis, Christo injuriam fecisti? Hæc dico, nec dicere desinam. Mihi quidem loqui non pigrum, vobis autem tutum. Finem erudiendi vos non ante faciam, quam meliores esse factos conspexero. Pauperem vides, nec ejus te miserit? Qua fronte ecclesiam ingrederis, et vota facis? qua fronte os aperis, et Dei opem imploras?

Non times? non tremis? non perhorrescis? Precandi causa in ecclesiam venis? fac eleemosynam, ut precationi tuæ subscribatur. Interdum quidam imperatori libellum supplicem offerunt, et idcirco ducentos trecentosve nummos aureos insumunt; nec tamen res illis ex sententia succedit, sed libellus tanquam vile aliquod legumen retinetur; tu vero duos obolos impendere recusas, ut supplicatio tua subscribatur? Et terrenus quidem imperator hic subscribit, ac sæpe accidit ut contra quam optes subscribat; at si Rex regum subscripserit, rata et firma est. An non vides duobus obolis viduam hoc emisse, ut petitio sua subscriberetur? Atque idcirco duo crateres ante Ecclesiæ fores sunt: alterum aquæ in quo manus abluuntur, alterum est pauperis manus in quo labes animæ absterguntur. Ingrederis in ecclesiam, et manus tuas abluis: injice in pauperis manus obolum, et animæ maculam absterseris. Si ingressus fueris, manusque laveris et oraveris, nec tamen pauperi dederis, quidnam utilitatis ad te ex hac re redibit? Opes habes, easque humo conditas; ac nonnunquam fures noctu veniunt, thesaurumque effodiunt et subripiunt: ac mane surgens, eum subreptum cernis. Vis facultates tuas minime tibi furto subduci? quod dicam facito. Eas in ventrem pauperum absconde, et nunquam compilari poterunt. Nam si in terram defoderis, eas amittes. Quod si non amittis, illæ quidem servabuntur; at cum iis post discessum e vita cariturus sis, quid tandem tibi profuturæ sunt? quid te cumulandis divitiis fatigas; cum alii in facultates tuas ingressuri sint, qui luxui deliciisque indulgebunt? An non prophetam audisti dicentem: *Thesaurizat dives, et ignorat cui congregabit ea* (*Psal.* XVIII, 7)? Et in alio loco rursum ait: *Insipiens et stultus peribunt, et relinquent alienis divitias suas.* (*Psal.* XLVIII, 11). » Vides quid iis accidat qui in terra thesaurizant? fac igitur in cœlo thesaurizes, *ubi nec tinea demolitur, nec vermis depascit, nec fur effodit* (*Matth.* VI, 19, 20; *Luc.* XII, 33). O miser et calamitose, terræ thesaurum tuum credis, nec Deo credis dicenti: *Quod uno ex fratribus meis fecistis, mihi fecistis* (*Matth.* XXV, 40)? Quam tandem veniam obtinebis? Aurum amas, quod crudele et sanguinarium est; quod ab omnibus expetitur, atque omnibus infestum est; quod amatur ab omnibus, et **497** omnibus insidias struit, quod fugitivum, quod servum, quod ingratum est. An te fugit cujusmodi sint divitiæ? uti meretrix perfrictæ frontis, nunc cum isto consuetudinem habet, nunc inde ad illum propendet, ac posthac alii sese adjungit. Quidnam es, o homo? Hodie princeps, cras subditus; hodie dives, cras pauper; hodie jus dicis, cras judicium subis. An non vitæ hujus inconstantiam perspicis? nonne hæc instar umbræ *præterit*? nonne fumo vilior est? nonne sicut *aranea distrahitur*? Non desinam vos docere, faciatis

A εὔξασθαι; ποίησον ἐλεημοσύνην, ἵνα ὑπογραφῇ σου ἡ δέησις. Ἐνίοτέ τινες εἰσβάλλουσι δέησιν βασιλέως, καὶ ἀναλίσκουσι διακοσίους ἢ τριακοσίους χρυσίνους, καὶ πολλάκις εἰς οὐδὲν αὐτοῖς προχωρεῖ, ἀλλ' ὡς χιδάριον κατέχουσιν αὐτόν· καὶ σὺ δύο ὀβολῶν οὐ θέλεις ὑπογραφῆναι τὴν δέησίν σου; Ἐνταῦθα μὲν βασιλεὺς ὁ ἐπίγειος ὑπογράφει καὶ πολλάκις ἐναντία ἐστὶν ἡ ὑπογραφή· ὁ δὲ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων ἐὰν ὑπογράψῃ, κεκύρωται καὶ βεβεβαίωται. Εἶδες δέησιν δύο ὀβόλων ὑπογραφομένην; διὰ τοῦτο δύο κρατῆρες πρὸ τῶν θυρῶν εἰσι τῆς ἐκκλησίας, μία τοῦ ὕδατος, ἐν ᾗ νίπτῃ τὰς χεῖρας, καὶ ἑτέρα ἡ χεὶρ τοῦ πένητος, ἐν ᾗ ἀποσμήχεις τὴν ψυχήν σου. Εἰσέρχῃ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ νίπτῃ τὰς χεῖράς σου· ἐπίδος εἰς χεῖρα τοῦ πένητος ὀβολὸν, καὶ ἀποσμήχεις τὴν
B ψυχήν σου. Ἐὰν εἰσέλθῃς, καὶ εὔξῃ, καὶ νίψῃ, τῷ δὲ πένητι μὴ δῷς, τί ὄφελος; πλοῦτον ἔχεις, καὶ κρύπτεις αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐνίοτε ἔρχονται νυκτὸς κλέπται, καὶ ὀρύσσουσι, καὶ κλέπτουσι τὸν θησαυρόν· καὶ ἀνίστασαι πρωῒ, καὶ βλέπεις αὐτὸν σεσυλημένον. Θέλεις μὴ συληθῆναι; ὃ λέγω σοι, τοῦτο ποίησον, καὶ οὐδέποτε συλᾶσαι εἰς τὸν αἰῶνα. Χῶσον αὐτὸν εἰς τὴν κοιλίαν τῶν πτωχῶν τῷ κινδύνῳ μου, καὶ οὐδέποτε δύναται συληθῆναι. Ἐὰν δὲ χώσῃς αὐτὸν εἰς τὴν γῆν, ἀπολεῖς αὐτόν. Καὶ ἐὰν ἀπολέσῃς, φυλαχθήσεται· καὶ ἐὰν μετὰ τὴν τελευτήν σου ἐκτὸς αὐτοῦ ᾖς, τί σοι τὸ ὄφελος; τί κάμνεις καὶ πλουτεῖς; καὶ ἄλλοι εἰσέρχονται εἰς τὰ ὑπάρχοντά σου, καὶ κατατρυφῶσιν. Οὐκ ἤκουσας τοῦ προφήτου λέγοντος· *Θησαυρίζει ὁ πλούσιος, καὶ οὐκ οἶδεν τίνι συν-*
C *άξει αὐτά*; Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· « Ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται· καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν. » Ὁρᾷς τί πάσχουσιν οἱ θησαυρίζοντες ἐπὶ τῆς γῆς; ἀλλὰ θησαυρίζετε ἐν οὐρανῷ, *ὅπου οὐκ ἔστιν ἡ σῆς, οὐδὲ σκώληξ κατεσθίων, οὐδὲ λῃστὴς διορύσσων*. Ὦ ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε· τῇ γῇ πιστεύεις τὸν θησαυρόν σου, καὶ τῷ Θεῷ οὐ πιστεύεις τῷ εἰπόντι· *Ὃ ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν σου ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε*; Ποίαν συγγνώμην ἕξεις; Χρυσὸν φιλεῖς τὸν αἱμοβόρον, τὸν πᾶσι πολέμιον, καὶ πᾶσι ποθεινὸν, τὸν ὑπὸ πάντων φιλούμενον, καὶ πᾶσιν ἐπιβουλεύοντα, τὸν δραπέτην, τὸν οἰκέτην, τὸν ἀγνώμονα; Οὐκ οἶδας οἷός ἐστιν ὁ πλοῦτος; καθάπερ πόρνη ἀσυνείδητος, τούτῳ ὁμιλεῖ,
D ἐκεῖθεν ἐκείνῳ νεύει, ἄλλῳ συντίθεται. Τί εἶ, ἄνθρωπε; Σήμερον ἄρχων, καὶ αὔριον ἀρχόμενος· σήμερον πλούσιος, καὶ αὔριον πένης· σήμερον δικάζεις, καὶ αὔριον δικάζῃ. Ὁρᾷς τὴν τοῦ βίου μεταβολήν· οὐχ ὡς σκιὰ παρατρέχει; οὐ καπνοῦ εὐτελέστερος; οὐχ ὡς ἀράχνη διασπᾶται; Οὐ παύσομαι ὑμᾶς παιδεύων; κἄν τε μὴ ποιῆτε. Γέγραπται γάρ· Λάλει εἰς ὦτα ἀκουόντων. Παρακοὴ θάνατον ἐργάζεται. Μιμήσασθε καὶ τὴν χήραν ἐκείνην τὴν τοὺς δύο ὀβολοὺς δώσασαν, πῶς ἐδικαιώθη. Δύο ὀβολοὺς οὐκ ἔχεις; ἕνα δός. Ὃ ἔχεις, κἂν ἄρτον· κἂν στέναξον ἰδὼν τὸν πένητα, καὶ δέδεκται ἡ δέησις. Ὁ γὰρ ἐπιστάμενος τὰ ἀπόρῥητα τῆς διανοίας ἑκάστου, ὁ τὰ πάντα ἐπιγνοὺς πρὶν γενέσεως, οἶδεν ὅτι εἰ εἶχες, ἐδίδους.

Τὴν γὰρ καρδίαν ἐξερευνᾷ καὶ οἶδεν. Ἄνθρωπος γὰρ *ὄψεται εἰς πρόσωπον, Θεὸς δὲ εἰς καρδίαν.*

A necne Siquidem scriptum est : Loquere in aures audientium. Inobsequentia mortem parit. Viduam illam æmulamini quæ duos obolos dedit (*Marc.* xii, 42). Videte qua ratione justitiæ laudem consecuta est. Duos obolos non habes? unum da. Si ne unum quidem, da quod habes. Da vel panem unum. Ingemisce saltem, cum pauperem vidisti; atque oratio tua grata et accepta erit. Qui enim cordis uniuscujusque arcana novit, qui scit omnia antequam oriantur, exploratum habet daturum te fuisse, si haberes. Nam cor scrutatur et novit. *Homo* enim *videt in faciem, Deus autem intuetur cor* (*I Reg.* xvi, 7).

Τί ματαιοπονεῖς, ὦ πλούσιε, τὰ τῶν πενήτων ἐν τοῖς σοῖς ἀποκρύπτων; τί αἰτούμενος παρ' αὐτῶν, ἀγανακτεῖς ὡς οἴκοθεν ἀναλίσκων; τὰ πατρῷα θέλουσιν, οὐ τὰ σά· τὰ ἐγχειρισθέντα σοι δι' αὐτούς, οὐ μετὰ σοῦ γεννηθέντα ἔλαβες. Δὸς καὶ τὴν χρῆσιν· κέρδανον, καὶ ἀρκεῖ σοι, ὅτι διδόναι οὐ λαμβάνειν προσετάχθης.

*Ejusd. homil. in Psal.* xxxviii. — Quid incassum laboras, o dives, ut quæ pauperum sunt, tuis in thesauris occultes? quid cum ipsi abs te petunt, stomacharis, tanquam de tuo insumas? bona paterna volunt, non tua : ea quæ tibi sua causa concessa sunt, non quæ tecum nata sunt. Accepisti?
B tribue : ex usu quæstum fac. Satis tibi est quod non accipere, sed dare jussus sis.

Αὐτοῦ αἱ ἁρπαγαὶ καὶ ἄλλων αἱ ἡδοναί. Αὐτοῦ αἱ κατάραι, καὶ ἄλλων αἱ θεραπεῖαι. Κατ' αὐτοῦ οἱ στεναγμοί, καὶ παρ' ἑτέροις οἱ πλεονασμοί. Κατ' αὐτοῦ τὰ δάκρυα, καὶ παρ' ἑτέροις τὰ χρήματα. Αὐτὸς ἐν ᾄδῃ κολάζεται, καὶ ἄλλοι πολλάκις ἐν τοῖς αὐτοῦ τρυφῶντες ψάλλουσιν.

*Ejusd.* — Hujus sunt rapinæ, aliorum voluptates. Hujus maledictiones, aliorum cultus et obsequia. Adversus eum gemitus, apud alios incrementa. Adversus eum lacrymæ, apud alios divitiæ. Ipse in inferno excruciatur, et alii sæpe in bonis ipsius luxui cantibusque indulgent.

Λέοντες μὲν, καὶ ἄρκτοι, καὶ παρδάλεις, ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι, τίνος χάριν φιλοτίμως σιτίζονται, ὁ δὲ πτωχὸς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἕρπει συντετηκώς; Καὶ ὁ λέων θαλπόμενος τῶν δημοσίων κρεῶν τὴν κνίσσαν ἐρεύγεται. Οὕτινος τὴν χρείαν ἐὰν ἐρωτήσω, μᾶλλον ἐγκαλυφθήσομαι. Θηρίων γὰρ ὀδόντας ἀκονῶσιν οἱ ἄνθρωποι κατὰ ἀνθρώπων.

*Ejusd.* — Quid tandem est quod leones, et ursi, et pardi in mediis urbibus magnifice aluntur, pauper autem tabidus humi repit? Ac leo quidem blande fovetur, et publicarum carnium eructat nidorem; pauper autem fame conficitur. Quod si hujusce quoque rei causam scisciter, amplius erubescam.
C Nam bestiarum dentes nos, qui homines sumus, in hominum perniciem exacuimus.

Μή μοι λέγε, ὅτι Πενίαν φοβοῦμαι. Πενίαν φοβῇ, καὶ ἁμαρτίαν οὐ φοβῇ; Πενίαν μὴ φοβηθῇς, ἀλλ' ἁμαρτίαν τὴν μητέρα τῆς κολάσεως. Ὁ Δεσπότης αἰτεῖ ἐντολήν, καὶ οὐ δίδως αὐτῷ. Ὅταν γὰρ ἀκούσῃς αὐτοῦ λέγοντος· *Ὅ τι ἑνὶ ἐκ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε*, ὅρα, ὅ τι ἂν δῷς τῷ πένητι, τῷ Χριστῷ δίδως. Ἐὰν οὖν μὴ δῷς αὐτῷ, πῶς σὺ αἰτήσῃ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἵνα ἐλεήσῃ σε; Ἆρά σοι οὐκ ἐγκαλεῖ, ὅτι *Πεινῶντά με εἶδες, καὶ οὐκ ἔθρεψας; Διψῶντά με εἶδες, καὶ οὐκ ἐπότισας; γυμνόν με εἶδες, καὶ οὐκ ἐνέδυσας;* Τί ἄρα ἐρεῖς αὐτῷ, ἢ ποίαν συγγνώμην ἔχεις; Σὺ μὲν σηρικά, καὶ λαγῷα, καὶ αἴγεια περιβέβλησαι, καὶ ὁ πένης ῥάκος οὐκ ἔχει. Καὶ σὺ τρώγεις φασιανοὺς καὶ χῆνας, καὶ ὅσα εἰσὶν ἐν ἐδέσμασι, καὶ ὁ πένης οὐκ ἰσχύει τὴν ἑαυτοῦ κοιλίαν ἄρτων χορτάσαι. Σὺ ἔχεις τοίχους χρυσορόφους καὶ μάρμαρα Λακεδαιμόνια ποικίλα, καὶ κίονας, καὶ περικεφαλαίας κιόνων χρυσᾶς, καὶ ὁ πένης καλύβην οὐκ ἔχει. Καὶ ἐνίοτε ἔχεις τὸν οἶκον ἀπὸ ἁρπαγῆς, ἀπὸ πλεονεξίας. Καὶ συντελευτᾷς, καὶ ἀπάγεις μηδὲν ἔχων, καὶ μένει ὁ οἶκός σου διηνεκὴς κατήγορος, ἐλέγχων τὰς σὰς πράξεις. Ἕκαστος γὰρ ὁ παρερχόμενος μέλλει λέγειν· οὗτος ὁ οἶκος τοῦ ἅρπαγος, τοῦ πλεονέκτου. Πόσας χήρας ἐκάκωσε; πόσους ὀρφανοὺς ἐποίησε; πόσα ὑπάρχοντα καθήρπασε; πόσους πένητας ἐπλεονέκτησε; Μή μοι λέγε, ὅτι Ὕπατός εἰμι, ἢ ὅτι Ὕπαρχός εἰμι. Οὐχ *ἄλλα ἀξίωμα· οὐ διαβάλλω πλοῦτον· ἀλλὰ* τοὺς τῷ καλῷ

*Ejusd.* — Ne mihi hoc dixeris : Paupertatem metuo. Paupertatem metuis, nec peccatum extimescis? Ne paupertatem formidaveris, sed iniquitatem, quæ supplicii parens est. Dominus stipem poscit, et repulsam fert. Nam cum dicentem audis : *Quod uni ex fratribus meis fecistis, mihi fecistis* (*Matth.* xxv, 40); hinc vide quod si pauperi dederis, Christo dederis. Quocirca, nisi ipsi des, qua fronte ab eo in illa die petes ut tui misereatur? An non tibi hoc objiciet : *Esurientem me vidisti, nec pavisti; sitientem me vidisti, nec potasti; nudum vidisti, nec induisti* (*Ibid.* 42, 43)? Quid tandem ipsi dicturus es? aut quam veniam obtinebis?
D tu sericis, leporinisque et caprinis indueris; pauper vero ne pannos quidem habet. Tu phasianis, et anseribus, et aliis quibuscunque esculentis vesceris; et pauper ne ventrem quidem suum pane satiare potest. Tu parietes auratis laquearibus, varia item marmora Lacedæmonia, columnas quoque et earum capitella aurea habes; interim vero pauper integumento **498** caret. Quin et interdum domum ex rapinis et fraude structam habes; ac tu quidem diem extremum claudis, rebusque omnibus destitutus abscedis : at tua domus manet, quæ te perpetuo accuset, flagitiaque tua coarguat. Quilibet enim qui transierit dicturus est : Hæc domus raptoris erat et avari. Quot ille viduas afflixit! quot orphanos fecit! quot bona diripuit!

quot pauperes fraudavit! Nec mihi dicas : Consul sum; præfectus sum. Dignitatem non agnosco; divitias non criminor; sed eos qui male iis usi sunt. Non enim malæ divitiæ sunt. Omnia quippe, quæ Deus fecit, valde bona sunt (*Gen.* I, 31).

*Ejusdem in Psal.* XXXIII. — Propter opes libera elementa vendimus. Viis imponuntur vectigalia, aquæ dominio parent, aer tributis subjicitur. Tributorum coactores, et præfecti, ac publicani urbes vexant. Curis divites conficiuntur, feneratores sollicitudine contabescunt, raptores hominum perturbant vitam, avari tribunalia terunt, sycophantæ falsum divendunt; quæstus cupidi negotiatores ex aliorum calamitatibus commoda tua comparant; mutuo mentiendo jusjurandum omne consumpsimus, qui Deum duntaxat ad dejerandum noscamus. Terra jam tot gestandis malis impar est. Aer ad ætherem usque contaminatus est. Cum itaque in malis omnes nos concitati simus, propheta vitam humanam parvipendens clamat : *Verumtamen vane conturbatur omnis homo vivens.* (*Psal.* XXXVIII., 12). Homo solus, o propheta, conturbatur? rationalis duntaxat illa natura reprehenditur? Nihilne aliud quod perturbationi obnoxium sit, inter omnia animantia reperisti? Profecto quidem, inquit, turbantur etiam aquæ; sed rursus tranquillitati restituuntur. Terra commovetur; sed postea firmatur. Moventur venti; sed rursum conquiescunt. Tumultuantur feræ omnes; at ubi satiatæ sunt, sese compescunt. Excitatur flamma; verum absumpta materia quæ subjecta fuerat, exstinguitur. Homo vero, ubi pecuniarum causa conturbatur, nunquam quiescit. Ubi hoc accepit, ad illud conjicit oculos. Si illud tenuerit, aliis rursus inhiat. Centum duplicare studet, et conduplicata decuplo majora facere contendit, atque bis alia totidem aggerere. Neque unquam cumulandi finem facit, quoad ipsius vitæ finis sit cumulatus. Damnationi obnoxius est qui avaritiæ febre corripitur. Auro ipso fulvior et arcuatus obambulat, propter divitias quarum nimis cupidus est; ob divitias, inquam, incertum illum amicum, infidum contubernalem, insidiosum amasium, servum illusorem, dilectissimum irrisorem, promptum migratorem, alatum captivum; propter divitias, quæ omni nocturno spectro leviores sunt, quæ bella pariunt, quæ omni spe celerius fugiunt, quæ ventus sunt, dum tenetur avolans, luxus omnis et nequitiæ parentes, intemperantia omnis et libidinis patronæ, nullius non vitii inventrices, exitiosarum quarumcunque deliciarum adjutrices, continentiæ hostes, pudicitiæ adversariæ, et clandestinæ totius virtutis fures. Quid vero, divitias divitibus dimissis, criminor? imo cum ipsis quoque divitiis injuste agitur, utpote quæ vinctæ ab illis et constrictæ teneantur: at-
949 que adeo hanc vocem ad eos mittere mihi videntur : Quid nos, o avari, coercetis? quid nos tanquam fugitivum mancipium, sexcentis vinculis constringitis? a metallis ad metalla, indeque in manus vestras transmittitis. Per vos nobis li-

A κακῶς κεχρημένους. Οὐ γὰρ κακὸν τὸ πλουτεῖν· εἴ τι γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς καλὰ λίαν.

Διὰ τὰ χρήματα τὰ ἐλεύθερα στοιχεῖα πεπράκαμεν. Αἱ ὁδοὶ τελωνοῦνται· τὰ ὕδατα δεσποτεύονται· ὁ ἀὴρ φωναῖς ὑποβάλλεται. Πολυλόγοι, καὶ φορολόγοι, καὶ τελῶναι, τὰς πόλεις συνέχουσιν. Οἱ πλούσιοι ταῖς φροντίσιν ἐκτήκονται· οἱ δανεισταὶ ταῖς μερίμναις μαραίνονται· οἱ ἅρπαγες τὸν βίον ταράσσουσιν· οἱ φιλοχρήματοι τὰ δικαστήρια κατατρίβουσιν· οἱ συκοφάνται τὸ ψεῦδος πιπράσκουσιν· οἱ κερδέμποροι τὰς συμφορὰς πραγματεύονται, ἀλλήλους ψευδόμενοι τοὺς ὅρκους ἀνηλώσαμεν, εἰς τὸ ὀμνύειν μόνον τὸν Θεὸν ἐπιστάμενοι. Ἡ γῆ λοιπὸν τὰ κακὰ
B βαστάζειν οὐ δύναται. Ὁ ἀὴρ μέχρις αὐτοῦ τοῦ αἰθέρος μεμόλυνται. Οὕτω δὴ πάντων ἐν κακοῖς σεσοβημένων ἡμῶν, ὁ προφήτης τὸν βίον ἐκπτυόμενος βοᾷ λέγων· *Πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν.* Ἄνθρωπος μόνον, ὦ προφῆτα, ταράσσεται; ἡ λογικὴ μόνον πλάσις κατηγορεῖται, ὦ προφῆτα; Οὐδὲν ἕτερον τῶν ἐν ζώοις ταρασσόμενον εὗρες; Ναὶ, ταράσσεται, φησὶ, καὶ τὰ ὕδατα, καὶ πάλιν ἀποκαθίσταται. Σαλεύεται ἡ γῆ, καὶ πάλιν ἑδράζεται. Κινοῦνται οἱ ἄνεμοι, καὶ πάλιν ἡσυχάζουσι. Θορυβεῖται πᾶν θηρίον, καὶ κορεννύμενον παύεται. Διεγείρεται φλὸξ, καὶ τὴν ὑποκειμένην ὕλην ἀναλώσασα σβέννυται· ἄνθρωπος δὲ ταρασσόμενος ἐπὶ χρήμασι οὐδέποτε παύεται. Ἔλαβε τοῦτο, καὶ πρὸς ἕτερον ἀποβλέπει. Ἐκράτησεν ἐκεῖνο, καὶ προσέτι
C κέχηνεν. Τὰ ἑκατὸν διπλασιάζειν ἐπείγεται, καὶ τὰ διαπλασιασθέντα πάλιν δεκαπλασιάζειν φιλονεικῶν, ἐπὶ τοσούτοις αὖθις τοσαῦτα σωρεύειν ἐπειγόμενος, καὶ οὐδέποτε σωρεύων παύεται, ἕως τὸ τέλος αὐτοῦ σωρευθῇ. Κατάδικός ἐστι, τῷ πυρετῷ τῆς φιλαργυρίας συνεχόμενος, ὠχρότερος τοῦ χρυσίου περιέρχεται, διὰ τὸν πολυπόθητον πλοῦτον, τὸν ἀβέβαιον φίλον, πλοῦτον τὸν ἄπιστον σύνοικον, τὸν ἐπίβουλον πόθον, τὸν ὑποδέσποτον ἐμπαίκτην, τὸν πολυέραστον χλευαστὴν, τὸν ἕτοιμον μεταβάτην, τὸν ὑπόπτερον δέσμιον, τὸν πάσης ὀνείρων φαντασίας κουφότερον, τὸν πολεμοποιὸν, τὸν πάσης ἐλπίδος ὀξυτέρως φεύγοντα, τὸν ἐν τῷ κρατεῖσθαι ἀφιπτάμενον ἄνεμον, πλοῦτον τὸν πάσης ἀσωτίας γεννήτορα τὸν πάσης
D ἀκολασίας συνήγορον, τὸν πάσης κακίας εὑρέτην, τὸν συνεργὸν πάσης ψυχοφθόρου τροφῆς, τὸν ἀντίπαλον τῆς ἐγκρατείας, τὸν πολέμιον τῆς σωφροσύνης, τὸν πάσης ἀρετῆς λανθάνοντα κλέπτην. Ἀλλὰ τί, φησὶ, διαβάλλω τὸν πλοῦτον τοὺς κεκτημένους ἀφεὶς; ἀδικεῖται καὶ αὐτὸς ὁ πλοῦτος, δέσμιος ὑπ' αὐτῶν καὶ πεπηδημένος κατεχόμενος. Ἔοικέ μοι πρὸς αὐτοὺς τοιαύτην ἀφιέναι φωνήν· Τί με τὸν πλοῦτον, ὦ φιλοχρήμονες, συμποδίζετε; τί με καθάπερ δραπέτην μυρίοις δεσμοῖς περισφίγγετε; ἀπὸ μετάλλων εἰς μέταλλα, εἰς τὰς ὑμῶν χεῖρας παραπέμπετε; εἰ θέλετέ με κἂν μικρὸν εἰς τὸ φῶς ἀνανεῦσαι, ἐάσατέ με κἂν μικρὸν εἰς τὰς τῶν πενήτων δεξιὰς μεταβῆναι ἐπειγόμενον. Ἀλλὰ, φησὶ, τέκνοις συνάγω τὸν θησαυρὸν, ἵνα μὴ πενίας γένωνται κληρο-

μοι. Καλῶς, ὁ πολυφάνταστος πλούσιος τὰ παρόντα A οὐκ οἶδε, καὶ περὶ τῶν μελλόντων φροντίζει. Τὰ κατ' αὐτὸν ἀγνοεῖ, καὶ τὰ περὶ τῶν τέκνων ψηφίζει· εἰ θάπτεται, οὐκ ἐπίσταται, καὶ περὶ κληρονόμων βουλεύεται. Ἄφρον, εἰπέ μοι τὸ σὸν τέλος, καὶ τότε περὶ τῶν τέκνων ἀσφάλισαι. Εἰπέ μοι τὰ τῆς σήμερον, καὶ τότε σοι πιστεύσω τὰ τῆς αὔριον. Τί σεαυτὸν καὶ μετὰ θάνατον ἀπατᾷς; τί θέλεις εἶναι νεκρὸς χλευαζόμενος; Τί διορίζεις τοῦ Θεοῦ τὰ πρακτέα; τί νομοθετεῖς τὴν πρόνοιαν; Τὰ σοὶ δεδομένα, αὐτὰ μερίμνα. Οὐδὲν πρὸς σὲ περὶ τῶν μετὰ σέ. Οὐ δύνασαι καὶ νεκρὸς εἶναι, καὶ διοικέτης ζώντων. Οὐδεὶς τῶν ἐν ᾅδου τῶν ὑπὲρ γῆς ἐπετρόπευσεν. Εἷς ἐστιν ὁ ζώντων καὶ νεκρῶν κριτής, καὶ ζυγοστατῶν ἑκάστου τὸ δίκαιον. *Θησαυρίζει* γάρ, φησὶν ὁ προφήτης, *καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάγει αὐτά.* Τί B τῶν πενήτων ὡς ὀρφανῶν κατατρέχεις; τί αἰτούμενος παρ' αὐτῶν ἀγανακτεῖς, ὡς οἴκοθεν ἀναλίσκων; Τὰ πατρῷα θέλουσιν, οὐχὶ τὰ σά· τὰ πιστευθέντα σοι δι' αὐτούς, καὶ οὐχὶ μετὰ σοῦ γεννηθέντα. Ἃ ἔλαβες, δός, καὶ τὴν χρῆσιν κέρδανον. Ἀρκεῖ σοι, ὅτι διδόναι, οὐ λαμβάνειν προσετάχθης. Ἀρκεῖ σοι, ὅτι διὰ πτωχοῦ ὁ Θεὸς τὴν δεξιάν σοι προτείνει. Βρέχων τὴν ὑπ' οὐρανὸν χαλκοῦ ψεκάδα σε προσαιτεῖ. Ὁ βροντῶν καὶ ἀστράπτων, Ἐλέησον, σοὶ λέγει. Ὁ περιβάλλων τὸν οὐρανὸν νεφέλαις, ῥάκιον αἰτεῖ παρὰ σοῦ. Ἀρκεῖ σοι, ὅτι οἱ πένητες ὡς Θεόν σε λιτανεύουσι καὶ ἱκετεύουσιν· Οἰκτίρμων ἐλέησον· ἐλεήμων οἴκτειρον. Σὺ δὲ τὰς ὀφρύας ἀνασπᾷς, καὶ μόγις λιτανευόμενος ἐπικάμπτῃ. Δὸς αὐτοῖς τὰ αὐτῶν, πρὶν ἐπιστῇς τῷ λογοθεσίῳ. Δὸς αὐτοῖς τὰ C αὐτῶν· πατέρα ἔχουσι βασιλέα. Δὸς αὐτοῖς τὰ αὐτῶν, καὶ λάβε παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῶν ἀμεριμνίαν. Ποίαν ἀμεριμνίαν, φησίν; *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Ὁ γὰρ *ἐλεῶν πτωχόν, δανείζει Θεῷ*, φησὶν ὁ προφήτης.

A ccat vel tantillum lucem intueri. Sinite ad pauperum manus, quo vehementi studio contendimus, vel aliquantulum commigrare. At filiis, inquit, thesaurum colligo, ne paupertatis meæ hæredes eos habeam. Recte scilicet: dives qui multa sibi animo fingit, præsentia nescit, et de futuris sollicitus est. Suarum ipse rerum est ignarus, ac res filiorum supputat. Num sepultura sit donandus ignorat, et de hæredibus consultat. Stulte, edicito mihi finem tuum, ac tum filiis tuis cave. Dic mihi quæ hodie futura sint, ac tum de die crastino tibi fidem habebo. Quid te ipse etiam post mortem fallis? quid, cum mortuus eris, hominum ludibriis parere vis? Quid Deo quæ agenda sint præscribis? quid providentiæ ipsius legem sancis? Hæc tibi B curæ sint quæ data sunt tibi. Quæ post te futura sunt, ad te nihil attinent. Non potes simul, et mortuus esse, et viventes procurare. Nemo unquam ex iis qui in inferno sunt, eorum qui in terra agunt, tutor exstitit. Unus est vivorum et mortuorum judex, ac jurium uniuscujusque ponderator. *Thesaurizat*, inquit Propheta, *et ignorat cui congreget ea* (*Psal.* XXXVIII, 7). Quid pauperes tanquam pupillos insectaris? Quid, cum aliquid a te petunt, stomacharis, ac si de tuo insumas? Paterna volunt, non tua; ea quæ fidei tuæ commissa sunt, non quæ tecum nata. Da quæ accepisti et ex eorum usu emolumentum tibi concilia. Sufficit tibi quod dare, non accipere jussus sis. Satis sit tibi quod Deus per pauperem manum ad te protendit. Qui C terram imbre infundit, guttulas æris abs te supplex poscit. Qui tonat et fulgurat, misericordiam tuam implorat. Qui nubibus cœlum operit, vilem a te pannum postulat. Satis tibi esse debet quod te pauperes uti Deum rogant et obsecrant: Misericors miserere; miserator, te nostri misereat. Tu vero supercilium attollis, ac vix ullis precibus inflecteris. Tribue ipsis quæ sua sunt, antequam illic sis ubi referendas rationes habes. Tribue ipsis quæ sua sunt; nam Patrem habent regem. Da ipsis quæ sua sunt, et ab eorum Patre animum ab sollicitudine liberum accipe. Quem mihi animum curis exemptum narras, inquit? *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (*Matth.* XXV, 40). Nam *feneratur Deo*, inquit propheta, *qui miseretur pauperis* (*Prov.* XIX, 17).

Ἴδετε τὸν πλοῦτον, τὸν δραπέτην· οὐ δραπέτην δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδροφόνον. Οὐ γὰρ καταλιμπάνει μόνον τοὺς ἔχοντας αὐτόν, ἀλλὰ καὶ σφάζει αὐτούς. Πίστιν γὰρ οὐκ ἔχει. Θηρίον ἐστὶν ὁ πλοῦτος ἰοβόλον· D ἐὰν κατέχεται, φεύγει· ἐὰν σκορπίζεται, παραμένει. *Ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Σκόρπισον οὖν αὐτόν, ἵνα μένῃ. Θησαυρίσατε αὐτὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει, οὐδὲ σὴς διαφθείρει. Ποῦ οἱ πλουτήσαντες πρὸ ἡμῶν; ἐλησμονήθησαν. Ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς ἀποθανόντας, καὶ ἠρώτων αὐτούς· Ποῦ ὁ πλοῦτος, καὶ οἱ στρατιῶται, καὶ τὰ ξίφη τὰ ἀστράπτοντα ἐκ τῆς ἀκόνης; Ποῦ τὰ ἀργυρώματα, καὶ αἱ κλῖναι αἱ ἀργυραῖ; ποῦ οἱ οἰκέται; ποῦ οἱ εὐνοῦχοι; ποῦ οἱ φίλοι; ποῦ αἱ οἰκίαι; Τί κατέχεις πλοῦτον τὸν ἐν καιρῷ ἀνάγκης οὐδέν σε ὠφελοῦντα; Ἐγὼ οὐ κεκόλλημαι τοῖς πλουσίοις, ἀλλὰ *τοῖς κακῶς* τῷ πλούτῳ κεχρημένοις. Οὐ τὸν πλού-

*Ejusdem*, *Enarr. in Psal.* XLIV, *de Eutrop.* (Nonnihil diversa ab editis.) — Videte divitias, hunc, inquam, fugitivum servum; nec fugitivum modo, sed et homicidam. Neque enim suos tantummodo dominos deserit: sed etiam obtruncat. Nulla quippe ipsi fides inest. Divitiæ venefica bestia sunt. Cum tenentur, fugiunt; cum sparguntur, remanent. *Dispersit*, enim inquit ille, *dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi* (*Psal.* CXI, 9). Has ergo disperge, ut maneant. In cœlis eas thesauriza, *ubi fur non appropiat, neque tinea corrumpit* (*Luc.* XII, 33). Ubi sunt illi opulenti qui ante nos fuerunt? oblivione obruti sunt. Lubens autem ex iis qui decesserunt, quærerem ac sciscitarer ubi eorum opes sint, ubi militares copiæ, et fulgentes cuspide sua gladii; ubi vasa argentea, et lecti argentei; ubi famuli, ubi spadones, ubi **500** amici, ubi ædes. Quid divitias contines,

ex quibus, cum necessitas urget, nihil utilitatis capias? Hic ego divites non exagito, sed eos qui divitiis abutuntur. Non divitem traduco, nec maledictis lacesso, absit, sed raptorem. Aliud est dives, aliud raptor, aliud habendi cupidus. Res divide : ne ea junge quæ nexum non habent. Dives es. Non prohibeo, nec obtrecto. Aliena rapis? hoc reprehendo. Habes quæ tua sunt? his fruere. Aliena sumis? non sileo, sed clamo. Vis me lapidibus petere? præsto sum. Vis mihi caput amputare? non recuso. Promptum est mihi sanguinem profundere, modo peccatum tuum lucrifaciam, et a te submoveam : id mihi curæ est, quoniam tibi nocivum. Unum hoc mihi duntaxat curæ est, audientium profectus. Atqui pauperes filii mei sunt, itemque filii mei sunt divites. Idem enim uterus ambos parturivit; iidem dolores, eadem tormina utrosque pepererunt. Quod si pauperem carpis, reprehendo te, nec tam pauperis vicem quam tuam doleo. Pauper enim haud ita magnam injuriam accipit. Quid enim ei eripis, si pecuniis caret? tu vero animæ ipse tuæ insidias struis, pauperem diripiendo.

A σιον διαβάλλω ἢ λοιδορῶ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὸν ἅρπαγα. Ἄλλο πλούσιος, ἄλλο ἅρπαξ, καὶ ἄλλο πλεονέκτης. Δίελε τὰ πράγματα· μὴ μίσγε τὰ ἄμικτα. Πλούσιος εἶ; οὐ κωλύω, οὐ ζηλεύω. Ἁρπάζεις τὰ ἀλλότρια; κατηγορῶ. Ἔχεις τὰ σά; ἀπόλαυε αὐτῶν. Λαμβάνεις τὰ ἀλλότρια; οὐ σιωπῶ, ἀλλὰ κράζω. Θέλεις με λιθάσαι; ἕτοιμός εἰμι. Ἀποτεμεῖν τὴν κεφαλὴν θέλεις; οὐ παραιτοῦμαι. Τὸ αἷμα ἕτοιμός εἰμι ἐκχεῖν, μόνον τὴν ἁμαρτίαν σου κερδήσω, καὶ κωλύσω αὐτὴν ἀπὸ σοῦ. Ἐμοὶ μέλει, ἐπειδή σε βλάπτει· ἑνός μοι μόνον μέλει, τῆς προκοπῆς τῶν ἀκουόντων. Καὶ οἱ πένητες ἐμὰ τέκνα, καὶ οἱ πλούσιοι ἐμὰ τέκνα εἰσίν. Ἡ αὐτὴ γὰρ γαστὴρ ἀμφοτέρους ὠδίνησεν· αἱ αὐταὶ ὠδῖνες, καὶ οἱ αὐτοὶ πόνοι ἀμφοτέρους ἔτεκον. Ἐὰν κεκόλλησαι τῷ πένητι, κατηγορῶ σου, οὐ τοῦ πένητος τοσοῦτον ὅσον τοῦ B πλουσίου. Ὁ πένης γὰρ οὐδὲν μέγα ἀδικεῖται. Τί ἔχεις γὰρ αὐτοῦ ἁρπάσαι, εἰ μήτιγε ἐὰν εἶχε χρήματα; Σὺ δὲ εἰς τὴν ψυχήν σου ἐπιβουλεύεις τὴν βλάβην, ἁρπάζων πένητα.

*Ejusd. ibid.*—Quousque pecuniæ? quousque argentea supellex? quousque famulorum assentationes? quousque vinum effusum? quousque coronata pocula? quousque Satanica convivia, atque afflatu diabolico referta? An te fugit præsentem vitam nihil aliud nisi viam esse? an es nescius nos his peregrinari? Num enim hic civis es? an non viator? cives utique non sumus, sed viatores. Ne dixeris : Hanc civitatem habeo. Nihil hic habes. Civitas nostra sursum est. Præsentia nihil sunt; iter sunt præsentia. Quotidie iter facimus. Natura currit. Ecquis est qui iter agendo domum exstruat? Quis ille est qui in itinere pecunias recondat? Cum ambulas, atque in diversorium ingrederis, an diversorium exornas? an non potius edis et bibis, atque egredi festinas? Diversorium itaque est hæc vita præsens. Hoc modo ingressi sumus, et diversamur in hac vita, hinc studeamus cum spe excedere. Nihil istic relinquamus, ne amittamus. Hospitium ingressus, ais : Fac nobis et quam primum reficiamur; nam de nocte iter facturi sumus. Itemque famulo : Vestes nostras in tuto colloca, nec cujusquam obliviscere, ne quid nobis deperdatur, sed domum omnia feramus. Eodem modo nos quoque vitam hanc tanquam hospitium intueamur. Nihil hic, id est, in hospitio relinquamus. Omnia in metropolim nobiscum efferamus. Viator es, quin et viatore quovis vilior. Quinam istud? Viator novit quo tempore in hospitium ingreditur : novit etiam quandonam sit egressurus. Ego vero in hujus vitæ hospitium ingredior, nec quando sim exiturus novi. Interdum in longum tempus alimenta paro; et dominus meus me confestim accersit, aitque : *Stulte, quæ parasti cujus erunt? Hac enim nocte anima tua tibi auferetur* (*Luc.* XII, 20). Incertus noster exitus est, *incerta possessio*, sexcenta præcipitia, fluctus

Μέχρι πότε χρήματα; μέχρι πότε ἀργυρώματα; μέχρι πότε κολακεῖαι οἰκετῶν; μέχρι πότε οἶνος ἐκχεόμενος; μέχρι πότε κρατῆρες ἐστεμμένοι; μέχρι πότε συμπόσια Σατανικὰ, καὶ διαβολικῆς γέμοντα ἐνεργείας; Οὐκ οἶσθα, ὅτι ὁ παρὼν βίος ὁδός ἐστιν; οὐκ οἶσθα ὅτι ἀποδημοῦμεν; μὴ γὰρ πολίτης εἶ· ὁδίτης εἶ. Οὐκ ἐσμὲν πολῖται, ἀλλ' ὁδῖται καὶ ὁδοι- C πόροι. Μὴ εἴπῃς, Ἔχω τήνδε τὴν πόλιν· οὐκ ἔχεις οὐδὲν ἐνταῦθα. Ἡ πόλις ἡμῶν ἄνω ἐστί. Τὰ παρόντα οὐδέν ἐστιν· ὁδός εἰσι τὰ παρόντα. Ὁδεύομεν καθ' ἡμέραν. Ἡ φύσις τρέχει. Ἔστι τις ἐν ὁδῷ οἰκοδομῶν οἰκίαν; Ἔστι τις ὁδῷ χρήματα ἀποτιθέμενος; Ὅταν ὁδεύῃς, καὶ εἰσέρχῃ εἰς πανδοχεῖον, μὴ τὸ πανδοχεῖον καλλωπίζεις ἢ κτίζεις; οὔ, φησίν· ἀλλὰ τρώγεις, πίνεις, καὶ ἐπείγῃ τοῦ ἐξελθεῖν; Πανδοχεῖον οὖν ἐστιν ὁ παρὼν βίος. Οὕτως εἰσήλθομεν, καὶ καταλύομεν εἰς τὸν παρόντα βίον· σπεύσωμεν ἐξελθεῖν μετὰ καλῆς ἐλπίδος. Μηδὲν ἀφῶμεν, οὐδὲ μὴ ἀπολέσωμεν. Ὅτε εἰσέλθῃς εἰς τὸ πανδοχεῖον, λέγεις· Ποίησον ἡμῖν ἕτοιμα τὰ ψυχτὰ, ὅτι τὴν νύκτα ὁδεύομεν. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ παιδαρίῳ· Ἀσφάλισαι τὰ ἱμάτια, ἵνα μηδὲν λησμονήσῃς, μή τι ἀπόληται, ἀλλὰ D πάντα εἰς τὴν οἰκίαν ἐπαγάγωμεν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς βλέπωμεν πανδοχεῖον τὸν παρόντα βίον. Μηδὲν ὧδε καταλίπωμεν ἐν τῷ πανδοχείῳ· πάντα εἰς τὴν μητρόπολιν ἀπενέγκωμεν. Ὁδίτης εἶ καὶ ὁδοιπόρος, μᾶλλον δὲ καὶ ὁδίτου εὐτελέστερος. Πῶς ἐγὼ λέγω; Ὁ ὁδίτης οἶδεν πότε εἰσέρχεται ἐν τῷ πανδοχείῳ, καὶ οἶδεν πότε ἐξέρχεται. Ἐγὼ δὲ εἰσέρχομαι εἰς τὸ πανδοχεῖον τοῦ βίου τούτου, καὶ οὐκ οἶδα πότε ἐξέρχομαι. Ἐνίοτε δὲ καὶ ἑτοιμάζομαι πολλοῦ χρόνου διὰ τροφὰς, καὶ ὁ δεσπότης μου παραχρῆμα καλεῖ με· *Ἄφρον, ἃ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; τὴν νύκτα ταύτην λαμβάνουσι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ σοῦ.* Ἄδηλος ἡ ἔξοδος ἡμῶν· ἄστατος ἡ κτῆσις· ἐπίβουλος ἡ ἀπόλαυσις· μυρίοι κρημνοὶ, καὶ πανταχόθεν κύματα. Τί μένῃς, καὶ θορυβεῖς σε περὶ τὰς σκιάς;

Τί ἀφεὶς τὴν ἀλήθειαν, καὶ τρέχεις ἐπὶ τὴν σκιάν; μίσησον χρήματα, καὶ ἀγάπα σου τὴν ζωήν. Ῥίψον τὰ ὄντα τοῦ βίου κακὰ, ἵνα τὰ ἐκεῖ ἀγαθὰ κληρονομήσῃς. Οἷόν τι λέγω· Μὴ ἁρπάσῃς πένητα, μὴ ἐπιθυμήσῃς τὰ τοῦ πλησίον· τὴν χήραν μὴ γυμνώσῃς· τὸν ὀρφανὸν μὴ ἁρπάσῃς· τὴν οἰκίαν μὴ λάβῃς τοῦ πένητος. Εἴ τινος ἐπιλαμβάνεται τὸ συνειδὸς, αὐτός ἐστιν ὁ αἴτιος. Τί ἁρπάζεις πένητα; τί ἁρπάζεις, ὅπου φθόνος καὶ κατάραι; Ἅρπασον ὅπου στέφανος ἀφθαρσίας. Μὴ ἅρπαζε τὰ τῆς γῆς, μηδὲ τὴν γῆν, ἀλλὰ ἅρπασον τὸν οὐρανόν. *Βιαστὴ γάρ ἐστι*, φησὶν, *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν*. Ἁρπάζεις τὸν πένητα, τὸν ἐντυγχάνοντα κατὰ σοῦ τῷ Θεῷ νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ βοῶντα; Ἅρπασον τὸν Χριστὸν, τὸν ἐπαινοῦντά σε. Τὴν κάτω βασιλείαν ἐὰν ζητήσῃς ἁρπάσαι, κἂν νοηθῇς, κολάζει· τὴν δὲ ἄνω ἐὰν μὴ ἁρπάσῃς, τότε χεῖρον κολάζει.

undique. Quid circa umbras moraris, tibique ipse, tumultus cies? Quid relicta veritate ad umbram curris? Opes odio habe, ac vitam tuam ama. Vera hujus vitæ mala abjice, ut futuræ bona consequaris. Perinde est ac sic dixero: Ne pauperem diripias, ne propinqui **501** bona concupiscas, ne viduam spolies, pupillo facultates ne auferas, domum pauperis non extorqueas. Si quem conscientia reprehendit, hic in culpa est. Quid pauperem diripis? quid rapis ubi obtrectatio et maledicta sunt? Illic rapias, ubi corona immortalitatis. Non terrena, non terram, sed cœlum rape. *Regnum enim cœlorum*, inquit Christus, *vim patitur, et violenti rapiunt illud* (*Matth.* XI, 12). Pauperem diripis: eum qui Deum subinde in perniciem tuam die nocteque convenit, et contra te vociferatur? Christum rape, qui hoc te nomine laudabit. Si terrenum regnum invadas, ac vel in animum hoc induxeris, ille te pœna afficit: cœleste vero nisi rapueris, tunc gravius excruciabit.

Ἧψαι λύχνον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ; ἀλλ' εἰσῆλθεν ὁ πένης ὁ ὑπὸ σοῦ ἀδικηθεὶς, καὶ διὰ τῶν δακρύων κατεντυγχάνων τῷ Θεῷ, ἔσβεσε τὸν λύχνον σου. Ἔδωκας τῷ πένητι ἄρτον; ἀλλ' ἡ ἀγέλη τῶν βοῶν καὶ τῶν προβάτων σου ὁλόκληρον θέρος τοῦ πένητος κατενεμήσατο. Μὴ ἀδικήσῃς πολλὰ, καὶ καλλοποιήσῃς ὀλίγα. Μὴ ἀδικήσῃς τὸν πλησίον σου· μὴ κονδυλίσῃς τὸν ὀρφανόν· μὴ καταδυναστεύσῃς τὴν χήραν· μὴ φθονήσῃς τὸν γείτονα.

*Ejusdem*. — Lucernam in ecclesia accendisti? verum ingressus pauper est, qui læsus a te fuerat, et per lacrymas adversum te intercedens apud Deum, lucernam tuam exstinxit. Pauperi panem dedisti? at grex boum et ovium tuarum integram pauperis messem depastus est. Ne id agas, ut pro multis injuriis et calumniis pauca beneficia rependas. Ne proximo tuo injuriam inferas: ne pugnis pupillum contendas, ne viduam opprimas, ne vicino invideas.

Ὁ πρὸς τοὺς ἐν ὑπεροχῇ βλέπων, τῆς οὔσης αὐτῷ εὐπορίας οὐ δυνήσεται λαβεῖν αἴσθησιν· οἷον ὁ κεκτημένος ἑκατὸν χρυσίνους, ἐὰν νοήσῃ τὸν διακοσίους ἔχοντα, οὐδὲν ἡγήσεται ἔχειν, τῆς ἐπιθυμίας τῶν πλειόνων αὐτὸν κεντούσης. Κἂν αὐτὰ λάβῃ, τὴν ἐπιθυμίαν οὐδὲ οὕτως ἀποθήσεται, ἑτέρων πλειόνων ἐφιέμενος. Καὶ ἡ τῶν οὐδέπω κτησθέντων ἐπιθυμία διηνεκῶς αὐτὸν ἐνοχλοῦσα, τῶν ἤδη συνηγμένων τὴν ἡδονὴν οὐκ ἀφίησι φαίνεσθαι.

*Ejusd*. — Qui illos intuetur qui opibus præstantiores sunt, is suarum facultatum sensu affici nunquam poterit. Verbi gratia, qui centum aureos habet, si alterum inspexerit qui ducentos habeat, nihil se habere censebit: utpote quem majorum opum cupiditas exstimulet. Qui si hos quoque acceperit, ne sic quidem cupiditati suæ finem statuet: ut qui plura alia expetat. Ita fit ut eorum quæ nondum adeptus est cupiditas, negotium perpetuo acessens, voluptatem, quam partæ divitiæ afferre poterant, apparere non sinat.

Ἐπισφαλὴς ὁ βίος τοῖς πλουτοῦσι, καὶ δυσμεταχείριστος ἡ μεταβολή. Ἔτι δὲ λέγεις· πολλοὺς οἰκέτας περιάγει, καὶ πολλὰ κέκτηται πλέθρα γῆς ὁ πλουτῶν. Πρῶτον μὲν χαλεπὰς ἕξει τὰς εὐθύνας, πάντων τῷ Θεῷ τὸν λόγον ὑπέχων. Οὐ γὰρ ὅπως ἀπολαύσειε, μόνον ἔλαβεν, ἀλλ' ὅπως καὶ ἑτέροις γένοιτο χρήσιμος. Δεύτερον δὲ, ὅτι πλέον οὐδὲν ἀπὸ τῆς περιουσίας αὐτῷ γίνεται ταύτης, ἢ φροντίδες, καὶ μέριμναι, καὶ ὀργαὶ καθημεριναὶ, καὶ ἀγανακτήσεις, καὶ τὸ διὰ παντὸς εἶναι ἐν ταραχαῖς καὶ θορύβοις. Οὗτος μὲν γὰρ μυρίας πληροῖ γαστέρας· ὁ δὲ πένης μίαν πληροῖ μόνον· ἀλλὰ καὶ οὗτος κἀκεῖνος μίαν, καὶ ἓν ἀμφότεροι θεραπεύουσι σῶμα· ἀλλ' ὁ μὲν χωρὶς ἀγωνίας καὶ δέους, ὁ δὲ μετὰ τοῦ τρέμειν καὶ δεδοικέναι τὰς ἐπαναστάσεις, καὶ μυρίων δεῖσθαι τῶν συνεφαψομένων αὐτῷ τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας. *Μὴ* τοίνυν εἴδῃς, ὡς πολλὴν ἔχει

*Ejusd*. — Lubrica divitibus vita est, difficilisque mutatio. Forsan adhuc dicis, servorum greges circumducere, et plura terræ jugera possidere eum qui dives sit. At primum quidem gravis illi censura erit, quippe cum eorum omnium rationem Deo reddendam habeat. Neque enim eas ut tantummodo frueretur accepit, sed ut aliis quoque utilitati esset. Deinde ex hac divitiarum copia nihil aliud ad eum redit, quam curæ, et sollicitudines, et quotidianæ iracundiæ, et indignationes, atque in perpetuis turbationibus et tumultibus versari. Ipse enim sexcentos ventres implere necesse habet: pauper vero unum duntaxat. Quin etiam uterque unum solummodo ventrem atque unicum corpus curat; verum hic sine metu et sollicitudine, ille autem cum tremore et insidiarum metu, atque ita denique, ut sexcentorum hominum opera indi-

geat, qui rerum procurationem secum suscipiant. Quæ cum ita sint, ne hoc perspexeris, quod ingentem substantiam habeat, sed an ex hac ingenti copia perfruatur.

A περιουσίαν, ἀλλ' εἰ πλέον τι τῆς πολλῆς ταύτης ἀπολαύει.

*Ejusd.* — Qui molliter et delicate vixit, ac se totum hujus vitæ rebus affixit, cum ab iis abstrahitur et disjungitur, hinc gravius discruciatur, magisque ingemiscit et lamentatur. At pauper non item; sed cum superiori tempore multum diuque sit philosophatus, non pari animi mœrore mortem suscipiet. Ac ipsa proinde, sive præsens, sive in exspectatione posita sit, majorem huic quam illi terrorem incutit.

Ὁ καταμαλακισθεὶς, καὶ τοῖς παροῦσιν ἑαυτὸν προσηλώσας, ἀποσπώμενος καὶ χωριζόμενος, μειζόνως δάκνεται, καὶ μᾶλλον ὀδύρεται καὶ θρηνεῖ. Ὁ δὲ πένης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πολλὰ φιλοσοφήσας κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, οὐ μετὰ τοσαύτης δέξεται τῆς ἀθυμίας τὸν θάνατον, ὥστε καὶ παρὼν, καὶ προσδοκώμενος, ἐκείνῳ μᾶλλόν ἐστι φοβερὸς ἢ τούτῳ.

502 *S. Cyrill.* — Sane is qui læditur, præ tristitia quidem incenditur : cum autem acceptam injuriam ulcisci, aut par referre non possit, interdum idcirco divinæ justitiæ aculeum in subsidium vocat.

Πάντως ὁ ἀδικούμενος, καταφλέγεται μὲν ὑπὸ λύπης, ἀμύνασθαι δὲ οὐκ ἔχων, ἢ διὰ τῶν ἴσων ἐλθεῖν, B ἔσθ' ὅτε διὰ τοῦτο τῆς ἄνωθεν δίκης τὸ κέντρον καλεῖ πρὸς ἐπικουρίαν.

*S. Maximi.* — Nemo flagitiosorum est, qui id quod juris sit esse malum non arbitretur.

Πέφυκεν ἕκαστος τῶν κακούργων ἀνδρῶν, τὸ δίκαιον εἶναι νομίζειν κακόν.

*S. Clement. orat. « Quis dives salvandus sit, »* § 11. — Vende quæ habes. Quid est quamobrem quidam non prompto animo hoc suscipiant, ut facultates suas abjiciant, atque affectum earum, immodicamque cupiditatem, necnon vigilias in iis augendis, morbos, curas, et spinas vitæ, quibus semen suffocatur.

Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα. Τί οὐ προχείρως δέχονταί τινες τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἀποῤῥίψαι, τὴν πρὸς αὐτὰ συμπάθειαν, τὴν ὑπεράγαν ἐπιθυμίαν, τὴν περὶ αὐτὴν ἀγρυπνίαν, τὴν νόσον, τὰς μερίμνας, τὰς ἀκάνθας τοῦ βίου, αἳ τὸ σπέρμα τῆς ζωῆς συμπνίγουσιν;

*S. Nili.* — Magnum iis qui virtuti comparandæ student, impedimentum affert præposterus ille erga hujus mundi res affectus, ac sæpe, tum corpori, tum animæ perniciem invehit. Quid enim Naboth Israelitam in exitium conjecit ? an non invidiosa vinea ei mortem accersivit, ut quæ vicinum Achab ad ipsius cædem excitarit ? Quid autem duas tribus et dimidiam alterius impulit, ut extra promissionis terram subsisterent? an non pecorum multitudo? Quid etiam Lot ab Abrahamo disjunxit ? an non ingens armentorum numerus, perpetua inter pastores jurgia movens, quoad prorsus eos ab invicem avulsit?

Μέγα τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἐπειγομένοις ἐμπόδιον ἡ τῶν κοσμικῶν πραγμάτων συμπάθεια, καὶ ψυχῇ καὶ C σώματι πολλάκις ὄλεθρον προξενοῦσα. Τί γὰρ Ναβουθαὶ τὸν Ἰσραηλίτην ἀπώλεσεν; οὐκ ἄμπελος ἐπίφθονος αἴτιος αὐτῷ θανάτου γεγένηται, πρὸς φόνον αὐτοῦ κινήσας τὸν γείτονα Ἀχαάβ; Τί δὲ τὰς δύο ἥμισυ φυλὰς ἔξω τῆς ἐπαγγελλομένης γῆς μεῖναι παρεσκεύασεν; οὐ πλῆθος κτηνῶν; Τί δὲ καὶ τὸν Λὼτ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐχώρισεν; οὐχ ὁ τῶν βοσκημάτων πολὺς ἀριθμὸς, συνεχεῖς τοῖς ποιμέσι κινήσας τὰς ἔριδας, ἕως αὐτοὺς τέλεον ἀπέῤῥηξεν ἀπ' ἀλλήλων;

*Joseph.* — Nulla tam nefaria via est, quæ non quæstus causa ineatur.

Πᾶσαν ἀθέμιτον ὁδὸν ποιεῖ τὸ κέρδος.

Fortassis animum ad eam sententiam non adjecisti, quam quidam apte ad hunc modum extulit : Ne festines ditari, ne statim in paupertatem incidas.

Ἴσως οὐκ ἐπέστησας τῷ προσφυῶς χρησμοδοτοῦντι, D καὶ λέγοντι· Μὴ σπεῦδε πλουτεῖν, μὴ ταχὺ πένης γένῃ.

Hominibus illis qui avaritiam ac parcimoniam ad extremum colunt, multas divina providentia detrimentorum occasiones parare consuevit.

Τοῖς τὴν ἄκραν φιλοχρηματίαν καὶ φειδωλίαν ἐξησκηκόσιν ἀνθρώποις, πολλὰς πρὸς ζημίαν ἀφορμὰς ἡ Πρόνοια περιποιεῖν εἴωθεν.

*Philonis.* — Divitiarum pulchritudo, non in crumenis, sed in pauperum egestate levanda posita est.

Πλούτου τὸ κάλλος οὐκ ἐν βαλαντίοις, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν χρῃζόντων ἐπικουρίᾳ.

*S. Nili.*—Nihil omnino tibi studio est, non præclara vita, non recta doctrina, non oppressorum cura, *non quidquam aliud*, præter hoc unum, quod amas, *atque in votis* habes, et colligis oloconitidem.

Οὐδὲν πάμπαν σπουδάζεται παρὰ σοῦ, οὐ βίος λαμπρὸς, οὐ λόγος ὀρθὸς, οὐ προστασία τῶν θλιβομένων, οὐ τὰ ἑξῆς, πλὴν τοῦ φιλεῖν, καὶ δι' εὐχῆς ποιεῖσθαι, καὶ συλλέγειν τὰ ὁλοκωνίτιδα.

**ΤΙΤΛ. Ι'. — *Περὶ ἔργων καὶ πράξεων· καὶ ὅτι ὁποῖά τις δρᾷ, τοσαῦτα καὶ ὑφίσταται· καὶ ὡς κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν καὶ ὁ μισθὸς ἐξομοιοῦται παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.***

« Ἐάν τις δῷ μῶμον τῷ πλησίον, ὡς ἐποίησεν αὐτῷ, ὡσαύτως ἀντιποιηθήσεται αὐτῷ· σύντριμμα ἀντὶ συντρίμματος· ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ· ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. Καθότι ἂν δῷ μῶμον ἀνθρώπῳ, οὕτω δοθήσεται αὐτῷ. »

« Κατέδραμον ὀπίσω Ἀδωνιβεζὲκ, καὶ κατέλαβον αὐτὸν, καὶ ἀπέκοψαν τὰ ἄκρα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν Ἀδωνιβεζέκ· Ἑβδομήκοντα βασιλεῖς τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν αὐτῶν καὶ τῶν χειρῶν αὐτῶν ἀποκεκομμένοι, ἦσαν συλλέγοντες τὰ ὑποκάτω τῆς τραπέζης μου. Καθὼς οὖν ἐποίησα, B οὕτως ἀνταπέδωκέν μοι ὁ Θεός. »

« Οἱ σπείροντες τὰ ἄτοπα, ὀδύνας θεριοῦσιν ἑαυτοῖς. »

« Ἀποδοθείη αὐτῷ ἃ ἔπραξεν. »

« Κενὰ κενοῖς ἀποβήσεται. »

« Ἀνταπόδομα χειλέων αὐτοῦ δοθήσεται αὐτῷ. »

« Ἔδονται τῆς ἑαυτῶν ὁδοῦ τοὺς καρποὺς, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας πλησθήσονται. Ἐξετασμὸς γὰρ ἀσεβεῖς ὀλεῖ. »

« Τεκταινόμενος ἀγαθὰ, ζητεῖ χάριν· ἐκζητοῦντα δὲ κακὰ καταλήψεται αὐτόν. »

Ὁ σπείρων φαῦλα, θερίσει κακά· ματαιότητα δὲ ἔργων αὐτοῦ συντελέσει. » C

« Δότε αὐτῇ ἀπὸ τῶν καρπῶν χειρῶν αὐτῆς. »

« Ὃν τρόπον ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι. Τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. »

« Τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγωνται. »

« Οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ δοθήσεται αὐτῷ. »

« Ἐγὼ Κύριος ἐτάζων καρδίας, καὶ δοκιμάζων νεφροὺς, τοῦ δοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ κατὰ τοὺς καρποὺς τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ. »

« Καθὼς ἐποίησε, ποιήσατε αὐτῇ. »

« Κατὰ τὰς ὁδοὺς αὐτῶν ποιήσω αὐτοῖς, καὶ τοῖς D κρίμασιν αὐτῶν ἐκδικήσω αὐτοὺς, καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος. »

« Δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται. »

« Οἱ φυλάξαντες ὁσιότητα, ὁσιωθήσονται. »

« Μὴ ποίει κακὰ, καὶ οὐ μή σε καταλάβῃ κακά. Ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδίκου, καὶ ἔκκλινε ἀπὸ ἁμαρτίας. »

« Ἀγαθὰ τοῖς ἀγαθοῖς ἐκτίσθη ἀπ' ἀρχῆς· οὕτω τοῖς ἁμαρτωλοῖς κακά. »

« Ἄνδρα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρινεῖ, καὶ ἕκαστος κατὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει. »

A **TIT. X.—*De operibus et actionibus : et quod qualia quis facit, talia etiam ipse sustineat : quodque operibus nostris merces apud Deum nostrum respondeat.***

*Levit.* XXIV, 19, 20. — « Si quis dederit labem proximo suo, sicut fecit, sic fiet ei : fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam homini, sic dabitur ei. »

*Judic.* I, 5-7.—« Et persecuti sunt post Adonibesech, et comprehenderunt eum, et amputaverunt extremitates manuum ejus et pedum ejus. Et dixit Adonibesech : Septuaginta reges, extremitatibus pedum ipsorum et manuum ipsorum abscissis, erant colligentes quæ caderent sub mensa mea. Quemadmodum ergo feci, ita reddidit mihi Deus. »

*Job* IV, 8. — « Qui serunt pessima, dolores sibi ipsis metent. »

« Reddantur ei quæ fecit. »

« Vana vanis eventura sunt. »

503 *Prov.* XII, 14. — « Retributio labiorum suorum dabitur ei. »

*Prov.* I, 31. — « Comedent fructus viæ suæ, et impietate sua implebuntur. Nam examinatio impios perdet. »

*Prov.* XI, 27. — « Qui parat bona, quærit gratiam : quærentem autem mala, comprehendent eum. »

*Prov.* XXII, 8. — « Qui seminat prava, metet mala. Vanitatem autem operum suorum perficiet. »

*Prov.* XXXI, 31. — « Date ei de fructu manuum suarum. »

*Abd.* I, 15. — « Quemadmodum fecisti, sic erit tibi : retributionem tuam convertet in caput tuum. »

*Prov.* XVIII, 20. — « Genimina manuum suarum comedent. »

*Isai.* III, 9. — « Væ iniquo : secundum opera manuum ipsius dabitur ei. »

*Jerem.* XVII, 10. — « Ego Dominus probans corda, et scrutans renes ; ut dem unicuique secundum vias suas, et secundum fructus adinventionum ipsorum. »

*Jerem.* L, 29. — « Sicut fecit, facite illi. »

*Ezech.* XXIV, 14. — « Secundum vias ipsorum faciam eis, et judiciis ipsorum ulciscar eos, et cognoscent quia ego Dominus. »

*Sap.* XI, 16. — « Per quæ quis peccat, per hæc et punitur. »

*Sap.* VI, 10. — « Qui custodierit sanctimoniam, sanctificabitur. »

*Eccli.* VII, 1. — « Noli facere mala, et non te apprehendent. Abscede ab injusto, et declina a peccato. »

*Eccli.* XXXIX, 25. — « Bona bonis creata sunt ab initio · et eodem modo peccatoribus mala. »

*Eccli.* XVI, 12. — « Hominem secundum opera sua judicabit; et unusquisque secundum actus suos inveniet. »

*Eccli.* XXVII, 29, 30. — « Qui fodit foveam, incidet in eam : et qui statuit laqueum, in eo capietur. Qui facit mala, in eis involvetur; neque cognoscet unde ipsi venient. »

*Luc.* VI, 37, 38. — « Nolite judicare, et non judicabimini : nolite condemnare, et non condemnabimini. Dimittite, et dimittetur vobis : date, et dabitur vobis. Mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Qua enim mensura mensi fueritis, remetietur vobis. »

*Galat.* VI, 7, 8. — « Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem : qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. »

*Ephes.* VI, 8. — « Unusquisque quodcunque bonum fecerit, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber. »

*S. Basilii.* — Bona res est spes misericordiæ. Ait enim : *Potestas Dei est, et ab eo misericordia; quia tu reddes unicuique juxta opera sua* (*Psal.* LXI, 12, 13).

*Qua mensura mensi fueritis*, inquit, *eadem etiam remetietur vobis* (*Matth.* VII, 2). Fratrem oppressisti? idem exspecta. Inferiorum bona rapuisti? pauperes pugnis contudisti? maledictis proscidisti? contumeliis aspersisti? falsis sermonibus læsisti? alienis lectis insidias struxisti? pejerasti? patrum terminos transtulisti? in pupillorum bona invasisti? viduas oppressisti? præsentem voluptatem bonis in pollicitatione reconditis potiorem habuisti? pares vices præstolare. *Qualia quisque seminat, eadem et metet* (*Galat.* VI, 8). Consimili modo si quid a te factum est boni, hujus quoque uberem mercedem præstolare.

504 *S. Greg. Nysseni.* — Justum Dei judicium affectionibus nostris exæquatur. Et qualia sunt quæ gesserimus, talia nobis rependuntur. Necesse est enim id quemque metere quod seminaverit : neque aliter fieri potest. Semen porro est humana voluntas; messis autem, merces quæ huic animi inductioni persolvitur.

Dignam semente messem facis. Acerbitatem crudelitatemque sevisti : modo manipulos collige.

TIT. XI. — *De felicitate et infelicitate : et quod nec ob prosperos successus efferri quisquam debeat, nec ob adversos demitti.*

*Prov.* XXX, 8, 9. — « Divitias et paupertatem ne dederis mihi, sed constitue mihi necessaria et sufficientia, ne forte satiatus illiciar ad negandum, et dicam : Quis me videt? aut egestate compulsus, furer, et perjurem nomen Domini. »

*Eccli.* XI, 25. — « In die bonorum ne sis immemor malorum : et in die malorum ne sis immemor bonorum.

*Eccli.* XVIII, 25, 9. — « Memento temporis famis in tempore abundantiæ : et necessitatis et paupertatis in diebus divitiarum. A mane usque ad vespe-

A « Ὁ ὀρύσσων βόθρον, ἐμπεσεῖται, καὶ ὁ ἱστῶν παγίδα, ἐν αὐτῇ ἁλώσεται. Ὁ ποιῶν πονηρὰ, εἰς αὐτὰ ἐγκυλισθήσεται, καὶ οὐ μὴ ἐπιγνῷ πόθεν ἥκει αὐτῷ. »

« Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· μὴ καταδικάζετε, καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε. Ἀπολύετε, καὶ ἀπολυθήσεσθε. Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. Ὧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. »

« Μὴ πλανᾶσθε· Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ
B πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον. »

« Ἕκαστος ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ Κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος. »

Ἀγαθὸν ἐλπὶς τοῦ ἐλέους. *Τὸ γὰρ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος· ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.*

*Ὧ μέτρῳ*, φησὶ, *μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.* Ἔθλιψας τὸν ἀδελφόν; ἐκδέχου τὸ ἴσον. Ἥρπασας τὰ τῶν ὑποδεεστέρων; κατεκονδύλισας πένητας; κατῄσχυνας ἐν λοιδορίαις; ἐσυκοφάντησας; κατεψεύσω; ἀλλοτρίοις ἐπεβούλευσας γάμοις; ἐπιώρκησας; ὅρια πατέρων μετέθηκας; κτήμασιν ὀρφανῶν ἐπῆλ-
C θες; χήρας ἐξέθλιψας; τὴν παροῦσαν ἡδονὴν τῶν ἐν Εὐαγγελίοις ἀγαθῶν προετίμησας; ἐκδέχου τούτων τὴν ἀντιμέτρησιν. *Οἷα γὰρ σπείρει ἕκαστος, τοιαῦτα καὶ θερίσει.* Καὶ εἰ μέν τι τῶν ἀγαθῶν πέπρακταί σοι, κἀκείνων ἐκδέχου πολυπλασίως τὰς ἀντιδόσεις.

Ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισία ταῖς ἡμετέραις διαθέσεσιν ἐξομοιοῦται, καὶ οἷάπερ ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ᾖ, τοιαῦτα ἡμῖν ἐκ τῶν ὁμοίων ἀντιπαρέχεται. Χρὴ γὰρ πάντως θερίσαι τινὰ ἅπερ ἔσπειρεν, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλως. Σπορὰ δ' ἐστὶν ἡ ἀνθρωπίνη προαίρεσις· θέρος δὲ, ἡ ἐπὶ προαιρέσει ἀνταπόδοσις.

Ἄξιόν σοι τῆς σπορᾶς τὸ θέρος. Πικρίαν ἔσπει-
D ρας, δρέπου τὰ δράγματα.

ΤΙΤΛ. ΙΑ'. — *Περὶ εὐπραγίας, καὶ δυσπραγίας· καὶ ὅτι οὐ χρὴ ἐπαίρεσθαι ἐν ταῖς εὐπραγίαις, καὶ συστέλλεσθαι ἐν τῇ δυσπραγίᾳ.*

« Πλοῦτον καὶ πενίαν μή μοι δῷς· σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη, ἵνα μὴ πλησθεὶς, ψευδὴς γένωμαι, καὶ εἴπω, Τίς με ὁρᾷ; ἢ πενηθεὶς κλέψω, καὶ ὀμόσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. »

« Ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῶν μὴ ἀμνημονήσῃς κακῶν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν, μὴ ἀμνημονήσῃς ἀγαθῶν. »

« Μνήσθητι καιρὸν λιμοῦ ἐν καιρῷ πλησμονῆς· πτωχείαν καὶ ἔνδειαν ἐν ἡμέρᾳ πλούτου. Ἀποπρωΐθεν ἕως ἑσπέρας μεταβαλεῖ καιρός· καὶ πάντα ἐστὶ ταχινὰ

ἔναντι Κυρίου. Ἄνθρωπος γὰρ σοφὸς ἐν παντὶ εὐλαβηθήσεται. » •

« Ἐν ἀγαθοῖς ἀνδρὸς οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἐν λύπῃ, καὶ ἐν κακοῖς αὐτοῦ καὶ ὁ φίλος διαχωρισθήσεται. »

« Πᾶν ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ σοι, δέξαι, καὶ ἐν ἀλαλάγματι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον, ὅτι δοκιμάζεται ἐν πυρὶ χρυσὸς, καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. »

Κυβερνήτου χρεία, ἵνα καὶ ἐν γαλήνῃ τοῦ βίου πάντων αὐτῷ κατὰ ῥοῦν προϊόντων, τὰς μεταβολὰς ἐκδέχηται, καὶ μὴ ὡς ἀθανάτοις ἐπαναπαύηται τοῖς παροῦσι, καὶ ἐν ταῖς σκυθρωποτέραις καταστάσεσι μὴ ἀπελπίζῃ ἑαυτὸν, μηδὲ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ B καταποθεὶς ὑποβρύχιος φέρηται. Οὔτε γὰρ ὑγεία σώματος, οὔτε νεότητος ἄνθος, οὔτε εὐθήνεια οἴκου, οὐχ ἡ λοιπὴ τοῦ βίου εὐημερία ἐπιπολὺ διαμένει. Ἀλλ' ἐν τῇ εὐδίᾳ ταύτῃ τοῦ βίου ἐκδέχου ποτὲ καὶ χειμῶνα πραγμάτων. Ἥξει γὰρ νόσος, καὶ ἥξει πενία, οὐκ ἀεὶ κατὰ πρύμναν ἱσταμένου τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπέρβλεπτον ἐν πᾶσι, ζηλωτὸν ἀδόκητοι πολλάκις ἀδοξίαι καταλαμβάνουσι, καὶ πᾶσαν εὐημερίαν βίου, οἷον σπιλάδες τινὲς περιστάσεσιν ἀβουλήτοις συνετάραξαν. Καὶ συνέχεια τῶν κακῶν ὥσπερ κύματά ἐστιν, ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ἐπειγόμενα, τραχύνοντά σου τὸν βίον, καὶ περιϊστῶντα φοβερόν σοι τῆς ζωῆς τὸν κλυδῶνα, ἀλλ' ὄψει ποτὲ καὶ τοῦτον παραδραμόντα πρὸς ἱλαρότητα, καὶ λευκὴν ὄντως εἰς γαλήνην τὸν βίον μεταβληθέντα. C Οὗτος οὖν ἐστιν ὁ νοήμων κυβερνήτης, ὁ στοχαζόμενος τῆς ὑποκειμένης φύσεως, μεταχειριζόμενος τὰ συμπίπτοντα, καὶ ὅμοιος ἑαυτῷ διαμένων, μήτε ἐπαιρόμενος ἐν ταῖς εὐθυμίαις, μήτε καταπίπτων ἐν ταῖς συμφοραῖς.

Νόσον, καὶ πενίαν, καὶ ἀδοξίαν, καὶ θάνατον, καὶ ὅσα λυπηρὰ τοῖς ἀνθρώποις, οὔπω ἐν τῇ μοίρᾳ τῶν κακῶν καταλογίζεσθαι ἄξιον, διὰ τὸ μηδὲ τὰ ἀντικείμενα τούτοις ἐν τοῖς μεγίστοις ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν ἀριθμεῖν, ὡς τὰ μὲν ἐκ φύσεώς ἐστι, τὰ δὲ καὶ συμφερόντως πολλοῖς ἀπαντήσαντα φαίνεται.

D Ἄνω νεύωμεν, ἀδελφοί· ἐν παντὶ καιρῷ καὶ περιστάσει πάσῃ προβαλλώμεθα τὴν καλὴν ἐλπίδα, μήτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις ἀποβάλλωμεν τὸν φόβον, μήτε ἐν τοῖς λυπηροῖς τὸ εὔελπι. Μνησθῶμεν καὶ ἐν εὐδίᾳ τῆς ζάλης, καὶ ἐν χειμῶνι τοῦ κυβερνήτου. Ἀλλὰ μὴ ταῖς θλίψεσιν ἐκκακήσωμεν, μηδὲ γενώμεθα δοῦλοι κακοί. Ἀγαθύνοντι μὲν ἐξομολογούμενοι τῷ Δεσπότῃ, παιδεύοντι δὲ μὴ προστιθέμενοι· καίτοι ποτὲ κρείσσων ὑγείας νόσος, καὶ ὑπόμνησις ἀνέσεως, καὶ ἐπίσκεψις ἀμελείας, καὶ ἐπιστροφὴ συγχωρήσεως. Μήτε διὰ τὰς συμφορὰς πίπτωμεν, μήτε διὰ τὸν κόρον ὑβρίζωμεν.

Μήτε ὑγείαν πᾶσαν θαυμάζωμεν, μήτε νόσον δια-

A ram mutabitur tempus : et hæc omnia citata coram Deo. Homo enim sapiens in omnibus verebitur. »

*Eccli.* XII, 9. — « In bonis viri inimici ejus in mœrore sunt : et in malis ipsius, amicus quoque ejus ab eo separatur. »

*Eccli.* II, 4, 5. — « Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, et in clamore humilitatis tuæ patientiam habe : quoniam in igne probatur aurum et argentum ; homines vero receptibiles in camino humiliationis. »

*S. Basil. in princ. Prov.* — Gubernatore opus est homini, ut in tranquillis hujusce vitæ rebus, atque ad ipsius voluntatem fluentibus, mutationes exspectet, ac non præsentibus, tanquam si immortales essent, acquiescat; nec rursus in adversis despondeat animum, nimiaque absorptus tristitia pessumeat. Nec enim corporis sanitas, nec flos juvenilis ætatis, nec domus opes et copiæ, nec denique reliqua vitæ felicitas diuturna est. Verum in hujusce vitæ serenitate rerum hiemem et tempestatem præstolare. Veniet siquidem, morbus, veniet et paupertas, vento haud semper ad puppim instante. Quin illustrem quoque in omnibus et suspiciendum hominem inopinatæ persæpe ignominiæ occupant, et omnem vitæ felicitatem ceu scopuli quidam, per insperatas rerum acerbitates conturbarunt. Atque continua calamitatum series speciem quamdam fluctuum referunt, ut quæ aliæ super alias cieantur, totamque vitam exasperent, et horrendam tibi procellam accersant. Quin etiam videbis quandoque hæc in hilaritatem transire, et in serenam revera tranquillitatem vitam mutari. Quocirca is prudens gubernator sit, qui subjectam naturam apprime cognoscens, hanc scite tractet, et sui semper similis perstans, nec secundis rebus attollatur, nec in calamitatibus concidat.

*Ejusd.* — Æquum minime fuerit, morbum et egestatem, probrum et mortem, et quæcunque molesta hominibus accidunt, in malorum numero collocare, quando nec ea quæ cum his pugnant, **505** inter summa bona numeramus. Etenim ea partim a natura manant, partim, ut cernere est, ad utilitatem permultis accidunt.

*S. Greg. Naz. orat. ad cives Nazianzenos.* — Sursum attollamus oculos, fratres; in omni tempore et in omni rerum statu bonam spem præferamus. Sic nos comparemus, ut nec in rebus secundis metum, nec in adversis spem abjiciamus. Memores simus, tum tempestatis in tranquillitate, tum gubernatoris in tempestate. Ac non in calamitatibus frangamur, nec servos malos nos præbeamus; bene de nobis merenti Domino confitentes, cum vero ab ipso castigamur, recedentes : licet præstabilior aliquando sanitate sit morbus, submonitio remissione, incuria visitatio, et animadversio venia. Nec propter calamitates animis concidamus, nec propter saturitatem insolentes nos præbeamus.

*Ejusd.* — Nequaquam sanitatem omnem suspi-

ciamus, nec morbum aspernemur. Divitiis fluentibus animum non adjiciamus, nec paupertatem ceu detestandum aliquid, et condemnatione dignum, divinique odii argumentum insectemur. Quinimo stolidam illam sanitatem aspernari noverimus, cujus fructus peccatum est, piumque morbum honore habeamus, propter illos qui perpetiendo vicerunt.

*Ejusd.* — Nec in mœrore prosperitatem despera, nec in secundis rebus mœrorem. Annus unus quatuor temporum vicissitudines fert: atque item unius horæ momentum multas rerum permutationes.

*Ejusd. in bapt.* — Quandiu secundo vento navigas, naufragium time. Ita fiet ut adhibito in auxilium metu, a naufragio tutior sis.

*S. Greg. Naz., tetr.* 27.

*Ne te ante jactes quam funem ligaveris.*
*Periere multi jam propinqui littori.*
*Subiere portum turbine acti plurimi.*
*Nec dolor consolationis est expers,*
*Nec prosperitas disciplina caret.*

*Ejusd. ex Monost.*

*Vento favente turbinis fac sis memor.*
*Ne res sæculi prosperas laudaveris*
*(Sentire enim supra caduca convenit),*
*Ne forte in altum dura me tollat via,*
*Ac te in ruinam deprimat pernicitas.*
*Casus sinistros præfero lætis tuis.*
*Propone binos, si lubet, boves tibi,*
*Quorum alter ingens carne pingui fulgeat,*
*Caputque in altum tollat: alter corpore*
*Rugis arato, quodque humi propendeat,*
*Det signa culti plurimos annos soli:*
*Ut ille cædem pinguis ad certissimam*
*Servetur, hic se nutriat, suumque herum.*
*Ex his duobus dic uter felicior.*
*Dicas velim,*
*An non jugi quem reddidit labor macrum?*
*Opes ut amplæ te juvant, quamvis malæ,*
*Malisque partæ sint modis et artibus:*
*Quid? an tumorem comprobas hydropici?*
*Fortemne censes, quem furor mentis tenet?*
*An, dulce quod est, pharmacum certam parit*
*Prorsus salutem? non amarum poculum*
*Persæpe morbum depulit longissime?*
**506** *Dulcique contra sæpius crevit dolor.*
*Utut ergo clavum præpotens vertat Deus,*
*Æqua ferendum mente, donec is meam*
*Tandem quietum ducat in littus ratem.*

*S. Chrysost.* — Sepultura, et corruptio, et pulvis hujus vitæ felicitatem claudunt.

*S. Clem. lib. « Quis dives salv. »* — Danda est his hominibus opera, ut nullis donis præpostere se addicant, nec mala odio habeant et aversentur; verum utrique se superiores præbeant: sic nimirum ut mala proterant, bona autem sua ad egentes transmittant.

*S. Greg. Nazianz.* — Deus hac de causa, meo quidem judicio, res adversas et secundas inter se nectit, ut nec molestia solamine suo careat, nec lætitia disciplinæ sit expers; atque ut perspecta utriusque varietate et inconstantia, ad ipsum unum oculos convertamus.

*S. Basil.* — Turpe est nos in rebus prosperis *divinas laudes* prædicare, in sinistris autem et mo-

A πτύωμεν, μηδὲ πλούτῳ ῥέοντι προστιθώμεθα, μήτε πενίας κατεξανιστώμεθα, ὡς ἀποπτύστου πάντη, καὶ καταχρίτου, καὶ τῆς μισουμένης μερίδος· ἀλλ' εἴδωμεν καὶ ὑγείαν περιφρονεῖν ἀσύνετον, ἧς καρπὸς ἁμαρτία, καὶ νόσον τιμᾷν ὁσίαν, αἰδούμενοι τοὺς διὰ πάθους νικήσαντας.

Μήτε ἀθυμῶν ἀπελπίσῃς εὐημερίαν, μήτε εὖ καὶ καλῶς πράττων, ἀθυμίαν. Εἷς ἐνιαυτὸς τέσσαρας ὥρας φέρει, καὶ μία ῥοπὴ καιροῦ πολλὰς πραγμάτων μεταβολάς.

Ἕως ἐξουρίας πλεῖς, φοβήθητι τὸ ναυάγιον, καὶ ἧττον ναυαγήσεις, τῇ δειλίᾳ βοηθῷ χρώμενος. B

*Μὴ μέγα εἴπῃς εὐπλοῶν πρὸ πείσματος.*
*Πολλοῖς πρὸς ὅρμον εὐπλοοῦν ἔδυ σκάφος.*
*Πολλοὶ προσωρμίσθησαν ἐκ τρικυμίας.*
*Μήτε τὸ ἀλγεινὸν ἀπαραμύθητον,*
*Μήτε τὸ εὖ πράττειν ἀπαιδαγώγητον.*

*Ὅτ' εὐπλοεῖς μάλιστα μέμνησο ζάλης.*
*Μὴ σφόδρα ἐπαίνει τοῦ βίου τὸ εὔδρομον,*
*Ὁ μεῖζον εἰδὼς τῶν δρωμένων φρονεῖν,*
*Μήπως ἐμοὶ μὲν ὕψος ᾖ τὸ δύσβατον,*
*Σοὶ δὲ ἐπίκρημνον τοῦ βίου τὸ εὐπετές.*
*Ἐμοῦ τὸ λυπηρὸν κρεῖσσον ἢ τὸ σὸν καλόν.*
*Βοῶν ποτε ἴδες, τὸν μὲν ἐν φάτνῃ μέγαν,*
*Ἐπηρμένον, στίλβοντα τῇ εὐπραγίᾳ.*
*Τραχηλιῶντα, τὸν κάτω νενευκότα.*
*Ῥικνὸν δὴ συμβόλοις γεωργίας·*
C *Ἔπειτα τὸν μὲν εἰς σφαγὴν τηρούμενον,*
*Τὸν δὲ τρέφοντα αὑτόν τε καὶ δεσπότην.*
*Τούτων τίς ἐστιν εὐτυχέστερος,*

*Εἰπέ,*
*Οὐχ ὁ στενός τε καὶ ζυγῷ τετριμμένος;*
*Εὔδηλον· ἀλλὰ σοί γε τὸ πλάτος φίλον,*
*Κἂν ᾖ κακόν τε καὶ κακῶς συγκείμενον.*
*Ἦ καὶ τὸν ὄγκον ὑδεριῶντος αἰνέσεις.*
*Ἢ καὶ φρενοπλὴξ ἰσχύειν σοι φαίνεται.*
*Τὸ δὲ ἡδὺ πάντων φάρμακον σωτήριον,*
*Οὗ καὶ τὸ πικρὸν ἐξέωσε πολλάκις.*
*Τὸ δὲ ἡδὺ πρὸς τὸ χεῖρον ὡς τὰ πολλὰ ἄγει,*
*Δέον μὴ δέχεσθαι πᾶσαν οἴακος στροφὴν,*
*Ἕως ἂν ὅρμοις εὐδίοις προσορμίσῃ.*

Τάφος, καὶ φθορὰ, καὶ κόνις, τὸ τῆς βιωτικῆς
D εὐημερίας συμπέρασμα.

Χρὴ μήτε ἀγαθά τινα προστεθεικέναι τούτοις ἀνθρώποις οὖσιν, μήτε αὖ κακὰ ἀπεχθάνεσθαι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπάνω εἶναι ἀμφοῖν, τὰ μὲν πατοῦντα, τὰ δὲ τοῖς δεομένοις παραπέμποντα.

Πλέκει ταῦτα δι' ἀλλήλων ὁ Θεὸς, ἐμοὶ δοκοῦν, ἵνα μήτε τὸ λυποῦν ἀθεράπευτον ᾖ, μήτε τὸ εὐφραῖνον ἀπαιδαγώγητον· καὶ ἵνα τὸ τούτοις ἄστατον καὶ ἀνώμαλον θεωρήσαντες, πρὸς αὐτὸν μόνον βλέπωμεν.

Αἰσχρὸν εὐλογεῖν μὲν ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς χρηστοτέροις, σιωπᾷν δὲ ἐπὶ τοῖς σκυθρωποτέροις καὶ ἐπιπόνοις

πράγμασι.» ἀλλὰ τότε καὶ πλέον εὐχαριστεῖν δεῖ, εἰδότας, ὅτι *ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται.*

Τάφος διαδέξεται τὸ τῆς δόξης τέλος.

Ὥσπερ ἀπειροκάλων τὸ λίαν ἐπαίρεσθαι ταῖς εὐσπλαγχνίαις, οὕτως ἀνάνδρων τὸ καταπτήσσειν ἐν τοῖς πταίσμασιν. Ὀξεῖα γὰρ ἐν ἀμφοτέροις ἡ μεταβολή.

Καθάπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ ἐλεεῖν καὶ οἰκτείρειν τὰ οἰκεῖα ποιήματα. *Ἐλεήμων γὰρ καὶ οἰκτίρμων ὁ Κύριος*, κατὰ τὴν φωνὴν Δαβίδ. Μήτε οὖν ἀπογνῷς, μήτε καταφρονήσῃς.

Πάντων σου τῶν πραγμάτων κατευοδουμένων, ἐκδέχου μεταβολήν. Καὶ πάλιν ὑπὸ ἀπροσδοκήτων συμφορῶν κυκλούμενος, φαντάζου τὰ χρηστὰ, καὶ τὰ κρείττονα.

Οὐ χρὴ δυσφορεῖν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιθυμεῖν ἐπὶ ταῖς πολλαῖς θλίψεσι. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, ἔθλιψά σε καὶ ἐλιμαγχόνησά σε, ἵνα ψωμισθῇς τὸ μάννα τῆς γνώσεως, καὶ ἐπ' ἐσχάτων εὖ σε ποιήσω.

Ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ὁμοιούμενος πελάγει, κυματώσεις καὶ στροφὰς παντοίας προσδέχεται, κατά τε εὐπραγίας καὶ κακοπραγίας. Ἵδρυται γὰρ οὐδὲν τῶν γηγενῶν, ἀλλὰ ὧδε κἀκεῖσε διαφέρεται, οἷα σκάφος θαλαττεῦον ὑπ' ἐναντίων πραγμάτων.

ΤΙΤΛ. ΙΒ'. — *Περὶ εὐθηνίας καὶ εὐπορίας· καὶ ὅτι ἐν ταῖς εὐπορίαις φιλεῖ τὰ ἁμαρτήματα γίνεσθαι.*

« Ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. »

« Φαγὼν καὶ ἐμπλησθεὶς, πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ ἐπιλάθῃ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. »

« Μὴ φαγὼν, καὶ ἐμπλησθεὶς, καὶ οἰκίας καλὰς οἰκοδομήσας, καὶ κατοικήσας ἐν αὐταῖς, καὶ τῶν προβάτων σου, καὶ τῶν βοῶν σου πληθυνθέντων, ἀργυρίου καὶ χρυσίου πληθυνθέντων σοι, μὴ ὑψωθῇς ἐν τῇ καρδίᾳ σου. »

« Φαγὼν καὶ πιὼν πρόσεχε σεαυτῷ, μὴ πλανηθῇ ἡ καρδία σου, μὴ ἀπατηθῇς ἐν χορτασίᾳ κοιλίας. »

« Ἐμεγαλύνθησαν καὶ ἐπλούτησαν· ἐλιπάνθησαν, ἐστεατώθησαν, καὶ παρέβησαν λόγους μου εἰς πονηρόν. »

« Τοῦτο ἀνόμημα Σοδόμων, ὅτι ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ πλησμονῇ ἄρτων, καὶ ἐν εὐθηνίᾳ οἴνου ἐσπατάλων αὕτη καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς, καὶ χειρὸς πτωχοῦ, καὶ πένητος οὐκ ἀντελαμβάνοντο, καὶ ἐποίησαν ἀνόμημα ἐνώπιόν μου. »

« Πρόσεχε μὴ ἀποπλανηθῇς, καὶ ταπεινωθῇς ἐν εὐφροσύνῃ σου. »

Αἱ εὐθηνίαι τοῦ βίου ἀντὶ πειρατηρίων γίνονται τοῖς πολλοῖς.

A lestis conticere. Imo vero tum ampliores quoque gratias agere debemus, illud exploratum habentes, quod *quem Deus amat, hunc castigat, et flagellat omnem filium quem recipit* (*Hebr.* XII, 6).

*S. Chrysost.* — Gloriæ finem tumulus excepturus est.

*Josephi.* — Quemadmodum ineptorum hominum est rebus præclare gestis gloriari, sic et ignavorum est erratis consternari. Velox enim in utrisque mutatio est.

*S. Nili.* — Quemadmodum lucis proprium est splendorem afferre : sic etiam Dei, rebus a se conditis misericordiam impertire. Nam *misericors et miserator est Dominus*, ut David inquit (*Psal.* CX, 4). Quamobrem ita te compara, ut nec desperatione
B frangaris, nec ipsum contemnas.

Cum res omnes tuæ ex sententia succedunt, mutationem exspecta. Ac rursus cum inopinatis calamitatibus undique obsideris, meliora et leniora cogita.

Ob adversos rerum eventus discruciari minime convenit, verum in multis afflictionibus bono animo esse. Ob eam enim causam afflixi te, inquit, et fame oppressi, ut scientiæ manna ederes, ac benigne tandem tibi facerem.

Vitæ hominum maris instar fluctus innumeros, variasque, tum in prosperis, tum in adversis rebus mutationes admittit. Neque enim terrenarum rerum quidquam firmum et stabile est : verum
C huc atque illuc ceu navis ventis validis agitata, fertur.

TIT. XII. — *De abundantia et fertilitate : et quod eo tempore peccata patrari soleant.*

*Deut.* XXXII, 15. — « Comedit Jacob, repletusque est, et recalcitravit dilectus. ».

*Deut.* VI, 12. — « Cum comederis et saturatus fueris, attende tibi, ne obliviscaris Domini Dei tui. »

*Deut.* VIII, 12-14. — « Ne cum comederis, et saturatus fueris, et domos ædificaveris, et habitaveris in eis, cumqué oves tuæ et boves tui multiplicati fuerint, et multiplicatum fuerit tibi aurum et argentum, extollaris in corde tuo. »

D *Prov.* XXIII, 1. — « Cum comederis et biberis, attende tibi ipsi, ne dilatetur cor tuum. Ne seducaris in alimonia ventris. »

507 *Jerem.* V, 28. — « Magnificati sunt, et divites facti sunt impinguati, et adipe obesi ; et prævaricati sunt sermones meos in malum. »

*Ezech.* XVI, 49, 50. — « Hæc est iniquitas Sodomæ, quia in superbia, et saturitate panum, et in abundantia vini luxuriatæ sunt, hæc et filiæ ejus, et manus pauperis et egeni non apprehenderunt, et inique egerunt coram me. »

*Eccli.* XIII, 8. — « Cave ne seducaris, atque humilieris in lætitia tua. »

*S. Basil.* — Vitæ prosperitates tentationum loco plerisque contingunt.

*Didymi contra Manichæos.* — Solent peccata ex A inconditarum turbarum multitudine, et rerum necessariarum abundantia nasci.

TIT. XIII. — *De insidiis, et iis qui proximis insidiantur.*

*Psal.* VII, 15. — « Lacum aperuit, et effodit eum, et incidet in foveam quam fecit. »

*Psal.* IX, 16. — « In laqueo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. »

*Psal.* LVI, 7. — « Foderunt ante faciem meam foveam, et inciderunt in eam. »

*Psal.* CXL, 10. — « Cadent in retiaculo suo peccatores. »

*Prov.* XXVI, 27. — « Qui fodit foveam, incidet in eam ; et qui volvit lapidem, revertetur ad eum. » B

*Prov.* XXIX, 5. — « Homo qui præparat coram amico suo rete, hoc involvit pedibus suis. »

*Eccle.* X, 8. — « Qui fodit foveam, incidet in eam ; et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber : qui aufert lapides, affligetur in eis. »

*Eccli.* XXVII, 29. — « Qui foveam fodit, incidet in eam : et qui statuit laqueum, in illo capietur. Et qui facit mala, in eis devolvetur, et nesciet unde veniant ipsi. »

*S. Nili.* — Quare discipulus ? quare etiam insidiator, magistro suo insidias struens, et Judam illum æmulatur, qui magistri sui proditor exstitit ? »

TIT. XIV. — *De inimicis, et casu ipsorum ; et quod de inimicorum calamitate minime sit gaudendum.* C

*Prov.* XXIV, 17. — « Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas super eum ; neque in lapsu ipsius gloriare : quia videbit Dominus, et non placebit illi, et avertet iram suam ab ipso. Ne læteris super illos qui male agunt. »

*Prov.* XXV, 21. — « Si esurierit inimicus tuus, ciba illum ; si sitierit, pota eum. Hoc enim faciens, carbones ignis colliges super caput illius, et Dominus reddet tibi. »

*Mich.* VII, 8. — « Ne insultes mihi, inimica mea, quia cecidi : resurgam enim. »

*Abd.* I, 12. — « Ne læteris super filios Juda in die perditionis eorum ; et ne magna loquaris in die D angustiæ. »

*Ezech.* XXV, 6, 7. — « Hæc dicit Dominus : Pro eo quod plausisti manibus, et insonuisti pede tuo, et insultasti ex animo tuo super terram Israel : idcirco ego extendam manum meam super te, et tradam te in direptionem gentibus, et interficiam te ex populis, et perdam te perditione. »

**508** *Ibid.* 3-5. — « Hæc dicit Dominus : Pro eo quod gavisi estis super sanctuarium meum, quia pollutum est, et super domum meam, quia profecti sunt in captivitatem : idcirco ego tradam vos filiis Kedem in hæreditatem ; et ponent sarcinas suas in te, et ponent in te tentoria sua. Ipsi comedent fructus tuos, et ipsi bibent pinguedinem

Φιλοῦσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθους ὄχλων, καὶ εὐθηνίας τῶν ἀναγκαίων τίκτεσθαι.

ΤΙΤΛ. ΙΓ'. — *Περὶ ἐπιβουλῆς, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων τοῖς πλησίον.*

« Λάκκον ὤρυξεν, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον. »

« Ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ ποὺς αὐτῶν. »

« Ὤρυξαν πρὸ προσώπου μου βόθρον, καὶ ἐνέπεσαν εἰς αὐτόν. »

« Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοί. »

« Ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίῳ, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. Ὁ δὲ κυλίων λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλιεῖ. »

D *Job* xxxviii, 4; xxxix, 1-6. — « Quis præparavit corvo escam? pulli enim illius ad Dominum clamaverunt, vagantes, cibos quærentes. Si nosti tempus partus capræ silvestris in petra et observasti dolores partus cervarum? Numerasti menses earum plenos partu; dolores autem earum solvisti? Enutristi fetus earum extra timorem. Quis est qui dimisit onagrum liberum; vincula autem ejus quis solvit? posui autem habitaculum ejus desertum, » etc.

*Prov.* ii, 6. *seqq.* — « Vade ad formicam, o piger, et æmulare videns vias ejus, et esto illa sapientior. Hæc enim cum arvum non habeat, nec qui ipsam cogat, neque sub domino sit, æstate parat cibum, et multam in messe facit compara-

tionem. Aut vade ad apem, et vide quoniam operaria est, quamque operationem suam præclaram faciat. Cujus labores reges et privati sanitatis causa assumunt. Desiderabilis vero omnibus est, et gloriosa, tametsi alioqui viribus imbecillis sit.

A ποιεῖται τὴν παράθεσιν. Ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὅτι ἐργάτις ἐστί· τὴν δὲ ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ποιεῖ. Ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται. Ποθεινὴ δέ ἐστι πᾶσι, καὶ ἐπίδοξος, καίπερ οὖσα ἐν ῥώμῃ ἀσθενής. »

*Prov.* XXX, 24 *seqq.* — « Quatuor sunt minima terræ, et ipsa sunt sapientiora sapientibus : formicæ populus infirmus, et præparat in æstate cibum : et chœrogrylli populus invalidus, qui fecerunt in petris domos suas. Regem locusta non habet, et turmatim egreditur ad jussionem unam ; et calabotes manibus nititur, ac facile capitur, et tamen habitat in munitionibus regum. Tria sunt quæ bene gradiuntur, et quartum quod recte ambulat : catulus leonis fortior bestiis, qui non revertetur, neque pavebit belluam ; et gallus qui inter feminas ambulat alacer, ac hædus dux gregis. »

« Τέσσαρά ἐστιν ἐλάχιστα ἐπὶ τῆς γῆς· ταῦτα δέ ἐστι σοφώτερα τῶν σοφῶν· οἱ μύρμηκες, οἷς μή ἐστιν ἰσχὺς, καὶ ἑτοιμάζεται θέρους τὴν τροφήν· καὶ οἱ χοιρόγρυλλοι ἔθνος οὐκ ἰσχυρὸν, οἳ ἐποιήσαντο ἐν πέτραις τοὺς ἑαυτῶν οἴκους. Ἀβασίλευτός ἐστιν ἡ ἀκρὶς, ἐκστρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος· καὶ καλαβώτης χερσὶν ἐρειδόμενος, καὶ εὐάλωτος ὢν, κατοικεῖ ἐν ὀχυρώμασι βασιλέων. Τρία ἐστὶν ἃ εὐόδως πορεύονται, καὶ τὸ τέταρτον ὃ καλῶς διαβαίνει· B σκύμνος λέοντος ἰσχυρότερος κτηνῶν, ὃς οὐκ ἀποστρέψεται, οὐδὲ καταπτήσει κτῆνος, καὶ ἀλεκτρυὼν ἐμπεριπατῶν ἐν θηλείαις εὔψυχος, καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου. »

*S. Basil. homil.* V *in Hexaem.* — Cicuta sturni vescuntur, et ob structuram sui corporis, perniciem eam quæ ex veneno comparatur, effugiunt. Nam quia tenues habent in corde meatus, prius id quod vorarunt, conficiunt, quam frigiditas ad vitalia penetret. Elleborum autem coturnicum alimonia est, ut quæ temperamenti sui proprietate, nihil hinc detrimenti contrahant. Quin hæc quoque ipsa nobis interdum usui sunt.

Τὸ κώνειον οἱ ψᾶρες βόσκονται, διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος τὴν ἐκ τοῦ δηλητηρίου βλάβην ἀποδιδράσκοντες. Λεπτοὺς γὰρ ἔχοντες τοὺς ἐπὶ τὴν καρδίαν πόρους, φθάνουσιν ἐκπέμψασθαι. Ἐλλέβορος δὲ ὀρτύγων ἐστὶ τροφὴ, ἰδιότητι κράσεως τὴν βλάβην ἀποφευγόντων. Ἔστι δὲ αὐτὰ ταῦτα ἐν καιρῷ ποτε καὶ ἡμῖν χρήσιμα.

*Homil.* 7. — Vipera, reptilium omnium atrocissimum, ad murænæ marinæ connubium occurrit, atque sibilo quodam præsentiam suam significans, ab imis eam gurgitibus ad venereum complexum vocat. Illa autem morem gerit, et cum venenosa animante copulatur.

Ἔχιδνα τὸ χαλεπώτατον τῶν ἑρπετῶν πρὸς γάμον ἀπαντᾷ τῆς θαλασσίας μυραίνης, καὶ συριγμῷ τὴν C παρουσίαν σημήνασα, ἐκκαλεῖται αὐτὴν ἐκ τῶν βυθῶν πρὸς γαμικὴν συμπλοκήν. Ἡ δὲ ὑπακούει, καὶ ἑνοῦται τῷ ἰοβόλῳ.

*Ibid.* — Sunt etiam nonnulli pisces qui peregrinantur, **526** et velut communi quodam decreto in exteras regiones missi, ex uno condicto cuncti simul proficiscuntur. Cum enim certum et constitutum pariendi tempus appetierit, alii ex aliis sinibus emigrantes, communi scilicet lege excitati, ad Boreum mare contendunt. Ac quo tempore ascendunt, pisces videas torrentis instar unitos conglobatosque a Propontide ad Euxinum mare confluere. Quis porro eos impellit? quod imperatoris mandatum? quænam edicta in foro expansa præstitutum tempus significant? quinam ipsis sunt duces itineris? Videsne quemadmodum divina constitutio omnia impleat, et vel usque ad minima quæque pertineat? Piscis legi Dei non reluctatur; et nos homines salutaribus decretis obtemperare non sustinemus. Ne hoc nomine pisces contemnas, quia rationis et vocis usu carent : verum metue ne his quoque a ratione alienior exsistas, qui Creatoris jussionibus adversaris. Audi pisces, non voces tantummodo, sed gestis declarantes, conservandi generis causa longam hanc peregrinationem a se suscipi. Propria quidem vox ipsis deest; at naturæ legem firmiter infixam habent, quæ præscribat *quid agendum sit.* Eamus, inquiunt, ad Boreum

Τινὲς ἀποδημητικοὶ τῶν ἰχθύων, ὥσπερ ἀπὸ κοινοῦ βουλευτηρίου πρὸς τὴν ὑπερορίαν στελλόμενοι, ὑφ' ἑνὶ συνθήματι πάντες ἀπαίρουσιν. Ἐπειδὰν ὁ τεταγμένος καιρὸς τῆς κυήσεως καταλάβοι, ἄλλοι αἰγιαλῶν κόλπων μεταστάντες, τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ διεγερθέντες ἐπὶ τὴν βορεινὴν ἐπείγονται θάλασσαν. Καὶ ἴδοις ἂν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀνόδου, ὥσπερ τι ῥεῦμα, τοὺς ἰχθύας ἡνωμένους, καὶ ἐκ τῆς Προποντίδος ἐπὶ τὸν Εὔξεινον ῥέοντας. Τίς ὁ κινῶν; ποῖον πρόσταγμα βασιλέως; ποῖα διατάγματα κατ' ἀγορὰν D ἡπλωμένα δηλοῖ; οἱ ξεναγοῦντες τίνες; ὁρᾷς τὴν θείαν διάταξιν πάντα πληροῦσαν, καὶ διὰ τῶν σμικροτάτων διήκουσαν; ἰχθὺς οὐκ ἀντιλέγει νόμῳ Θεοῦ, καὶ ἄνθρωποι σωτηρίων δογμάτων οὐκ ἀνεχόμεθα; μὴ καταφρόνει τῶν ἰχθύων, ἐπειδὴ ἄλογα καὶ ἄφωνα παντελῶς· ἀλλὰ φοβοῦ, μὴ καὶ τούτων ἀλογώτερος ᾖς, τῇ διατάξει τοῦ Κτίσαντος ἀντιστάμενος. Ἄκουε τῶν ἰχθύων, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντων, δι' ὧν ποιοῦσιν, ὅτι εἰς διαμονὴν τοῦ γένους, τὴν μακρὰν ταύτην ἀποδημίαν στελλόμεθα. Οὐκ ἔχουσιν ἴδιον λόγον, ἀλλ' ἔχουσι τὸν τῆς φύσεως νόμον ἰσχυρῶς ἐνιδρυμένον, καὶ τὸ πρακτέον ὑποδεικνύντα. Βαδίσωμεν, φησὶν, ἐπὶ τὸ βορεινὸν πέλαγος. Γλυκύτερον γὰρ τῆς λοιπῆς θαλάσσης ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, διότι ἐπ' ὀλίγων αὐτῇ προσδιατρίβων ὁ ἥλιος, οὐκ ἐξάγει αὐ-

τῆς ὅλον διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ πότιμον. Χαίρει δὲ τοῖς γλυκέσι καὶ τὰ θαλάσσια· ὅθεν καὶ ἐπὶ ποταμοὺς ἀνανήχεται πολλάκις, καὶ πόῤῥωθεν θαλάσσης φέρεται. Ἐκ τούτου προτιμώτερος αὐτοῖς ὁ Πόντος τῶν λοιπῶν ἐστι κόλπος, ὡς ἐπιτήδειος ἐναποκυῆσαι καὶ ἐκθρέψαι τὰ ἔγγονα. Ἐπειδὰν δὲ τὰ σπουδαζόμενα ἀρκούντως ἐκπληρωθῇ, πάλιν πανδημεὶ πάντες ὑποστρέφουσιν οἴκαδε.

A pelagus. Dulcior quippe aqua ista est reliquo mari : quia nimirum sol haud diuturnam illic moram trahens, per radios suos non id omne quod dulce est, educit. Atqui ea quoque animantia quæ in mari degunt, dulcibus aquis gaudent; unde etiam ad fluvios frequenter enatant, et procul a mari feruntur. Quo fit ut Ponticum sinum reliquis omnibus anteponant, ut qui tum ad procreandos, tum ad alendos fetus aptus sit. Ubi vero eo munere cujus studio tenebantur perfuncti sunt, confertim omnes domum revertuntur.

Ἤκουσα, ὅτι θαλάσσιος ἐχῖνος, τὸ μικρὸν παντελῶς καὶ εὐκαταφρόνητον ζῶον, διδάσκαλος πολλάκις γαλήνης καὶ κλύδωνος τοῖς πλέουσι γίνεται. Ὃς ὅταν προΐδῃ ταραχὴν ἀνέμου, ψηφῖδα τινὰ ὑπελθὼν γενναίαν, ἐπ' αὐτῇ ὥσπερ ἐπ' ἀγκύρας βεβαίως σαλεύει, κατεχόμενος τῷ βάρει πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως τοῖς κύμασιν ἀποσύρεσθαι. Τοῦτο ὅταν ἴδωσιν οἱ ναυτικοὶ τὸ σημεῖον, ἴσασι τὴν προσδοκωμένην βιαίαν κίνησιν τῶν ἀνέμων.

*Ibid.* — Hoc audivi, marinum echinum, exiguum illud prorsus et abjectum animal, tranquillitatis et tempestatis magistrum sese navigantibus sæpe præbere. Nam cum ventorum perturbationem pro- B spicit, gravem et eximium calculum subit, in quo non secus ac in anchora sine discrimine ullo agitatur : quippe qui lapilli mole retinetur, quominus facile a fluctibus abstrahatur. Quod signum ubi nautæ perspexere, hinc exploratum habent ingentem ventorum commotionem impendere.

Ὁ καρκῖνος τῆς σαρκὸς ἐπιθυμεῖ τοῦ ὀστρέου, ἀλλὰ δυσάλωτος ἡ ἄγρα αὐτῷ διὰ τὴν περιβολὴν τοῦ ὀστράκου γίνεται. Ἀῤῥαγεῖ γὰρ ἕρκει τὸ ἁπαλὸν τῆς σαρκὸς ἡ φύσις κατησφαλίσατο. Διὸ καὶ ὀστρακόδερμον προσηγόρευται. Καὶ ἐπειδὴ δύο κοιλότητες ἀκριβῶς ἀλλήλαις προσηρμοσμέναι τῷ ὀστρέῳ περιπτύσσονται, ἀναγκαίως ἄπρακτοί εἰσιν αἱ χηλαὶ τοῦ καρκίνου. Τί οὖν ποιεῖ; ὅταν ἴδῃ ἐν ἀπηνέμοις χωρίοις μεθ' ἡδονῆς διαθαλπόμενον, καὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου τὰς πτύχας ἑαυτοῦ διαπλώσαντα, τότε λάθρα ψηφῖδα παρεμβαλὼν ὁ καρκῖνος, διακωλύει τὴν σύμπτυξιν, καὶ εὑρίσκεται τὸ ἐλλεῖπον τῆς δυνάμεως διὰ τῆς ἐπινοίας περιγινόμενον. Αὕτη ἡ κακία τῶν μήτε λόγου, μήτε φωνῆς μετεχόντων.

*Ibid.* — Cancer ostrei carnem appetit. Verum captu difficilis hæc præda est propter testæ integumentum. Natura siquidem carnis mollitiem firmo propugnaculo communivit. Unde hoc quoque ὀστρακόδερμον appellatur. Ac quoniam duæ cavitates ad amussim invicem coaptatæ ostreum complectuntur, hinc necessario fit ut denticulatæ cancri forcipes nihil omnino conficere possint. Quid ergo facit? Cum ostreum in iis locis quæ a ventis C remota sunt, amœnissime se fovere, atque ad solis radios concavitates suas explicare perspicit, tum furtim injecto calculo prohibet ne rursus eas complicet, atque ita id quod viribus deerat, artificio atque industria suppletur. Hæc est malitia eorum quæ nec vocem nec rationem habent.

Οὐκ ἂν παρέλθοι μοι τὸ τοῦ πολύποδος δολερὸν καὶ ἐπίπλοκον, ὃ ὁποίᾳ ποτὲ ἂν πέτρᾳ περιπλακῇ, τὴν ἐκείνης ὑπέχεται χρόαν, ὥστε τοὺς πολλοὺς τῶν ἰχθύων ἀπροόπτως νηχομένους τῷ πολύποδι περιπίπτειν, τῇ πέτρᾳ δῆθεν, καὶ ἕτερον γενέσθαι θήραμα τῷ πανούργῳ.

*Ejusd.* — Nec vero astum versutiamque polypi silentio prætericro, qui ad quodcunque saxum adhæserit, illius colorem subit. Ex quo efficitur ut multi **527** pisces improviso natantes, in eum tanquam in saxum incidant, veteratorique illi protinus in prædam cedant.

Γαῦρον ὁ ἀλεκτρυὼν, φιλόκαλον ὁ ταὼς, λάγνοι περιστεραὶ, καὶ αἱ κατοικίδιοι ὄρνεις ἐπὶ παντὸς καιροῦ τὸ συνουσιακὸν ἔχουσαι· δολερὸν ὁ πέρδιξ καὶ ζηλότυπον, κακούργως συμπράττων τοῖς θηρευταῖς πρὸς τὴν ἄγραν.

*Ejusd. homil.* 8. — Superbe gallus graditur gallinaceus, decoris est studiosus pavo, salaces columbæ ac domesticæ volucres, ut quæ omni tem- D pore proclives in venerem sint; callida et zelotypa perdix, quæ subdole venatoribus operam ad prædam navet.

Τῶν μελισσῶν κοινὴ μὲν ἡ οἴκησις, ἐργασία δὲ πάντων μία· καὶ τὸ μέγιστον ὅτι ὑπὸ βασιλεῖ καὶ ἐξάρχῳ τινὶ τῶν ἔργων ἅπτονται, οὐ πρότερον καταδεχόμενοι ἐπὶ τοὺς λειμῶνας ἐλθεῖν, πρὶν ἂν ἴδωσιν κατάρξαντα τὸν βασιλέα τῆς πτήσεως. Καὶ ἔστιν αὐταῖς οὐ χειροτόνητος ὁ βασιλεύς· πολλάκις γὰρ καὶ ἀκρασία [a] δήμου τὸν χείριστον εἰς ἀρχὴν προεστήσατο· οὐδὲ κληρωτὴν ἔχων τὴν ἐξουσίαν· ἄλογοι γὰρ αἱ συντυχίαι τῶν κλήρων, ἐπὶ τὸν πάν-

Commune apibus domicilium est, communis omnium labor; quodque omnium maximum est, sub uno rege et principe operas capessunt. Neque enim prius ad prata se conferre sustinent, quam regem avolasse viderint. Nec vero apud eas suffragiis rex creatur (frequenter enim populi vecordia factum est ut qui pessimus esset ad imperium asciscceretur), nec rursus sortito imperium obtinet (a ratione quippe aliena sunt quæ sorte con-

VARIÆ LECTIONES.

[a] Edit. Basilii, ἀκρισία.

tingunt, ut quæ non raro ei qui omnium postremus est, imperium tradat), nec denique paterna successione et hæreditate regiis insidet (nam hi quoque ob luxum et assentationem ut plurimum stolidi omnisque virtutis ignari exsistunt), sed a natura primatum habet. Quamvis enim rex aculeum habeat, eo tamen ad vindictam minime utitur. Audiant Christiani, quibus interdicitur ne malum pro malo reddant, sed vincant in bono malum (*Rom.* XII, 21). Imitamini id quod apis peculiare est, nimirum quod citra regis imperium nihil quidquam detrimenti præstet, nec alienos fructus labefactando favos condat. Quin nec ad omnes flores promiscue accedit, et ad quos accesserit, ubi quantum ad opus aptum sit, sumpserit, id quod residuum est valere jubet. Ac ceram quidem e floribus palam colligit: mel autem, hoc est humorem eum qui roris instar floribus inspersus est, attractum ore cellularum concavitatibus immittit. Ac proinde humidum quoque primum est; post autem, ubi temporis progressu coctum est, ad nativam concretionem ac dulcedinem suam redit. Ea porro arte et studio mellis promptuaria elaborat, ut frequentes atque invicem cohærentes cavitates exstruat, quo densitas illa mutuæ rerum minimarum colligationis opus universum sustentet et fulciat. Uniuscujusque enim cellula utrinque cohæret, tenui ab alia septo dirempta et copulata. Quin et distegæ tristegæque fistulæ sunt, atque aliæ supra alias ædificatæ. Caverunt enim ne perforatam utrinque cavitatem facerent, ne humor gravitate sua foras dilaberetur. Inspice quo pacto geometriæ inventiones velut obiter sapientissima apis exsequatur. Sexangulæ enim et æquilateræ sunt omnes favorum fistulæ, nec in rectum aliæ aliis incumbunt, ne imæ partes laborent, inanibus coaptatæ; verum sexangulorum inferiorum anguli fundamenti et columinis loco sunt, quo tuto quæ supra sunt pondera sustollant, et privatim in unaquaque cavitate humor contineatur.

*Ejusd.* — Quinam vero fiat ut grues noctis vigilias vicissim suscipiant; utque, dum cæteræ dormiunt, una in orbem circumiens, summam iis quæ quietem captant, securitatem præbeat? Hæc porro
**528** posteaquam excubiarum munere perfuncta est, edito clamore ad somnum se convertit; altera autem ei succedens, eamdem qua modo fruebatur securitatem ipsi rependit. Quin hanc quoque in earum volatu disciplinam perspicies. Alias etenim alia ducendi agminis provinciam suscipit, cumque certo temporis spatio ante cæteras volaverit, tum retro se referens, ei quæ se sequitur ducendi munus contradit.

*Ibid.* — Quod vero ad ciconias attinet, non admodum ad animantium ratione præditorum

A των ἔσχατον πολλάκις τὸ κράτος ἀκρισίᾳ φέρουσαι· οὐδὲ ἐκ πατρικῆς διαδοχῆς τοῖς βασιλείοις ἐγκαθεζόμενος· καὶ γὰρ οὗτοι ἀπαίδευτοι καὶ ἀμαθεῖς πάσης ἀρετῆς διὰ τρυφὴν καὶ κολακείαν ὡς τὰ πολλὰ γίνονται· ἀλλ' ἐκ φύσεως ἔχων τὸ κατὰ πάντων πρωτεῖον. Ἔστι μὲν γὰρ τῷ βασιλεῖ κέντρον, ἀλλ' οὐ κέχρηται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. Ἀκουέτωσαν οἱ Χριστιανοὶ, οἷς πρόσταγμά ἐστι, κακὸν ἀντὶ κακοῦ μηδενὶ ἀποδιδόναι, ἀλλὰ νικᾷν ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. Μιμήσασθε τῆς μελίσσης τὸ ἰδιότροπον· ὅτι τοῦ βασιλέως δίχα οὐδὲν λυμαινομένη, οὐδὲ καρπὸν ἀλλότριον διαφθείρουσα, τὰ κηρία συμπήγνυσιν. Αὗται δὲ οὔτε ἅπασι τοῖς ἄνθεσιν παραπλησίως ἐπέρχονται, καὶ οἷς ἂν [b] ἐπιτήδειον πρὸς τὴν ἐργασίαν λαβοῦσαι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἀφῆκαν. Τὸν μὲν κηρὸν ἀπὸ τῶν ἀν-
B θῶν φανερῶς συναγείρει, τὸ δὲ μέλι τὴν δροσοειδῶς ἐσπαρμένην νοτίδα τοῖς ἄνθεσιν ἐπισπασαμένη τῷ στόματι, ταύτην ταῖς κοιλότησι τῶν κηρίων ἐνίησιν. Ὅθεν καὶ ὑγρὸν παρὰ τὴν πρώτην ἐστίν· εἶτα τῷ χρόνῳ συμπεφθὲν, πρὸς τὴν οἰκείαν σύστασιν καὶ ἡδονὴν ἐπανέρχεται. Οὕτω δὲ σοφῶς φιλοτεχνοῦσα τὰς ἀποθήκας τοῦ μέλιτος, εἰς λεπτὸν ὑμένα τὸν κηρὸν διατείνασα, πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ἀλλήλαις συνοικοδομεῖ τὰς κοιλότητας, ὡς τὸ πυκνὸν τῆς τῶν μικροτάτων πρὸς ἄλληλα δέσεως ἔρεισμα γενέσθαι τῷ παντί. Ἑκάστη γὰρ φρεάτια [c], τῆς ἑκατέρας ἔχεται· λεπτῷ γὰρ πρὸς αὐτῆς διισταμένη τε ὁμοῦ καὶ συναπτομένη τῷ διαφράγματι. Ἔπειτα διόροφοι καὶ τριόροφοι σύριγγες αὗται ἀλλήλαις ἐπῳκοδό-
C μηνται. Ἐφυλάξαντο γὰρ μίαν ποιῆσαι διαμπερὲς τὴν κοιλότητα, ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν πρὸς τὰ ἐκτὸς διαπίπτῃ. Κατάμαθε πῶς τὰ τῆς γεωμετρίας εὑρέματα πάρεργά ἐστι τῆς σοφωτάτης μελίσσης. Ἑξάγωνοι γὰρ πᾶσαι καὶ ἰσόπλευροι τῶν κηρίων αἱ σύριγγες, οὐκ ἐπ' εὐθείας ἀλλήλων κατεπικείμεναι, ἵνα μὴ κάμωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφηρμοσμένοι, ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἑξάγωνοι, βάθρον καὶ ἔρεισμα ταῖς τῶν ὑπερκειμένων ἐστὶν, ὡς ἀσφαλῶς ὑπὲρ αὐτῶν μετεωρίζειν τὰ βάρη, καὶ ἰδιαζόντως ἑκάστῃ κοιλότητι τὸ ὑγρὸν ἐγκατέχεσθαι.

Πῶς μὲν αἱ γέρανοι τὰς ἐν τῇ νυκτὶ προφυλακὰς ἐκ περιστροφῆς ὑποδέχονται; καὶ αἱ μὲν καθεύδουσιν, ἡ δὲ κύκλῳ περιιοῦσα, πᾶσαν αὐταῖς ἐν τῷ ὕπνῳ
D παρέχεται τὴν ἀσφάλειαν; εἶτα τοῦ καιροῦ τῆς φυλακῆς πληρουμένου, ἡ μὲν βοήσασα πρὸς ὕπνον τρέπεται, ἡ δὲ τὴν διαδοχὴν δεξαμένη, ἧς ἔτυχεν ἀσφαλείας, ἀντέδωκεν. Ταύτην καὶ ἐν τῇ πτήσει τὴν εὐταξίαν κατόψει. Ἄλλοτε γὰρ ἄλλη τὴν ὁδηγίαν διαδέχεται, καὶ τακτόν τινα χρόνον προκαθηγησαμένη τῆς πτήσεως, εἰς τὸ κατόπιν περιελθοῦσα, τῇ μετ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν τῆς ὁδοῦ παραδίδωσι.

Τὸ δὲ τῶν πελαργῶν οὐδὲν πόῤῥω ἐστὶ συνέσεως λογικῆς· οὕτω μὲν οὖν κατὰ ἕνα καιρὸν πάντας ἐπι-

VARIÆ LECTIONES.

[b] Lego, καὶ ὃ ἂν ᾖ. Deest hæc periodus in editis. [c] Edit. φρεατίς. Al. φρεατεία.

δημεῖν τοῖς τῇδε χωρίοις, οὕτω δὲ ὑφ' ἑνὶ συνθή- A ματι πάντας ὑπαίρειν. Δορυφοροῦσι δὲ αὐτοὺς αἱ παρ' ἡμῖν κορῶναι, καὶ παραπέμπουσιν, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ συμμαχίαν τινὰ ποιούμεναι πρὸς ὄρνιθας πολεμίους. Σημεῖον δὲ πρῶτον μὲν τὸ μὴ φαίνεσθαι ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον κορώνην παντάπασιν· ἔπειτα δὲ ὅτι μετὰ τραυμάτων ἐπανερχόμεναι, ἐναργῆ τοῦ συνασπισμοῦ καὶ τῆς συμμαχίας τὰ σημεῖα κομίζουσι. Τίς παρ' αὐταῖς τοὺς τῆς φιλοξενίας διώρισε νόμους; Τίς αὐταῖς ἠπείλησεν λιποταξίου στρατοῦ γραφὴν, ὡς μηδεμίαν ἀπολείπεσθαι τῆς προπομπῆς; Ἀκουέτωσαν οἱ κακόξενοι, οἱ τὰς θύρας κλείοντες, καὶ μηδὲ στέγης ἐν χειμῶνι καὶ νυκτὶ τοῖς ἐπιδημοῦσι μεταδιδόντες. Ἡ δὲ περὶ τοὺς γηράσαντας τῶν πελαργῶν πρόνοια ἐξαρκεῖ τοὺς παῖδας ἡμῶν, εἰ προσέχειν βούλοιντο, φιλοπάτορας καταστῆσαι. Πάντως γὰρ οὐδεὶς οὕτως B ἐλλείπων κατὰ τὴν φρόνησιν, ὡς μὴ αἰσχύνης ἄξιον κρίνειν τῶν ἀλογωτάτων ὀρνίθων ὑστερίζειν κατ' ἀρετήν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸν πατέρα ὑπὸ γήρως πτερορρυήσαντα ἐν κύκλῳ τοῖς οἰκείοις πτεροῖς περιθάλπουσιν, καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες, τὴν δυνατὴν καὶ ἐν τῇ πτήσει παρασκευάζουσι βοήθειαν, ἠρέμα τῷ πτερῷ κουφίζοντες ἑκατέρωθεν. Καὶ οὕτω τοῦτο παρὰ πᾶσι διαβεβόηται, ὥστε ἤδη τινὰς τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντιπόδοσιν ἀντιπελάργωσιν ὀνομάζειν.

sapientia remotum hoc genus volucrum est. Omnes itaque uno eodemque tempore ad has regiones commeant, ac rursus inde omnes velut uno dato signo et condicto recedunt. Stipant porro eas et prosequendo deducunt nostræ cornices, belli societate quadam, ut reor, adversus inimicas aves facta. Argumento illud sit, primum quod nulla omnino eo tempore cornix cernatur; deinde quod cum vulneribus redeuntes, perspicua propugnationis et commilitii signa referant. Ecquis vero apud eas hospitalitatis præscripsit leges? Ecquis desertæ militiæ delationem comminatus est, ut ne qua ab hoc comitatu absit? Audiant hæc qui ab hospitalitatis studio abhorreant, qui fores suas claudunt, ac ne tectum quidem in hieme noctuque peregrinis impertiuntur. At vero ciconiarum erga illas quæ consenuerunt studium et cura sufficit, ad filios, si adjicere animum velint, ad parentum amorem excitandos. Omnino enim nemo tam exigua præditus prudentia est, qui non turpe esse censeat a stolidissimis avibus virtute superari. Enimvero patrem illæ præ senecta implumem in orbem circumstantes, pennis suis confovent, et copiosa ipsi alimenta subministrantes, in volatu quoque, quam possunt, opem ferunt, sensimque ac leviter eum pennis suis utrinque sublevant. Atque hoc ita hominum sermonibus celebratum est, ut etiam nonnulli acceptorum beneficiorum retaliationem ἀντιπελάργωσιν appellitent.

Μηδεὶς πενίαν ὀδυρέσθω, μηδὲ ἀπογινωσκέτω C ἑαυτοῦ τὴν ζωὴν, ὁ μηδεμίαν οἴκοι περιουσίαν καταλιπὼν, πρὸς τὸ τῆς χελιδόνος εὐμήχανον ἀποβλέπων. Ἐκείνη γὰρ τὴν καλιὰν πηγνυμένη, τὰ μὲν κάρφη τῷ στόματι διακομίζει, πηλὸν δὲ τοῖς ποσὶν ἄραι μὴ δυναμένη, τὰ ἄκρα τῶν ποδῶν ὕδατι καταβρέξασα, εἶτα τῇ λεπτοτάτῃ κόνει ἐνειληθεῖσα, οὕτως ἐπινοεῖ τοῦ πηλοῦ τὴν χρείαν, καὶ κατὰ μικρὸν ἀλλήλοις τὰ κάρφη οἷον κόλλῃ τινὶ τῷ πηλῷ συνδήσασα, ἐν αὐτῇ τοὺς νεοσσοὺς ἐκτρέφει. Ὧν ἐάν τις ἐκκεντήσῃ τὰ ὄμματα, ἔχει τινὰ παρὰ τῆς φύσεως ἰατρείαν, δι' ἧς πρὸς ὑγείαν ἐπαναγάγῃ τῶν ἐγγόνων τὰς ὄψεις. Ταῦτά σε νουθετείτω μὴ διὰ πενίαν πρὸς κακουργίαν τρέπεσθαι, μηδὲ ἐν τοῖς χαλεπωτάτοις πάθεσιν πᾶσαν ἐλπίδα ἀποῤῥίψαντα D ἄπρακτον κεῖσθαι καὶ ἀνενέργητον, ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν καταφυγεῖν, ὃς εἰ χελιδόνι τοιαῦτα χαρίζεται, πόσῳ μεῖζον ἀποδώσει τοῖς ἐξ ὅλης καρδίας ἐπιβοωμένοις αὐτόν;

*Ibid.* — Nemo paupertatem suam idcirco lamentetur, animumque despondeat, quod nullas domi relictas opes habeat; verum hirundinis solertiam ob oculos proponat sibi. Nam ipsa dum nidum fingit, festucam quidem ore gestat, cum autem lutum pedibus ferre nequeat, summos pedes aqua tingit, tum deinde in tenuissimo pulvere volutata, luti usuram sic comminiscitur, ut festucis luto, non secus ac bitumine quodam, paulatim inter se compactis, suos illic pullos alat. Quorum si quis oculos punxerit, a natura medicinam habet, per quam lumina pullorum integritati restituat. Hæc te admoneant, ne paupertatis causa ad perpetrandum scelus te conferas, nec in atrocissimis calamitatibus omni spe abjecta, segnis et torpidus jaceas, verum ad Deum confugias, qui si talia tantaque impertiit hirundini, quanto majora illis daturus est, qui ex toto corde ipsum implorant?

Ἀλκυὼν ἐπιθαλάττιον ὄρνεον· αὕτη παρ' αὐτοὺς νοσσεύειν τοὺς αἰγιαλοὺς πέφυκεν, ἐπ' αὐτῆς τὰ ᾠὰ τῆς ψάμμου καταθεμένη, καὶ νοσσεύει κατὰ μέσον που τοῦ χειμῶνος, ὅτε πολλοῖς καὶ βιαίοις ἀνέμοις ἡ θάλασσα τῇ γῇ προσ[α]ράσσεται· ἀλλ' ὅμως κοιμίζονται πάντες ἄνεμοι, ἡσυχάζει δὲ πᾶν κῦμα θαλάσσιον, ὅταν ἀλκυὼν ἐπωάζει τὰς ἑπτὰ ἡμέρας. Ἐν τοσαύταις γὰρ μόναις ἐκλέπει τοὺς νεοττούς. Ἐπειδὴ καὶ τροφῆς αὐτῇ χρεία, ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας πρὸς τὴν τῶν νεοττῶν αὔξησιν ὁ μεγαλόδωρος Θεὸς τῷ μικροτάτῳ ζώῳ παρέσχετο. Ὥστε καὶ ναυτικοὶ πάντες ἴσασι τοῦτο, καὶ ἀλκυονίδας τὰς ἑπτὰ ἡμέ-

*Ejusd.* — Alcyon marina est avis, quæ in ipsa ripa nidulari, atque in ipsa arena ova sua reponere consuevit. Ac quidem media fere hieme parit, hoc est, cum multis et gravibus ventis mare terræ alliditur. Et tamen venti omnes sedantur, atque omnes **529** maris fluctus conquiescunt, dum per septem dies alcyon ovis incubat. Tot enim duntaxat diebus pullos excludit. Quoniam autem cibo quoque opus habet, alios rursum septem dies perexiguo huic animali munificus Deus tribuit. Itaque nautæ etiam omnes id exploratum habent, ac septem hos dies Alcyonidas nuncupant. Hæc

monendi tui causa sancita sunt, ut ex Dei erga animantia quæ ratione carent providentia, ea quæ salutaria tibi sint postules. Quid enim inauditum fingi possit, quod non tua causa effici queat, qui ad imaginem Dei conditus es; cum pro tam exigua avicula magnum illud atque horrendum mare coerceatur, ipsique media in hieme tranquillitas imperetur?

*Ibid.* — Turturem aiunt conjuge orbatam suo, ultra cum altero sociari non sustinere, verum coitus omnis deinceps expertem manere, veteris nimirum conjugis recordatione congressum repudiantem. Audiant mulieres quomodo viduitatis decus, etiam apud ea quæ ratione carent, præstantius habeatur, quam multorum conjugiorum non satis honesta contractio. Iniquissima circa sobolis educationem est aquila. Nam cum duos pullos excluserit, alterum eorum pennarum ictibus expulsum terræ illidit, alterum vero solum suscipiens complectitur, et charum habet, eo interim quem genuit, ob educationis molestiam abdicato. Huno vero ossifraga perire non sinit; quin et susceptum una cum suis pullis nutrit. Tales sunt parentes illi qui paupertatis prætextu filios exponunt. Noli avium aduncis unguibus armatorum crudelitatem imitari, quæ simul atque pullos suos jam volatum aggredi viderint, e nido protinus ejiciunt, pennis eos ferientes et submoventes, nec ullam posthac eorum curam gerunt. At contra cornicis erga pullos amor laudem meretur, quæ jam etiam volantes assectatur, diuque eis cibos et alimenta porrigit.

*Ibid.* — Quonam modo domestica te avis ad opera excitat, acuta scilicet voce inclamans? Anserum genus vigilantissimum est, atque ad occultarum rerum sensum acutissimum. Hæ nimirum principem etiam urbem servaverunt, hostes quosdam prodendo, qui per subterraneos cuniculos Romæ arcem jamjam occupaturi erant. Quodnam tandem genus avium est in quo non peculiare miraculum aliquod natura ostendat? Quis vulturibus mortem hominum prænuntiat, cum alii adversus alios præliantur? Videas enim sexcentos vulturum greges castra comitantes, quæ ex armorum apparatu futura conjectentur. Jam quo pacto horrendas locustarum expeditiones commemorem? quæ velut signo dato cunctæ elatæ, inque regionis planitiem castrametantes, fructus ante non attingunt quam id sibi per divinum imperium liceat.

*Ibid.* — Quonam modo cicadæ cantum edunt?

*Ibid.* — Si diligenter inspexeris quemadmodum cycnus collo in profundum depresso cibum sibi ex imo attollat, tum demum Creatoris sapientiam comperies: nimirum quod hac de causa collum ipsi pedibus prolixius imposuerit, ut piscatoria veluti linea quadam demissa, cibum in profundo abstrusum sibi comparet.

**530** *Ejusd. Homil.* 9. — Variis proprietatibus *singula animalia* prædita sunt. Bos quidem firmus

A ρας ἐκείνας προσαγορεύουσι. Ταῦτά σοι εἰς προπομπὴν τοῦ αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τὸ πρὸς σωτηρίαν, διὰ τῆς περὶ τὰ ἄλογα τοῦ Θεοῦ προνοίας νενομοθέτηται. Τί οὐκ ἂν γένοιτο τῶν παραδόξων ἕνεκεν σοῦ, ὃς κατ' εἰκόνα γέγονας Θεοῦ; ὅπου γε ὑπὲρ ὄρνιθος οὕτω μικρᾶς ἡ μεγάλη καὶ φοβερὰ κατέχεται θάλασσα, ἐν μέσῳ χειμῶνι γαλήνην ἐπιταχθεῖσα;

Τὴν τρυγόνα φασὶν διαζευχθεῖσάν ποτε τοῦ ὁμοζύγου, μηκέτι τὴν πρὸς ἕτερον δέχεσθαι κοινωνίαν, ἀλλὰ μένειν ἀσυνδύαστον, μνήμῃ τοῦ ποτε συζευχθέντος τὴν πρὸς ἕταιρον κοινωνίαν ἀπαρνουμένην. Ἀκουέτωσαν αἱ γυναῖκες, ὅπως τὸ σεμνὸν τῆς χηρείας καὶ παρὰ τοῖς ἀλόγοις τοῦ ἐν ταῖς πολυγαμίαις ἀπρεποῦς προτιμότερον. Ἀδικώτατος περὶ τὴν τῶν B ἐγγόνων ἐκτροφὴν ὁ ἀετός. Δύο γὰρ ἐξαγαγὼν νεοσσούς, τὸν ἕτερον αὐτῶν εἰς γῆν καταῤῥήγνυσιν, ταῖς πληγαῖς τῶν πτερύγων ἀπωθούμενος· τὸν δὲ ἕτερον μόνον ἀναλαβὼν οἰκειοῦται, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἐπίπονον ἀποποιούμενος ὃν ἐγέννησεν. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τοῦτον διαφθαρῆναι ἡ φήνη, ἀλλ' ὑπολαβοῦσα αὐτόν, τοῖς οἰκείοις ἑαυτῆς νεοττοῖς συνεκτρέφει. Τοιοῦτοι τῶν γονέων οἱ ἐπὶ προφάσει πενίας ἐκτιθέμενοι τὰ νήπια. Μὴ μιμήσῃ τῶν γαμψωνύχων ὀρνίθων τὸ ἀπηνές, οἳ ἐπειδὰν εἴδωσι τοὺς ἑαυτῶν νεοττοὺς κατατολμῶντας λοιπὸν τῆς πτήσεως, ἐκβάλλουσι τῆς καλιᾶς, τύπτοντες τοῖς πτεροῖς, καὶ ὠθοῦντες, καὶ οὐδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται πρὸς τὸ λοιπόν. Ἐπαινετὸν τῆς κορώνης τὸ φιλότεκνον, ἣ καὶ πετομένων C ἤδη παρέπεται, σιτίζουσα αὐτοὺς καὶ ἐκτρέφουσα μέχρι πλείστου.

Πῶς ἐπ' ἔργα σε διεγείρει ὁ σύνοικος ὄρνις, ὀξείᾳ τῇ φωνῇ ἐκβοῶν, καταμηνύων πόῤῥωθεν; ὡς ἄγρυπνον τὸ τῶν χηνῶν γένος, καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν ὀξύτατον· οἵ γέ ποτε καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ὑπὸ γῆς δι' ὑπονόμων ἀφανῶν ἤδη μέλλοντας τὴν ἄκραν τῆς Ῥώμης καταλαμβάνειν καταμηνύσαντες. Ἐν ποίῳ γένει τῶν ὀρνίθων οὐκ ἴδιόν τι θαῦμα ἡ φύσις δείκνυσι; Τίς ὁ τοῖς γυψὶ παραγγέλλων τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν ἐπ' ἀλλήλων ἐπιστρατεύσωσιν; Ἴδοις γὰρ ἂν μυρίας ἀγέλας γυπῶν τοῖς στρατοπέδοις παρεπομένας, ἐκ τῆς τῶν ὅπλων παρασκευῆς D τεκμαιρομένων τὴν ἔκβασιν. Πῶς σοι τὰς φοβερὰς τῆς ἀκρίδος διηγήσομαι; ὑφ' ἑνὶ συνθήματι πᾶσα ἀρθεῖσα, καὶ στρατοπεδευσαμένη κατὰ τὸ πλάτος τῆς χώρας, οὐ πρότερον ἅπτεται τῶν καρπῶν, πρὶν ἢ ἐνδοθῆναι αὐτῇ τὸ θεῖον πρόσταγμα.

Τίς ὁ τρόπος τῆς μελῳδίας τοῦ τέττιγος;

Ἐὰν καταμάθῃς, πῶς εἰς βάθος ὁ κύκνος, καθιεὶς τὸν αὐχένα κάτωθεν, ἑαυτῷ τὴν τροφὴν ἀναφέρει, τότε εὑρήσεις τὴν σοφίαν τοῦ Κτίσαντος· ὅτι διὰ τοῦτο μακρότερον τῶν ποδῶν τὸν αὐχένα προσέθηκεν, ἵνα ὥσπερ τινὰ ὁρμιὰν καταγαγών, τὴν ἐν τῷ βάθει κεκρυμμένην τροφὴν ἐκπορίζῃ.

Διαφόροις ἰδιώμασιν ἕκαστον τῶν ζώων κέκριται. Εὐσταθὴς μὲν ὁ βοῦς, νωθὴς δὲ ὁ ὄνος, θερμὸς ὁ

ἵππος πρὸς ἐπιθυμίαν τοῦ θήλεως, ἀτιθάσσευτος ὁ A λύκος, καὶ δολερὸν ἡ ἀλώπηξ, δειλὸν ἡ ἔλαφος, ὁ μύρμηξ φιλόπονος, εὐχάριστον ὁ κύων καὶ πρὸς φιλίαν μνημονευτικόν. Ὁμοῦ τε γὰρ ἐκτίσθη ἕκαστον, καὶ συνεπηγάγετο ἑαυτῷ τῆς φύσεως τὸ ἰδίωμα· συναπεγεννήθη θυμὸς τῷ λέοντι, τὸ μοναστικὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς, τὸ ἀκοινώνητον πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Οἷον γάρ τις τύραννος τῶν ἀλόγων διὰ τὴν ἐκ φύσεως ὑπεροψίαν, τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁμοτιμίαν οὐ καταδέχεται. Ὧ καὶ τοιαῦτα φωνῆς ὄργανα ἡ φύσις ἐνέθηκεν, ὥστε τὰ πολλὰ τῶν ζώων ὑπερβάλλοντα τῇ ταχύτητι, μόνῳ πολλάκις ἁλίσκεσθαι τῷ βρυχήματι. Ῥαγδαῖον πάρδαλις, καὶ ὀξύῤῥοπον ταῖς ὁρμαῖς ἐπιτήδειον αὐτῆς τὸ σῶμα συνέζευκται, τῇ ὑγρότητι καὶ τῷ κούφῳ τοῖς τῆς ψυχῆς κινήμασι B συνεπόμενον. Νωθρὰ ἡ φύσις τῆς ἄρκτου, ἰδιότροπον καὶ τὸ ἦθος, ὕπουλον, βαθὺ, ἐνδεδυκός.

Ὁ μύρμηξ θέρει τὴν χειμέριον τροφὴν θησαυρίζει, ἕως ἂν τὴν ἀρκοῦσαν αὐτῷ τροφὴν ἐναπόθηται τοῖς ταμιείοις, καὶ οὐδὲ τοῦτο ῥαθύμως, ἀλλὰ σοφῇ τινι ἐπινοίᾳ τὴν τροφὴν ἐνδιαρκεῖν μηχανησάμενος. Διακόπτει γὰρ ταῖς ἑαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφυέντων ἄχρηστοι τὴν τροφὴν αὐτῷ γένοιντο. Τίς ἐφίκοιτο λόγοις; ποία χωρήσει ἀκοή; τίς ἐξαρκέσει χρόνος πάντα εἰπεῖν καὶ διηγήσασθαι τοῦ τεχνίτου τὰ θαύματα;

Λέαινα στέργει τὰ ἑαυτῆς τέκνα, καὶ λύκος ὑπὲρ C σκυλάκων μάχεται. Ἀμήχανος γάρ ἐστιν ἡ στοργὴ τοῖς ἀλόγοις τέκνων καὶ γονέων πρὸς ἄλληλα. Διότι ὁ δημιουργήσας αὐτὰ Θεὸς τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων περιουσίας παρεμυθήσατο. Πόθεν ἐν μυρίοις προβάτοις ἀρνὸς τῶν σηκῶν ἐξαλλόμενος, οἶδεν μὲν τὴν φωνὴν τῆς μητρὸς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπείγεται, ἐπιζητεῖ δὲ τὰς οἰκείας πηγὰς τοῦ γάλακτος· κἂν πενιχραῖς μητρῴαις περιτύχῃ θηλαῖς, ἐκείναις ἀρκεῖται; Καὶ ἡ μήτηρ ἐν μυρίοις ἄρνασιν ἐπιγινώσκει τὸ ἴδιον γέννημα.

Λόγου ἄμοιρος ὁ κύων, ἰσοδυναμοῦσαν δὲ ὅμως τῷ λόγῳ τὴν αἴσθησιν ἔχει. Τὸ δὲ μνημονευτικὸν τῆς χάριτος τοῦ ζώου, τίνα τῶν ἀχαρίστων πρὸς εὐεργέτας οὐ καταισχύνῃ; ὅπου γε καὶ φονευθεῖσι κατ' ἐρημίαν πολλοὶ τῶν κυνῶν ἐπαποθανόντες μνημο- D νεύονται. Ἤδη δέ τινες καὶ θερμῷ τῷ πάθει ὁδηγοὶ τοῖς ἐκζητοῦσι τοὺς φονέας ἐγένοντο, καὶ ὑπὸ τὴν δίκην ἀχθῆναι τοὺς κακούργους ἐποίησαν.

Τὸν χαμαιλέοντα πάσας μεταλαμβάνειν χρόας, πλὴν μιᾶς τῆς λευκότητος.

Τίς ὁ κύκνῳ συνυφαίνων ᾠδὴν, ὅταν ἐκπετάσῃ τὸ πτερὸν ταῖς αὔραις, καὶ ποιῇ μέλος τὸ σύριγμα; Πόθεν ταὼς ὁ ἀλαζὼν καὶ Μηδικὸς οὕτως φιλόκαλος καὶ φιλότιμος; Καὶ γὰρ αἰσθάνεται τοῦ οἰκείου κάλλους· ὅταν ἴδῃ τινὰ πλησιάζοντα ταῖς θηλείαις, ὥς φασι, καλλωπίζεται τὸν αὐχένα διάρας, καὶ τὸ πτερὸν κυκλοτερῶς περιστήσας, τὸ χρυσαυγὲς καὶ κατάστερον

A est, segnis asinus, equus ad feminæ cupiditatem ardens, lupus nulla arte cicurari potest; fraudulenta vulpes est, cervus timidus, laboris amans formica, beneficii accepti memor canis, atque ad benevolentiam proclivis. Simul atque enim unumquodque creatum fuit, secum etiam naturæ proprietates traxit. Furor leoni jam inde ab ortu insitus est, et vita solivaga, atque ab eorum quæ sui generis sunt, commercio abhorrens. Etenim velut quispiam brutorum animantium tyrannus, præ naturali superbia, æquabili jure vivere cum aliis recusat. Cui præterea ejusmodi vocis organa a natura tributa sunt, ut pleraque animantia, etiam pernicissima, solo sæpius rugitu capiantur. Impetuosa est panthera, et quo eam libido tulerit, facile ruens. Quocirca accommodum ipsi corpus adjunctum est, quod ob humiditatem levitatemque animæ agitationibus inserviat. Torpida ursi natura est, mores peculiares, tecti, intime profundi.

*Ibid.* — Formica æstivo tempore hibernum cibum colligit, quoad alimentum, quantum satis sit, in horreis condiderit. Ac ne id quidem ignave, verum scito quodam artificio hoc efficiens, ut cibus quam diutissime duret. Siquidem medias fruges ungulis secat, ne germinantes ad cibum sibi sint inutiles. Quæ autem oratio assequi, quæ auris capere, quod sufficere tempus queat, si quis omnia summi illius artificis miracula sermone complecti velit?

C *Ibid.* — Leæna sobolem amat suam; pro catulis lupus dimicat. Est enim incredibilis quidam brutorum in fetus suos, et parentum invicem amor. Quandoquidem procreator eorum Deus rationis inopiam sensuum præstantia compensavit. Unde fit ut inter innumeras oves agnus e stabulo exsiliens matris vocem agnoscat, atque ad eam contendat. Quærit vero nativos lactis fontes, et quamvis jejuna matris ubera nanciscatur, iis tamen est contentus. Sed et mater inter innumeros agnos fetum cognoscit suum.

*Ibid.* — Rationis est expers canis; at sensum tamen rationi pene parem habet. Memoria autem accepti beneficii, quæ ipsi inest, ecquem non eorum qui erga bene de se meritos ingrati sunt, D pudore suffundat, quando plerosque etiam juxta dominos in solitudine obtruncatos mortem obiisse proditum sit? Quin nonnulli quoque, flagrante adhuc cæde, iis qui interfectores quærerent duces se præbuerunt, effeceruntque uti facinorosi ad luendas pœnas ducerentur.

*S. Greg. Naz.* — Chamæleontem ferunt colores subinde omnes assumere, candore uno excepto.

*Ejusd. orat. 2 de Theol.* — Quis cantum contexit cycno, cum ad ventos pennis expansis, stridulum carmen effundit? Undenam Medicus ille et arrogans pavo, elegantiæ et gloriæ usque adeo cupidus est? Etenim decorem suum ipse compertum habet; cumque aliquem ad feminas propius accedentem cernit, ambitiose sese, ut aiunt, ostentat,

ac diducto collo, pennisque in orbem compositis, auratam quamdam et stellarum instar micantem pulchritudinem rivalibus suis superbo incessu commonstrat.

*S. Greg. Naz. ibid.*—Unde apibus et araneis conficiendi operis, et **531** artis exercendæ studium, ut et illæ per sexangulas atque inter se oppositas fistulas favos contexant et fulciant, ac per intermedium septum et permutationem angulorum rectis lineis adnexorum firmitatem ipsis concilient; hæ autem per tenuia et aeria propemodum fila vario distenta multiplices telas texant, idque ejusmodi nexibus qui oculorum aciem fugiunt?

Id observatione compertum est, leonum catulos, quemadmodum et canes, cæcos in lucem edi.

Cum leoninæ ossa tunduntur, perinde atque e silicibus ignis excutitur.

*Clement.* — Aquila, ut serpentem a pullis abigat, amuleti loco lapidem quem *aetitem* vocant, in nido ponit.

*Philonis.* — Est bellua, quæ tarandrus vocatur, magnitudine bovi non impar, oris autem forma cervo quam simillima. Hanc aiunt juxta ea loca atque arbores quibus propinqua est, pilorum colorem subinde mutare, adeo ut ob coloris similitudinem ab iis qui obviam fiunt animadverti minime queat, et hac ratione potius quam robore corporis id consequi, ut vix omnino capi possit.

TIT. III. — *De ponderibus justis et mensuris.*

*Lev.* XIX, 36. — « Non facies judicium injustum in mensuris, et ponderibus, et stateris. Stateræ justæ, et mensuræ justæ, et chœnix justus erit vobis. »

*Deut.* XXV, 13-16. — « Non habebis in sacculo tuo diversa pondera, majus et minus; et non erit in domo tua modius major et minor. Pondus verum et justum sit tibi, ut multis diebus vivas super terram quam Dominus dederit tibi. Abominatur enim Dominus tuus eum qui facit hæc. »

*Ezech.* XLV, 10. — « Statera justa, et mensura justa, et chœnix justus erit vobis. »

TIT. IV. — *De injustis ponderibus et mensuris.*

*Psal.* LXI, 10. — « Mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant, » etc.

*Prov.* XI, 1. — « Statera dolosa abominatio est apud Dominum; et pondus æquum acceptum est ei. »

*Prov.* XX, 10. — « Pondus magnum et parvum, et mensuræ duplices, utraque immunda coram Domino; et qui facit hæc, in suis adinventionibus compeditur. »

*Ibid.* 23. — « Abominatio Domino pondus duplex: et statera dolosa non est bona coram eo. »

*Osee* XII, 7. — « Chanaan, in manibus ejus statera dolosa, calumniam dilexit. Omnes labores ejus non invenientur ipsi propter iniquitates quas peccavit. »

*Amos* VIII, 4. — « Audite hæc, qui conteritis

A θεατρίζει τὸ κάλλος τοῖς ἐρασταῖς μετὰ σοβαροῦ τοῦ [illegible]

Πόθεν μελίσσαις τε καὶ ἀράχναις τὸ φιλεργὸν, καὶ φιλότεχνον, ἵνα ταῖς μὲν τὰ κηρία πλέκηται καὶ συνέχηται δι' ἑξαγώνων συρίγγων καὶ ἀντιστρόφων, καὶ τὸ ἑδραῖον αὐταῖς διὰ τοῦ μέσου τοῦ τειχίσματος καὶ ἀλλαγῆς ἐπιπλεκομένων ταῖς εὐθείαις τῶν γωνιῶν πραγματεύηται· αἱ δὲ διὰ λεπτῶν καὶ ἀερίων σχεδὸν τῶν νημάτων πολυειδῶς διατεταμένων, πολυπλόκους τοὺς ἱστοὺς ἐξυφαίνουσι, καὶ ταῦτα ἐξ ἀφανῶν ἀρχῶν;

Τετήρηται οἱ τῶν λεόντων σκύμνοι, καθάπερ καὶ οἱ κύνες, τίκτεσθαι τυφλοί.

Κοπτομένων τῶν λεοντίων ὀστέων, καθάπερ ἐκ τῶν πυριτῶν λίθων πῦρ ἐξάπτεται.

Ἀλεξιτήριον ἐν τῇ καλιᾷ τίθησιν ὁ ἀετὸς, ἐλαύνων ἀπὸ τῶν νεοσσῶν τὸν ὄφιν, λίθον τὸν καλούμενον [illegible]

Γίνεται θηρίον, ὃ καλεῖται τάρανδρος, μέγεθος μὲν βοὸς, ἐλάφῳ δὲ τὸν τοῦ προσώπου τύπον ἐμφερέστατον. Λόγος ἔχει τοῦτον μεταβάλλειν ἀεὶ τὰς τρίχας πρός τε τὰ χωρία, καὶ τὰ δένδρα οἷς ἂν ἐγγὺς ἵσταται, ὡς διὰ τὴν τῆς χροιᾶς ὁμοιότητα λανθάνειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἢ τῇ περὶ τὸ σῶμα ἀλκῇ δυσθήρατον.

ΤΙΤΛ. Γ'. — *Περὶ ζυγῶν, καὶ σταθμῶν, καὶ [illegible]τρων δικαίων.*

C « Οὐ ποιήσετε ἄδικον κρίσιν ἐν μέτροις, καὶ ἐν σταθμοῖς, καὶ ἐν ζυγοῖς. Ζυγὰ δίκαια, καὶ μέτρα δίκαια, καὶ χοῖνιξ δίκαιος ἔσται ὑμῖν. »

« Οὐκ ἔσται ἐν τῷ μαρσίππῳ σου στάθμιον μέγα ἢ μικρόν· καὶ οὐκ ἔσται ἐν τῇ οἰκίᾳ σου μέτρον μέγα ἢ μικρόν. Στάθμιον ἀληθινὸν καὶ δίκαιον ἔσται σοι, ἵνα πολυήμερος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι ἐν κλήρῳ, ὅτι βδέλυγμα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου πᾶς ποιῶν ταῦτα. »

« Ζυγὸς δίκαιος, καὶ μέτρον δίκαιον, καὶ χοῖνιξ δίκαιος ἔσται ὑμῖν. »

ΤΙΤΛ. Δ'. — *Περὶ ζυγῶν, καὶ σταθμῶν, καὶ μέτρων ἀδίκων.*

« Ψευδεῖς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι »

« Ζυγοὶ δόλιοι βδέλυγμα ἐνώπιον Κυρίου· στάθμιον δὲ δίκαιον δεκτὸν αὐτῷ. »

« Στάθμιον μέγα καὶ μικρὸν, καὶ μέτρα δισσὰ, ἀκάθαρτα ἐνώπιον Κυρίου ἀμφότερα· καὶ ὁ ποιῶν αὐτὰ, ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ συμποδισθήσεται. »

« Βδέλυγμα Κυρίῳ δισσὸν στάθμιον· καὶ ζυγὸς δόλιος οὐ καλὸν ἐνώπιον αὐτοῦ. »

« Χαναὰν, ἐν χειρὶν αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας, καταδυναστεύειν ἠγάπησεν. Πάντες οἱ πόνοι αὐτοῦ οὐχ εὑρεθήσονται αὐτῷ, δι' ἁμαρτίας ἃς ἥμαρτεν. »

[illegible] ταῦτα, οἱ ἐκτρίβοντες εἰς τὸ πρωὶ πέ-

νησι, καὶ καταδυναστεύοντες πτωχοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· οἱ λέγοντες Πότε διελεύσεται ὁ μὴν, καὶ ἐμπολήσομεν, καὶ Σάββατα, καὶ ἀνοίξομεν θησαυροὺς, τοῦ ποιῆσαι μικρὸν τὸ μέτρον, καὶ τοῦ μεγαλῦναι στάθμια, καὶ ποιῆσαι ζυγὸν ἄδικον, τοῦ κτᾶσθαι ἐν ἀργυρίῳ πτωχοὺς, καὶ ταπεινοὺς ἀντὶ ὑποδημάτων, καὶ ἀπὸ παντὸς γεννήματος ἐμπορευθησόμεθα. »

« Ἐξ ὧν τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἀσεβείας ἔπλησαν. »

ΤΙΤΛ. Ε'. — Περὶ ζήλου ἀγαθοῦ ἢ πονηροῦ.

« Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι ἀνομίαν. Μὴ παραζήλου ὥστε πονηρεύεσθαι· ὅτι οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται. »

« Μὴ ζηλούτω σου ἡ καρδία τοὺς ἁμαρτωλούς. »

« Υἱὲ, μὴ ζηλώσῃς κακοὺς ἄνδρας, μηδὲ ἐπιθυμήσῃς εἶναι μετ' αὐτῶν. »

« Μὴ χαῖρε ἐπὶ κακοῖς, μηδὲ ζήλου ἁμαρτωλούς. »

« Μὴ ζηλώσῃς δόξαν ἁμαρτωλῶν. »

« Ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. »

Μὴ φρονῇ τῶν κακῶν φαίνεσθαι κρείττων· λυποῦ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἡττώμενος.

## ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ Η.

ΤΙΤΛ. Α'. — Περὶ ἡμέρας ἀγαθῆς.

« Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. »

« Ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθωσύνης ζῆθι ἐν ἀγαθῷ. »

« Ἐν ἡμέρᾳ ἀγαθῇ, ἀμνημησία κακῶν. »

« Μὴ ἀφυστερήσῃς ἀπὸ ἀγαθῆς ἡμέρας. »

ΤΙΤΛ. Β'. — Περὶ ἡμέρας κακῆς.

« Ἐν ἡμέρᾳ κακῶν οὐ μνησθήσεται ἀγαθῶν. »

« Μὴ μεριμνήσετε εἰς τὴν αὔριον. Ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ αὐτῆς. Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

ΤΙΤΛ. Γ'. — Περὶ ἡμέρας καὶ νυκτός.

« Ἔθου σκότος, καὶ ἐγένετο νύξ· ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ. »

Τὶς δὲ ἡμέρα καὶ νὺξ ἰσομοιρίαν πρὸς ἀλλήλας λαχοῦσαι, καὶ περιτροπὴν ἔμμετρον, καὶ ἡ μὲν εἰς ἔργον ἡμᾶς ἐγείρουσα, ἡ δὲ ἀναπαύουσα.

Νύκτα καὶ ἡμέραν ἀλλήλαις εἴκειν ἠπίως ἔταξας, νόμον τιμῶν ἀδελφότητος καὶ φιλίας. Καὶ τῇ μὲν ἔπαυσας κόπους τῆς πολυμόχθου σαρκὸς, τῇ δὲ ἤγειρας εἰς ἔργον καὶ πράξεις τάς σοι φίλας. »

« Νὺξ καὶ ἄνθρωπος ὕπνῳ συστέλλεται, καὶ τὰ θηρία παῤῥησιάζεται, καὶ ζητεῖ τροφὴν ἕκαστον

mane incipem, et opprimitis egenos in terra; qui dicitis: Quando pertransibit mensis, et negotiabimur; et Sabbata, et aperiemus horreum, ut faciamus minorem mensuram, et pondus majus faciamus, et faciamus 582 stateram iniquam, et possideamus in pecunia pauperes, et egenos pro calceamentis, et de omni proventu negotiemur? »

*Mich.* xi, 12. — « Ex quibus divitias suas impietate repleverunt. »

TIT. V. — *De æmulatione bona aut mala.*

*Psal.* xxxvi, 1-7, 8, 9. — « Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias. Noli æmulari ut maligneris. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur. »

*Prov.* xxiii, 17. — « Ne æmuletur cor tuum in peccatoribus. »

*Prov.* xxiv, 1. — « Fili mi, ne æmuleris viros nequam, neque desideres esse cum ipsis. »

*Ibid.* 19. — « Noli gaudere super malos, neque æmuleris peccatores. »

*Eccli.* ix, 7. — « Noli æmulari gloriam peccatorum. »

*I Cor.* xii, 31. — « Æmulamini charismata meliora. »

*S. Greg. Naz.* — Nec hoc nomine præclare de te sentias, quod malis melior appareas; sed dole te bonis inferiorem esse.

## LITTERA H.

TIT. IV. — *De die bona.*

*Psal.* cxvii, 14. — « Hæc dies quam fecit Dominus; exsultemus et lætemur in ea. »

*Eccle.* ix, 15. — « In die bonitatis vive in bono. »

*Eccli.* xi, 27 — « In die bona oblivio malorum. »

*Eccli.* xiv, 14. — « Ne defrauderis a die bono. »

TIT. II. — *De die mala.*

*Eccli.* xi, 27. — « In die malorum non erit recordatio bonorum. »

*Matth.* vi, 32. — « Nolite solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. »

TIT. III. — *De die et nocte.*

*Psal.* ciii, 20. — « Posuisti tenebras, et facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ. »

*S. Greg. Naz. Orat. de moder. disput.* — Dies et nox æquas inter se partes, compositamque et aptam conversionem nactæ sunt; atque ille quidem nos ad opus excitat, hic autem fessos levat et recreat.

*Ibid.* — Tu hoc constituisti, ut nox et dies invicem sibi blande cederent: hac scilicet ratione fraternitatis et amicitiæ legem honorans. Ac per alteram ærumnosæ carnis labores compressisti, per alterum autem ad opus actionesque tibi gratias excitasti.

*Ibid.* — Nox venit? homo somno contrahitur: ac feræ libere vagantur, et singulæ cibum Crea-

toris munere sibi concessum quærunt. Illuxit dies? Feræ congregantur; atque homo ad opera contendit. Ita nobis vicissim ipsi loco cedimus.

*Synesii.* — Lumen et tenebræ sese invicem exspectare non sustinent, sed naturæ lege mutuo sibi adversantur.

A

τὴν διδομένην παρὰ τοῦ Κτίσαντος. Ἡμέρα καὶ τὰ θηρία συνάγεται, καὶ ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν ἐργασίαν ἐπείγεται, καὶ ἀλλήλοις ὑποχωροῦμεν ἐν τάξει.

Οὐκ ἐθέλει περιμεῖναι ἄλληλα τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, ἀλλὰ νόμῳ φύσεως ἀντιπερίστανται.

---

# ORDO RERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

—

## LITTERA B.



## LITTERA Γ.



## LITTERA Δ.

LITTERA E.



LITTERA Z.



LITTERA H.



FINIS TOMI NONAGESIMI QUINTI.

LITTERA E.



LITTERA Z.



LITTERA H.



FINIS TOMI NONAGESIMI QUINTI.